




Serapion.

Leonus.

Historia de simplicium
Medicamentorum Johannis Serapionis
Practica Medic: Serapionis
Ars Medendi Domnici Leonlunensis
medici

Ob. G. III. 911. - 913



IOANNIS SERAPIONIS
DE SIMPLICIUM
 MEDICAMENTORVM
 HISTORIA
 LIBRI SEPTEM.

Ex Arabum, ac Græcorum, præsertim Pauli Aeginetæ, Dioscoridis,
 & Galeni commentariis quàm accuratissime excerpti.

V. I.

INTERPRETE
 NICOLAO MUTOÑO
 MEDICO MEDIOLANENSI.

ACCESSERVNT INSUPER
*Nomenclationum omnium quæ hisce de Simplicium medicamentorum Historia
 commentarijs continentur, multiplices sanè ac copiosi*



INDICES,

Arabibus nimirum, Græcis, Latinis, Barbaris, Officinis, Italis, Gallis, Germanis,
 ac Hispanis seorsum inscripti.

Cum Illustriss. Senatus Veneti Privilegio, in Annos Quindecim.

HAC AQUA, NON



VENETIIS APVD ANDREAM ARRIVABENIVM

Ed. Nony. 1585.

M D L I I

f. ff.

69

IO ANNIS SERAPTIONIS
 DE SIMPLICIVM
 MEDICAMENTORVM
 HISTORIA
 LIBRI SEPTIM.

Ex Astrucii, ac Caserorum, pariterum Pauli Aeginetii, Dioscoridis,
 & Galeni commentariis duntaxat accuratis excerptis.

INTERPRETE
 NICOLAO MUTOÑO
 MEDICO MEDIOLANENSII.

ACCESSEUNT INSUPER
 Tomæ Galienorum commentarii quos hucusque de simplicium medicamentorum historia
 commentarij commentarij, vniuersales sunt ac copiosi.

INDICES
 Arabum nimirum, Græcorum, Latini, Hispani, Ottomanici, Gallici, Germanici,
 ac Persici scriptorum indicibus.

Cum Illustrationibus Vniuersi Præfatio in duobus Quinctum.

LIBRIS

H. N. C. A. N. O. N.



VENETIS APOD ANDREAM ARRIAZZINIVM

M D L I I

ILLVSTRI AC NOBILISSIMO
VIRO IVRIS TVM CIVILIS

TVM PONTIFICII INTELLIGENTIA, ATQVE OMNI
PRVDENTIAE GENERE PRÆSTANTISSIMO

NICOLAO SICCO,

Summo ac integerrimo apud Mediolanenses
Iustitiæ Præfecto,

NICOLAUS MVTONVS

Fœlicitatem.



ANTIQUISSIMAM quidem, ac etiamnum
maxime celebrem Medicæ Materiæ cognitionem fuisse, uel hinc
potissimum, Nobilissime ac Præstantissime SICCE,
constare omnino credimus, quòd omnes quotquot unquam uixerunt
homines, siue Hebræos ac Aegyptios, siue Chaldæos Phœni-
cesq; ac Arabes, siue Græcos Romanosq; sequamur, eius initia
atq; originem DIIS Immortalibus uno consensu adscripse-
rint, COELO q; dicarint. Hebræi etenim Adam primum
humani generis parentem diuino eam numine adeptam ferunt, quemadmodum perpulchre
posteris memoriæ prodidit uetustissimus scriptorum omnium Moses, qui DEVM
Optimum Maximum herbas ac plantas è terra condidisse tradit, ut ijs subinde adpropul-
sandos morbos ab Adam propagata soboles uteretur. Aegyptij autem uolunt Mercurium
apud ipsos illustrem ac planè diuinam stirpium naturam primum indicasse, cum constet eum
quàm plurimas ac laudatissimas herbas inuenisse, præsertim Moly illum celebratissimam &
medicatisissimam, quam dicitur & Nyssi demonstrasse contra illectamenta, ac summa uenes-
ficia. Circes. Inde se statim etiam commendat diuino nomine Linozostis, ideo apud Græcos
Hermupoa Mercurijue herba uocata, ueluti apud Romanos omnes Mercurialis. Adhæc
tragicas ne dixerim fabulosas plantas Crocum ac Smilacem etiam primum omnium mortalibus
ostendit: in flores sui nominis Croco puero, ac Smilace uirgine conuersis. Quamobrem adhuc
quàm elegantissime Croci cruorem in Mercurialibus herbis splendere uidemus. Pleriq; ta-
men autumant Isidem illam Aegyptiorum reginam, & Orum eius filium herbariam medi-
cinam à matre edoctum, multum hominibus tum oraculis, tum medelis attulisse utilitatis.
Alij rursum Apim Pheronci ac Pythonis filium, apud Aegyptios herbarum facultates
initio monstrasse contendunt, qui ob salutiferum pulcherrimumq; inuentum, in tanto honore tan-
taq; admiratione habitus est, ut pro Deo coleretur, uocareturq; Osyris. A quo nimirum
inuenta est, & uocata herba Osyris. Sunt & qui Dioscuros à Sedochnatos, herbarum uires,

Et cantus ad medicinam reperisse affirmant. At Tyrij Cadmo Agenoridæ hanc inuentionem medicinæ quæ sanè herbis constat, tribuunt. Ideoq; illi primitias offerre solebant, quod herbarum radicibus medicarentur. Verum Arabes, hanc quoq; medicæ materiæ cognitionem primi assignarunt Arabo, Apollinis & Babiloniæ filio. Cuius rei memoriam bellissime adhuc etiam refricat, ab eo reperta & cognominata Arabis herba. Græci uero, apud quos primum exulta est herbariæ medicinæ scientia, Apollinem eius inuentorem fuisse haud temere prædicant. Primus enim Apollo tum herbarum tum plantarum uires, ac usum antea prorsus neglectum inuexit, ut non immerito apud Ouidium (quem unum pro Græcis ac Latinis omnibus, nunc produxisse satis sit,) hanc tanquam suum inuentum sibi ijs arroget uindictæq; uerbis:

Inuentum Medicina meum est, opifexq; per orbem

Dicor, & Herbarum subiecta potentia nobis.

Cui belle admodum concinit, quanquam fabuloso uerborum inuolucro, Daphnes puellæ historia: arbor perpetua fronde uirens, triumphalis, ianitrîx Caesarum Pontificumq; uictoriarum semper index, letitiæ semper nuncia, semper uaticinationis signum, gratisima quidem tanq; inuentori suo, Apollini Laurus. Quod etiam liquido indicare affirmant Apollinarem herbam quam Pythonion uocant, ab Apolline repertam, Phœbeum enim & illud à Pythone nomen est. Hyacinthum præterea Apollinis inuentum non iniuria inde Græci fabulantur, Hyacintho puero in florem eiusdem nominis mutato. Quam sanè gloriam alij Saturno tribuunt à quo primum Gramen satum omnino affirmant. Iouem quoq; alij, quem etiam hominumq; Deorumq; progenitorem fixerunt, hanc solum mortalibus, ne cœlicolis dixerim indicasse perhibent. A quo inter cætera maxima autoritas uiolis uidetur impertita, quoniam Io in uaccam mutata, è terra continuo florem eiusdem nominis in bouis pabulum ædedit, quem Ion Græci, uiolam Romani dixerunt. Inde quoq; Citrum aureum uel mâlum è terre latebris erupisse nunciato Iouis & Iunonis connubio fabulantur. Libero patri etiam hanc inuentionem assignatam legimus: Hederam siquidem quam cisson Græci uocant, Cisso in floren adolescenti cognominem mutato primum ostendit. Vitem quoq; quam Boetij Thebis primò natam putant, produxit, & Ficum: quam brem Lacædæmonij Syctem Bacchum colunt, Naxij uero Liberum patrem uocari uolunt Melichion, quod ficulneum fructum ædiderit, quem Melichen ijdem appellant. Ideo Liberum uitis inuentorem facie uirginea, Melichium ficulnea excudebant. Pomorum quoque originem Libero patri attributam prodidere, quod & Theocritus Syracusius testatur, Mâlum in sinu seruare prodens. Non desunt insuper qui herbariam medicinam Chironem Centaurum comperisse uelint, unde scripserunt Centauriam, Chironiam, & Panacem Chironeon herbas ab eo cognominatas. Ob id quoq; Magnetes ipsi Chironi primitias herbarum sacrare solitos. Aesculapius etiam mox secutus, magna medicinæ præsertim herbariæ attulit incrementa, utpote qui eam adhuc uulgarem & rudem paulò subtilius excoluit, atq; illustrauit. Ob quod in numerum Deorum receptus est. Quem incertis primùm parentibus natum, expositum, & à uenatoribus inuentum, canino lacte nutritum, Chironi traditum, medicinam potissimum quæ ex her-

his constat didicisse ferunt. Hinc Panaces *Aesclepon*, quod primus circa labra *Melanis* fluij carpsit *Paeon Amphitryonide*, nempe *Aesculapius*. Quibus sane temporibus claruerunt etiam *Aesculapij filij*, *Podalirius* & *Machaon*, qui bello *Troiano* ducem *Agamemnonem* secuti, non mediocrem opem *Græcorum* exercitui attulerunt, maximam ob id adepti gloriam, *Homericoq;* carmine celebrati. Vnde ferunt *Glaucum Messeniorum* regem omnium primum *Machaoni* sacra in *Gerenia* fecisse. *Herculem* præterea huius rei peritissimum fuisse constat ex multis herbis ac plantis ab eo in uitis & cognominatis. *Oleastrum* primò reperit, ideoq; accommodo uerborum inuolucro, *Clauam Herculis* ex *Hyperboreis* reuersi ex oleastro fuisse fingunt, prius ignoto *Græciæ*. Quæ terra defixa sponte refloruit apud *Troxenios*, aut certe iuxta anem *Alpheum*. Vnde ex *Oleastro* primus coronatus est. Ex eo quoque ab intorta specie *Olea* celebratur cognominata strepte, circa *Epidaurum*, circumacti manus, *Hercule* illuc permeante. In descensu etiam ab inferis apud *Acherontem* alba conspecta populo, ranum primus mortalibus extulit. Sicuti *Aconitum* è spumis *Cerberi* ortum. *Glaucam* insuper *Oleam* ab umbrosis *Histri* fontibus in *Græciam* *Hercules* tulit. In *Ponto* circa *Heracleam* *Quercus* duæ extabant ab *Hercule* satæ. *Herculi* pariter eam herbam adscribunt, quæ apud *Arabas* *Altercum*, apud *Græcos* *Hyscyanos* appellatur. *Nymphæam* simul *Herculi* assignant, quam ideo *Herculeam* uocant, alij ab eius claua *Rhopalon*. Quare haud mirandum si ex ueteribus fabulati aliqui fuerint à *nympha* priuatim nomen herbe factum fuisse, quæ claua ab *Hercule* interfecta sit: uel ipsa *Zelotypia* eius intabuierit, in palustrem ac sibi cognominem plantam mutata. A quo *Sideritis* *Heraclea*, & *Panaces* *Heracleum*, unâ inuentum ac denominatum. Quæ potissimum illi immortalitatem peperisse dicuntur. *Satyrio* adhæc nomen fecerunt, ut *Poeta* cecinit, *Panes* & in uenerem *Satyrorum* prona iuuentus. Primi siquidem *bluestres* ij *Dij* colludentes *Nymphis* per siluas & antra ad firmiorem uenerem *Satyrium* herbam inuennerunt. *Pana* non illepide etiam fingunt *Pinum* inuenisse, *Pithy* puella *saxis* à *Borea* illisa, in arborem ei cognominem permutata. *Priapus* autem *Lotum* primò indicauit, *Loto* *nympha* *Priapum* fugiente, in plantam sui nominis conuersa. *Oxylum* alij ex *Hamadryade* *Sycem* filiam sustulisse commemorant, *Orio* parente natum: inde sororis compressu genuisse nucem *Iuglandem*, *Cornum*, *Populum*, *Ulmum*, *Vitem*, *Ficum*, & has *Hamadryadas* uocari *Nymphas*. Sunt etiam qui *Mineræ* herbariam disciplinam ut alias omnes tribuant. *Oleam* siquidem productam à *Minerua* ferunt, floridam ac fructiferam, quam in coronam capitis intorquens, omnium calculo litem ac controuersiam cum *Neptuno* uicit, & ciuitatem suo nomine *Athenas* nominarunt. *Minerua* enim *Græcis* *Athene* appellatur. *Myrtum* etiam produxit, *Myrsine* puella, *Mineræ* gratissima, in plantam sui nominis mutata. *Argemonem* herbam quoque reperit. Reperit & *Parthenion* herbam: *Pericli* *Atheniensium* principi somno à *Minerua* monstrata. Quare *Parthenium* uocari coæpta. *Satam* ad hæc primùm *Punici* mali arborem in *Cypro* à *Veneris* testantur fabulosæ *græcorum* historiarum. *Lychnim* quoque è *Veneris* labro natam affirmant, cum à *Vulcano* compressa sese lasuit. *Aneumonem* præterea è lachrymis *Veneris* *Adonidem* lugentis prodijisse fingunt.

Rosæ etiamnum diuinos natales tribuunt, fingentibus alijs ad Scamandrum à Venere Rosam primum inuentam: alijs miserabiliore fortuna canentibus Veneris sanguine cum Adonidi auxilium ferret, puniceo colore quæ prius candida fuerat inter spinas floruisse. Liliū insuper ex Iunonis lacte natum Græciã prodidit, ne uoluptatum leporumque omnium numini inruris & hortorum honore cederet Iouis & soror & coniux. Eamque ob causam Iunonis rosa Liliū aliquibus dictum fuit: non floris sed potestatis æqua duarum Dearum inter se comparatione. Ceres quoque non immerito ueteribus Dea frugum putabatur, quippe quæ mortalibus prima Frumentum produxit, ac usum ostendit. Ficum & prima ædedit in Attica, quare Athenienses locum appellarunt Hieram Sycem, id est, sacram Ficum, in quo primum ædita emicuit. Phytalus enim Cererem (ut fama est,) hospitio suscepit, Dea uero beneficij non inmemore, arborem Fici munere donauit. Mentham pariter Proserpina prima ostendit, Minthe puella Plutonis pellice, in plantam sui nominis transformata, æterno in æterna planta monumento. Alij uero Artemisiam herbam à Diana illa sylvarum ac nemorum Dea, quæ Græcis Artemis dicebatur, non ab re inuentam & denominatam putant. Hi sunt igitur, ne longius uagemur, quos Antiquitas & herbariam medicinam inuenisse & nuper inuentam excoluisse, auxisseque prodidit. Ideoque Aegyptij, Græci & alia pleraque gentes illos omnes diuinis sunt honoribus prosecuti, illisque delubra sacrarunt, autores Medicæ Materiæ Deos arbitrati. Factumque ex eo ut non iniuria herbe ac plantæ numinibus suis antiquitus etiam dicarentur: quemadmodum Ioui Aesculus, Quercusque ac Bulbi præsertim Olympio: cui pariter non alio quam Populi ligno cremabantur uictima in Elide. Laurus et Lotos Apollini. Atque ut est Græcorum uanitas fertur in templo Apollinis Delphis adeo ceteris cibis prælatum Raphanus, ut ex auro dicaretur Raphanus, Beta ex argento, Rapum è plumbo. Vitis Ficusque ac Hedera Libero patri, & Ferula, quæ etiam Sileno, aliisque numinibus eius comitibus dedicata, & concessa est. Gramen Saturno, uel ut alij uolunt Marti, quod ex humano cruore procreatum crediderint. Populus ac Oleastrum Herculi. Cupressus Plutoni. Narcissus magnis subterraneis Dijs. Pinus Pani, ac Cybeli. Myrtus quemadmodum etiam Olea Mineruæ, ac Parthenium. Liliū Iunoni. Rosa, ac reliquæ hortorum delitiæ Veneri, cui & Myrtum alij assignant. Persea in Aegypto Isidi. Assphodeli quoque radicem sacram Dianæ Proserpinæque putarunt Rhodij, quare coronis earum Assphodelum dicauerunt. Quin & Syluanos Faunosque & Deorum genera syluis, ac sua numina tamquam à Cælo attributa uidemus. Tantum siquidem ueteres herbariæ scientiæ attribuerunt, ut eam uix crederent humanis potuisse ingenijs inueniri, ueluti res sacra, ac mortalibus elargitum ab ipsa Diuinitate munus. Unde hanc etiam quamplurimi ab oraculis Deorum multifariam petitam, ac somnijs diuinis comparatam, contendunt. Oraculo enim quodam aiunt, usum radicis Rosæ syluestris quæ ab argumento Græcis Cynorhoda appellatur, tanquam unicum remedium fuisse proditum ad insanabilem antea morsum canis rabidi, pauorem aquæ, potusque omnis odium afferentis. Scobymus seu Cynara etiam celebratur Apollinis oraculo, Pythia primum lignum canem appellante. Isidem etiamnum scribunt, in somnijs eis palam

opitulari, quos ope sua potissimum dignos esse censebat. Exercitum præterea Alexandri illius Macedonis accepimus, morbis mox periturum euasisse discrimen, remedijs adhibitis, in somno à Dionysio Deo proditis. Verumla insuper carus Pericli Atheniensium principi, cum is in arce templum ædificaret, repissetq; super altitudinem fastigij, & inde cecidisset, Parthenio herba dicitur sanatus, monstrata Pericli somno à Minerva. Quare cum antiquiores cœlestem ac planè diuinam tum plantarum tum herbarum inuentionem ac originem esse animaduertent, non tantum de hac parte medicinae quæ herbis constat magnifice ac honorifice sentire cœperunt, uerum in numero nihil laudabilius, præstantius, digniusq; quod in rerum natura admirarentur indagarentq; ac cognoscerent, esse crediderunt. Ob idq; non plebeij modo, & abiectæ conditionis homines, sed potentia, fortuna, ac generis nobilitate insignes, ad sectandam stirpium cognitionem sese excitauerunt, inflammaueruntq;. Proinde quam plurimi & maximi Reges, cum aliquando etiam rebus præclare gestis claruisent, neglecto interim regiae potestatis honore, per uastas multarum regionum solitudines ire, in uia montium iuga peragrarè, lucos inaccessos perustrare, abditas terræ fibras scrutari, hiantes uallium sequi specus haudquaq; recusarunt, ut herbas quærere generi humano perutiles, mox inuentas posteritati tradere, non sine maxima immortalitatis gloria conarentur. Quamobrem nonnisi etiam ut illas sibi assererent, non segnius quàm de imperij dignitate, ac uicè summa dimicauerunt, cum non alio maiore beneficio mortalitatem demereri possent, quàm quod perpetuum fore arbitrabantur. Qui plane hoc uelut gloriæ auramento, nonnatisissimi uiuunt etiam hodie fœlici hominum memoria, alioqui peritura cum ipsis simulatq; e uiuis excessissent, nisi sua ipsorum nomina plantis inditarè liquissent, quæ tandiu perpetua memorabuntur gloria, quam diu scilicet tellus fida, & optima rerum parens, eas gignet, ac producat: ueluti pulchre admodum ostentant, ab argumento nimirum adhuc æterna multarum stirpium nomina. Imprimisq; Polemonia herba non aliunde Philetaria uocata, quàm propter certamen & bellum inuentionis Regum, seruato in hunc usq; diem à certamine & bellonimine. Gentiana quoq; herbarum præstantissima, sibi regum inuentoris nomen arrogauit, à Gentio Illyriorum rege reperta. Quæ quotannis renascens grata inter homines memoria honorem illi identidem auget, amareq; hominem & laudare posteros cogit, alioqui tanti regis peritura iam pridem cum nomine fama. Lysimachia insuper regis Lysimachi inuentoris nomine insignis, eius etiam memoriam sempiternam, & nunq; inter morturam mortalibus perpetuo refricat, regumq; nomen quod hætenus quoq; retinet, abunde illustrat. Scordium uero nobilis sanè ac regia quidem herba, Mithridatem regem Ponti & Parthorum maximum apud mortales immortalè reddidit, Mithridati adscripta, & ab eo Mithridatia cognominata. Regiæ dignitatis herba Eupatorium etiam est, ab Eupatore rege nimirum inuenta. Chymenos quoq; regum autorem habet Chymencem, quæ potissimum annuis uicibus repululans, non minus eum quàm reliqua regij ingenij magnitudo, fortunæq; gloria nobilitauit. Solomon præterea regum omnium sapientissimus atq; ditissimus, adeo medicæ materiæ studiosissimus fuit, ut de natura plantarum ac herbarum quàm sapientissimè posteris memoriæ prodiderit. Quod etiam de seipso loquens, in libro ut uocant Sapientiæ apertè testatur, inquires: differentias plantarum, &

uirtutes radicum & quæcumq; sunt abscondita & inuisibilia cognoui. Proxime autem accedit primus Pergami rex Attalus, qui omnium fermè simplicium medicamentorum, eorum maxime quæ uenenis aduersantur (uel autore Galeno,) adeo studiosus fuit, ut ambitiosissime nonnunq; talia ad experientiam conquireret. Euax quoq; rex Arabum, studio indagandarum stirpium adeo exarsit, ut de simplicium effectibus ad Neronem imperatorem, conscripserit. Iuba etiam rex utriusq; Mauritanie, inter cætera præclara regij splendoris monumenta, Euphorbiam herbam à se inuentam quanq; medici sui nomine appellatam, miris laudibus extulit, priuatim ei dicato uolumine. Ptolomæus uero Aegyptiorum rex nobilissimus herbarum uires ac naturam intelligens, Heliochrysum quam diligentissime ac magna cum laude primus omnium obseruauit. Telephium quoq; herba nomine ipso & inuentionis & usus uetustatem fatetur, tanq; inuentum à rege Mysiæ Telepho, quodq; malis ulceribus quibus rex consenuit, ab Achille uulneratus, auxilietur. Massinissam in idem illum Numidarum regem Romanorum amicitia & societate nobilem, probe herbariam medicinam calluisse ex eo satis uidetur, quod ferunt iam uulneratum, cum in specula quadam occulta delitesceret, uulnera herbis curasse. Aneiquitas etiam nihil prius mirata est quam et Hesperidum hortos, ac regum Adomidis & Alcinoi. Itemq; pensiles siue illos Semiramis siue Assyriae rex Cyrus fecerit. Persæm præterea eruditiores negauerunt ex Perside propter supplicia translata, sed à Persæo Memphisatam: & ob id Alexandrum Persæa herba coronari uictores ibi instituisse in honore atq; auui sui. Ad hæc etiam haud prætereundum puto Alexandri Macedonis inuentum seruandæ niuis, in scrobes ubi ea sit coniectis è Quercu ramis. Glandis uero fagineæ usum à Pelasgo Arcadibus traditum uolunt, cum antea radicibus herbarum arborumq; folijs recentibus in cibo uterentur. Agamemnon autem, rex Argiuorum fortissimus, non tam ob Troiam euersam claruit, Homericò carmine celebratus, quam ob Delphicam Platanum eius manu satam, & alteram in Caphiæ Arcadiæ luco. Carolus deniq; cognomento magnus, Gallorum rex, hisce ferè seculis, herbarum studio quam regno memorabilior factus est. Nomen cuius inter mortales singulis annis reuiuiscens Carlina herba inuentoris nomine uulgo nobilis, potissimum illustrat, perpetuatq; Non defuerunt insuper ex Romanis Imperatoribus, qui etsi in rebus publicis & bellicis occupatissimi, rem herbariam excolerent fouerentq; & ab interitu uindicarent. Accedit ueluti miraculo proximum, quod inter cætera omni studio ac summa diligentia curarunt, ut uarijs locis, maximis quidem impensis, herbarios etiam alerent. In primis autem Diuus ille Augustus Laclucam adeo nobilitauit, iam seruatus Musæ medici prudentia, ut cum priores eam ob religionem minime commendarent, in tantum recepta commendatione, ut seruari etiam in alienos menses eas Oxymelliterepertum sit. Pariterq; per Eruum etiam curatum fuisse, epistolis ipsius memoria extat. Sifer & ipsum Tyberius Cæsar illustrauit, flagitans omnibus annis à Germania. Lapsanam præterea D. Iulij carminibus præcipue iocis militariibus celebratam accepimus. A Germanico etiam Cæsare Germania oras scrutante cõperta arbor est generis Pinei, quæ per autumnum Succino lachrymat. Verum non omittendi sunt etiã quæ plurimi insignes proceres, ac summi heroes, qui non parum studij contulerunt, tum

ad augendam

ad augendā stirpium maiestatem, ac gloriam, tum ad parandam sibi inde famam immortalem.
 Militaris itaq; heros ac fortis *Achilles*, non tantum ex bello, & cædibus primam ac maximam laudem sibi cōparauit, uerumenimvero ex celebratissima ac nobilissima herbariæ scientiæ cognitione. *Achilleam* siquidem herbam ab eo tum inuentam tum cognominatam ferunt. Quæ singulis annis renascens inter homines tanti herois memoriam perpetuo reficit, eiusq; nomen unā illustrat. Quem etiannum *Aeruginem* primum inuenisse affirmant, ideoq; ueteribus pingebatur ex cuspide decutiens *Aeruginem* in uulnus *Telphi*. *Venerant* olim ad *Troiam* *Telamonij* fratres *Aiax* & *Teucer*. *Ne* non eadem belli gloria, sic totius uitæ inæquali fortuna. *Ambo* tamen natura, ac herbariæ medicina aliquid contulerunt. Sed alter lamentis plenum florem, nempe *Hyacinthum* mortalibus prodidit: alter uero *Teucrium* herbam inuentori suo cognominem, ad æternum humani beneficij decus, ut ea liberibus omnis mēderetur ætas. *Thescum* quoq; stirpium fuisse peritissimum, coniecturam non leuem præbet, herba de eius nomine *Thescus* uocata, ad alium subducendam (si *Theophrasto* credimus,) præstantissima. *Alciades* autem ille *Atheniensium* princeps non obscure plantarum studium adamauit, ut pulchre satis demonstrat tum *Anchusa*, tum *Echion* herba, priuatim ab inuentoris, fautorisq; nomine *Alciadiæ* dicta. *Narrant* insuper *Dionysium* priorem *Siciliæ* tyrannum *Rhegium* urbem transfuisse *Platanos*, domus sua miraculum. *Clearchum* quoq; *Heracleotam* *Ponti* tyrannum ferunt primum excogitasse *Citrium* malum omni exitiæli medicamento præsentī esse remediū: ac populo gratam potionem commonstrasse. *Gloriantur* etiam ueteres tum *Græci* tum *Latini* *Poetæ*, e suo grege plurimos, & eos quidem primos ac præcipuos multum operæ & studij in perquirendis plantis posuisse, atq; non pauca de illarum ut ac potētia curiosus etiam prodidisse. *Orpheus* enim ut omnium uatum antiquissimus, ita et longe optimus, multa de herbis scitu haud indigna posteris memoriæ reliquit. *Homerus* præterea, ubi subinde expaciari ad herbas datur, *Dij* boni, quam lepide illas pingit, quantum phisiosophatur, uim & naturam illarum belle explicans, uidelicet dum hortos *Calipso* & *Alcinoi* describit, dum *Moly* suum celebrat, dum *Loton* & *Nepenthem* extollit, dum *Crocon*, itidem *Hyacinthum*, *Cedrum*, *Asphodelum*, ac *Salicem* attingit, ut profusus uera dixerint de illo quidam, nihil non uidisse cæcum illum. *Apud* *Græcos* etiam *Polion* herbam olim inchantam legimus, *Musæi* & *Hesiodi* laudibus: ueluti *Maluam* & *Albucum*. *Scobymon* seu *Cinaram* itidem *Hesiodus*, *Alceus*, & *Calimachus* summis præconijs extulere. *Celebratur* etiam *Crethmon* & *Sonchos* ut quem *Thescus* apud *Calimachum* apponat rustica illa *Hecale*. *Melampus* autem siue *Melampodes* *Argiuus* inter poetas ante *Homerum* uetustissimus, rerum etiam arcanarum fuit peritissimus, quippe qui insanientes *Proeti* filias ad sanitatem restituit *Elleboro*, quod hunc ab eo tanq; ab inuentore *Melanpodion* uocatum est. *Quantū* alij pastorem eodem nomine fuisse uelint, qui primus *Veratro* purgauerit sanaueritq; furentes *Proetidas*. *Seruilus* quoq; *Democrates*, aut ut alij uocāt, *Damocrates* primus *Lepidium* herbam inuenit, quam (ut ait,) ficto nomine *Hiberidem* appellauit, inuentioni eius assignato carmine. *Nec* omittendus hoc in loco *Rufus Ephesius*, qui adeo fuit stirpium studiosissimus, ut quinque libros de herbis (si *Galeno* fidem adhibendam censemus,) hexametris

uersibus conscripserit. *Virgilius* in super Latina poësis antistes, totius sanè naturæ peritissimus poëtico uerborum inuolucro multa lepidissimè cecinit, ad historiam stirpium spectantia, qualia fuerit *Dictamnus*, *Panaces*, *Ambrosia*, *Cytisus*, *Lotos*, *Tymus*, *Galbanus*, ac *Cedrus*. *Æmilius* itidem *Macer* *Veronensis* poeta sed Latinus, *Nicandrum* quidem *Colophonium* imitatus, de uenenatis animantibus, ac de herbis, atq; etiam de aubus q̄ accuratissime scripsit. *Ouidiū* præterea herbarū fuisse peritissimū palam reperient, qui idēdem illius carmina sedulo introspicere non fuerint indignati. *Veteres* quoq; sapientiæ affectatores, quos *Græcia* primum *Philosophos* nuncupauit, id muneris stirpium indagandarum, ut alienum à se minime reiecerunt, quin ex eo potius studio gloriæ sibi ac laudem nō mediocrem aucupati sunt. Fuitq; in primis *Samio* sapienti quondam *Sinapis* in maximo hortensium omnium, quibus tantū cū toto discipulorum grege magister uescebatur, honore & pretio. Quē etiam aiunt, integro uolumine *Bulbos* celebrasse. *Plato* in super philosophorū *Deus*, uel ex hoc rei herbariæ diligentissimus uideri potest, quod ab *Epicrate* *Ambraciota* mediæ comodiæ poeta fuerit acriter sugillatus, ob id quod plātaram atq; herbarū naturas curiosius inuestigaret. *Nyctegreton* præterea herbā, quam *Chymistæ* *Lunariā* nominant, inter pauca miratus est *Democritus*. Quāti autē fecerit plātariū cognitionē *Peripateticorū* princeps *Aristoteles*, nō leuē coniecturā exhibēt, libri aliquot de stirpibus ab eo cōscripti. Sic sanè *Theophrastus* præstantissimos de plātaram historia cōmentarios posteritati reliquit. *Epimenidem* quoq; *Crētē* sem herbarum peritissimū fuisse indicio est herba *Epimenidia* dicta, quod uerisimile sit eā eiusq; uim medicam cōperisse. *Epicurus* uero, qui propè nobis excidit magni nominis philosophus, inter cetera librū de plātis (autore *Laertio*) cōdidit. *Vnum* etiā de *Medica* herba, et *Cytisū* uolumē *Amphilocus* fecit cōfusum. Fuit et *Cytisus* ab *Aristomacho* miris laudibus prædicatus: sicuti à *Diocle* *Rapum*, et *Panicū*: à *Cleophate* *Aron*: et ab *Eratostene* *Cinarā*. *Themison* quoq; *Arnoglossū* propriū uolumen dicauit, laudes abunde complexus. Celebrauit, & *Capparin* *Zeno* *Citiæus* *Stoicæ* familiæ princeps, iureiurādo per *Capparin* fidem suā etiam adstringens. *Brassicæ* laudes lōgum esset exequi, cum & *Chrysippus* priuatim ei uolumē dedicauerit per singula mēbra hominis digestum, & *Diueches*. Ante omnes autem *Pythagoras*, et *Cato* nō parca celebrarint: itēq; uniuersa adeo *Ioniam*, ut per eādem etiā palam iurauerit. *Androcides* autem uir sapientia clarus *Brassicā* aduersari uino et ebrietatē arcere hoc prodidit exēplo, quod uitis etiā uiua *Brassicæ* fugetur odore. *Nobilitauit* olim uina & uites *Aristomachus*, *Coniades* *Eudromius* *Hicisus*, et *Raphanum* *Morchion*. Præter philosophos etiā ueteres *Legum* latores tanti fecerūt *Medicā* materiā ut multis priuilegijs sint eā prosecuti. *Maxima* siquidē fuit arborū cura *Legibus* præcis, cautumq; est. **XII.** *Tabulis*, ut qui iniurias cecidisset alienas, lueret in singulis scelos aeris uiginti quinq;. Præterea non inelleganter *Brassicā* *Lycurgi* illius qui *Lacedæmonijs* leges tulit, lachrymā esse finxerunt, quam cum à *Libero* patre *Viti* adalligatus esset, effudit. *Verum* ut ulterius progrediamur, sunt præter iā memoratos philosophos, poetas, heroes, principes, ac reges, alij plurimi maximæ autoritatis uiri, qui se plātaram studio deuouerunt. *Sabinus* siquidē *Tyro* librū cōdidit *Cepuricon* inscriptū, quē *Mecænat* dicauit. In quo non expedire tāgi *Rutā*, *Cunilā*, *Mentbā*, *Ocimū*,

ferro memoriae prodidit. Aristandri quoque apud Graecos de arborum ostentis, apud Latinos uero C. Epidij extitere commentaria. Cato etiam praeter Brassicam, olei Amurcam celebravit. Fuitque Glaucias circa Carduus quidem diligentissimus. Claruit quoque Eryngium ob Phaonem Lesbium dilectum a Sappho. Me uero nobilissimum Athamanticum uocatum, tanquam ab Athamante inuentum. Conilon praeterea quendam aiunt herbam sibi cognominem inuenisse, quam uocant Cunilam. Amaracum herbam nobilitauit Amaracus Cynarae regis Cypri puer in herbam sui nominis mutatus. Libanotim uero maxime illustrauit Libanos Graecus adolescens, in fruticem gentilis cognomen transformatus. Narcissum ab adolescente suimet amore capto, et in eum florem conuerso, natum in Boeotia Theophrastus non illepide fabulantur, fontem Donaca monstrantes, ubi se specularetur puer, Nec uiris hoc tantum datum, sed habet alter sexus etiam quod in huiusmodi honore iacet. Affecta uere enim et mulieres hanc gloriam, non obscurae quidem at eminentioris fortunae insignes. Circeamque in primis fatetur omnes herbarum uires praesertim ad ueneficia, probe cognitae habuisse. Ideoque Circeam herbam ab ea inuentam et nuncupatam nonnullis nerisimile uidetur. Anguitiam itidem ac Medeam Circes sorores, tum ad morbos et senectutem arcendam, tum ad omnis generis uenendorum curam multarum stirpium uarias mirabilesque uires reperisse. Aconitum etiam inuenisse prima dicitur Hecate, uenenorum insigni crudelitate foemina, quae Persam patrem perinde crudelissimum ueneno substulit. Chrysamen quoque mulierem, ueneficas herbas calluisse Polyemus ille Macedo abunde indicat, in suis Stratagematum libris, quos primum a nobis in Italica lingua uersos, iam iam typis excussos ad Illustriss. ac Excellentiss. Ioannem Iacobum Medicum, Marignani Marchionem misimus. Cupressum adhuc nobilitauere Charites Eteoclis filiae, in plantas uirides sibi similes olim transformatae. Aiunt etiam ictu Paetontis fulmine sorores fletu mutatas in arbores Populos, lachrymis Electrum omnibus annis fundere, iuxta Eridanum amnem, quem Padum uocant. Helenium quoque est lachrymis Helene dicitur enatum, dum gubernatorem Canopum Hamorchei serpentis ictu exanimatum fleuisset, in insula mox ab argumeto etiam Helena uocata. Romanis demum temporibus illustratum denuo fuit Helenium, maxime Iuliae Augustae quotidiano cibo. Panaceam autem herbam quae statim suo nomine omnium morborum remedia pollicetur Panacea inuenit, primaque mortalibus indicauit. Sunt qui Artemisiam herbam affirmant ab Artemisia illa Mausoli regis Cariae uxore inuentam ac nominatam. Quae non contenta Mausoli coniugis sui fortuna et regno quod ante se reges aliqui fecerant: glorioso adoptionis getere in nomine et gloria sua Artemisiam herbam traxerit. Vt esset in medicina materiae historia etiam post diruta in uacuo aere pendentia Mausolea, et quae uirix Rhodi tropaea mulier crexerat duturnius et naturae aequum nominis sui in aeterna planta monumentum. Quare iam omnibus perspicuum esse arbitror, siue antiquitatem, cuius maxima semper apud mortales autoritas et ueneratio fuit: siue caelestem ac plane diuinam originem siue Reges, Caesares, Heroes, Poetas, Philosophos, omnisque aetatis et generis homines, qui non solum de herbaria medicina praecclare senserunt, uerum etiam ut illam assequerentur omni opera, studio, diligentia ac labore quamplurimum insudarunt, unam spectemus plantarum scientiam nihil usquam esse laudabilius, splendidius, ac honorificentius. Vt non immerito hoc omnium

longe præstantissimum ac saluberrimum tantorum regum, & præclariſſimorum hominum studium atq; certamen miris laudibus ad cælum usq; extollamus. Tam enim innocenter sibi, utiliter uero alijs tunc reges imperia tractabant, gaudente ut par est matre omnium terra, augmentibusq; uires suas herbis, quæ regum manibus foderentur, gaudente etiam herbaria medicina quæ reges haberet autores, eorumq; dignitate suum & ipsa honorem & gloriam auferret. O temporum & gentium illarum foelicitatem, quibus pro salute omnium, cunctis seculis bella fierent, non ut imperij sui, alienæ uero seruitutis causa tam multa uirum sub signis militia ducta, una dies daret exitio, perirentq; simul gentes, & cum gentibus bonæ artes. Quarum continua ex multo tempore iactura antiqui illius studij & ingenij uix idolorum & spectrum aliquod nostra ætate nobis reliquit, præsertimq; in deprehendenda & ostendenda digito antiquorum medica materia. Vnde non iniuria mirari subit, cur nemo propemodum principum nostrorum, ueterum regum & heroum exempla imitari enitatur, aut saltem eos imitare, qui studio indagandarum stirpium maxime tenentur, in animum inducat. Idq; eo potissimum nomine, quod nihil sit unde sibi plus laudis & gloriæ uenari possint, aut de uniuersa posteritate longe melius mereri, quam si herbarum scientiam excolere, augere, ac conseruare studuerint. Sed quid planè mirum reges ac principes non admodum stirpium cognitionem sectari, cum propè omnes nostri temporis medici ab ea tanq; à re aliena prorsus abhorreant. Indignum si quis dem existimant, si ea pertractent, quoru notitiam priuatim phar macopolæ, imperitum sanè magna ex parte hominum genus, ac stolidæ ne dixerim rusticæ mulierculæ iam ninium temere sibi uendicarunt. Solumq; curant ut ea dicatur, et fiant, quibus uulgi gratiam ineant, et ab eis approbentur: dico autem, quibus suis adulari, quotidie salutare, diuites per urbem comitari, principes inuisere, in comitijs discumbere, atq; in eis tum ministrare, tum iocos & facetias referre. Quidam uero non hæc modò faciunt sed prætioso quoq; uestium & anulorum ornatu, magnosq; subsequentiū comitatu, populo persuadent se dignos esse qui beati & amabiles ab omnibus habeantur. Quo fastu elati, pecuniam, & ciuilem potentiam, et inexplebiles uoluptatum delicias omnes eousq; suspiciunt, ut si quis sapientiæ quoduis studium sectetur, pro insano, insani, hunc habeant. Pro scelus, cum qui mordicus indagandarum stirpium curam tenere deberent, eam funditus repudiant, aspernantur, ac pro nibilo putant. Ad se forsitan hanc prouinciam haudquaquæ pertinere arbitrati, tanq; ad morbos recte curandos, aut ad probas medicamentorum compositiones denuo parandas, aut ad antea inuentorum commodum & opportunum usum, prorsus inutilem, ac minime necessariam. In hoc unum tantum proram ac puppim artis constituentes, ut formulas compositorum medicamentorum, quas illi barbara & insulsa uoce receptas uocant, ut cunq; pro huius temporis more concinere queant. Quod cum audacter magis quam perite faciunt, Dij boni, quàm multis scelerate imponunt, quando cuiusq; (ut Plinius uerbis utar,) medicum se profitenti statim credatur. Quod tamen ferendum forte æquiore animo esset, nisi maximo mortalium periculo discerent, & experimenta per mortes agerent, illisq; tantum homines occidisse summa impunitas esset. Optarem itaq; ut iam assuescerent omni conatu, ueterum non modo regum, heroum, poetarum ac philosophorum, sed & medicorum etiam in exacte perscrutanda medica materia sectari studium, & diligentiam. Qui haudquaquæ aspernantur

ti sunt altissimos perreptare montes, ac densissimas peragrarè sylvas, longinquasq; terrarè regiones petere, & ad intima etiam terrarè viscera penetrare, quo exactam medicarè materiæ notitiam assequerentur. In primis autem è Græcorum classe non paucos habent, quos uelut primates in simplicibus medicamentis cognoscendis quam pulcherrimè imitentur. Inter quos nimirum primas obtinet Pedacius ille ex Anazarbo Dioscorides, qui à prima ferè iuuentute indefesso quodam cognoscendæ medicarè materiæ studio, multas ac remotissimas in militarè labore mundi regiones peragravit. Cognitis enim oculata fide, multaq; diligentia rebus, & ex concordia inter omnes historia percontationeq; à locorum incolis perscrutatis, materiam omnem utilem plurimis ac laudatissimis libris perfectissime absoluit, non herbarum tantum sed & arborum, & fructuum, & succorum, & liquorum, commemorans insuper metallica omnia, & partes animalium. Quem non multo post secutus est Galenus medicorum omnium (Hippocratem semper excipio,) facile princeps, qui præter animi magnitudinem, dicendi facultatem, ac philosophandi medendiq; scientiam, adeo medicarè materiæ cognitionem affectauit, ut non unius & item alterius tantum prouinciæ tractus, sed magnam orbis partem perlustrauerit. Metallorum siquidem causa in Cyprum; Bituminis autem, & aliorum quorundam gratia, in cauam Syriam Palestinæ partem nauigauit. Nauigauit & in Lemnum insulam, non aliam senè ob causam, quàm ut Lemniam, siue terram quis uelit ipsam nominare, siue sigillum, exactè dignosceret. Ut silentio inuoluam Theophrastum, Heraclidem, Crateiam, Dionysium, Methrodorum, ac alios etiam quamplurimos ueteres, qui cæteris omnibus diligentius herbariam illustrasse uidentur. Apud Latinos autem qui minus stirpium cognitionem quam par erat, celebrare omnium utilitatum & uirtutum rapacissimi, paucos habemus quos in hoc negotio consulamus, præter Antonium Musam Casaris Augusti medicum, et Apuleiū, quorum alter Pætonicam illustrauit, alter quàm plurimas herbas pulchre attigit. M. Catone, C. Valgio, Læneo Magni Pompeij liberto, ac unà Antonio Castore nunc omisissis. Quo quidè tempore aut certè cōtinuò post emicuit Plinius ille Secundus togatorū doctissimus, nullius expertis disciplinæ, totius naturæ interpres, qui qualis quantusq; in indaganda medica materia fuerit, satis apparet ex ipsius uerè diuina ne dixerim naturali historia. Quorum sanè studia aliquot boni, eruditi, ac diligètes uiri nostro hoc seculo imitati, rem herbariam in uniuersum ferè oblitteratam, ac prope modum extinctam, ne dicā funditus deletam, summis ac maximis tum uigilijs tum laboribus inuare, & ab interitu uindicare non sine miraculo contenderūt. Hermolaus inquam Barbarus, Ioānes Ruellius, et Marcellus Virgilius, qui primi omnium facinus longe pulcherrimū aggredi, eamq; medicinæ partem quæ herbis cōstat, illustrare, atq; è crassissimis tenebris in lucem reuocare nō infeliciter ausi sunt. Eadem quoq; tēpēstate nutanti tum breuiq; casuræ rei herbariæ auxiliare manus porrigere non sunt dedignati Ioānes Manardus, ac Nicolaus Leoniceus. Quibus in hoc studio illustrandæ rei herbariæ successerunt Otto Brunfelsius, Euricius Cordus, ac Valerius eius filius. Vigent adhuc & quamplurimi qui non parum insudarunt, ad augendam ac ferè perficiendam iam nonnihil illustratam medicarè materiæ scientiam, nempe Leonhartus Fuchsius, Antonius Musa Brasauolus, & Iacobus Syl

ius, Sunt & *Aloysius Mundella, Lucas Ghinus, Victor Trincavellius, Nicolaus à sancto Michaele Nouocomensis, Augustinus Gadaldinus, Franciscus Camutius eiusq; filius Andreas ac Hieronymus, & Bartholomæus Carolus, aliq; innumeri, quos ne tediu pariat oratio lubens ac uolens præter eo. Non omittendus tamen singularis eruditionis, & perspectæ diligentiae Andreas Matthæolus, qui primus (quod sciam,) præstantissimum atq; multis iam seculis comprobatum medicæ materiæ scriptorem Dioscoridem in Italicam linguâ quàm elegantissime uertit. Quo fœliciter peracto labore, commentaria adiecit, in quibus medicæ materiæ scientiam, cum ad usq; hæc tempora in nocte densissima delituisse, tanq̃ intereptam nunc primum è caliginosis latebris in lucem reuocauit, & eam ueluti alio quodam partu genuit, & per omnia membra aluit, eduxit, uelutit, & omni ornatu insignem reddidit. Què subinde emulati *Marcus Antonius Sægemintanus, et Hieronymus Ruscellus, alter Dioscoridem in Italicam orationem uersum uulgò legendum adidit, alter etsi professione medicus non sit, multa in Dioscoridem, ac Plinium pollicetur. Arabes demum non modo perscrutandarum stirpium studium illustrarunt, sed plurimum etiam, magno mortalium commodo, medicæ materiæ maiestatem auxerunt: sicuti belle indicant, *Moschus, Ambarum, Caphura, Vernigo, Lacha, nux tum Moschata tum Methella, Sericum, Xylon, Bebenum, Santala, Iesiminum, Spinaceum olus, Anguria, Cassutha, Anacardium, Senna, Myrobalana, Oxyphoenica, & Myxa: quibus non immerito addenda est Cassia illa Cathartice, cuius sanè usus tam multus tanq̃ quotidianus est, ut sine ea (quod sæpius prædicare solitus est excellentissimus ac ornatissimus Angelus Candianus, medicus nostra ætate admodum insignis ac uerè regius, & summus omnium studiosorum patronus ac Mecænas,) uix possit nostrorum temporum medicina stare. Ne hic connumerem quibus uim purgatricem dederint, ueteribus quidem præsertim Græcis si non incognitam, inexpertam tamen. Vt saltem hoc nomine multum Arabibus etiam debeamus, nec esse adeo contemnendos ut pleriq; nimium temere arbitrantur, cum medicam materiam non mediocriter adiuerint, sed multa in eam utilia ac hodie frequentissima inuenerint, Dioscoridi, Galeno, ac Paulo si nõ ignota, prorsus sanè indicta. Quo magis ueterum negligentiam, aut fortunam demirari licet, qui aut ea ignorauerint aut uti, ne posteris monstrare dixerim, noluerint. Quamobrem unâ cum quamplurimis ac probè doctis uiris in ea sum hæresi, Arabum pariter ac Maurorum de re potissimum herbaria cõmentarios, prorsus haud esse negligendos, modo quis ad fontes semper adspiret. Comperi etenim, dum sedulo in Dioscoridis Galeniq; ac Pauli lectione uersor, nihil aliud ferè habere Arabes quam quòd in ueterum quoq; Græcorum monumentis proditum conspicitur. Quam quidem sententiam uerisimã esse obseruauis, ex Græcorum ac Arabum scriptis, & locorum collatione. Neq; enim in medicina præsertim quæ herbis constat, omniq; alio disciplinarum genere, aliunde certius quàm ex autorum locorumq; collatione ac diligenti illorum obseruatione, ueritas indagari potest: Quam uiam nos ingressi summo studio primùm curauimus Serapionem inter Arabas non postrema notæ autorem, sed medicæ materiæ peritissimum illustrare, atq; exuta omni barbarie prorsus latiniorem reddere. Vt subinde nos Arabibus non parum debere studiosi intelligant, cum uiderint ab eo in ordinem pulchre digesta, præter innumera alia, quæcunq; à Græcis antea prodita reperiantur.***

data reperiuntur. *Ut* potè in ijs *Arabum* cura fertior aut industria sollicitior. *Verum* nimiam fortassis audaciam in me reprehendet nasutior aliquis, qui hanc *Serapionis* interpretationem aggressus sim, sola autorum & locorum collatione fretus, *Mauritanæ* linguæ prorsus rudis ac expertus, unicam secutus translationem omnium quæ hactenus editæ sunt usq; longè corruptissimã, ne dixerim quoq; barbarissimã. Ad quæ non aliud fermè excusationis genus habeo, nisi ut dicã omnino in difficultibus rebus audendũ esse, nec aliter quicq; effici, et sperare me non ægre ab æquis ingenijs non ueniam solum, sicubi non satis fecero, consecuturũ, sed insuper gratiam ac beneuolentiam pro illis quæ commode transtulisse aut etiam illustrasse uidebor. Quam tuncumq; enim uel ingenij uiribus, uel assiduo labore præstare potui, id omne in huius celebratissimĩ scriptoris emendatione collatum est, ut nimirum uelut *Augie* stabulũ expurgaretur. *Ut* inde uniuersum hoc opus sanè quam arduum, & nuper impeditum, nunc cur a nostra expeditum sic atq; expolium sit, ut iam doctis non placere modo, sed etiam prodesse possit plurimũ. In quo illud potissimum sciendum, obseruasse nos iam pridem coniungi in scriptore hoc, & cõtinuata historia tractari multa oportere, quæ contra rei naturam & sermonis in eo ductum disiuncta simulq; in barbaris iam uulgatis codicibus passim modò leguntur. Disiungi contra quæ impertine simul & in unum coaluerunt. *Damnari* itidem, mutari, emendariq; & ex eo penitus eijci quæ male superstitiosè uel aliquo loco accreuerunt, omniumq; huiusmodi rationem suis locis habendam. *Passim* præterea quod *Nomen* siue *Arabiciũ*, siue *Græcũ*, siue *Latinũ*, siue *Barbarũ*, *Officinũ*q; iustatum, *Italicũ* uel *Galicũ*, *Germanicumũ* uel *Hispanum*, quæq; stirpium sibi adoptasset, docere conatus sum, ut πολύχειρος esset liber, non solum uni gèti, neq; doctis tantũ sed rudioribus ac tyronibus quoq; usus futurus. *Silentio* insuper haud quaquam prætereũdum, omnes locos à *Serapione* citatos ex illis autorum operibus, quæ iam antea docti uiri *Latinitate* donarunt ad uerbum ferè mihi transcriptos esse, idq; præcipue in *Pauli*, ac *Dioscoridis* & *Galeni* libris, non tam ut compendium laboris facerem, quam quia sperabam illos si desliter conuertisse, ac melius forte, quàm ego denuo facturum essem. *Non* tamen omnino temere transcripti, sed omnia prius cum *Græcis* exemplaribus contuli, & si quid mutandum uidebatur, id candidè feci. *Quod* etiamnum peculiarem laborem aliquãdo mihi peperit. *In* locis autem ex *Galeno* præsertim & *Paulo* citãdis, *Græcorum* exemplarium partitionem sumus secuti, quemadmodum ex *Dioscoride*, quamq; *Græca* capitum sectione seruata, in eius singulis libris numeri initium fecerimus, neglecta prorsus longa illa et continuata in uniuerso opere capitum omnium serie, ueluti etiam hic factum nõ abre studiosi comperient. *Modo* passim probe consulant nostras in hoc septem *Medicæ* materiæ libros, annotationes, quas prope diem unã quoq; euulgabimus. *Interim* uero cum animaduertèrem deprauatissimo hoc seculo nõ deesse multos, qui sua obrectatione aliorum labores carpunt, et rifi eleuant, quæ illorum est seu inscitia, seu improbitas, certè mihi aliquis heros tum nobilitate tum uirtutum splendore insignis querendus fuit, sub cuius auspicijs ac tutela eã meã uigiliã in publicum prodirent. *Cogitanti* autem mihi diutius quem potissimum seligerem, cui has meas lucubrationes rectissime inscriberem, tu unus *Præflecte* amplissime, ac summum *Iustitiæ* decus, occurristi, qui ob multas ac præclaras animi tui dotes, & propter singularem bonitatem ac doctrinam, tanta es

apud omnes autoritate, ut qui in rebus maximis gerendis, & iudicando, populisq; regendis, hæc ætate tibi anteponatur, prorsus sit nemo. E lucefcit etenim uirtus tua, admirationisq; omnibus est, nec priuatis tantum hominibus, sed & summis Regibus ac Principibus, qui libentissime in tua fide conquiescunt, maximarumq; urbium administrationem mandant. Quis enim ignorat, cum te natura tam magno ingenio procreasset, illudq; tu assiduitate, & summa cura semper augere à pueritia studueris, tam capax fuisse, ut non unam tantum, sicuti cæteri homines, perceperis disciplinam, sed omnes, quas intelligeres tibi ornamentum & uoluptatem allaturas. Cum disciplina siquidem Iuris Ciuilibis, quæ ad maximas res gerendas apta est, ne diuturnis laboribus & cogitationibus animus tuus frangeretur, eas omnes adiunxisti, quæ animum reficere possent, ac quodammodo recreare, ut subinde alacrior ad magna negocia obeunda redires. Ac ne singulas enumerem, quis nescit quantam delectationem afferat tibi interdum post maximos labores, si detur ocium, rusticatio una breuis, quam totam ponere soles commemoratorum Regum, Principum, Poetarum, Philosophorum ac Legumlatorum exemplo, in herbis à natura tanto artificio productis, ac tam diligenter ueteribus descriptis, cognoscendis. Hanc ego uoluptatem cum immortalitate conferendam puto, quid enim honestius, quid pulchrius, quid uiro nobilissimo accommodatius? querant alij aliis relaxationes uenando, aucupando, equitando, hæc tua una sit, quamuis ex reliquis tantum tibi assumis, quantum ualitudini tuendæ satis sit. Cum igitur Herbariæ huius discipline ^{studia} maxumopere delecteris, præclare sanè mecum actum putabo, & tum demum me perbeatum esse existimabo, cum tu omnes hosce meos labores non improaueris. Ita nimirum commendatos satis ac probatos intelligent se esse, ubi iudicio tuo, longè quidem acerrimo, non displicuerint. Quare si spe nostra, quam de te concepimus quidem optimam, frustrati haud fuerimus, ad maiora deinceps nomini tuo consecranda nos ardentius excitabis. Interim autem Deus Optimus Maximus te plurimos in annos sospitem, & incolumem conseruet. Venetijs, Calendis Iulij, Anno, M D LII.

Afchil	105.2.	Bazara chatona	79.3.	Bunduch	61.4.	Candarus	35.2.
Affanach		Bazarichichen	16.3.	Burdi	42.3.	Caused	152.4.
Afengi	Albairi 137.2.	Bebid	160.4.	Busch	116.2.	Caualicaris	32.2.
	albar	Bedarog	59.3.	Buthermarien	89.2.	Celb	57.1.
Affidagi	132.4.	Bedarungi		Buzaidan		Cest	93.3.
Afmeni luni	69.1.	Bedarangie	12.2.	Buzaiden	90.1.	Ceafud	152.4.
Afnea	40.3.	Bederenzegun		Buzidan		Chabazi	57.3.
Afquiron	92.1.	Beftafe	9.4.			Chabi Alhadid	341.2.
Afrenge	132.3.	Beftaigi	89.1.			Chabzi	18.4.
Afjach	92.3.	Beta balalen	121.4.			Chachal	
Afuan	88.4.	Beid	155.4.			Chachale	31.4.
Afubet	127.3.	Bel	90.1.			Chachile	
Aftarac	26.4.	Beladur	124.1.			Chachule	
Aftaraticon	41.1.	Belefcm		Cachola	113.3.	Chachit	160.2.
Aftihymum	88.4.	Belefma	60.4.	Cadaba	49.2.	Chafir	120.2.
Aftochodos	15.3.	Bellegi		Cafat	56.1.	Chaiar	81.4.
Aftiatricus	41.1.	Belleg	44.2.	Cabade	62.3.	Chaiar fandar	13.4.
Aftuchudes		Belam	60.4.	Cairin	154.4.	Chal	52.4.
Aftuchorados	15.3.	Beloth	41.4.	Cait	10.4.	Chalbebi	111.2.
Atemed	132.1.	Bemen	78.2.	Caiton	10.3.	Chaleafium	
Atharachi	137.1.	Ben	95.1.	Calab	33.2.	Chaldunium	106.1.
Aibel	16.2.	Benefefegi	54.4.	Calamentum	108.4.	Chalif	53.3.
Athfar atheb	154.4.	Bengi	118.3.	Calcant		Chamid	129.2.
Aihin	35.2.	Bengiechek	107.2.	Calcantium	136.2.	Chamadrius	66.4.
Atimad	131.1.	Berdi	42.3.	Camech	166.1.	Chamaftibus	66.3.
Atiralicó Tatarch	39.3.	Berendaros	59.3.	Camir	19.1.	Chambel	33.3.
Atratifus	41.1.	Berengemich	59.1.	Camun	98.2.	Chambil	33.3.
Atrog		Berfandamum	122.2.	Canab	76.1.	Chandanchareis	32.2.
Atrugi	9.3.	Berfaufam		Canabith	33.3.	Chandavos	35.2.
Atrungi		Berfegnafcen	10.1.	Candarel	20.1.	Chandel	96.2.
Atyropita		Berfendarij	122.2.	Candaron	55.4.	Chane	111.2.
Atyrotypa	52.4.	beftaigi	89.1.	Candarus		Chanifa	167.2.
Auas	54.3.	Befcegnaufen	10.1.	Canderos	35.4.	Chanti	77.3.
Axnech	40.3.	Befd	42.2.	Canianus	40.3.	Chantu	109.3.
Ayrach	B 17.3.	Bezach	116.2.	Canturium	109.3.	Chanturium	109.3.
Babunegi	16.4.	Bezard	11.2.	Capillus	algot 10.5.	Chanturium	109.3.
Bachala lamenia	83.3.	Bezarchetan	16.3.		algot 10.5.	Chanturium	109.3.
Bachale	41.2.	Bezer		Cappar	100.2.	Chaoim	114.4.
Bachale Aliemanie	83.3.	Bezer	Cothuna 79.3.	Car	116.3.	Charatin	153.3.
Bachele albanica	121.3.	Bbar haiuan	158.3.	Carat	56.4.	Charbeck	115.4.
Baklehancha	121.3.	Bhari	152.2.	Carariha	153.4.	Chafen	167.2.
Baladar	124.1.	Bhen	78.2.	Cardamana		Charfel	130.3.
Bán	95.2.	Bhule	160.4.	Cardameni	110.1.	Chares	99.1.
Baralme	112.3.	Bhulles	53.3.	Cardameni		Charfa	129.2.
Barbes	41.4.	Bhunte	77.3.	Cardel	130.3.	Charfs	59.2.
Barcora	154.2.	Bibefe	9.4.	Carfi	99.1.	Charha	85.1.
Basar alxir	123.4.	Bihar	60.1.	Caricemon	114.2.	Charmem	111.3.
Bafi alrabagi	122.2.	Binion	41.1.	Carmas	41.4.	Charnub	53.2.
Bafil	22.4.	Binuach	77.3.	Cartramum	50.1.	Charthom	74.1.
Boffad	42.2.	Bisberg	89.1.	Caruia	99.1.	Charunful	111.1.
Boffal	22.3.	Bisbefe	9.4.	Carunfel	111.1.	Chas	85.3.
Boffar	47.4.	Bitiria	136.1.	Cafab	50.2.	Chafthas	130.4.
Bat	150.4.	Bothormarie	89.2.	Cafi alchelh	39.3.	Chafi	39.3.
Batheca		Botin		Caffab aldatira	75.3.	Chafi Altaleb	39.2.
Bathiech	83.4.	Boton	60.1.	Caforas	69.3.	Chaft	110.4.
Batiture fabartam	146.3.	Buchormariem	89.2.	Cafal	42.1.	Chafara	111.3.
Baton	60.1.	Bulef	53.3.	Cafol	56.4.	Chafubth	24.3.
Baul	156.3.	Buleich	49.3.	Cathimum kureis	32.2.	Chataf	153.3.
Baurach		Bulmar	79.4.	Catsum	110.	Chatas	
Baurach africe	144.4.	Bunchum	40.3.	Cauchiu	106.1.	Chathe	80.3.

Chathan	28.4	Cubebe	98.4	Duca	91.2	Festuch	81.1	
Chate	27.3	Cubeze	57.3	Dulb	55.1	Fin	76.2	
Chateib	80.1	Culam	31.4	Dullaba	84.2	Fisarus		
Chatis	27.3	Culb	83.2	Dumbebe	55.2	Fraffum	72.4	
Chatmi	35.3	Culcas	74.3	Durdi	23.2	Fu	51.4	
Chatmie		Curat	826.2	Duronegi	117.2	Fudenegi	107.4	
Chauch	86.2	Cussus	24.4	Durungi			Fue alfabogin	81.2
Chaungiam	115.3	Cyfe	97.2	Dusfer	17.3	Fufalunie	109.2	
Chazef	150.1	Dabach	62.4		E	Fugel	106.0	
Chefe allimar	74.4	Dabig	79.1	Ealbu	32.4	Fufel	120.2	
Cheser Albeud	65.1	Dabre	131.4	Eerf	93.3	Fuful		
Chetri	77.2	Dachan	91.2	Efichemo	38.4	Fufalunie	109.4	
Cheme	Lente	Dadi	17.2	Efitimo				Fufganunie
leon		Melamos	Dofla	154.2	Egilos	119.2	Falter	77.8
Chemps	37.1	Dagedi	151.2	Eiarxamber	13.4		G	
Chene	111.2	Dalof	160.2	Elbue	32.4	Gafer	56.1	
Cherba	Abiad	Dalefir	17.3	Elifacos	59.1	Gaffum	110.2	
chiem		Asued	Dalzum	154.2	Elkialgebete	114.3	Galopomella	52.2
Cherbas	85.3	Damederios	66.4	Emleg	44.2	Gar		
Cherefes	99.1	Danes alchail	51.4	Endeba	55.2	Gar Alexandria	116.4	
Cheriar	81.4	Daphnides	117.1	Ergit	76.2	Garch	11.4	
Cherua	77.4	Darfeich aban	17.2	Erfion	14.4	Garichum	36.2	
Chesfuth	24.3	Darfeni	91.2	Ethuba	225.1	Garc		
Cheta	83.3	Darfini			Euforbion	123.1	Garic alchaleb	119.2
Cheta alhamar	74.4	Darfifaban	17.3	Eylbu	81.4	Gaur	116.4	
Chenice	77.1	Darfifhban				F	Geguere	42.2
Chianos		Daru	60.2	Facailefus	89.2	Geld	alatiche	
Chiabas	41.4	Dafeke	46.2	Fachi	111.4	alchebe		157.6
Chilodomon	106.2	Daufir	17.3	Fada	146.3	Gethia	Bafiteca	
Chilodomoniboma.	106.1	Debonigi	16.4	Fael	90.1	na		Baflica
Chitbran	128.4	Decka	57.1	Fagalafus	89.2	Gentiana	ibidem	
Chuiui	35.3	Debat	18.2	Fagara	75.2	Gepfim		133.6
Chitira	80.1	Deheb	150.2	Fagilinus	89.2	Gezar	62.8. 91.2	
Chitran	122.4	Deheeb			Fagra	73.3	Giade	62.2
Chimia	147.2	Den	157.2	Fagre			Giargir	78.2
Chobzi	18.4	Demalochotten	119.2	Fahr	113.4	Giaures	1001. 42.8	
Cholchotar	115.4	Dend	124.3	Falfamine	109.1	Giaufir	90.2	
Choron	167.2	Denib alchi	53.4	Falfafa	38.4	Giauz		
Chuanas	167.3	Derdar	43.2	Famanchest	107.2	Giauzi	61.8	
Chubabe	98.4	Dehiu	17.3	Fanax caromon	107.1		alhend	
Chubbare albir	10.1	Deufer			Fandenigi	107.4		Giauzi
Chubeze	57.3	Dhen	10.4	Fanech	147.1	banden	36.4	
Chullot	42.1	Dhenben alchil	53.4	Fand	28.4	Giazudiuch	191.1	
Chundel	126.3	Dhevarion	83.4	Farafio	72.4	Gieben	161.4	
Churtal	50.1	Diaronon	45.2	Farbium	823.1	Gienlar	79.4	
Ciezar	91.2	Dibach	62.4	Fafersin	24.2	Giepfm	133.6	
Cifir	36.1	Dibfacos	43.3	Father	122.3	Giezar	62.3	
Cirmetre	46.3	Didar	43.2	Faudenegi	107.4	Gieuz	61.2	
Clamia	147.2	Disfaha	154.2	Faufel	120.3	Gieuzi Methel	131.4	
Cobron		Disfrigis	133.1	Fannia	31.3	Giunen	161.4	
Cobros	154.2	Dikich	18.2	Fedbe	46.8	Giunceizi	77.8	
Cobs		18.4	Dileg	27.3	Fegiel	106.2	Gulungen	115.2
Colcotar	135.4	Dilegi	43.3	Fel	90.1		H	
Conder	65.3	Dili	27.3	Feleng	73.1	Alchandara	60.1	
Condes	126.3	Dimag	158.2	Felzakarag	12.2	Hab	Alfenubar	
Coras	92.2	Diradar	43.2	Feonia	31.3	Alzelem		32.2
Cordumeni	110.2	Dis	42.4	Fereng	146.4	Zelim		117.4
Cortex Aftas	146.3	Dochan	91.2	Fefine	24.1	Habalbatar	99.4	
Coramb	19.3	Dochona	43.1	Fefirefin	24.2	Haballe	41.2	
Cot	58.4	Dofona	17.3	Fefire fantaninin	24.2	Habben	95.2	
Cribrit	142.4	Driz	110.2	Feffera	24.1	Habel	ibidem 97.2	

Habel	culcul	78.5	Hame	852.4	Hel	71.4.	Iumeiz	77.1.
Ras		95.1	Ha		Helium	70.2.	Iusbague	61.2.
Habnagar		95.4	alcha haich	84.3	Henca	18.2.	Kadi	24.4.
Hacarab		152.3	meb		Hentufi des	47.1.	Kadimach.	18.2.
Hacharcharba		118.1	ethanaleb	66.3	Henne	45.3.	Kafri	48.1.
Hachille		41.2	Hamefibeos	112.3	Hentz	18.2.	Kakbore	94.4.
Hadad		12.2	Hamechin	65.1	Herbum	20.3.	Kak emb	81.4.
Hadbad		12.2	Hamemis	95.3	Hernue	18.1.	Kakile	82.4.
Hades		12.4	Hamos	37.1	Herfenie	20.3.	Kali	89.2.
Hadid		140.4	Hanab	38.3	Hexarchafen	2.4.1.	Kameactis	97.1.
Haerina			Hanab althaleb	61.4	Hezargiesam	2.4.1.	Kamedaphnes	116.4.
Haeris			Hanabroch	153.1	Hiantum	118.2.	Kamefithius	66.3.
Herna		18.1	Hancdebub	166.3	Hispanach	5.4.2.	Kamem	166.2.
Haernia			Handaehöcha	11.4	Hoad	7.2.2.	Kamir	19.1.
Haetur			Handachuchi		Hobas	145.4.	Kanabroch	155.1.
Hofcal leudi		65.1	Handal	96.2	Hohas	145.2.	Kanier alteis	46.4.
Hofis			Handebuchi	11.4	Horon	13.3.	Kaphor	120.2.
Hofas		81.3	Handel	96.2	Huderegi	12.4.2.	Kappar	100.2.
			Handrachabara	122.1	Huller	41.4.	Kapfe	93.3.
			Hane	45.3	Humadh	45.4.	Karabe	94.4.
Achtamach		140.3	Haneb	21.3	Humechte	46.3.	Karauia	99.1.
Al.		139.2	Hanig	82.3	Hunadh	45.4.	Karin	21.3.
Albato		139.4	Haniba	18.2	Hundebe	55.2.	Karfabane	41.1.
Albezahar		139.3	Hara	85.1	Hunire	58.1.	Kartam	74.1.
Albuzeli		140.2	Harach	166.4	Huxander	145.3.	Karui	99.2.
Alexoard		138.1	Haraba	85.1	labora	119.3.	Karumb	129.2.
Aliazaha		140.3	Harar	95.4	labrol	119.3.	Kasiflon	69.4.
Almagritos		138.4	Harabathum	98.1	labrula	119.3.	Kate alhenei	74.4.
Almas		138.2	Harabe	151.4.	labrotom Ler	101.2.	kateth	65.3.
Almensenfen		138.3	Harch	166.4	lac alk alnahamen	3.4.2.	katbhe	38.4.
Almefu		138.2	Harf	125.1	lahade	62.2.	Karoch	806.1.
Alrusfenai		139.2	Harin	21.3	lafafi	9.7.3.	kauz	37.3.
Alyendi		138.1	Harmel	97.4	larus	26.2.	kechabe	98.4.
Armeni		137.4	Harna	151.1	lafach	62.4.	keb3	60.4.
Ajos		138.3	Haronigi	117.2	lafach alcut	13.3.	k ciofaricon	91.4.
Azul		138.1	Harrab	152.3	lafim	117.4.	keiri	72.2.
Iacot		140.1	Haxros	94.2	lafis	135.1.	kefene	20.3.
Lazuard		138.1	Gafa		lawz	3.7.3.	kekenege	81.4.
Magnat		138.4	bel		lebet	123.2.	kel	48.3.
Salachil		140.2	derrire	75.3	leben	25.3.	keleb	82.1.
Sumbedig		138.2	Gofach	46.2	lenden	78.1.	keina	34.4.
Alibend		138.1	Hofcech	96.1	lergir	42.3.	keometri	46.3.
Almenfen		138.3	Hofek	46.2	leuers	90.2.	kenemum	98.2.
Alsfengi		137.3	Hoferk	105.2	Ieusfir	61.2.	kenne	45.3.
Armeni		137.4	Hofel	122.2	Ieuz	61.3.	kepfen	93.3.
Hajalbal		121.4	Hafsa alrbhai	122.2	leuz	233.4.	kerfene 20.3.	
Haidbam maharicheb		66.3	Haffel	71.4	leuz	6.2.2.	kerua	77.4.
Haineb		21.3	Hatar	122.3	leuz	3.6.4.	kefam.	166.3.
Hais		35.2	Hatig	213.1	leuz	233.4.	kefemes	23.1.
Halbe		64.3	Hatil alip	50.2	leuz	6.2.3.	kefen	90.2.
Halch		113.1	Haur	19.1	leuz	6.2.3.	kefimes	22.1.
Halchalambat		60.1	Haur		leuz	141.1.	kefuth	24.3.
Haleich		40.3	Haur		leuz	112.3.	kefum	110.2.
Halilig		43.3	Haur		leuz	80.1.	bich	167.3.
Halion		10.2	Hauab		leuz	70.3.	kuiafoleum	77.4.
Halzum		151.2	Haufel		leuz	93.1.	kuileum	162.2.
Hamad		45.4	Haxez alfacher		leuz	158.2.	kimam	69.2.
Hamaba		13.2	Hebbe		leuz	79.4.	kir	81.8.
Hamarna		95.3	Hebel		leuz	48.2.		
Hambar		72.1	Heil		leuz			
Hambra			Heilbane		leuz			
Hancdebub		166.3	Heijfildas		leuz			

Kitram	228.4.	Mabeizhera	128.1	Mor	100.4	Norfalches	129.1
Kobos	18.4.	Mabendanc	227.3	Morgian	42.2.	Nucharer usfab	28.1
Kodab	38.4.	Maltina	136.1	Morjangius	102.2	Nura	
Korab	33.3.	Mantidabon	40.3	Motheica	12.3	Nure	145.2
Koflos	220.4.	Marbus	120.1	Mu	67.2	Olba	O 64.3
Kothen	}	Marmacor	17.2	Muibazagi	95.1	Olum Kichas	77.4
Koton		31.3.	Maroth	86.4	Mub	67.2	Otomaratum
Kottum	}	Martech	144.2	Mukeita	12.3	Paber	P 73.2
Kulb		51.2.	Marna Hiantsufa	102.1	Mum	13.3	Panax Aschilbet
Kulungem	115.3.	Mascasten	}	Mumeiz	77.1	Paue	31.2
Kuman	50.3.	Mascasten		86.4.	Mumia		Porfira
Kunder	126.3.	Majnocra	63.3	Mumiy	101.3	Pthias	129.4
Kura	83.4.	Masteche	60.4	Mumie	}	Pustech	31.1
Kurat	}	Mastoch	226.2.	Mur		200.4	Pytorispsa
Kuzbara		}	Mauz	}	Muri	67.1	Raienigi
Kuzibara	20.4.		Mauzi		38.1.	Muzi	38.1
		Meba	}			Ramed	129.2
		Mehaha		26.4			Ranich
Labame afabuy	162.3.	Mehene	127.3.	Nabach	40.3. & 49.1. &	Ras	}
Laden	25.3.	Mehene bethene	127.3.		68.2	Rasfas	
Lafri	48.1.	Mehzeberegi	}	Nabathi	126.3	Rasfa	
Lasia	71.3.	Mehizabaragi		128.1	Nachal	47.3	Rasvera
Lafahaten	68.2.	Meife	47.2	Nadid	140.4	Rafen	117.4
Lauzi	97.2.	Melch	}	Nabanaha	102.4	Ratin	112.3
Leben	161.1.	Melha		143.2	Naid	155.4	Raved
Leblab	}	Melomela	52.3	Nanachua	}	Raveud	75.4
Lebleb		25.3.	Memiram	106.1		Nanachue	102.3
Lebne		Memitam	106.2	Nanochach		Raxos	94.2
Lebni	}	Memithe	80.4	Naporam	154.2	Reiofricon	91.4
Lebue		26.4.	Men	26.4	Naramusch	28.1	Refcun
Lehu 82.1.		Mendana	127.3	Narces	68.5	Ribes	85.1
Lengibel	117.3.	Menim	164.2	Nard	44.3	Ribe	167.3
Ler	100.4.	Merara	163.2	Narfesira	}	Roman	50.3
Ler labtoten	101.2.	Merarex	85.1	Narfesire		28.1	Ronder
Lesan	}	Merzenius	102.2	Nargies	68.3	Rorab	33.2
Lesan		78.3.	Mes	47.2	Narmefch	28.1	Roreathalmi
Lesen althur	58.1.	Mefcatremeeir	109.2	Narneth	123.3.4	Rofaidicos	31.1
		Mefcatremesir non ue-		Naror	44.3	Rofa Saueni	35.2
Leuz	}	rum	108.3	Nas	145.4	Rofbarsadifticos	31.
		62.1.	Mefch	67.4	Naufader	145.3	Ruhanzen
Lhab	156.2.	Mefmes	85.1	Naufegi	}	Ruman. 50.3. Rusbor. 20.4	
Lhate albis	46.4.	Meftech	60.4	Naufig		81.2	
Licinium	39.1.	Mex	85.1	Neb			
		Mezarium	}	Nefrin	160.3	Sabar	}
Lifen	78.1.	Mezerion		126.4.	Negen	68.2	
		Miha	26.4. &	Negien	}	Sabon	128.4
		Mibad	78.4	Negil		48.3	Sabun
Lofab	115.3.	Mimix	85.1	Nemen	103.1	Sac	67.1
Lubia	37.2.	Mifch	67.4	Neregil	79.1	Sachabenigi	104.2
Lubon	161.4.	Mifch	85.1	Neremifch	28.1	Sachmunia	104.4
Luc	67.1.	Mimberegi	95.1	Nerifch	68.2	Sacolla	32.4
Luf	26.1	Moch	164.1	Nerfa	18.3	Saculomas	94.2
Lufa 4	}	Mochel	101.4	Nefare	28.1	Sacurion habre	109.3
Lufuftra		119.3	Mochialbalhadam	264.4	Neferin	}	Sadar
Luzach	43.2.	Mochel	101.4	Nefrin	58.2		Sadeb
Macharcaraha	125.1	Mochol alocchud	ibidem	Nefstategi	18.3	Sadegi	29.3
Machla	47.3	Mogar	143.1.2	Ninofar	56.1	Sadenegi	142.4
Magidatas	86.4	Mokaita	12.3	Nil	27.3. & 97.2	Saderuam	49.2
Magr4	143.1.2	Molechille Machi	47.4	Nilofar	}	Sadianaluch	42.1
Mahaleb	}	Moloc	201.4	Nilufar		56.3	Sadorax
Mahaleba		26.3.	Mololochia	58.2	Nixe	}	Safare Ramon
Maharoth	}	Molochil	201.4	Nokafe	18.1		Safargel
Maharut		86.4.				Saffarge	52.2

Saham	164.2	Sechbinesi	104.2	Sult	49.3	Vard	44.5	
Sahater	109.2	Seda alhadid	141.1	Sumach	81.1	Vehuen	87.4	
Saherade	70.3	Sedab	103.3	Sumbel	28.4	Vegem	48.5	
Sabetenege	34.1	Sedar	49.1	Sunis	} 114.2	Vesme	27.5	
Sakaki	} 14.2	Selef	152.2	Sunizi			Vgi	92.4
Salibacha		104.1	Seelig	29.3	Surengiam	71.2	Virz	61.2
Salis	99.4	Selumaftima	48.1	Suric	156.1	Vraitit latum	56.1	
Salobar	32.4	Seifaron	74.1	Surugen	71.2	Vfach	62.4	
Samag	82.3	Seitaragi	130.3	Sus	56.4	Vfnee	40.5	
Saman cheft	107.4	Selachalaie	166.1	Sufen	68.4	Vfen	88.4	
Samaruinen	100.1	Selche	104.1	Syrenge	132.3	Vxaham	164.2	
Sambach	64.4	Selgiem	} 70.2					
Sanag	62.3	Selichi		64.4				
Sandal	120.4	Selycha	104.1	Tahaleb	84.2	Xabaer	51.2	
Sandarax	} 30.8	Semba	13.2	Talifafar	} 9.4	Xaier almeriem	113.2	
Sandaru			Semfem	58.2		Talefar	Xamin	114.2
Sandax	} 132.3	Sen	50.4	Talfam	152.3	Xaufser	125.3	
Sandicon			Seneffigi	54.4	Tamarindi	121.2	Xebetb	113.2
Sandonicon	151.1	Sente ratab	158.1	Taraxacon	55.2			
Sanig	62.3	Seiruon	100.1	Tarf	} 9.2	Yabrohsch	119.5	
Sara	26.2	Senobar	32.1	Tarfe				
Sarach	30.2	Senofrig	54.4	Tarinus	34.4	Zabarged	124.4	
Sararach	162.2	Senfera	38.2	Tatarich	39.2	Zofaran	64.2	
Saracie	56.3	Sent	50.1	Tead	153.1	Zagi	135.5	
Sarathan	151.4. et	Serbin	128.4	Temer	64.4	Zahifaran	64.8	
Sarax	30.2	Serengi	132.2	Terbed	114.2	Zabach		
Sarax alba	30.3	Sero	30.1	Tereniabin	13.2	Zaibar	} 135.2	
Sarchon	132.3	Sefalius	70.1			Zait		10.4
Sarican	14.4	Set	50.1	Teri	} Anem 141.1 Chimolea 142.2 Machtium 141.3	Zaitch	79.2	
Saro	30.1	Setafcir	119.1	Thabafir		119.3	Zaiton	10.2
Sarram	} 151.4. et	Seubel	28.4	Thabel		84.3	Zambach	64.4
Saribam			Seucke abeida	42.1	Thaleb	} ibidem	Zaraud	} 65.2
Saueh	86.2	Shad	70.1	Thalisar	153.2		Zarnich	
Saut	167.1	Shair	51.2	Thartaf	9.4	Zaror	} 45.2	
Scabar	167.4	Shar	167.4	Thaxitax	153.3	Zarur		
Scammones	104.4	Shatar	109.1	Thexfal	130.4	Zebel	158.5	
Seeb	148.3	Shiar yambee	13.4			Zebeethalbahar	156.4	
Seebtram	129.4. et	Sieritibis	119.2			Zebd	162.2	
Seecacul	39.1	Sidos	149.2	Thin	} Alcharin 42.2 Armeni 141.1 Chimulia 142.2 Machtium 141.3	Zebd albahar	136.4	
Seedenegi	148.4	Sidrichis	119.1	Thucia		149.1	Zebeolij	131.4
Seeha	14.4	Silfion	86.4	Thum		114.4	Zeft	53.5
Seehedenegi	76.1	Sin	76.2	Thuf	11.4	Zeg	235.5	
Seehitenig	34.1	Sifalios	70.1	Thut	51.2	Zegiagi	134.1	
Seilem	33.4	Sifmabarion	} 103.2	Thutia	849.1	Zeide	163.1	
Seel	90.1	Sifnasbar		130.3	Tilafon	122.1	Zengiar	134.2
Seexabram	34.4	Sitharegi	33.1	Tin	76.2	Zeuen	53.4	
Schanchur	160.4	Sonobar	92.1	Tincav	849.4	Zibib	22.5	
Seha	14.4	Spirach	160.2	Tormus	24.4	Zinarad	134.4	
Scolofenarion	70.4	Stes	90.2	Trungiam	17.1	Zingib	117.5	
Scordeon	} 115.2	Steufr	51.2	Trungibin	13.3	Ziniar	134.2	
Scordeum			Sucaba	121.1	Tubel	146.3	Zir	124.2
Scotanium	55.1	Sucaram	28.1	Tuffaba	} 52.2	Zire	54.2	
Sculufendrium	70.4	Suecar	29.4	Tuffa			Zuchar	18.2
Seb	148.3	Such	51.2	Turbith	114.2	Zucharan	121.2	
Sebastian	} 12.2	Suchaba	28.2	Turungen	17.2	Zufalgef	38.3	
Sebesten			Suchar	121.1	Tut	51.3	Zugegi	134.2
Sebet	113.3	Suf	167.1			Zurumbad	} 93.2	
Sebien	70.2	Suffeire	55.1	V		Zurumbet		
Secacul	35.1			Vage	92.4	Zurumbetb	65.2	
Sech	29.4			Vahafach	62.4			

GRECK

GRAECARVM
Nomenclationum
INDEX.

Α	Βροχίον	110.4
Α	Αγάλλορον	71.2
	Αζαλευών	36.2
Α	Άγρον Ελα	84.2
Α	Άγρος	107.2
Α	Άγρια μύλα	52.4
Α	Άγριλάρα	11.2
Α	Άγριο σφραγισί	130.3
Α	Άγρωσις	48.3
Α	Άγρωσις	Κιλικιασ } 48.4
	Παριόσις	
Α	Άδριαμας	138.2
Α	Άδριαμας	} 137.1
Α	Άδριαμας	
Α	Άδριαμας	10.1
Α	Αίθρα	} 122.1
	Είδος Είδον	
Α	Μίρα	121.4
Α	Μιρόν	122.1
Α	Αφιδάμι	13.3
Α	Αΐψισ λίθος	140.3
Α	Αίγερσ	94.4
Α	Αίγισον	17.3
Α	Αζωκερος	64.3
Α	Αίγερσ	94.4
Α	Αΐθρα	66.2
Α	Αΐθρα	154.2
Α	Αΐμα	157.2
Α	Αίμα σφραγισί	119.2
Α	Αίμα πτερος	148.4
Α	Αίρα	33.4
Α	Αίρα	16.2
Α	Αίρα	40.4
Α	Αίρα	58.1
Α	Αίρα	51.2
Α	Αίρα	42.1
Α	Αίρα	138.3
Α	Αίρα	92.4
Α	Αίρα	97.3
Α	Αίρα	151.1
Α	Αίρα	18.3
Α	Αίρα	139.3
Α	Αίρα	35.3
Α	Αίρα	82.1
Α	Αίρα	38.2
Α	Αίρα	35.4
Α	Αίρα	136.4
Α	Αίρα	166.1
Α	Αίρα	73.2
Α	Αίρα	144.1
Α	Αίρα	143.4
Α	Αίρα	143.2
Α	Αίρα	145.3

153.2	άσπεροι	92.1.2	Βούφουλιον	60.1
88.1.1	άσπερος	17.3	Βούφουλιον	88.2
102.2	άσπερος	10.2	Βούφουλιον	2.5.3. & 40.3. &
71.1	άσπερος	70.4	4.6.3	
102.3	άσπερος	138.3	Βούφουλιον	} 84.3
92.3	άσπερος	22.1	Βούφουλιον	
111.1	άσπερος	9.5	Βούφουλιον	24.1
72.1	άσπερος	41.1	Βούφουλιον	24.2
142.3	άσπερος	166.3	Βούφουλιον	50.1
126.3	άσπερος	65.1	Βούφουλιον	81.1
23.3.4	άσπερος	77.3		
2.1.3	άσπερος	74.2	Γάλα	161.1
24.1	άσπερος	56.4	Γαλακτα	115.3
24.2	άσπερος	39.1	Γαλακτα	} 67.3
2.1.3	άσπερος	158.3	Γαλακτα	
37.3	άσπερος	} 144.4	Γαλακτα	90.4
18.3	άσπερος		άσπερος	142.3
95.3	άσπερος	άσπερος	141.1	
59.1	άσπερος	άσπερος	142.2	
112.3	άσπερος	άσπερος	141.3	
124.1	άσπερος	άσπερος	} 142.3	
46.1	άσπερος	άσπερος		
138.2	άσπερος		Επικαλιος Φλοσος	166.1
121.3	άσπερος		Επικαλιος Φλοσος	166.1
122.1	άσπερος		Επικαλιος Φλοσος	153.3
92.1.2	άσπερος		Επικαλιος Φλοσος	21.4
34.2	άσπερος		Επικαλιος Φλοσος	117.3
87.3	άσπερος		Επικαλιος Φλοσος	34.2. & 130.3
113.2	άσπερος		Επικαλιος Φλοσος	80.4
16.4	άσπερος		Επικαλιος Φλοσος	108.1
87.3	άσπερος		Επικαλιος Φλοσος	108.2
119.3. &	άσπερος		Επικαλιος Φλοσος	53.3
46.3	άσπερος		Επικαλιος Φλοσος	56.4
} 158.3	άσπερος		Επικαλιος Φλοσος	30.3
	άσπερος		Επικαλιος Φλοσος	70.2
94.1	άσπερος		Επικαλιος Φλοσος	70.3
115.2	άσπερος		Επικαλιος Φλοσος	132.1
166.3	άσπερος		Επικαλιος Φλοσος	131.1
146.3	άσπερος		Επικαλιος Φλοσος	166.2
96.2	άσπερος		Επικαλιος Φλοσος	
63.3	άσπερος		Επικαλιος Φλοσος	
97.4	άσπερος		Επικαλιος Φλοσος	
41.1	άσπερος		Επικαλιος Φλοσος	
85.1	άσπερος		Επικαλιος Φλοσος	
} 137.4	άσπερος		Επικαλιος Φλοσος	
	άσπερος		Επικαλιος Φλοσος	
93.2	άσπερος		Επικαλιος Φλοσος	
80.2	άσπερος		Επικαλιος Φλοσος	
26.2	άσπερος		Επικαλιος Φλοσος	
} 153.3	άσπερος		Επικαλιος Φλοσος	
	άσπερος		Επικαλιος Φλοσος	
18.4	άσπερος		Επικαλιος Φλοσος	
88.3	άσπερος		Επικαλιος Φλοσος	
145.2	άσπερος		Επικαλιος Φλοσος	
138.3	άσπερος		Επικαλιος Φλοσος	

Κυπριος Καλυωνικος 115.3
 Κυπριος 70.3
 Κυπριος 45.3
 Κυριος 46.4
 Κυβι 51.1
 Κωβιος 166.2
 Κωβιον 121.1
 Κωβιοι 32.3
 Κωβιον 93.3

Λημαιοι } 109.4
 Λημισιοι }
 Λιοι 16.3
 Λιόσπερμη Ibidem.
 Λιζου 144.4
 Λοπίμην 42.1
 Λυτος 107.2
 Λυκειοι 122
 Λυκας 166.3
 Λυκας 11.4
 Λωτος } 12.1
 Λωτος } 11.4
 Λωτος } 49.1

Μηλοπίπην } 83.4
 Μηλων }
 Μελωδη 102.4
 } λημια 14.1.3
 Μιλτος } σποπινη 143.1
 } πεκπινη 143.2
 Μισυ 135.3
 Μολιβδος 147.4
 μύλι } κευονμύλιος 148.2
 } πεπυλιμος 148.1
 Μόρια 51.3
 Μορεια } 61.2
 Μορεια }
 Μόρως 67.4
 Μότω 42.1
 Μυλακας 154.4
 Μυλάχεται 10.2
 Μυελος 164.1
 Μυκηπης 122.3
 Μυρίην 19.2
 Μυρόνη } 40.1
 Μυρονη }
 Μυρονη } 98.4
 Μυρονη } 42.3
 Μυροθαλασσα 43.3
 Μύρα } 12.3
 Μύρα }
 Μύρα } 97.4
 Μύρα } 120.1
 Μύρα } 130.3
 Ναύη } 28.4
 Ναυηδης } 88.1
 Ναυη } 29.1
 Ναυη } 29.2
 Ναυηδης } 28.4
 Ναυηδης } 68.2
 Ναυηδης } 153.1
 Ναυηδης } 68.3
 Ναυηδης } 68.2
 Νιθηα 150.4
 Νιθηον 144.4
 Νυμφαία 56.1
 Νυμφαία 56.2
 Νυμφαία } 69.4
 Νυμφαία } 72.2
 Νυμφαία } 104.1
 Νυμφαία } 53.2
 Νυμφαία } 54.1
 Νυμφαία } 9.4
 Νυμφαία } 69.4
 Οϊάνη 23.3
 Οϊος 22.4
 Οϊος } 22.3
 Οϊος } 105.4
 Οϊονπς 158.2

Ολκας 166.3
 Ομφακίος 22.2
 Ομφακίος οϊος 22.3
 Οϊασοι } 151.1
 Οϊοι }
 Οϊοι } 154.4
 Οϊονπς } 140.3
 Οϊονπς } 160.2
 Οϊονπς } 46.1
 Οϊονπς } 52.4
 Οϊονπς } 105.5
 Οϊονπς } 79.2
 Οϊονπς } 121.2
 Οϊονπς } 130.4
 Οϊονπς } 90.2
 Οϊονπς } 86.4
 Οϊονπς } 29.2
 Οϊονπς } 99.3
 Οϊονπς } 107.4
 Οϊονπς } 78.3
 Οϊονπς } 28.3
 Οϊονπς } 93.3
 Οϊονπς } 14.1
 Οϊονπς } 39.3
 Οϊονπς } 31.4
 Οϊονπς } 166.3
 Οϊονπς } 150.1
 Οϊονπς } 154.2
 Οϊονπς } 156.3
 Οϊονπς } 115.2
 Οϊονπς } 31.3
 Οϊονπς } 93.4
 Οϊονπς } 107.1
 Οϊονπς } 90.2
 Οϊονπς } 107.1
 Οϊονπς } 42.3
 Οϊονπς } 87.4
 Οϊονπς } 128.2
 Οϊονπς } 83.4
 Οϊονπς } 9.3
 Οϊονπς } 86.2
 Οϊονπς } 82.2
 Οϊονπς } 99.3
 Οϊονπς } 98.1
 Οϊονπς } 32.1
 Οϊονπς } 103.3
 Οϊονπς } 97.4
 Οϊονπς } 55.2
 Οϊονπς } 164.2
 Οϊονπς } 47.2
 Οϊονπς } 93.4
 Οϊονπς } 63.3
 Οϊονπς } 101.3
 Οϊονπς } 93.3
 Οϊονπς } 30.4

A

Ααποδος χερσωσ 150.3
 Ααδανος 25.3
 Ααδουεις 127.3
 Ααπυδου 85.4
 Ααπυδου } 46.1
 Ααβρβανου 132.1
 Ααβανου 86.4
 Ααχας 67.1
 Ααειρου 68.3
 Ααχον 46.3
 Ααχον } 160.3
 Ααχον } 47.2
 Ααπιδου 130.3
 Ααπυς 146.2
 Ααπυς } 146.4
 Ααπυδου 61.4
 Ααπυδου } 87.4
 Ααπυδου } 19.1
 Ααπυδου } 77.2
 Ααπυδου } 25.3

Ααχον } 12.1
 Ααχον } 11.4
 Ααχον } 49.1
 Ααχον } 81.1
 Ααχον } 138.4
 Ααχον } 86.4
 Ααχον } 101.4
 Ααχον } 85.3
 Ααχον } 9.4
 Ααχον } 29.3
 Ααχον } 57.3
 Ααχον } 119.4
 Ααχον } 66.1
 Ααχον } 112.3
 Ααχον } 139.4
 Ααχον } 86.4
 Ααχον } 86.4
 Ααχον } 69.4
 Ααχον } 67.2
 Ααχον } 116.1
 Ααχον } 114.1
 Ααχον } 136.1
 Ααχον } 71.4
 Ααχον } 152
 Ααχον } 52.3
 Ααχον } 43.1
 Ααχον } 17.2
 Ααχον } 43.5
 Ααχον } 18.1
 Ααχον } 9.3
 Ααχον } 38.4
 Ααχον } 130.4
 Ααχον } 131.4
 Ααχον } 131.3
 Ααχον } 130.4
 Ααχον } 52.4
 Ααχον } 85.1
 Ααχον } 52.2
 Ααχον } 86.2
 Ααχον } 52.2

Ααχον } 11.4
 Ααχον } 12.1
 Ααχον } 11.4
 Ααχον } 81.1
 Ααχον } 138.4
 Ααχον } 86.4
 Ααχον } 101.4
 Ααχον } 85.3
 Ααχον } 9.4
 Ααχον } 29.3
 Ααχον } 57.3
 Ααχον } 119.4
 Ααχον } 66.1
 Ααχον } 112.3
 Ααχον } 139.4
 Ααχον } 86.4
 Ααχον } 86.4
 Ααχον } 69.4
 Ααχον } 67.2
 Ααχον } 116.1
 Ααχον } 114.1
 Ααχον } 136.1
 Ααχον } 71.4
 Ααχον } 152
 Ααχον } 52.3
 Ααχον } 43.1
 Ααχον } 17.2
 Ααχον } 43.5
 Ααχον } 18.1
 Ααχον } 9.3
 Ααχον } 38.4
 Ααχον } 130.4
 Ααχον } 131.4
 Ααχον } 131.3
 Ααχον } 130.4
 Ααχον } 52.4
 Ααχον } 85.1
 Ααχον } 52.2
 Ααχον } 86.2
 Ααχον } 52.2

Ααχον } 151.1
 Ααχον } 154.4
 Ααχον } 140.3
 Ααχον } 160.2
 Ααχον } 46.1
 Ααχον } 52.4
 Ααχον } 105.5
 Ααχον } 79.2
 Ααχον } 121.2
 Ααχον } 130.4
 Ααχον } 90.2
 Ααχον } 86.4
 Ααχον } 29.2
 Ααχον } 99.3
 Ααχον } 107.4
 Ααχον } 78.3
 Ααχον } 28.3
 Ααχον } 93.3
 Ααχον } 14.1
 Ααχον } 39.3
 Ααχον } 31.4
 Ααχον } 166.3
 Ααχον } 150.1
 Ααχον } 154.2
 Ααχον } 156.3
 Ααχον } 115.2
 Ααχον } 31.3
 Ααχον } 93.4
 Ααχον } 107.1
 Ααχον } 90.2
 Ααχον } 107.1
 Ααχον } 42.3
 Ααχον } 87.4
 Ααχον } 128.2
 Ααχον } 83.4
 Ααχον } 9.3
 Ααχον } 86.2
 Ααχον } 82.2
 Ααχον } 99.3
 Ααχον } 98.1
 Ααχον } 32.1
 Ααχον } 103.3
 Ααχον } 97.4
 Ααχον } 55.2
 Ααχον } 164.2
 Ααχον } 47.2
 Ααχον } 93.4
 Ααχον } 63.3
 Ααχον } 101.3
 Ααχον } 93.3
 Ααχον } 30.4

Ααχον } 141.3
 Ααχον } 65.3
 Ααχον } 66.1
 Ααχον } 113.3
 Ααχον } 114.1
 Ααχον } 65.3
 Ααχον } 91.2
 Ααχον } 93.4
 Ααχον } 42.2
 Ααχον } 137.3
 Ααχον } 140.3
 Ααχον } 148.4
 Ααχον } 139.3
 Ααχον } 137.4
 Ααχον } 138.3
 Ααχον } 138.4
 Ααχον } 133.1
 Ααχον } 138.4
 Ααχον } 138.1
 Ααχον } 138.4
 Ααχον } 140.3
 Ααχον } 33.2

Ααχον } 141.3
 Ααχον } 65.3
 Ααχον } 66.1
 Ααχον } 113.3
 Ααχον } 114.1
 Ααχον } 65.3
 Ααχον } 91.2
 Ααχον } 93.4
 Ααχον } 42.2
 Ααχον } 137.3
 Ααχον } 140.3
 Ααχον } 148.4
 Ααχον } 139.3
 Ααχον } 137.4
 Ααχον } 138.3
 Ααχον } 138.4
 Ααχον } 133.1
 Ααχον } 138.4
 Ααχον } 138.1
 Ααχον } 138.4
 Ααχον } 140.3
 Ααχον } 33.2

Ααχον } 67.2
 Ααχον } 116.1
 Ααχον } 114.1
 Ααχον } 136.1
 Ααχον } 71.4
 Ααχον } 152
 Ααχον } 52.3
 Ααχον } 43.1
 Ααχον } 17.2
 Ααχον } 43.5
 Ααχον } 18.1
 Ααχον } 9.3
 Ααχον } 38.4
 Ααχον } 130.4
 Ααχον } 131.4
 Ααχον } 131.3
 Ααχον } 130.4
 Ααχον } 52.4
 Ααχον } 85.1
 Ααχον } 52.2
 Ααχον } 86.2
 Ααχον } 52.2

Ααχον } 141.3
 Ααχον } 65.3
 Ααχον } 66.1
 Ααχον } 113.3
 Ααχον } 114.1
 Ααχον } 65.3
 Ααχον } 91.2
 Ααχον } 93.4
 Ααχον } 42.2
 Ααχον } 137.3
 Ααχον } 140.3
 Ααχον } 148.4
 Ααχον } 139.3
 Ααχον } 137.4
 Ααχον } 138.3
 Ααχον } 138.4
 Ααχον } 133.1
 Ααχον } 138.4
 Ααχον } 138.1
 Ααχον } 138.4
 Ααχον } 140.3
 Ααχον } 33.2

Κημη	152.4	Υλαθρον	24.1
Κολα	163.3	Υμελιθρον	132.4
Κοιφρος	35.2	Υμιον	79.3
Κρυσηλλα	149.4	Υνχελθρον	111.3
Κρυσαλακρον	56.4		
Κρυβς	150.2		
Κρυσφορον	94.4	Ωμιον	59.5
		Ωμιμυ	
Τελδοθριταμοι	108.3	Ωμοτακως	162.2
Τελδοθριταμων		Ωον	155.4

Ar. {	recremētū	146.4	Braſſica {	ſectus	10.8
gēti {	ſcoria	144.2	germen	partus	
Argentum		146.3	Buccina		154.2
Argentum uiuum		135.2	Bucinum	38.1	
Aristolochia		63.3	Bugloſſum		71.2
Armentaca mala		85.1	agreſtis	123.4	
Armeniacus		137.2	efcūlentus		124.1
Armenicus		95.2	uomitorius		
Arnabo		80.2	Bulla	149.2	
Arnogloſum		133.3	Bupreſtes	153.4	
Arbhenicum			Buſtrum	162.2	
Arſenicum					
Arum		26.2	Cadmia	147.2	
Arundo		50.2	Calamintha	109.4	
Aſcyron		92.1	Cal. {	adoratus	15.3
Aſſi	51.1		mus	anguſtarius	
Aſſus lapis			138.3	Calumaris	114.2
Aſpalathus		17.3	Callitricum	10.1	
Aſpa {	myſacābinus	10.2	Calx uiua	145.2	
ragus	petreus		Cancamum	67.1	
Aſphodelus		77.3	Cancer	151.4	
Aſplenum		71.1	Canchry	113.4	
Aſſius lapis		133.3	Canina malus	119.4	
Aſſyria mala		9.3	Canini dentes	160.3	
Aſter Atticus		41.1	Cannabis	76.3	
Atractylis		74.2	Cannabis ſylueſtris	76.2	
Atriplex		55.4	Cantharides	152.4	
Atramentum {	metallicū	136.1	Capſura	120.3	
tum {	ſutorium	136.2	Capſula terra	20.2	
Auellanæ nucēs		61.4	Capnos	34.1	
Auena		50.1	Capparis	100.2	
Auripigmentum		133.3	Capre ſigillam	141.3	
Aurum		150.2	Caput	167.4	
			Cardamomum	110.1	
			Carduus	94.2	
			Carduus {	minor	94.2
			niger	45.2	
			Careum	99.1	
			Caries	27.4	
			Caro {	thyſni ſaſi.	166.2
			cuiperæ	162.3	
			Caron	99.2	
			Carpesium	1098.4	
			Caryophyllon	11.1	
			Cafeus	161.4	
			Cafia	104.1	
			Cafia {	cathartice	13.4
			medica	nigra	
			Cafſita	153.1	
			Cafſutha	24.3	
			Cafſytha	42.2	
			Cafſiana	129.4	
			Caſtoris teſticulari	155.2	
			Caſtorium		
			Cedria		
			Cedrides		
			Cedrus		

L A T I N A R V M

A P P E L L A T I O N V M

I N D E X.

A

A Biga	66.3	Althea	35.5
Abrotonum	110.2	Alumen	148.3
Abſinthium	14.2	Amaracum	87.4
Abſinthium {	marinū	Amaracus	102.2
ſantoniciū	14.4	Amayago	55.2
Acacalis	16.3	Ambar	72.1
Acetum	52.4	Ambarum	
Acetum {	ſcillinū	Ambrubeia	55.2
ſcillites	105.3	Ammi	102.3
Achillea	119.2	Ammoniacum	92.3
Acinorum nucleī	21.4	Ammonium	96.3
Acorum	92.4	Ampeliū terra	142.3
Acuta ſpina	70.2	Ampelopraſum	126.2
Adamaſ	138.2	Amurca	11.1
Adarces	317.1	Amygdala	37.3
Adeps	164.2	Amylum	18.3
Adiantum	100.1	Anacardium	124.1
Aeglope	17.3	Anagallis	59.1
Aeria {	ſlos	Anagallis aquatica	112.3
ſquama	146.2	Anaſ	150.4
Aerugo	134.2	Androſemum	92.2
Aes	145.4	Anemone	34.2
Aes {	crematum	Aneſum	87.3
uſum	146.1	Anethum	113.2
Aetites Lapis	140.3	Anguina uernatio	166.2
Agallochum	72.1	Anguria	84.2
Agaricam	36.2	Aniſum	87.3
Agnos	107.2	Anthemis	16.4
Aiuga	66.3	Antipodiū (19. 3. et 149.2)	39.1
Aizoon {	maius	Aphace	39.1
minus	121.4	Aphollitrum	
ſylueſtre	122.1	Aphronitram	144.4
Alauda	153.1	Apiſtram	17.2
Albicam	77.3	Apocheya	94.1
Alcea	35.4	Apollinaris	118.3
Alcyonium	136.4	Araneus	166.3
Alexipharmacus lapis	139.3	Arbutus	50.2
Alica	35.2		
Allium	124.4		
Allium anguinum	115.2		
Allium ſimul ac porri. ibidē	73.2		
Aloe	73.2		
Alycerum	118.3		

Ar. {	recremētū	146.4	Braſſica {	ſectus	10.8
gēti {	ſcoria	144.2	germen	partus	
Argentum		146.3	Buccina		154.2
Argentum uiuum		135.2	Bucinum	38.1	
Aristolochia		63.3	Bugloſſum		71.2
Armentaca mala		85.1	agreſtis	123.4	
Armeniacus		137.2	efcūlentus		124.1
Armenicus		95.2	uomitorius		
Arnabo		80.2	Bulla	149.2	
Arnogloſum		133.3	Bupreſtes	153.4	
Arbhenicum			Buſtrum	162.2	
Arſenicum					
Arum		26.2	Cadmia	147.2	
Arundo		50.2	Calamintha	109.4	
Aſcyron		92.1	Cal. {	adoratus	15.3
Aſſi	51.1		mus	anguſtarius	
Aſſus lapis			138.3	Calumaris	114.2
Aſpalathus		17.3	Callitricum	10.1	
Aſpa {	myſacābinus	10.2	Calx uiua	145.2	
ragus	petreus		Cancamum	67.1	
Aſphodelus		77.3	Cancer	151.4	
Aſplenum		71.1	Canchry	113.4	
Aſſius lapis		133.3	Canina malus	119.4	
Aſſyria mala		9.3	Canini dentes	160.3	
Aſter Atticus		41.1	Cannabis	76.3	
Atractylis		74.2	Cannabis ſylueſtris	76.2	
Atriplex		55.4	Cantharides	152.4	
Atramentum {	metallicū	136.1	Capſura	120.3	
tum {	ſutorium	136.2	Capſula terra	20.2	
Auellanæ nucēs		61.4	Capnos	34.1	
Auena		50.1	Capparis	100.2	
Auripigmentum		133.3	Capre ſigillam	141.3	
Aurum		150.2	Caput	167.4	
			Cardamomum	110.1	
			Carduus	94.2	
			Carduus {	minor	94.2
			niger	45.2	
			Careum	99.1	
			Caries	27.4	
			Caro {	thyſni ſaſi.	166.2
			cuiperæ	162.3	
			Caron	99.2	
			Carpesium	1098.4	
			Caryophyllon	11.1	
			Cafeus	161.4	
			Cafia	104.1	
			Cafia {	cathartice	13.4
			medica	nigra	
			Cafſita	153.1	
			Cafſutha	24.3	
			Cafſytha	42.2	
			Cafſiana	129.4	
			Caſtoris teſticulari	155.2	
			Caſtorium		
			Cedria		
			Cedrides		
			Cedrus		

Centaurea } minus 109.3	Corallium 42.2	Emblia 44.2	Galbanum } 111.2
Centipeda 109.4	Corambole 19.3	Empellica 44.2	Galbanum } 111.2
Cepa 151.2	Coria ueteremeteria 17.15	Ephemerum 69.3	Galerita 153.2
Cepa } 123.3	Corianderum } 20.4	Epirotica mala 52.3	Galla 81.2
Cera 13.1	Cerianon } 20.4	Epithymum 80.4	Gallina } 151.2
Cerafia } 56.3	Coris 92.2	Equisetum 53.4	Gallinacci } 151.2
Cerafus } 56.3	Coriu ueteris calciam. 157.1	Erinaceus 152.4	Gallus 67.4
Cerebellum } 158.2	Corna 167.2	Eruca 153.4	Garum 90.4
Cerebrum } 158.2	Corona regia 15.2	Eruca pinorum 41.2	Gentiana 114.1
Cere caudicis } 158.2	Cortex } 48.1	Eruum 20.3	Gingiber 69.4
bru trunci } 158.2	Palme } 66.1	Eryngium 124.2	Glandes 42.4
Cerufa } 122.4	Cos } 128.3	Erysimum 31.2	Glands } 42.4
Cerufia } 122.4	olearis } 128.3	Erythrodanum 81.1	Glands } 42.4
Chalcantidum 136.2	Costus 110.4	Erythrus 52.2	Glands } 42.4
Chalcitis 135.4	Cotonea malus 52.2	Eupatorium 41.2	Glands } 42.4
Chama 152.4	Creta cimolia 242.2	Faba 41.2	Glands } 42.4
Chamaedaphne 116.4	Crocodylus terrestris 160.4	Faba Inlica 13.4	Glands } 42.4
Chamaedrys 66.4	Crococagma 64.2	Fagus 41.4	Glands } 42.4
Chamaeleo } 94.2	Crocus 64.1	Farina 18.2	Glands } 42.4
Chamaeleo } 94.2	Cucumer } 83.3	Febriifugia 109.4	Gluten } 54.2
Chamaeleo } 94.2	niger } 83.3	Fel 168.2	Gluten } 54.2
Chamemelon 16.4	Cucu-anguinus } 74.4	Fel terra 109.4	Glutinum 54.2
Chamaepitys 66.3	erraticus } 74.4	Feles piscis 151.4	Gluti } 54.2
Chamaelea 125.4	mis } 74.4	Fermentum 129.2	Gluti } 54.2
Chelidoni } 106.1	Cucurbita } 85.1	Ferri } 141.1	Gluti } 54.2
Chelidoni } 106.2	syuestris } 96.2	recremeti } 141.1	Gluti } 54.2
Chondrus 35.2	Canila 109.2	rubigo } 141.1	Gluti } 54.2
Chryfocolia 149.4	Capressus 20.1	scorta } 141.1	Gluti } 54.2
Cicer 37.1	Cyclaminus 89.2	stercus } 141.1	Gramen } 48.2
Cichorium 55.2	Cyclaminus altera 89.4	Ferrum 140.4	Gramen } 48.2
Cici 77.4	Cydonia 52.2	Fex 23.2	Gramen } 48.2
Cicuta 121.1	Cyma 20.1	Fibri testiculi 155.2	Gramen } 48.2
Cimo-ereta } 142.2	Cymini } 58.2	Ficus 76.2	Gramen } 48.2
lia } 142.2	fatium } 58.2	Ficus aegyptia 77.1	Gramen } 48.2
Cinara 94.2	fluore. } 98.2	Filicula 89.1	Gramen } 48.2
Cininnalis 10.1	Cynosbatos 49.4	Filix 50.3	Gramen } 48.2
Cinerula 149.2	Cynoforbis 59.4	Filix foemina 20.3	Gramen } 48.2
Cinis 129.2	Cyperus } 70.3	Fimur } 158.3	Gramen } 48.2
Cinnamomum 91.3	Cyperus babilonicus 115.3	Flores punici mali 51.2	Gramen } 48.2
Cistos 46.4	Cytini } 51.1	Flos } 146.1	Gramen } 48.2
Citrago 17.2	Daphnides 117.1	salis } 144.1	Gramen } 48.2
Citra } 31.2	Daucus 91.2	Feeniculum 112.3	Gramen } 48.2
Citromala } 31.2	Dentes canini 160.3	Foeni } 112.3	Gramen } 48.2
Cneus 74.1	Dictamnus 108.2	erraticu } 112.3	Gramen } 48.2
Cneoron 130.2	Dictamnus falsa 108.3	culu } 112.3	Gramen } 48.2
Cnicus 74.1	Diphryges 133.2	grande } 112.3	Gramen } 48.2
Cnicus syluestris 74.2	Dipficus 43.3	fluestre } 112.3	Gramen } 48.2
Coagulum 155.1	Dracunculus 26.1	Foenumgracum 64.3	Gramen } 48.2
Coccus } 111.2	Ebenu } 58.3	Foetus brassicae 20.1	Gramen } 48.2
Coccus } 111.2	Ebifcus } 35.3	Folium 29.3	Gramen } 48.2
Coehlea 151.2	Ebulus 97.3	Fruftus } 12.2	Gramen } 48.2
Colchicum 71.1	Ebur } 160.3	epicea } 12.2	Gramen } 48.2
Colocynthis 96.2	Echinus 152.4	epini } 12.2	Gramen } 48.2
Colus rustica 74.2	Elaterium 74.4	Fuligo 91.2	Gramen } 48.2
Colymbades 10.4	Elatine 26.2	Fuligo } 66.2	Gramen } 48.2
Conchula Indica 154.4	Electrum 94.4	picis humide li- } 66.2	Gramen } 48.2
Condruilla 55.4	Elenium 117.4	quide ue } 93.4	Gramen } 48.2
Conuoluolus 25.1	Elenium aegyptium 118.2	Fumaria 34.4	Gramen } 48.2
Co } 48.2	Ellebo- } 115.4	Fungi 122.3	Gramen } 48.2
caudicis } 48.2	albus } 115.4	Eufur 18.3	Gramen } 48.2
trunci } 48.2	rus } 115.4	Fufum agreste 74.2	Gramen } 48.2
palma. } 48.2	niger } 115.4		Gramen } 48.2

beris	H	130.3	Lanarum succidarum pine	Lupinus	Agrestis	35.1	Mituli	49.4	
Hippomarathrum		112.4	guitudo	158.2	fatuus	34.4	Mixa		
Hippofelinon		99.4	Lapathum	45.4	Lupus	salictarius	25.3	Mixæ	12.3
Hircina origanus		108.1	Lapides qui in spongijs		Lycium		12.2	Mixaria	
Hirundi	maior	106.1	reperiuntur	137.3				Moly	97.4
naria	minor	106.2	acities	140.3	M			Mora	uaccinia } 47.3 uaticana }
Hirundo		155.3	armenicus		Macbir			Morion	120.8
Hordeum		51.2	armenius	137.2	Macir	9.4		Morum	
Hyacinthus lapis		140.8	asius	138.3	Magnes			Morus	51.8
Hydragyrgus		135.2	asius	138.3	Magnets	lapis	139.1	Morus	
Hyoscyamus		118.3	hematites	148.4	Maiorana		102.2	Muschus	67.4
Hypericum		91.4	heracleus	139.1	armenica		85.1	Multipedæ	151.6
Hypocistis		47.1	hyacinthus	140.1	assyria		9.3	Muscus	40.3
Hissopus		93.1	iudaicus	138.1	dulcia		52.3	Muscus marinus	84.3
Iaspis	I	135.1	magnes	139.1	epirotica		52.4	Myrice	19.2
Ibigo		66.3	magxets	140.3	medica		9.3	Myrobalana	
Ibiscus		51.3	M		melita		52.3	Myrobalani	43.3
Iecur		160.4	Laser		orbiculata		52.4	Myrrha	100.4
Iesimum		64.4	Laserpitium	86.4	perfica	9.3 et	86.2	Myrrha beotia	101.2
Ilex		41.4	Labyrinthis	127.3	Malabathrum		29.3	Myrtidanum	40.2
Illecebra		122.1	Lauer	112.3	Malicorium		51.2	Myrtus	40.1
Inguinalis		41.1	Laureola	117.1	Mali punice flores	ibidem		Myrtus sylvestris	90.4
Intestina terræ		152.2	Lauri bacca	116.3	Malua		57.3	N	
Intubum			Laurenium oleum	117.1	Malum		52.2	Napus	70.2
Intubus			Laurus	116.3	Malum punicum		50.3	Narcaphthum	68.2
Intybum	55.2		Laurus	116.3	Malus		52.2	Narcissus	68.3
Intybus			Laurus	116.3	canina		119.4	Nardum	
Inula		117.4	Laurus	116.3	cotonea		52.2	Nardus	28.4
Inula egyptia		118.2	Laurus	116.3	terrestris		119.4	Agrestis	88.2
Iouis glans		42.1	Laurus	116.3	rubicra		141.3	celtica	29.2
Irius		124.2	Lemnia	141.3	terra			gallica	
Iris		69.1	Lemniium sigillum	ibidem				montana	29.2
Iris sylvestris		69.2	Lens	124.4	Margarita		139.4	rustica	88.1
Isatis		27.3	Lens palustris	84.3	Marrubium		72.4	sylvestris	31.4
Iudaicus lapis		138.1	Lenticula	12.4	Mastiche		60.4	Nasaphthum	68.2
Iuglandes		61.3	Lentiscus	60.2	Maurella		81.4	Nasurtium	125.1
Iunco		42.4	Lepus terrestris	130.3	Medica mala		9.3	Nasurtium sylvestre	130.3
rotundus odoratus		16.1	Leucoium	77.2	Medulla		164.1	Nepeta	108.4
angulosus			Libanotis	113.2	Medicis			Nigella	114.1
isaratus odoratus		70.2	Libanotis coronaria	114.1	dulla trunci palme	48.2		Nitri spuma	
triangularis			Lichen	46.3	Mel		71.4	Nitrum	144.4
Iuniperus		96.1	Lichenes Equorum	160.3	ceruum			Nitru Aphricanum	144.4
Iunonis rosa		68.4	Ligustrum	45.3	rosidum		15.3	auellana	
Ius piscium		67.4	Lilium	68.4	rosidum			minores	61.4
L			Limnesium	109.3	Melantheris		136.1	parua	
Labrum uenenis		43.3	Lingua		Melanthium		114.1	persica	61.5
Labrusca			Lingua		Melilotus		15.3	ponice	
Labruscæ flos	25.3		Lingua		Meliphyllon			prenestine	61.4
Lac		161.1	Lingua		Meliosphyllum			regia	61.3
Lachs		67.1	Lini semen	16.3	Melon			tenes	61.4
Lacryma ethiopicæ oleæ	11.3		Linum		Melopepon		83.4	acinorum	21.4
Lactaria herba		12.3	Lithargyros	144.2	Menta		102.4	palmularum	48.1
caprina		12.3	Lithospermum	33.2	Mentha sylvestris		103.1	pinæ nucis	31.5
Lactu marina		85.3	Lixiuum	129.2	Mentastrum			uinaceorum	21.4
ca fatua		85.3	Lolium	33.4	Mespila			castanea	42.1
sylvestris		86.2	Lotium	156.3	Mespilus		45.3	indica	79.1
Ladanum		25.3	Lotus arbor	49.1	Meum		67.2	Nux	131.4
Lana		167.1	Lotus egyptia	12.1	Milium		42.3	moschata	
Lanaria herba		126.2	Lotus sylvestris	11.4	Millipeda		151.1	myrsifica	61.2
					Misy		135.3	Nymphaea	96.2

Ocimum	59.3	Palmula	47.5	pistacea	1.8	Radix	dulcis 76.4 pontica 65.4
Oci	caryophyllatū 59.2	Palmula Thebaica	47.4	pisum	47.2	Rana	54.2. Rapa. 70.2
mi	latifolium 64.4	Palmule acide	111.2	pituitaria	95.1	Raphanus	106.2
Oculus bouis	60.1	Palmularum nuclei	48.2	pitycampae	153.4	Rapum	70.2
Oenanthe	23.3	Panaces	alepleū 107.1 chironiū herculeum 90.2	pitrysi	120.4	Rapū	agreste 70.3 sylvestris terre 89.2
Oesophum seu	358.2	Panicum	43.1	pix	arida 93.4 liquida 93.3	Recremētū	argētī 146.4 ferri 141.8 plumbi 148.2
Ocypus	11.2	Panis	58.4	pix	ficca 93.4 spissa topissa 94.1	Resina	113.1
Olea	agrestis 126.4 cilibraca 10.3 sativa 10.3	Papa	corniculare 151.3 corniculatū herculeum 114.1 nigram 114.1 spaneam 131.4	plomago	80.2	Resina	lentiscina 60.4
Olea	athiopica lacry	uer	131.4	platanus	55.1	Rha	175.4
ma	11.3	Papyrus	42.3	plūoi	recremētū 148.2 scoria	Rha Ponticum	ibidem
Olesgo	126.4	Parthenium	67.4	plumbum	147.4 crematū 148.2 elotum 148.1 ustum 148.2	Rhamnus	81.5
Oleatellum	11.2	Partus Brasicae	20.1	plumbū	148.1	Rheum	75.4
Oleaster	10.4	Pastinaca	62.3	plūoi	148.2	Rhus	coriarius obsoniorū 81.1 rubens sutorius
Oleum	ex oliua hethiopica sylvestris olea	Pecticularis herba	95.1	pollen thuris	66.1	Ricinus	77.4
oleū	laurinum 117.1 olestri 11.3 picinum 93.3	Pellis	ouilla 157.1 ouina	polygonū	mas 122.2 foemina 122.3	Rosa	44.3 agrestis 68.2 innonis 68.4 moschata 50.2
Oliuae	10.3	Pepon	83.4	polypodium	69.1	Rosa	113.3. et 114.1 Rubia 31.2
Oliuae	colymbades conditae falsae	Perficia mala	86.2	polytrichum	10.1	Rosei	psylli 45.2
Oliuae	10.3	Perficie nucee	61.3	pompholyx	149.1	Rosmarinū	113.3. et 114.1
Oliuae	10.3	Per gallinaceus	125.1	pontice nucee	61.4	Rubia	31.2
Oliuae	10.3	Petroelinum	99.3	populus	alba 15.1 nigra 94.4	Rubigo ferri	141.2
Oliuae	10.3	Petroelinū agreste, ibidem	98.1	porculi	151.2	Rubrica	fabilis 141.2 lemnia 141.5 sinopica 143.4 sinopsis
Oliuae	10.3	Peucedanis	98.2	porrū	agreste qd̄ uinetis nascitur 126.3 capitatū 126.2	Rubus	49.2
Oliuae	10.3	Pharmacitis terra	142.3	portulaca	121.3	Rubus	canis 49.4 ideus
Oliuae	10.3	Phillyrea	26.3	praecocia	85.1	Rumex	45.4
Oliuae	10.3	Pica	31.4	praenestinae nucee	61.4	Ruscus	98.4
Oliuae	10.3	Piceae fructus	32.2	propolis	13.3	Ruta	103.3
Oliuae	10.3	Picibitumen	201.3	proserpinaca	122.2	Ruta	sylvestris 97.4
Oliuae	10.3	Picinum oleum	93.3	pruna	54.3	Sabina	S 88.2
Oliuae	10.3	flos ibidem		prunū	108.3	Sabucus	97.3
Oliuae	10.3	humidae liquidae		pseudistammum	108.3	Saccharum	28.2
Oliuae	10.3	fuligo	93.4	psilotrum	24.1	Sagapenum	104.2
Oliuae	10.3	serum	93.3	psyllium	79.3	Sal	143.2
Oliuae	10.3	Picris	55.4	pulegium	108.1	Sal ammoniacus	145.2
Oliuae	10.3	Pili	167.4	pulicaris herba	79.3	Salamandra	154.2
Oliuae	10.3	pineae nucis nuclei	32.2	pulmo	167.3. pumex. 147.1	Salis	145.2
Oliuae	10.3	pinguedo	164.2	punicis mli flores	51.1	Salis	flos 144.1 lanugo 143.4 spuma
Oliuae	10.3	pinguedo e lana fordida	158.2	panicum malum	50.3	Salina	156.2
Oliuae	10.3	pinguitudo succidarum la-		purpura	154.2	Salinaris	128.1
Oliuae	10.3	narum ibidem		pyrethrum	118.1	Salix	53.3
Oliuae	10.3	pini fructus	32.2	pyrites	139.2	Salix	amerina 107.2 equinalis 53.4
Oliuae	10.3	pinus	humilis pirna pamila terrestris	pyracanthion	12.2	Salis	107.2
Oliuae	10.3	pinus	66.3	Quercus	41.2	Salix	107.2
Oliuae	10.3	piper	128.2	Quercus	humilis terrestris 66.4	Salix	107.2
Oliuae	10.3	piram	46.3	cus	R 106.2. et 126.3	Salis	107.2
Oliuae	10.3	glaten	54.2	Radicula	106.2. et 126.3	Salina	156.2
Oliuae	10.3	piscin	67.4	Radix	106.2	Sambucus	97.2
Oliuae	10.3	ius	166.2				
Oliuae	10.3	salugo	101.3				
Oliuae	10.3	pissiphilitus	95.3				
Oliuae	10.3	pissiphilitus	95.3				

Sampuchum	102.2	Sideritis	119.1	Stomatidis squama	146.3	Vermes terrae	53.3
Sandaracha	133.4	Sida	119.2	Strigmenta	62.4	Vernatio anguina	166.2
Sandix	132.3	Sida	119.2	Struthium	126.3	Vernigo	30.3
Sanguis	121.2	ritis	119.2	Styrax	26.4	Vernilago	94.3
mascula	121.2	herculea	119.2	Succinum	94.4	Vesicaria	82.1
femina	122.3	Sigil	141.3	Sudor	166.4	Veteramentaria coria	157.1
Sanguis	157.2	lum	141.3	Sulphur	147.4	Veteris calciameti corii ibid.	
Santalum	120.4	Siliva	53.2	Supercilium terrae	10.1	Vetonica	111.3
Santonium absinthium	15.1	Sili	13.4	Sycaninum	77.1	Vinacea	21.4
Sapo	128.4	qua	105.4	Sycomorium	132.3	Vinaceorum Nuclei ibid.	
Sapon	128.4	obluga	105.4	Syricum	132.3	Vinum	22.4
Sarcocolla	15.1	Silybium	205.4				
Sarda	140.2	Silurus pifeis	151.4	T			
Sardiana glans	42.1	Silybum	205.4	Talum suillum	66.3	Vi	22.3
Satureia	109.2	Sinarapi	130.3	Tamarix	19.2	nū	105.4
Satyrium	39.2	Sinapis	130.3	Telline	152.3	Viola	77.2
Saty	90.1	Sisaron	74.3	Terrebinthus	60.1	alba	ibid.
erythroniū	39.2	Sifer	74.3	ampelitis	142.3	nigra	54.4
rubrum	39.2	Sisymbrium	103.2	armenia	141.1	purpurea	162.3
Scammonia	104.4	Sium	112.3	armenica	141.1	Viperæ caro	62.4
Scammonii	104.4	Smaragdus	134.4	arctica	142.3	Viscum	107.2
Scandalaceum	125.1	Smaragdiformis	134.4	cimolia	142.2	alba	24.1
Scilla	105.2	Smaragdus	166.2	lemnia	141.3	nigra	24.2
Scillinum	105.3	Smaris	37.2	pharmacitidis	142.3	sativa	21.3
Scilliticum	105.3	Smilax hortensis	138.2	pnigitis	142.3	sylvestris	23.4
Scincus feu	160.4	Smiris	138.2	Testa	150.1	Vitrum	134.1
Scingus	160.4	Smyrnium	100.1	Thapsia	118.2	Vlucus	45.2
Scelopendriion	71.1	furiosum	82.2	Thlaspi	125.1	Vmbelicus terra	89.2
Scordium	115.2	hortense	81.4	Thunnus	166.2	Vn	154.4
Scori	146.4	Sola	82.2	cortex	66.1	aromaticus	154.4
argenti	147.1	forniferum	82.1	mannā	66.1	odoratus	160.2
ferri	147.1	fornificum	82.1	pollen	66.1	Vngula	
Scorodoprasum	145.2	foporiferū	82.1	Thus	65.3	Vngues	160.2
Scorpio	152.2	Sordes	62.4	Thymbra	109.2	Vniones	139.4
Scorpius	152.2	Sordes ouium	158.2	Thymus	96.1	Vrina	156.3
Sebasti	12.3	Sory	136.1	Thyoni falsi caro	166.2	Vrtica	58.1
maius	121.4	Sparganium	70.1	Thynnus ibid.		Vua	21.3
Sedum	121.1	egiptia	51.2	Titthalmus	125.3	Vua passa	22.1
minus	121.1	alba	42.1	Torpedo	153.1	Vulgago	88.2
sylvestre	121.1	arabica	51.2	Tragacantha	80.1	Vulpes	153.2
Semi	122.3	Spinacum olus	54.4	Tragoriganum	108.1	X	
mascula	122.3	Spinacia ibidem.	149.2	cerualis	49.3	Xylocerata	53.2
femina	122.3	Splenium	137.2	frumetaceus	49.3	Xylon	33.1
Semper	121.4	Spodium	144.2	Tribulus	46.2	Xyris	69.3
maius	121.4	Spongia	144.2	Tripolium	114.2	Z	
minus	121.4	Spuma	144.2	Triticum	18.2	Zea	85.2
sylvestre	121.4	argenti	144.2	Trixago	66.4	Zingiber	117.3
Seno	166.2	nitri	144.4	Trixago palustris	115.2	Zizypha	38.3
anguis	166.2	salis	144.3	Tubera	84.4	Zopissa Pix	94.1
serpētis	166.2	Squa	146.2	Tuber terrae	89.2		
Senna	30.4	eris	146.2	Turpetum	114.2		
Sentes	49.3	stomatidis	146.3				
Sentes canis	49.4	Stachis	102.1	V			
Sepia	152.2	Stacfe	27.3	Venter	167.3		
Sericum	18.1	Stagnum	146.4	Ventriculus	115.4		
Sericum filum ibidem.	18.1	Stannum	146.4	Vera	115.4		
Seriola	55.2	Stas	95.1	album	115.4		
Seriphium	14.4	argyria	95.1	nigrum	116.1		
Seris	55.2	sylvestris	95.1				
Serpyllum	102.1	Ster	146.4				
Sertula campana	15.3	argenti	141.2				
Sesamum	38.2	cus	132.2				
Seseli maffiliense	70.1	ferri	153.2				
Sesum	26.4	Stibi	132.2				
Sicelica	57.2	Stibium	153.2				
Sicula	57.2	Stichas	132.2				
		Stinmi	132.2				
		Stochas	132.2				

NOMENLATIONVM, QVIBVS

potissimum veteres Arabum Interpretes, reliquis
corum sequaces, passim barbæ admodum,
ac perperam quandoque utuntur.

INDEX.

A		B		C		D		E	
Aaron	26.2	Balaustia	51.1	Calamus aromaticus	75.3	Dactyli	33.3	Ebanus	58.5
Abrong	58.4	Balsamus	60.4	Calx uia	145.2	Daucus	91.2	Ebulus	97.5
Abrotanum	110.2	Barba Aaron	26.2	Camaleonta	94.2	Dend	124.3	Elacterium	74.4
Abrugi	58.4	Barba birchina	46.4	Camaleonta	94.3	Dens Elephas	160.3	Elephantis Deus	160.5
Acacia	40.4	Basilicon gariofilati	34.4	Camelea	126.4	Cucumer asininus	74.4	Elleborus albus	115.4
Acetum squilliticum	105.3	Batitura Eris	146.2	Camphora	120.2	Cucurbita	55.2	Elleborus niger	116.1
Adeps terræ	36.4	Batitura sabartam	146.3	Canaps	76.1	Culcastia	32.4	Emblici	44.2
Affodillus	77.3	Bauca	62.3	Canaps agrestitis	76.2	Culchastia	74.3	Enula	117.4
Albel	90.1	Bdel de Mecha	47.4	Cancer	131.4	Curcuma	106.1	Epar	160.4
Alcanna	45.3	Beliu	101.4	Cancer marinus	152.2	Cuscuta	24.3	Epatica	46.3
Alcoocalus	94.2	Bees	78.2	Carbasus	100.2	Cytilio	48.2	Epithymum	68.4
Alsel	90.1	Beben	78.2	Capilli	167.4	Cyminum dulce	87.4	Ericus	152.4
Althekegi	82.1	Bel	90.1	Capillus porcinus	10.1			Eryca	97.2
Allium	114.4	Bellirici	44.2	Carum	99.2			Eruca ferri	141.1
Allium agreste, ibidem.		Bellirici	44.2	Carum agreste	75.3			Es	145.4
Allium porrinum	115.2	Berberis	79.2	Carum	149.4			Es ustum	146.3
Aloes	72.2	Betonica	111.4	Carum	162.2			Esfala	129.4
Altea	35.3	Bifnialus	35.4	Castana	106.4			Esfala minor	125.5
Altea sylvæstris	35.4	Bombax	33.1	Cassia lignea	104.3			Euforbium	123.1
Alumen	148.3	Borax	149.4	Cassia lignea	104.3				
Alumen Catinum	89.1	Butyrum	162.2	Cassia lignea	104.3				
Amechim	64.4								
Ameos	102.3								
Anacardus	124.1								
Anas	35.2								
Antimonium	150.4								
Aphrodisi	77.3								
Apu									
Apu aquæ	112.3								
Apu domesticum	99.1								
Apu orientale	99.4								
Apu cineris	129.2								
Apu piscium salfori	166.1								
Araneus	166.3								
Arabe	107.2								
Arabe cinicum	43.2								
Arabe granati sylvæstris	17.3								
Arabe marie	113.3								
Arabe vulpis	56.4								
Arcocus	94.2								
Argentum	146.3								
Argentum uiuum	155.3								
Aristologia	65.3								
Armoniacum	92.3								
Arsenici citrinu	133.3								
Arsenici rubeum	132.4								
Arthanita	89.2								
Articoocalus	94.2								
Aspalu iudaicu rubeu	65.1								
Asa	86.4								
Asa fetida	87.2								
Atriplex marinum	58.2								
Auena	17.3								
Auellana Indica	120.3								
Argentationes que sunt in									

Glu- ten	} ex-	} pulvere molle-	dini	54.2	} adamas	138.2	} Molares dentes	160.2	} Parpitella	121.2																							
			simula	ibidem		} aliaza		140.2		} Moru	celsi	51.2	} Passule	22.1																			
			piscium	54.2				armenus			137.4	} Mumia		101.2	} Passula montana	95.1																	
			romanum	60.4				ajus			128.2			} Musa		28.1	} Penidij	28.4															
Grana	11.2	bezabar	139.2	} Muscus	67.4		} Pentadactylus	77.4																									
} Granu lauri	116.2	corneolus	140.2		} Mustu	} malorum granu- torum		28.2	} Peonia	31.2																							
	albotis	60.2	ematites					148.4		} Myrrha	100.4	} Perficu	86.2																				
	ben	95.2	frigidus					135.2			} N		} Namebin	64.4	} Per columbinus	95.2																	
	capitis	95.1	hyacinthus	140.2			} Nefrin	68.2						} Petra terra		36.4																	
cuculi	78.2	Lapis	in quo acui- tur fer- rum	138.2	} Nefrin	56.2		} Peucedanum	98.2																								
indicum	97.2	} iudaeicus	128.2	} Nefrin		68.2			} Piganus	97.4																							
iuniperi	96.1		lazuli			128.2				} Nefrin	68.2	} Pinguedo	164.2																				
nil	97.2		liberans à ne-			129.2	} Nefrin				68.2		} Piper	128.2																			
pini	32.2		nenis		129.2	} Nefrin		68.2			} Piper Eunucorum			107.2																			
uirite	60.1	rubeus	140.2	} Nefrin	68.2			} Piperella	107.2																								
zelins	117.4	stellatus	138.2		} Nefrin				68.2	} Piperis radix		109.1																					
Guadam	} 27.2	theriacalis	129.2				} Nigella		114.1			} Piretrum	128.1																				
Gualda		27.2	Laurinum			25.2			} Nitrum		144.4		} Pispis stupefaciens	152.2																			
Gummi arabicum	82.2	Laurus	126.2	} columbaru		} handen		} benden			} aqua			} indica	} 79.2	} mechil	} methel	} muscata	} uomica	} 62.1	} Plumbum	147.4											
} H	} Hepatica	46.2	Laurus alexadrinus		116.4					} Nux												} mechel	} methel	} muscata	} uomica	} 62.1	} Plumbum adustum	148.2					
		Kali	82.4		Lentis		marina					84.2																} Nux	} mechel	} methel	} muscata	} uomica	} 62.1
		Herba Simeonis	35.4		Lepus sylvestris		150.2		} Nux			} mechel	} methel																				
		Stulta	122.2	Licinium	39.1	} Nux	} mechel	} methel			} muscata			} uomica	} 62.1	} Polium montanu	62.2																
Herifimon	114.2	Lignum aloes	72.2	} Nux	} mechel					} methel							} muscata	} uomica	} 62.1	} Poma	52.2												
Hermoda stylus	72.2	Lilium celeste	69.2																		} Nux	} mechel	} methel	} muscata	} uomica	} 62.1	} Poma citri	9.2					
Hipocistidos	47.1	Limacia	151.2						} Nux			} mechel	} methel															} muscata	} uomica	} 62.1	} Porcelliones	151.1	
Hirundo	} 153.1	Lingua	arietis			80.2	} Nux	} mechel			} methel			} muscata	} uomica	} 62.1																} Porrum	126.2
Hirundo		153.1	Lingua	avis	78.2	} Nux				} mechel							} methel	} muscata	} uomica	} 62.1													} Porru
} H	} Hissopus	humida	158.2	Linosfa	16.2																} Olibanum	65.2	} Oliu aquatica	120.4	} Portu	} quinea	} cuiteale						
		ficca	92.1	Lithargirium	144.2				} Olibanum			65.2	} Oliu aquatica									120.4		} Portu				} quinea	} cuiteale	} 126.2			
		Holus tamenum	82.2	Lumbrici terreni	153.2		} Olibanum	65.2			} Oliu aquatica	120.4		} Portu	} quinea	} cuiteale						} 126.2											
		Humida	38.4	Lutum	armenum	141.1		} Olibanum		65.2		} Oliu aquatica					120.4	} Portu	} quinea	} cuiteale											} 126.2		
Humida sylvestris	39.1	Lutum	cuitis	242.2	} Olibanum	65.2				} Oliu aquatica							120.4				} Portu		} quinea		} cuiteale	} 126.2							
Hypericum	91.4	Lutum	M			} Olibanum			65.2				} Oliu aquatica				120.4							} Portu			} quinea	} cuiteale	} 126.2				
} I	} Iarus	26.2	Mabeizhera	128.1			} Olibanum		65.2		} Oliu aquatica			120.4	} Portu	} quinea	} cuiteale					} 126.2											
		Iasmin	} 64.4	Maiorana				102.2	} Olibanum			65.2		} Oliu aquatica				120.4	} Portu	} quinea										} cuiteale	} 126.2		
		Iesimum		64.4	Malum granatum			50.2		} Olibanum		65.2						} Oliu aquatica			120.4		} Portu		} quinea	} cuiteale						} 126.2	
		Iuiube	82.2	Mandragora	119.4	} Olibanum		65.2				} Oliu aquatica	120.4								} Portu			} quinea			} cuiteale	} 126.2					
Iusquiamus	118.2	Manna	26.4	} Olibanum	65.2		} Oliu aquatica	120.4			} Portu		} quinea		} cuiteale	} 126.2																	
} K	} Kali herba	89.4	Marchisita		139.2			} Olibanum	65.2					} Oliu aquatica			120.4		} Portu	} quinea		} cuiteale							} 126.2				
		Kamedreos	66.4		Margarite				239.4	} Olibanum							65.2	} Oliu aquatica					120.4		} Portu	} quinea				} cuiteale	} 126.2		
		Kampitheos	66.2		Matricaria	87.4			} Olibanum			65.2					} Oliu aquatica				120.4		} Portu	} quinea			} cuiteale	} 126.2					
		Keiri	77.2	Melilla osifium	164.1	} Olibanum	65.2				} Oliu aquatica	120.4	} Portu		} quinea	} cuiteale					} 126.2												
} L	} Lac	61.1	Mehhezeregi	128.1	} Olibanum		65.2	} Oliu aquatica				120.4		} Portu					} quinea	} cuiteale		} 126.2											
		Lacca	67.1	Mel			71.4			} Olibanum		65.2						} Oliu aquatica							120.4	} Portu			} quinea	} cuiteale	} 126.2		
		Lacticinium	125.2	Melo magnus uiridis			84.2		} Olibanum			65.2					} Oliu aquatica						120.4	} Portu	} quinea		} cuiteale	} 126.2					
		Lactuca	85.2	Menti the		80.4	} Olibanum				65.2	} Oliu aquatica	120.4		} Portu	} quinea					} cuiteale		} 126.2										
Lactuca agrestis	86.1	Menta	102.4	} Olibanum	65.2	} Oliu aquatica		120.4			} Portu		} quinea	} cuiteale					} 126.2														
Lana	167.1	Mibad	70.4		} Olibanum			65.2		} Oliu aquatica								120.4		} Portu		} quinea				} cuiteale			} 126.2				
Lapaeium	} 45.4	Milium solis	32.2					} Olibanum	65.2								} Oliu aquatica	120.4						} Portu	} quinea		} cuiteale	} 126.2					
Lapatinum		45.4	Minium				152.2		} Olibanum			65.2			} Oliu aquatica	120.4		} Portu			} quinea		} cuiteale							} 126.2			
Laplanum	25.2	Mirobolana	43.2, 4	} Olibanum		65.2	} Oliu aquatica				120.4	} Portu	} quinea	} cuiteale		} 126.2																	
Lapides	} 127.2	Mirobolani	43.2, 4		} Olibanum	65.2				} Oliu aquatica	120.4								} Portu	} quinea		} cuiteale				} 126.2							
Spongia		127.2						} Olibanum			65.2						} Oliu aquatica							120.4	} Portu		} quinea	} cuiteale	} 126.2				

Ambucus	97.3	Squilla	105.2
Sandalum	120.4	Stannum	120.4
Sandaracha	30.3	Stercus	158.2
Sanguis	157.2	Stincus	160.4
Sanguis Draconis	119.2	Sudor	166.4
Sapo	127.4	Sulphur	142.4
Sapor		Sunach	81.1
Sauna	88.2	Syrupus Squilliticus	105.4
Secacchul	39.1	T	
Secl	90.1	Tamarindi	121.2
Schoenantum	16.1	Tamariscus	129.2
Scopolendria	70.1	Tapfia	118.2
Scordeum	115.2	Tegula	150.2
Scoria	141.1	Terebintus	60.1
ferri		Terra sigillata	141.3
plumbi	148.3	Testiculi castorei	155.3
Scorpio montanus	152.2	canis	39.1
Secacal	39.1	culus	39.2
Sel	90.1	facilotis	
Selichi	64.4	mulpis	
Semen	151.1	Thntia	149.1
alexandrinu			Thynus
lambriacorū		Timbria	109.2
sanctium		Titimallus	125.3
Sementina	ibidem	Troscifi diarodon	45.2
Semperuina	121.4	Tubel	146.3
Sena	30.4	Tuber mellis	36.4
Senatioa	112.3	Turbib	114.2
Sepum	164.2	V	
Sera pinum	104.2	Valeriana	31.4
Serpentaria minor	26.2	Venter	167.3
Serpillum	103.1	Vermicularis	122.1
Serpillum agreste	103.2	Vicia sylvestris	39.1
Serratura	28.1	Virga pastoris	122.2
Sicla	57.1	Viride eris	154.3
Sicomorus	77.1	Virz	63.1
Simeonis herba	35.4	Vitriolum	156.2
Sinapi	130.3	Vitrum	154.1
Sinapis			Vngula aromatica
Sinopila	145.1	Vngula	160.2
Sisileos	70.1	Vpupa	153.3
Smaragdus	154.4	Vrina	156.3
Sola	82.2	Vinea	40.3
furiate			Vua vulpis
maniale		Vulpes	153.2
Sordicies	62.4	X	
Sparagus lapidis	19.2	Xifion	69.4
Spatella	92.4	Xilocaracta	53.2
Spica	28.4	Z	
Spica	39.1	Zedoaria	63.4
celtica			Zeg
romana		Erubeum	156.1
Spinachia	54.4	viride	117.3
Spodium	119.3	Zingiber	33.4
Spolium serpentis	166.1	Zizania	28.2
Spongia marina	137.2	Zuccharum	
Spuma maris	136.4		
Sputum	156.2		

APPELLATIONVM

QVIBVS PRIVATIM PHARMA-
COPOLAB QVOTIDIE IN OF-
FICINIS VVTNTR

INDEX.

A			
Aaron	26.3	Atramentum	136.1
Abrotanum	110.2	Eitritinu	
Abinthium	14.2	Erubru	
Acacia	40.4	Atriplex	56.4
Acetosa	46.1	Auellana	61.4
Acetum	52.4	Avena	50.2
Acetum Squilliticum	105.3	Auripignē	133.3
Acorus	92.4	tum	
Affodillus	77.2	Aurum	150.2
Agaricum	36.2	Balaustia	79.4
Agnus castus	107.2	Balsamita	102.2
Agresta	22.2	Balsamus	60.4
Agrimonia	36.1	Barba Aaron	26.3
Alcanna	45.3	Basilicum	59.3
Alcoocalus	94.3	Baucia	62.2
Alkekengi	82.1	Bællium Iudaicum	101.4
Alleum	114.4	Beleguar	42.3
Alleu	115.2	Ben	95.2
Agreste		ibidem	
Porrinum		Ben	
Aloes	73.2	Benzoin	89.2
Altea sylvestris	35.4	Benxium	
Alumen	148.3	Berberis	79.2
Ecatinum	89.1	Betonica	111.4
pluma	148.3	Biedoni	83.3
Ambræ grisea	72.1	Bifmalua	35.2.4
Amcos	102.3	Bitumen Iudaicum	65.1
Amidum	18.3	Blatta bizantia	154.4
Amigdala	37.3	Bleta	17.2
Amomum	95.3	Bolus armenus	141.1
Anacardus	124.1	Bombasum	53.3
Anas. 150.4	Anethū. 113.2	Bombax	
Anethum sylvestre	67.2	Borax	149.4
Anguria. 84.2.	Anisi. 87.4	Borrago	38.1
Antimonium	132.2	Bruscus	92.4
Aphrodili	77.3	Bryonia	24.1
Apium	99.2	Bugia	79.2
Aqua	161.2	Butyrum	162.2
lactis			
pisciu salforū.	166.1	C	
Araneus	166.3	Calamentum	108.4
Arcocous	94.2	Calaminaris	147.3
Argentum	146.3	Calamita	139.1
Argentum uiuum	135.2	Calamus aromaticus.	75.3
Aristologia	63.3	Calx uina	145.3
Armoniicum	92.3	Camelea	12.6.4
Arsenicu	133.3	Camomilla	16.4
Eitritinum			Camphora
Erubeum	133.4	Canapus	76.5
Arthanita	89.2	Cancer	151.4
Articoocalus	94.2	Cantharides	153.4
Assa	86.4	Caparus	100.2
dulcis	87.2	Capilli	167.4
Ectida			Capillus ueneris
odorifera		Capitellum	129.2
Assara baccara	88.2		

Caput	67.4	Cassula minor	133.1	G	Galanga	115.5	Laureola	119.3
Cardamomum	110.1	Crisomila	85.1		Galbanus	111.2	Laureola mas	116.4
Cerdopatum	94.3	Crocomagina	64.2		Galia	112.2	Lauri Bacca	116.3
Cardus fullonum	43.1	Crocus	64.1		Gallia	112.2	Laurus	ibidem
Carlina	94.2	Crocus } hortensis	74.1		Galla	112.2	Lens	112.4
Caro tyri	162.3	cus } hortalanus	74.1		Gallia	112.4	Lens aquaticus	114.5
Carthamus	74.1	Cubebe	90.4		Gallina	112.4	Lentiscus	116.3
Carui	99.1	Cucumer aspinus	74.4		Gallus	112.4	Lepus terrestris	115.3
Cassus	161.4	Cucurbita	85.1		Gariofilus	111.1	Lignum aloes	72.1
Cassia	113.4	Cuminum romanum	90.2		Gentiana	111.1	Limacia	111.1
lignea	104.3	Cuscuta	74.3		Gipsum	111.1	Linax	111.1
Castoreum	115.2	Cyperus	70.3		Gladiolus	111.1	Lingua auis	78.9
Cataputa	77.4	D			Glandes	111.1	Linofo	111.1
minor	127.3	Dactyli	47.2		Gramen	111.1	Liquiritia	111.1
Cauda equina	115.1	Daucus	91.2		Grana tinctorum	111.1	Lithargirium	114.2
Caulis	119.3	Diagridium	104.4		Gum Arabicum	111.1	Liuificum	110.1
Centaurea	109.3	Diptamum	108.2		Elemi	111.1	Lixiuum	112.2
minor	109.4	Doronicum	117.2		H		Lumbrici	115.2
Centum nodis	112.2	Dracogantum	101.1		Harmela	117.4	Lupinus	114.3
Cepe	112.3	Dragontea	112.1		Hedera arborea	114.4	Lupulus	115.2
Cera	113.2	Dragontea minor	112.1		Hepatica	116.3	Magra	114.1
Cerasta	115.3	Ebanus	115.3		Hermodactylus	110.1	Maiorana	110.2
Cerebrum	115.2	Ebulus	115.4		Herba Simeonis	115.4	Malua	117.2
Cerisfolium	114.2	Ebur	116.3		Herba Simenti	114.2	Maluanicus	115.2
Cerui boletis	114.4	Elaeterium	117.4		Hirundines	117.1	Malum granatum	119.4
Ceruisa	114.2	Elleborus	115.4		Hipoquissidos	117.1	Mandragora	119.4
Cetrach	117.1	Elleborus } albus	115.4		Hisso humida	118.2	Manna	116.4
Chamedreos	116.4	niger	115.4		Huspus	118.2	Marchasita	119.2
Charabe	119.4	Emblia	114.2		Humida	118.2	Margarite	119.4
Chartamus	114.1	Endiuia	115.2		Sicca	118.2	Marrubium	119.4
Cheiri	117.2	Enula campana	118.1		I		Marrubium nigrum	119.4
Chelidonium	1106.1	Epar	116.4		Iarus	116.3	Mastix	116.4
Chilimia	114.2	Epatica	116.3		Indicum	117.3	Matricaria	117.2
Cicer	117.1	Epithymum	118.4		Ireos	117.1	Medulla osium	116.4
Ciclamen	119.2	Eriucus	115.4		Iringius	117.2	Mel	117.4
Cicorea	115.2	Eruca	115.4		Ius arthetica	116.3	Melilotus	115.2
Cicuta	112.1	Erago ferri	114.1		Iuibe	117.2	Melissa	117.2
Cinis	119.2	Es	115.4		Iuncus	117.2	Melon	117.4
Cinnamomum	117.1	Es ustum	116.1		Iuniperus	117.2	Memithe	118.4
Citonia	112.1	Esula	119.4		Iusquamus	118.3	Menta	118.4
Citra	119.1	Esula } maior	119.4		Keiri	117.3	Mentastrum	118.1
Citrullus	113.1	minor	119.4		L		Milium	117.2
Climia	117.2	Euforbium	112.1		Lac	116.1	Milium Solis	117.2
Coagulum	115.1	Eufiscus	115.3		Lacca	117.1	Minum	117.2
Colla	115.4	Faba	114.2		Lacticinium	115.3	Mirabulani	117.9
Coloquintida	116.2	Farina	118.2		Lactuca	118.3	Mirtilli	118.1
Conditi	116.3	Fasoli	117.2		Lana	117.1	Mirtus	118.1
Consolida regalis	119.8.3	Fel	116.3		Lapsum	117.1	Mora	119.3
Corallina	118.4.3	Fenagrecum	116.3		Lapsum	117.1	Mora } bacci	119.3
Corallus	117.2	Fermentum	119.1		Lapsum	117.1	Mora } celsi	119.3
Coriandrum	118.4.3	Ferrum	118.4.4		Lapis spongie	117.3	Morus gallinae	119.3
Corium utus	117.1	Ficus	117.2		Adamas	118.2	Morus celsi	119.3
Corneola	114.2	Filix	118.2		Aquila	118.2	Mumia	118.1
Cornu	116.2.3	Filix } sicca	118.2		Armenus	117.4	Mufus	118.1
Corrigiola	112.2	Flos eris	114.2.3		Asius	118.2	Myrrha	118.4
Cortex olivani	116.3	Foeniculus	112.3		Lapis } Ematites	118.4	N	
Cortices granatorum	112.1	Foeniculus } agrestis	112.4		Hyacinthus	118.1	Napus	117.3
Cotus	110.4	porcinus	118.4		Iudaeus	118.1	Nardum Gallicum	119.1
Cotula non foetida	110.1	Folium Indum	119.3		Lazuli	119.1	Nardurtium	119.1
Cotum	113.3	Fuligo	119.3		Stellatus	119.1	Nesufar	116.1
		Fumus terre	114.1		Laudanum	119.3	Nigella	114.3
		Fungi	112.3					

Nigella flaccida	109.4	Pruna		Sigillum Mariae	89.4	Tappa	118.2
Nihil		Prunus	14.2	Siler montanum	70.1	Taraxacon	55.2
Nil	149.2	Pylum	79.3	Sinapi	130.2	Tartarum	22.2
Nitrum	44.4	Pulegium	108.1	Sinapis	130.2	Terra sigillata	141.2
Nuces	161.5	Pulmo	167.3	Smaragdus	134.4	Butia	49.1
cipressi	150.1	Pumex	147.1	Solarium	81.4	Thaui preparata	149.2
indica	179.1	Purpura	154.2	Solanella	20.2	Thymus	96.1
Nux				Sparagus	120.2	Tigname	66.2
muscata	61.2	Quercula minor	66.4	Spatula foetida	69.3	Titimallas	125.3
uonica	62.1 et 131.4	Quercus	41.4	Spica Celtica	29.1	Triticum	18.2
		Quercus infima	66.4	Spica Nardi	28.4	Tribub	114.2
				Spinachia	54.2		
Oleum Laurinum	117.1	Raffanus	106.2	Spodium	119.2	Valeriana	107.4
Olibanum	65.3	Ramo	154.2	Spolium serpentis	166.3	Venter	167.2
Opium	130.4	Rapa	70.2	Spongia	137.2	Vernix	150.2
Opopanax	90.2	Rapum	70.2	Spuma maris	136.4	Viola	194.4
Ordeum	51.2	Refina	119.3	Sputum	56.2	Virideris	134.2
Origanum	107.4	Responcticum	75.4	Squa schalybis	246.3	Viscum quercinum	62.4
Orobus	20.3	Ribes	81.1	Squa ceris	246.2	Vitriolum	136.2
Os dactyli	48.1	Risum	141.1	Squilla	105.2	Romanū	137.2
Offa combusta	166.3	Rosa	44.3	Squinantum	161.1	Vstum	137.4
crenata	166.3	Rosmarinus	114.1	Stannum	146.4	Vitrum	134.1
Ouum	155.4	Rubca tinctorum	131.2	Staphisagria	114.1	Vngule	160.2
Pallamarina	17.1	Ruta	103.3	Staphusaria	95.1	Volubilis	15.2
Palma Christi	177.4	Sal	43.2	Stercus	159.3	medicatum	15.2
Panicum	45.1	Alkali	89.3	Sticados Arabica	151.3	Vrina	156.2
porcinus	89.2	Armoniacus	145.3	Sincus	160.4	Vrtica	158.2
terra	89.2	Gemma	143.2	Straphusaria	105.1	Vulpes	155.2
Papauer	130.4	Salix	55.3	Sudor	166.4		
Papauer cornutum	131.3	Salua	59.1	Sulphur	144.4	X	
Passula	22.2	Sambucus	97.3	Sunach	81.1	Xilocaracta	152.2
Pendij	28.4	Sandalum	130.4			Zedoaria	165.4
Pentadactylus	77.4	Sanguis	157.2	Tamarinā	111.2	Zinziber	177.3
Peonia	131.2	Sapo	127.4	Tamariscus	119.2	Zaecharum	182.2
Perforata	111.4	Sapon	117.4				
Persica	116.1	Sarcocolla	115.3	ITALICARVM			
Pes vituli	26.3	Saturegia	109.2	APPELLATIONVM			
Petroelinum	109.1	Scauina	88.2	I N D E X.			
Petroelinum Macedoni-	99.4	Scamonea	104.4	A			
cum	99.4	Scordeum	115.2	Brotano	110.2	Alga	155.2
Peucedanum	98.1	Scoria	141.1	Aceto	12.4	Allozo	116.2
Pinea	21.4	Scorpio	152.2	Aceto squillitico	105.3	Aloe	73.2
Pinguedo	64.2	Serofularia minor	106.2	Acetosa	146.1	Alume	148.2
Piper	128.2	Sebesten	112.3	Acord	92.4	Alume di piuma	148.2
Piretrum	128.2	Semen Alexandrinū	116.1	Agallico	172.1	Amarella	87.4
arida	93.4	Semen Lubricorū	116.1	Agarico	166.2	Ambra	172.1
navalis	93.3	Semen Sanctum	116.1	Aglio	114.4	Ambra gialla	94.4
siccā	93.4	Sementina	116.1	porro	115.2	Ambracan	172.1
Plantago	88.2	Semperuivium	116.1	saluatico	115.2	Ambubeta	155.2
Plumbum	147.4	Sena	130.4	serpentino	114.4	Amido	18.2
adustum	148.2	Sepia	152.2	Agresto	110.2	Amni	103.2
elotum	148.1	Sepum	164.2	Agretto	115.2	Amomo	95.2
Polipodium	89.1	Serapinum	104.2	Agrimonia	116.1	Amperlo	109.2
Polium montanum	62.2	Serpentaria	26.1	Agno casto	107.2	Anacardo	121.1
Poma citonia	152.2	Serpentaria maior	26.2	Albro	109.2	Anadra	150.4
Porcelliones	51.3	Serpillum	103.1	Albero	119.1	Androsfemo	92.2
Porrum	126.2	Serratala	66.4	Alcibachingi	81.1	Aneto	113.2
Porri		Seta	116.1	Alecionio	156.4	Anfidillo	177.2
quinea	126.3						
uitale	126.3						
Portulaca	121.3						
Prasium	72.4						
Prasium foetidum	73.1						

Anguria	34.2	Buccine	194.2	Cera	11.2	Enoa	11.2
Aniso	27.4	Bagoni	111.2	Cerefolio	54.2	Enola	11.2
Anitra	150.4	Buon uischio	35.4	Ceruello	151.2	Epitimo	11.2
Antimonio	112.2	Buonali	151.2	Cerussa	152.4	Epula maggiore	119.4
Aphaca	38.1	Burro	162.2	Chiocciole	151.2	Euforbio	113.4
Apio	99.2			Cicorea	55.2		
Arabide	115.2	Caesputza	127.2	Cicuta	121.1	Faggio	41.4
Arcichocchi	94.2	Cadmia	147.2	Cimino	domestico. 98.2 saluatico. 98.3	Fagioli	112.4
Argento	146.3	Caglio	155.1	Cinnamomo	91.3	Fagioli Turcheschi	ibidem
Argento uiuo	152.3	Calamandrina	66.4	Ciottoli	150.1	Faggi Romano	71.4
Ariento	146.3	Calamento	108.4	Cipero	70.3	lole {Turchesco}	71.4
Armellini	85.1	Calamita	139.1	Cipolla	113.3	Farina	118.2
Armonico	92.3	Calamita aromatica	75.2	Cipresso	30.1	Ferro	115.2
Arsenico	133.3	Calcinata uiua	145.2	Ciregi	56.3	Fava	41.2
Asciro	92.1	Calciati	135.4	Ciregie	56.3	Fauscello	106.2
Asfallo	65.3	Calli delle gambe de ualli	160.3	Citroni	99.3	Feccia	113.2
Asparago	10.2	Camamilla	16.4	Cocomeri	83.3	Fegatella	146.3
Asperella	55.4	Cambrosene	45.3	Cocomero	84.2	Fegato	160.4
Aspleno	71.1	Camela	126.4	Cocomero saluatico	74.4	Felce	1130.2
Asa fetida	87.2	Camelone nero	94.3	Coda di cavallo	53.4	Felce femina	30.3
Assara baccara	28.2	Canape	76.1	Colchico	71.1	Ferro	140.4
Assenzo	149.2	Canape saluatico	76.2	Colla	54.1	Fico	1196.2
Assen- Marino	144.4	Canapa	104.1	Coloquintida	96.2	Fico d' Egitto	1177.1
zo- Antonico	151.1	Canfora	120.2	Coniella	109.2	Fiele	1163.2
Aster Attico	41.1	Canna	50.2	Corallina	84.3	Fieno greco	64.2
Audrio	160.3	Cantarelle	153.4	Corallo	42.2	Filiccia	89.1
Azurro olira marino.	138.1	Capluenere	120.1	Cori	92.2	Finocchio	112.2
		Capit oni	166.2	Coriandolo	20.4	Finocchio saluatico	112.4
		Capo	167.4	Corni	154.2	Fiocini de gli Acini	21.4
		Capo di Monaco	55.2	Corniola	140.2	Fior di Rame	146.1
		Capparo	100.2	Corno	167.2	Fior di Sale	142.1
		Carciofi	94.2	Corregiola	122.2	Folio Inatico	129.2
		Cardamomo	110.1	Corteccia d' incenso	66.1	Fonghi	122.2
		Cardo	43.3	Costo	110.4	Formaggio	161.4
		Carlina	94.2	Cotogno	52.2	Formento	118.2
		Carne di uipera	162.3	Crusca	18.3	Fotterigia	1153.1
		Caro	199.1	Cubebe	98.4	Fuligine	1191.2
		Carobe	53.2	Cuoio uecchio	137.1	gine della pece	1192.4
		Carobole	53.2	Cuscuta	134.3	Fumoterno	1193.1
		Casfo	16.4			Fumoterra	1194.1
		Cassa	104.1				
		Cassia	15.4	Dattoli	47.3		
		Castagne	142.1	Dauco	91.2	Galanga	119.4
		Castoreo	155.2	Dente di cane	55.2	Galbano	111.2
		Cataputia minore	127.3	Dente di leone	55.2	Galla	101.3
		Catapuzza	ibidem	Denti canini	160.3	Galina	111.1
		Caualo	119.3	Diamante	138.2	Gallo	111.1
		Caualo saluatico	20.2	Diaspro	135.1	Garofani	111.1
		Ceci	117.2	Disfrige	133.2	Gelsomini	64.4
		Cedri	119.3	Dittamo	208.2	Gengeuo	117.5
		Cedrioli	85.3	Doronici	117.2	Gentiana	1190.4
		Cedro	129.1	Dragontea	16.1	Gesso	113.1
		Cedronella	17.2			Ghiacinto	140.1
		Cenere	129.2			Ghiande	41.4
		Centa- maggiore.	109.3	Ebulo	97.3	Ghioczi	1166.2
		rea- minore	109.4	Elatario	74.4	Gigaro	117.5
		Centinberia	80.2	Elatine	25.2	Giglio	1191.1
		Centinoida	122.2	Elice	41.4	Giglio celeste	1191.1
				Elleboro bianco	115.4	Giglio saluatico	69.1
				Elleboro negro	116.2		
				Endiua	55.2	Ginepro	96.1

Giooglio	15.4	Lentisco	60.3	Mirto	39.1	Ouo	155.4
Giunco odorato	16.1	Lepido	130.3	Misi	235.3	P	
Girasole	77.4	Lipre	150.3	Mocho	20.3	Palla marina	137.1
Giuggiole	37.3	Lumae	19.1	Monasucce	69.4	Palma	47.2
Giunco	42.4	Leufisco	99.4	Monache	85.1	Pan	porcino 89.2
Gladiolo	69.4	Liesito	129.1	Morca dell'oglio	11.1	pan	porcino minore 89.4
Go	156.3	Liguftro	45.3	More	49.1	Panace herculeo	90.2
Göma	Arabica 82.3	Lingua canina	46.4	Moroni		ibidem	Pane 12.4
	Draganti 80.1	Linofa	16.3	Mortella		Pane di Orzo	79.2
Gorgoleftro	112.3	Lolola		Mortina	39.1	Pania	62.4
Gramigna	48.1	Lifcua	119.2	Mumia	101.3	Panico	
Grana	111.3	Litargirio	144.1	Mufchio	67.4	Panizzo	42.1
Granchio	111.4	Lolola	153.1	Nagoni	90.3	Papauero	120.4
Grano	112.2	Loglio	153.4	Narciffo	68.2	Papauero	cornuto 131.2
Granellofa	112.1	Lombrichi	153.3	Nepitella	108.4	spumofa 131.4	
Graffeza della Lann Jucida	158.2	Lopps	141.1	Nefpelo	45.2	Paffole	22.1
		Lopps di Piombo	148.2	Neueda		Paftinaca	62.2
Graffo	164.1	Lumache	151.1	Niepita	108.4	Pece	Sliquida 93.3
Greppola	153.2	Lupino	34.4	Nigella		lecca	93.4
Grifomele	85.1	Lapolo		Nitro	144.4	Pelle	167.4
Groppi	23.2	Luertice	25.2	Noccirole	61.4	Pelle pecorina	157.4
Grugno di Porco	155.2			Noce di cipreffo	20.1	Peniti	28.4
Gnado	27.3	Macerone	100.1	Nocelle	61.4	Peonia	51.3
Gujftrico	45.3	Maiorana	102.2	Noci	61.3	Pepe	128.2
	H	Malabathro	29.3	Noci		Peppone	83.4
Hedera	24.4	Malua	57.3	Noci	Indiane 79.2	Pere	46.3
Hedra		Malua faluatica	35.4		d'India	Perforata	92.3
		Maluanifco	35.3		Mofeade 61.2	Perle	139.4
		Maluanifchio faluatico				Perfiche	86.2
		buona 112.2				Pefche	
		delle febrì 66.4				Pefcedano	99.1
		di S. Giouani 91.4				Pezzo	98.2
Herba	graffa 122.1	Mandole	36.3	Occhio di Bue	60.1	Pezzo	109.2
	indorata 71.1	Mandradora	119.4	Odano	25.3	Piantagine	80.2
	maeftra 106.1	Manne	57.2	Ogliò	10.4	Armenia	137.4
	morella 81.4	Manna d'incenfo	66.1	Oliò	di pece 93.3	Pietra	138.1
Hermodattilo	71.2	Marchefita	119.2		laurina 117.1	d'Aquila	140.2
Hiflopo	93.1	Marrobiftro	73.1		Oliue	Pietre delle Spugne	137.2
Iberide	I 120.3	Marròbio bafardo	42.2		accòcie in	Pino	32.2
Incenfo	65.2	Marroni	81.2		falamuoi. 10.4	Pinocchi	32.3
Inguinale	41.1	Marruche	166.3		condite	Piombo	147.4
Iringo	41.2	Marzoni	60.4		falate	Piöc	abrufciao 148.2
Irione	124.2	Maflice	50.3			lauato 148.1	
Iua	66.3	Melagranò	136.1			Pioppo	129.1
Iufquiamo	112.2	Melanteria	71.4			Piretro	128.1
	L	Mele	92.2			Pifcia al letto	55.2
Lacca	67.1	Mele cotogne	15.4			Pifelli	47.2
Lambrufca	123.2	Meliloto	83.4			Piftacchi	81.1
Lana	167.1	Melone	83.4			Platano	55.5
Lapis	143.4	Memite	80.4			polipodio	89.2
Latte	161.1	Menta	102.4			Polmone	167.2
Lattuca	85.2	Menta Romana	103.2			pome	52.2
Lattuca faluatica	86.1	Mentafiro	103.1			pomice	147.2
Lauazzo	45.4	Meo	67.2			pomo granato	51.3
Laudano	25.3	Midolla	164.1			Pongì topi	98.4
Laureola	117.1	Miglio	42.2			porcellana	122.1
Laureola mafchio	116.4	Milium folis	32.2			porcellati	122.2
Lauro	116.3	Minio	112.2			Porpora	114.2
Lauro Aleffandrino	116.4	Mirabolani	43.4				
Lella	118.1	Mirafole	77.4				
Lenticchie	12.4	Mirra	100.4				
Lenticularia	84.2						

Porradeſſo	126.3	Sembola	81.3
Porri delle gambe de ca-		Seme di lino	16.2
nalli	160.3	Seme ſanto	17.1
Porro	126.2	Semenzina	ibidem
Procaccia	121.3	Semola	18.3
Propoli	13.3	Sempreniuro	121.4
Prune		Sen. 30.4.	Senape. 130.3
Pruno	14.3	Sepia	152.2
Pſillio. 79.3. Palegio. 108.1		Serapino	104.2
		Serpio	14.4
Quercia	41.4	Serpentaria	26.1
Querciuola	66.4	Serpillo	103.1
		Sefeli	70.1
Radice	106.3	Seta. 18.1.	Seuo
Ragia. 11.3. Ragno. 166.3		Sicomoro	77.1
Rame	145.4	Silibo	105.4
Rame abruſciato	146.1	Sinopia	143.2
Rane		Sifamo. 37.2. Sifaro. 74.3	
Rane		Smalto	162.2
Ranocchie	154.2	Smeraldo	134.4
Rape	70.2	Smeriglio	130.2
Rauanello		Soda	80.4
Rauano	106.2	Solatro	81.4
Regolitia		Solatro ſarioſo	82.2
Reppeſe	16.4	Solatro ſomniſero.	82.1
Riccio. 15.2.4.	Riſo. 14.2	Soldanella	20.2
Robbia	31.2	Solfo	142.4
Rombice	45.4	Somaco. 81.2. Sori. 156.1	
Rodine. 153.2. Roſa. 44.1		Sparganio	70.1
Rofmarino	114.1	Spatula ſetida	69.3
Ruchetta		Spigo Nardo	23.4
Rucola	78.2	Spina bianca	42.1
Ruggine di ferro	141.1	Spinace	54.4
Ruſco. 98.4. Ruta. 103.3		Spiuma di ferro	141.1
Ruta ſaluatica	97.4	Spiuma di mare	136.4
Ruſſifico	45.3	Spiuma di piombo	148.2
		Spiuma di ſale	143.4
Salamandra	154.1	Spoglia di ſerpi	161.1
Salamuoia	67.3	Spugna	57.2
Salamuoia di Peſci	161.1	Sputo	156.2
Salcio. 53.3. Sale. 143.2		Squala	17.3
Salgemma	ibidem	Squama di acciaio.	146.3
Salice	53.3	Squama di rame	146.2
Salua. 156.2. Salua. 59.1		Squilla	105.2
Sambuco	97.3	Squintanto	16.3
Sandalo	120.4	Stachi	102.2
Sandaraca	133.4	Stagno	146.4
Sàgue. 157.2. Sàne. 160.3		Staphiſagria	
Sapone	127.4	Staphiſaria	95.1
Sarcocolla	15.1	Stecha	
Sativio		Stechade	15.3
Sativione	38.2	Stella d' Athene	41.1
Sauna. 88.2. Saoune. 127.4		Sterco	158.3
Sauoreggia	109.2	Stinco	160.4
Scammona	104.4	Stomaco	167.3
Scarpe vecchie	157.1	Storace	27.2
Scaruola	55.2	Straphiſaria	95.2
Scchiama di ferro	141.2	Succine	
Scorpione	152.2	Succine	54.3
Scorpione marino	152.3	Sudore	166.4
Scrofolaria	106.2		

Taiera d'acqua		Tallone di porco	166.3
Taierazzo	56.1	Tamariglio	19.2
Tamarindi		Tamaro	24.2
Tartaro		Tartuffi	84.4
Tasfia		Telline	152.3
Terra roſſa ſigillata		Teſti	150.1
Teſti		Teſticolo di cane	38.3
Tiblaſpi		Tigname	68.2
Timo		Titimali	125.3
Tonina		Tremolo	
Tremorizza	153.1	Tremorizza	
Trepeſe	16.4	Turbith. 114.2. Tutia. 149.1	
Valeriana. 31.4. Vena. 50.1		Verde rame	124.2
Vermicularia		Vermicularia	122.1

Vernice	30.1
Verza	19.3
Vetriolo	136.1
Vetro	134.1
Vilucchio	25.1
Vinaccie	21.4
Vino	22.4
Vino ſquilitico	105.4
Viola	77.2
Viola bianca	ibidem
Viola mammole	54.4
Viſchio	62.4
Vite	21.3
Vite ſaiuatica	21.4
Vnghia odorata	154.4
Vnghe	160.2
Vnto ſottile	162.2
Volpe	152.2
Vouo	155.4
Vua	21.3
Vua paſſa	22.4

Zaffarano	64.2
Zaffarano ſaracineſco.	24.2
Zedoaria	61.4
Zizole	37.2
Zolfo	142.2
Zucca	85.1
Zucca ſaluatica	24.2
Zuccaro	
Zuchero	28.2

GALLICARVM

NOMENCLATIONVM

INDEX.

Abricot	85.1	Artichault	94.2
Abſince	14.2	Aspergoutte mineur	41.1
Acbe large	99.4	Aspic doultre mer	20.4
Adiantos	10.1	Aulnee	118.1
Agarie	36.2	Auooyne	50.2
Aigreimoine	36.1	Aurron	
Ail	114.4	Auronne	110.3
Ail porreau ſauuage	115.2	Aux	114.4
Aloes	73.2		
Alouette	153.1	Baluſtres	99.4
Alwyne	14.2	Barbotine	15.1
Amandes	27.3	Paſſic	99.2
Ambra	94.4	Bauſme	61.1
Amydum	18.3	Beguenaudes	82.1
Anet	112.2	Benioin	87.2
Anis	87.4	Berberis	79.2
Aphrodiles	77.3	Berle	112.2
Arbouces	50.2	Betoino	111.4
Arbre de Dattes	47.3	Beure	162.2
Arcine	166.2	Bieure	155.2
Arendelles	153.3	Bimaune	35.4

Bios	24.2	Cichoree	55.2	F	Guesde	27.3		
Bios corneto	ibidem	Cinnamome	91.3	Fabes painctes	87.2	Gummaues	25.2	
Blanc de eau	56.1	Cire.13.2	Citron. 9.3	Fabue	41.2	Gummaues sauage	35.4	
Ble	10.2	Citrulle	83.3	Faseoles	37.2	Guy	61.4	
Bö Dames arroches	54.4	Cloporte	151.1	Faus	41.4	Gyroles	74.3	
nes Femes follets		Cocombre	84.2	Fenacia	38.4	H		
Borrache	30.1	Cocombre sauage	74.4	Fenigrec	64.3	Hache large	99.4	
Botosne	111.1	Colla	54.1	Fenoil	112.3	Hanebane	118.3	
Boys gentil	126.4	Coloquinte	96.2	Fenoil sauage	112.4	Hepatique	46.2	
Bruefch	98.4	Colubrine	24.1	Fer	140.4	Herbe à Foulon Laich Perles Poux Puces	126.5	
Buys	162.2	Colure		90.3	Feuchiere		30.3	125.5
Cabauer	88.3	Comin	98.3	Feulet	Inde Malabatre		39.2	33.2
Calament	100.4	Conting	52.2	de			158.2	95.2
Calament aquatic	ibidem	Coperose	156.2	Fiante	158.2	79.2		
Cals des lambes de- cheaux	160.3	Coque	151.1	Fiel	163.2	Herifon	152.4	
Cameminan	16.4	Coque	corles lourdes	Fiel de terre	109.4	Hiffope	92.1	
Camomille		Coquerets		82.1	Figue royalle	47.3	Houx	98.4
Camomille sauage	60.1	Coral	42.2	Figuier	76.2	Huyle	10.4	
Camphra	110.1	Cnrilline	84.3	Flambe	69.1	Huyle de Laurier	117.3	
Caneres	121.4	Coriandre	20.4	Flambe,feu		Hyeble	97.3	
Canelle	91.3	Corien sauage	98.3	Flamme bastarde	92.4	I		
Canarides	153.4	Corne	167.2	Fluer de pome granade	79.4	Iafemin	64.4	
Capil uenere	10.1	Cornuette	98.3	Foin de Bourgoigne	38.4	Ionc	47.4	
Cappres	100.2	Coton	83.1	Foterle	63.3	Iuayra	32.4	
Cardamome	110.1	Couillon de Chien	39.3	Fourment	161.4	Iuc	Carthetique muscate	
Cardon à carair	43.3	Courge	85.1	Foyes	160.4	Iuiubes		38.3
Carline	94.2	Courle		96.2	Frambofie	49.4	Iufquiamé	110.3
Carote sauages	91.2	Cref	125.1	Fruft de Laurier	116.3	L		
Carouge	51.3	de lardin		63.4	Fugera	39.2	Laiç	161.2
Carui	99.1	Cyrene	30.1	Fume terre	34.1	Laiçue	85.3	
Casse	104.3	Dattes	47.3	Fuftes	79.2	Laiçue sauage	86.1	
Casse fifiule	11.4	Dent de	Lyon	G		Laine	167.2	
Castaignes	42.1	ebien		48.1	Galbanon	111.2	Laiterot	66.1
Caullon des prestes	106.2	Lyon	55.2	Galingal	115.3	Lampe	45.4	
Cedre	129.1	Draue	115.2	Garderobbe	110.2	Laureole	117.2	
Cedre	129.2	Duble turquet	49.3	Garenfe	31.2	Laurier	116.3	
Centauree	109.4	Dutruetine	45.3	Gaffe	33.4	Lentille	11.4	
Cerfueil	74.2	E		Gellines	151.1	Lentille de Mer	94.3	
Cerife	56.3	Eglantier sans odour	50.1	Geneure	96.1	Lentisque	60.2	
Cerifter		Eilbore	115.4	Gentianne	90.4	Lierre	24.4	
Cerufe	132.4	Enoir	116.2	Germandree	66.4	Lieure	120.2	
Ceterach	71.1	Encens	65.3	Gingembre	117.3	Lin	16.3	
Chamaraz	115.2	Encensaria	113.3	Gingembre de lardin	109.2	Lis	68.4	
Chanure	76.1	Endiue	55.2	Giroffles	77.2	Lis	de ftang sauage	
Chanure sauage	76.2	Ers	20.3	Girophles	111.1	Li charge		144.2
Charchiophe	94.3	Efcargotz	151.2	Glaieul	69.2	Lunet de eau	56.1	
Charbonette	94.3	Efcclere	106.1	Gla	de Martz riuiere	Lupins	34.4	
Charpentaire	105.2	Efcclere petite	106.2	ieul		sauage	L'ynoire	160.2
Chafte rage	105.3	Efcorie de l'Encens	66.1	Glaite	69.4		M	
Chelidoine	106.1	Efpurge	10.2	Gouions	166.2	Malue	57.3	
Cherux	74.3	Efpicautre	35.2	Grain de Meurte	40.2	Mandegloyre	119.4	
Chefne	41.4	Efpeltra	54.4	Granoille	154.2	Mariolaine		102.3
Chefne petit	66.4	Efpinars	42.1	Grappe de uigne sauua-		Mario	bafard d'anglettere	
Chefnette		Efpine	79.2	ge	23.3	laine		107.2
Chiches pois	71.1	Euinette	137.2	Grenil	32.2	Marone	102.2	
Chiennee	71.1	Efponge	127.2	Greffé	164.3	Marons	42.2	
Choils	19.3	Efpurge	127.2	Greffé de laine forge	158.2	Marrubin	72.4	
Ciche	37.1							

Marrubin noir	73.1	Ortie	98.2	R		Soldana	20.2
Mastic	60.4	Os munda regale	30.2	Raine	194.2	Souchet	20.2 & 70.3
Matricaire	87.4	Ozeile	46.1	Raue	70.2	Spathule plante	49.2
Maures	46.2			Raue sauvaage	25.2	Staphisagrie	95.1
Melilot	15.4			Relisse	96.4	Stipouille	105.2
Melisse	17.2			Refort	106.2	Sucree	28.2
Mellane	61.4	Pain de porceau	89.2	Rejine	113.1	Suscau	97.2
Melons	83.4	Paissance de cameaux.	16.1	Reuille mayin	125.3	Suye	91.2
Mente	102.4	Palma Dieu	77.4	Reygallisse	90.4	Suye de poix fondue	91.4
Mete		Panicault	41.2	Ris	14.2	Suyer	97.2
		paniz	43.1	Roisin	21.2		
Meslier	41.3	passeraige	120.2	Roisins en capiz	22.1	T	
Mestic	108.1	Pastel de languedoc.	27.1	Ronce	49.1		
Meure		pastenades	62.2	Roquette	78.2	Talon de porceau	166.2
Meurier	51.2	Paout	110.4	Roje	44.2	Tamari	29.2
Meurte	40.1	Faout cornu	121.2	Roscau	90.2	Teuille	33.4
Raille pertuis	92.1	Peneosne	33.2	Rosmarin	114.1	Tbun	166.2
Millet	42.2	Pencine		Rue	205.2	Thym	96.1
Nyrobalans	41.4	Pepon	82.4	Rue sauvaage	97.4	Toigne de thym	28.4
Nirtilles	40.1	Perroquet	73.2	Ruileure de Fer	141.1	Tremble	94.4
Moelle	264.2	Perjii				Truffes	84.4
Moelle	81.4			S		Tue chien	71.2
Moelle marine	82.1	Peschcs	86.2	Saffran	64.1	Turpillcs	152.1
Morgelau	99.1	Peucedane	98.2	Saffran			
Mort au Chien	71.1	Peuplier	54.4	Saffran		V	
Mouron	59.1	Pigneons	32.2			Valeriane	91.4
Moustarde	130.1	Pin	82.2	Salamandre	154.2	Veraire	115.4
Moustarde sauvaage	125.1	Plaine	91.1	Salette	46.1		
Myel	71.4	Plantain	80.2	Sang	357.2	Veraire	116.2
Mygrenes	90.2	Plom	147.4	Sarcocolle	15.1	Verarum	
Myrrhe	800.4	Poire	46.2	Sarictee	109.2	Verare	115.4
		Pois	47.2	Sarrasine	69.2	Verderis	
		Pois chiches	37.1	Saterion	39.2	Verdet	154.2
N		Pois fondue	93.2	Satred	109.2	Veriust	22.2
		Pois secche	95.4	Sau		Vermillon	111.2
Nastort	129.1	Polypode	89.1			Vernix	30.2
Nastort sauvaage	130.2	Pome	52.2	de motagne	102.1	Vers de terre	153.2
Nanea blanc de lardin.	70.2	Pomes de pin	32.2	Sau sauvaage		Vesse sauvaage	29.2
Nauet	70.2	Pomier	52.2	Et tendre		Vid de Chien	26.2
Nesplier	45.2	Pomier de granade	50.2	Saulge	53.2	Vigne	21.2
Nielle		Poncirade	17.2	Saulgs	59.2	Vigne sauvaage	23.2
		Porcorau	46.2	Saunier	88.2	Vin aigre	52.4
Noysette	61.4	Porreau	126.2	Sauoreie	109.2	Vinette	46.2
Noyx	61.3	Porree	97.2	Seau de nostre dame.	89.4		
		Porree	126.7	Sebeste	12.2	Viols de	
		Porree	82.2	Seche	152.2	Marx	54.4
		pouliot	108.1	Senegreue	64.2	carefine	
		pourelle	114.2	Senec	130.2	Violetes	77.2
		peuyre	128.2	Senec sauvaage	125.2	Viperes	162.2
		Prela	53.4	Ser montain	70.1	Vrine	156.2
		Pressure	115.1	Serpentine	26.1		
		Prune		Ser pouillet	102.1	Y	
		Prunier	54.2	Sejama de la ingioline.	8.2	Yuroie	22.4
		Pulege	108.2				
		Pulege sauvaage	108.4				
		Pyreibre	128.1				
				Q			
Oeil de Boeuf	60.2	Queue de		cheual	52.4		
Oeuf	855.4	Porceau	98.1				
Oignon marin	205.2						
Olives	10.2						
Olurier sauvaage	21.2						
Ombeloz	25.2						
Ongle	160.1						
Orge	95.2						
Origan	107.2						
Orme	43.2						

GERMANICARVM APPELLATIONVM

INDEX.

<p>A</p> <p>A Ber knoblauch 72 Abrahams baum 107.2 Aefchen 129.2 Aggstein 94.4 Agrest 22.2 Agrimonien 36.1 Ahorn 55.1 Alant 118.1 Alber baum 94.4 Alepatic } 73.2 Aloes batter } Altraum 119.4 Alun 148.1 Amey 102.1 Amidum 18.3 Amlung ibidem Ampffer 47.3 Ancken 162.2 Andorn 72.4 Anisz 87.4 Apffel 52.2 Aron 26.2 Articock } 94.2 Artischock } Atlich holder } 97.7</p> <p>B</p> <p>Bachmuntz 103.2 Baer uurtz 67.2 Balich 111.4 Balsam } kraut } 96.1 } } 102.4 } } unilder } 103.1 Basam 61.1 Basilien } 19.3 Basilgram } Bassani } 42.1 Baum uoell 23.1 Beel maglamen 131.1 Bein holtzlin 45.3 Bely uueyze 132.4 Benignen rosz 31.3 Berg gruen 113.2 Bergmuntz 109.4 Bertram 127.1 Ber uurtz 91.2 Betonien 11.4 Bett 13.3 Biber kraut 109.4 Bilfen } 118.7 Bilfen kraut } Binen kraut 17.2 Bintzen 42.4</p>	<p>Bisem kraut 125.9 Bismuntz 95.1 Bitter uurtz } 90.4 } aloes } 73.2 Blafsch 112.2 Blanter kraut 106.2 Blau } gilgen } 69.1 } } schuuerdel } Bluot stein 148.4 Bocks horn 64.3 Bolich 111.4 Bonen 41.2 } turkisch } } uuelich } 37.2 } unild } } unick } 34.4 Borrafze 149.4 Brachendistel 41.2 Bramerel } 49.3 } Branten leber kraut 162.3 Betonie 11.4 Braum } doften } 109.4 } Brunnen leber kraut 46.3 Bubenstrel 43.3 Bruoch baum 41.4 Burgu } grafz } 38.4 } } heuy } Burretech 38.1 Butter 162.2 Byber 155.2</p> <p>C</p> <p>Calmus uertzel 75.2 Camillen 16.4 Cardamomenlin 160.1 Cardhoffil 94.2 Chamelscheun 16.1 Christ uurtz 116.2 Citrin oepffel } 9.3 } Citrinat ludz apffel } Citrullen 81.3 Coleander 20.4 Coloquint 96.3 Coralin 41.2 Coraliander 20.4 Creutz } baum } 77.4 } } uurtz } 90.4 Cucum^{en} 84.1 Cypressen 30.3</p> <p>D</p> <p>Dattel baum } 47.3 } Daitlen } Dauben kropff } 34.7 Dennem marck } 31.4 Dinkelhorn } 35.2 Diptam 108.2 Dohlin 82.1 Doften 107.4 Dyllen 113.2</p> <p>E</p> <p>Eber uurtz 67.3 Edel frembd 28.4 Elfenn 14.2 Encian 90.4 Endiuien 55.2 Enisz 87.4 Entzian 90.4 Ephen 24.4 Epfich } 99.7 } Epffel } Erbsel } 89.2 Erbsz } 47.2 Erdapffel } 89.2 Erdrauch } 34.1 Erduinden } 25.1 } uurtz } 89.3 Erd gall } 109.4 Erze fluoff } 139.2 Erzen } 20.3 Eyuueyfen } 47.2 Esel } 111.1 Esels cucumey } 74.4 Essig } 5.4 Ey } 155.4 Eyche } 71.4 } Eycheln } Eyer rosz } 141.1</p> <p>F</p> <p>Faren } 49.2 } Faren kraut } Fuselen } 37.2 Feig bonen } 34.4 Feigen baum } 76.3 Feiguurtzen } Fenchel } 112.3 Fenebel unilder } 112.4 Fenigrec } 64.3 Ferber roet } 31.2 Fettig key } 164.2 Feyst } Ficht dannen } 32.1 Fieber kraut } 109.4 Filz kraut } 24.3 Fischmuntz } 103.2 Flachsz } 16.3 Flachsz seiden } 24.3</p>	<p>Frauenhar } 161 Frosch } 154.2 Fuschschuuntz } 48.1</p> <p>G</p> <p>Galgen unilder 90.2 Galgen uurtz 115.9 Galloepffel 31.2 Galmei 147.2 Gamander 66.4 Garden Kraut 43.2 Garten 109.2 } krefz } 125.1 } saffran } 74.1 } blum } 130.3 Gauch } heyl } 59.7 Gebrant aertz 146.2 Geel } muntz } 108.4 } } schuuerdel } 92.6 Gelb uiolem 97.2 Gelber bregschuuefel 136.1 Gelmagen } 131.5 } bol } Gerster } 11.1 } } erueben } 24.1 } } } 31.5 Gierlin 84.1 Gilgen 68.4 Gilgen blau 69.2 Girgelin 74.3 Gleit 147.2 Glied kraut 119.1 Gold uuertze } beid- } } } nisch } 77.2 } } } 92.4 Goltz uerges } Granat } baum } 10.2 } } oepffel } Grafcz 48.2 Grauer augstem 147.2 Griechisch beeh 33.4 Grofcz } epfich } 99.4 } } eppich } Gurchen 84.2 Gyps 123.2</p> <p>H</p> <p>Habern 90.2 Hakit kraut 34.2 Halsfauteyn 160.3 Hamelhorn 49.2 Hamer schlag 246.2 Han 251.2 Hanbutten 50.2 Hanff 76.2 Hanffauilden 76.2 Harffrang 98.2 Hartz 115.2 Haruurtz 56.1</p> <p>Hafe</p>
---	---	--

Hase	850.9	Kesten	42.1	bel	842.4	Milten	96.4
Häsel nusz	62.3	Keschbaum	107.3	Leber	klekten kraut	Mirrben	100.4
Häser uurtz	88.2	Kiechern	37.1	Leckritz	57.2	Mitte affolter	62.4
Hechel	152.4	Kimmel	koescher pfeffer	Leim	54.1	Mitter uwinden	25.1
Hefen	32.2	Kinasz	kuoedell	Lein	16.2	Moll	154.8
Heffentruob oel	11.1	Kin korn	35.2	Lein	botter samem	Molten	56.4
Hennen	151.1	Kirschen	16.8	Lilgen	68.4	Mofcat nusz	61.2
Heriz uurtz	67.2	Kirschenbaum	15.9.2	Linsen	12.4	Mofhard	130.8
Heydel pfenich	43.1	Kis	98.8	Linsen	mer uwafer	Munde holtz	45.2
Heyligen Krentzes holiz	72.2	Kiiter sperlin	66.4	Lorbeere	116.3	Muntz	102.4
Heyl uurtz	35.3	Klein	bathonië schel uurtz	Lugem kraut	72.4	Muntz uuld	103.1
Hiderer holder	97.3	Knaben kraut	39.3	Luleb	83.4	Muoter kraut	17.2
Himpre	49.4	Knobloch	114.4	Lyp	85.1	Muter kraut	87.4
Hindis kraut	89.4	Knobloch kraut	115.2	M			
Hirsz	42.3	Knoblouch	114.4	Magsomen	130.4	N	
Hirtz	brunst poley	Knoblouch uulder	114.4	Maiozam	102.2	Nafchichatt	81.4
Hoch	kraut leuchten	Knoelster	153.4	Man	150.4	Negel bletter	29.8
Holder	97.8	Koel	19.2	Madel	baum kern	Nefel	58.8
Holtz trauben bluet.	22.8	Koelmeer	20.2	Madel	37.3	Nefelbaum	45.2
Holuurtz	63.3	Koemischruob	24.1	Mangolt	57.2	Nider farn	30.3
Honig	71.4	Koemischer kimmel	98.2	Mansztrenu	41.2	Ninnen kraut	34.1
Honig bluom	17.2	Koerffel	34.2	Marck	164.1	Nusce	61.8
Hopfen	27.2	koerl kraut	55.2	Marck	164.1	Nusce	cyppren
Hornugs bluemen	68.2	kor	50.2	Marebel	72.4	Nusce	moscat
Huener koel	103.1	koz	108.4	Mastic	60.4	Nusce	uelfchm
Huns	Kurbz Reben	koz	muuntz uwinden	Matthumich	99.1	O	
Hundes Kurbilin	74.4	koz	schuuntz uandel	Maulber	51.2	Odermenig	36.1
I		Kraffimel	18.2	Mayer	83.2	Oel	10.4
Ibisch	35.2	Krazen	49.2	Meer	hirsz koel linsen	Oelbaum	10.8
Ic	lenger lieber	Kressen	12.1	Meer	miefz moefz	Offerlucey	63.2
Ilmen	42.2	Krefz uulder	130.2	Meer	schuamm zuubel	Oliuen	10.8
Ingber	42.2	Kriechen	54.2	Meer	schuamm zuubel	Olm	154.8
Isop	93.2	Kuestern	48.2	Meer	schuamm zuubel	Offel	52.2
Ispen	93.2	Kuefz	90.2	Melien kraut	83.4	P	
Iuden	Affel citrinat. Huelin Kirschen Leim	kuoer	109.2	Meliam	83.4	Päfel beer	79.2
Iunã frauenbar	10.1	kuoer	60.2	Meliffen	17.2	Palenbaum	94.4
K		kuoer	93.4	Meliffen kraut	17.2	Pappel	57.2
Katesz lyp	155.1	kupfer	145.4	Melonen	83.4	Paradiz und Aloes holtz	72.2
Kalk ungelichter	145.3	kupfer	145.4	Mer	hirsz koel linsen miefz moefz schuamm zuubel	pafnachben	61.2
Kappren	106.2	kupfer	145.4	Mer	hirsz koel linsen miefz moefz schuamm zuubel	peonien bluom	81.2
Kartendiffel	43.2	kupfer	145.4	Mertreubel	32.1	Peterlin	100.4
Katz uurtzel	24.2	kupfer	145.4	Mertzen uiolen	14.4	Petersilgen	99.1
Katen kraut	55.4	kupfer	145.4	Mettram	87.4	Petersilien	100.4
Katezber	49.2	kupfer	145.4	Meußer	151.4	Pfaffen	binat blatt hoellin yortlin
Katzen	kroerbel muuntz uandel	Kurbz	85.2	Meyron	102.2	Pfeben	83.4
Katzen	uandel	Kurbz uulder	96.2	Meyram		Pfeffer	128.2
Kerbel kraut	54.2	Kufchenschell	84.2			Pfeffer chimmel	98.2
		Kuiten	52.2			Pfenich	43.1
		Kynn lip	155.1			Pferfich	86.2
						Pferfich S. 10- hans	85.1
		Laflich	85.2				
		Lafayr stein	138.1				
		Lattich	85.2				
		Lattich uulder	86.1				
		Lanch	126.2				
		Lanch uuld	126.2				
		Lebendiger schuon-					

Pferts chuantz	53.4	Saturey	60.9	Stecruiben	60.9	Violen	Gelb	77.2
pingstrofz	31.2	Saur ampffer	46.1	leber Kraut.	46.3	Meritzen		74.4
Pflaumen	54.2	Saurich	79.2	Stein	oder	Vitriol. 16. 4.	Vlmen	43.2
pieffen	57.2	Scariol	55.2	omen	33.2	Vngelichter kalk		145.2
pineen	52.1	Schabob	114.1	Stendel	uurtz	Vnfer frauen		15.4
pineen Kernen	52.3	berlin	62.1	Stern Kraut		Vogel licim		62.4
pley	147.4	Schaff	mule	Stert uurtz		Vogel uuicken		59.1
Poley	108.1	thoeu	53.4	Stichs Kraut		Verslofz		13.2
Poley	Hertz	Schatlach ber	111.3	Stich uurtz		Vuachs		13.2
Vuilder	100.2	Schel	Kraut	Strafz burger negel		Vualdt lerch		153.2
Porst	159.2	Vuurtz	106.1	bluemlin		Vualdt farz	Emenne.	30.2
Pfilsen Kraut	79.3	Schiefz uurtz	24.2	strauch		ueible.		30.3
Pymen stein	147.1	Schiff bech	93.3	Strobildorn		Vuandt leufz kraut		69.3
Pyren	46.3	Schiffer gruen	149.1	Euelfz holtz		latenig.		115.2
Q		Seblaken	141.1	T		linsen		84.3
Quecksilber	135.2	Schlangen	166.1	Tamarisk		merck		112.3
Quendel	103.3	Schluten	62.1	Tauben rocken		uurtz.		103.2
Que	Romifcher	Schmalz	164.2	Taufent gulden kraut.	109.4	nifz		46.2
del	Vuelcher	Schmelen	42.4	Terab Koerner	127.3	Vueber Karten		43.3
Quitten	152.2	Schner uurtz	24.1	Teufels Kirfz	24.1	Vuecholder baum		96.2
R		Schnecken	152.2	Teutschen ingauer	26.2	Vuede uuinden		25.1
Radiffel	41.2	Schofz uurtz	110.2	Thymian	96.1	uarten		35.2
Rag uurtz	39.4	Schuechlin	15.4	Todtera	24.2	ueifz		53.3
Ratzen Kraut	38.4	Schuualb	153.3	Trefpe	33.4	beer		
Rauten	103.3	Schuaalben uurtz	106.2	Tuerkifch Bonen	37.2	reb		
Regen uurm	153.3	Schuaum mer	136.4	Tuualch	32.1	reben		21.2
Rein uueidem	45.3	Andorn.	73.1	V		traub		
Reifz	14.2	brufz beerle.	116.2	Vcht blumen	68.2	trauben		
Rettic	106.3	coriander	116.2	Veil	54.4	stein		23.2
Riechender adorn	102.1	uurtz	niefz uurtz. ibid	Veifz fenff	78.2	Vueiarth		65.3
Roenigfz bluum	31.2	roemifch	ibidem	Velfomen	14.4	Vueingarte uuinden		25.2
Roete	31.2	Schuefel uurtz	98.1	Venedifch rofz	51.2	Vueiffen blettern		19.1
Roetel steyn	143.2	Schuefel brot	89.2	Vernis. 30. 3.	Versicht	betonien		111.4
Robpyfz glafz	132.2	Schuaertel	69.4	Viel uurtz	69.1	distel		42.2
Romifcher quendel	96.1	Schuaertel blau	69.1	blof bumel	79.4	niefz uurtz.		115.4
Rofein	22.1	Schuelumen uuffemahen.	56.1	bonen	27.2	bimpennifz		
Rofen	44.2	Segel steyn	139.2	cucumer	74.4	lin		31.2
Rofz	140.4	Sinet	30.4	fenchel	112.4	bonen		37.2
marin	30.3	Senff	130.2	galgan	70.3	heydel beer.		40.5
Brufz beerle.	38.2	Senff ueifz	78.2	granat oepfel	79.4	nifz		61.5
Dannen	32.1	Senff ueifz	109.2	hanff	76.2	Floefch		
Roterberg fchuaefel.	136.1	Sergen keraut	70.1	keben	23.3	men.		79.2
Rueben	70.2	Sejeb	70.1	klee	15.4	ftei breeh.		70.6
Ruten uuild	97.4	Seuen	Baum	kurfz	96.2	Vuefcher quendel		76.1
Rueuueffen	33.4	Seuen	Palmz	latrich	86.1	Vuen rauten		103.2
S		Seuen	fecbel	Vild	oel baum	Vuer muot		14.4
Saffran	64.1	heffen kraut	126.3	Vilde	poley	Vueydt		25.4
Salbey	59.1	Sigmars Kraut	55.4	Vilden	rauten	Vnick		34.4
Salbey uuilde	102.1	Signundfz	uurtz	Vilder	saffran	adorn		50.2
Salmiax	145.2	Simon	134.2	Vilde	affran bluum.	Vuil fprigdt kurbslin		74.4
Christofelz kra-		Spangruen	134.2	salbey	102.1	Vuinden		25.2
ut		Speltz	35.2	fchuaartzter co-		Vuin ftock		21.2
brot	53.2	Spicken narff	28.4	riander	93.4	Vuuder baum		77.4
lohfs	krant.	Spinat	54.4	Springdt kur-		flaschoten		34.4
Peters horn	35.2	Spium	166.2	bslin	74.4	gemnot		107.4
Sandel	120.4	Spring	krant	ugepftz	22.2	Ffzmilch		125.2
Sarbach baum	19.1	koerner	127.2	te Keben	22.2	ricchend corian-		114.2
Sarbachs baum	94.4	Spyez glafz	132.2	uuein ftock	39.1	der		114.2
		Staanuurtz	110.2	uueiken	39.1	ricchende		28.4
				Zitruen	24.2			

die von Fich-	Z	
ten	Zainet safran	64.2
Varm { meel	Zucben	24.1
{ samen	Zaun { uucben	25.1
{ fomen	{ uucinden	25.1
Vysen kumel	Zeder baum	129.2
	Zeilofz	71.1
	Zilande	126.4
	Ziment roerlin	91.3
	Zimet	
	Zirbel	52.1
	Zitruen	63.4
	Zucker	28.2
	Zuibel byssop	129.2
	Zybern	27.1

Y		
Ye { elenger		
{ lieber	66.3	
Ygel	152.4	

B Culantro de pozo 10.1

Bedellio	101.4	D	
Bexiga de Perro	82.1	Datil	47.2
Blanquet	132.4	Diente de Elefante	160.2
Boli Armenico	14.1	Ditamo	
Bollin	91.2	Ditamo Real	108.2
Borraia	38.1	Donzel	14.2
Borvax	149.4	Doradilla	71.1
Bruio	21.4	Dormidera	130.4
Brusco	98.4		

C E

Cal	145.2	E	
Calabazza	25.1	Eleboro	116.2
Calamo aromati-		Encienzo	65.2
co	75.3	Endiua	55.2
Camarioie	55.2	Enebro	96.1
Canella	91.3	Enlido	112.2
Cangreio	151.4	Entremos	34.4
Cannamo		Eptiuno	81.4
Cannamones	76.1	Esgua { cobre	146.2
Canne fistola	13.4	{ azero	146.2
Caparrofa	136.2	ma de	152.4
Caracoles	151.2	Eriz	25.4
Carcoma	28.1	Efcularente	96.4
Cardencha	41.3	Efcudere	56.1
Cardenillo	134.2	Efmeralda	124.4
Cardo corredor	41.2	Efpadanna	92.4
Carne Momia	101.3	Efpiqa fil	28.4
Carrafco	112.3	Efftercol	158.2
Cartamo	74.1	Eftoraque	27.1
Carza	49.2	Eupatorio	86.1
Cauello de Tomillo	88.4		
Cebolla albarrana	105.2	F	
Cedros	9.2	Falfia	10.1
Ceniza	129.2	Ferrete	146.1
Cereza		Filiba terra	24.1
{ 56.2		Filipodio	89.1
Cerraia	55.2	Fiftico	81.1
Ceuada	51.2	Forment	128.2
Chicoria	55.2		
Cidra	9.2	G	
Ciliandro	20.4	Gaioua	98.4
Cipres	30.1	Gala ngar	115.2
Clauel		Galbano	111.2
{ 111.1		Gallina	
Clauos de efpecia		{ 1st.1	
Cobre	145.4	Gallo	
Cobre quemado	146.1	Gamon	77.3
Codon	52.2	Garroffas	55.2
Cogombriilo amar-		Garuanzo	37.1
go	74.4	Gingibre	117.2
Cogombro	84.2	Goma { aralliga	21.2
Comino	98.2	{ locca	67.1
Corallos	42.2	Grana	48.2
Corazoncillo	92.1	Grana	50.2
Cornerina	140.2	Grana en grano	111.2
Corona de Rey	15.4	Granillo de uua	21.4
Cuerpo de hombre	25.3	Grafia	39.2
Culantero	20.4		

HISPANARVM

NOMENCLATIONVM

INDEX.

A		
Acenorid	62.3	Aluayalde
Adarga	56.1	Alumbre
Agalla	81.3	Ambar
Agarico	61.2	Ambar gris
Agraz	22.2	Amidon
Aguaxaque	92.2	Amomo
Aio	114.4	Anade
Alaxor	74.1	Andinas
Albahaca	59.3	Anis
Albarcoques		Annir
Albarchigas	85.1	{ 27.3
Albelis	77.2	Apio
Alcaparra	100.2	Arayam
Alcarchofas	94.2	Armoniaque
Alcarrouca	99.1	{ 92.2
Alcarrouca agreffe	110.1	Asenfio
Ale	118.1	{ 14.2
Alfalfa	38.4	Assarabaccara
Alfalfa	95.3	Atincar
Alges	133.1	Auellane
Algodon	33.1	Azafran
Albadida	146.1	Azafran Romi
Albelis	77.2	Azebuche
Alboluas	64.1	Azedera
Almagra	143.1	Azeytunas
Almaritaga	144.2	{ 10.2
Almaftiga	60.4	Azeyta
Almeironis	55.2	Azibar
Almendra	37.2	Azogue
Almifque	67.4	Azucar
Alquetira	80.1	Azucena
Alt rruz	34.4	Azufeca
Aluaricoques	25.1	Azul
		Azumbar

H
 Helecho 50.2
 Hermodatil 71.2
 Hiel 163.2
 Hierro 140.4
 Hiezo 97.3
 Higo 76.2
 Higos de rio 56.1
 Higuera 76.2
 Hinoio 112.3
 Holli 91.2
 Hueuo 155.4
 I
 Iacinto 140.1
 Iemiente de lino 16.3
 de lúbrizes. 15.1
 Indibagadel 27.3
 Indiuolos 37.2
 Iuiuba 38.3
 Iulibert 99.1
 Iuncia auellana 70.3
 Iusbarba ibidem
 L
 Lagartija del agua 160.4
 Langelotes 154.1
 Lanzarotes 150.4
 Lauancho 150.4
 Laudano 25.3
 Laure 116.3
 Leche 161.1
 Lechetregua 125.3
 Lenteta 12.4
 Lenteis de agua 64.3
 Lentellas 12.4
 Lexia 12.2
 Liga de Roble 62.4
 Limones 9.3
 Lin Aloy 72.2
 Lirio 69.1
 Lirio blanco 68.4
 cardeno 69.1
 Litargirio 144.2
 Llantem 80.2
 Lollor 116.3
 M
 Mãre de clauos 111.1
 Mãronno 80.2
 Mãiorana 102.3
 Malua 57.3
 Maluarisco 35.3
 Manteca 162.2
 Manzanilla 16.4
 Manzanilla loca 60.1

Maryl 160.3
 Marmaic 57.2
 Marmello 52.3
 Marrayuio 72.4
 Matã 60.2
 Matias 9.4
 Melon 83.4
 Membrillo 52.3
 Miel 71.4
 Mijo 42.3
 Mirabelanes 43.4
 Mongis 54.3
 Mora 51.3
 Mostaza 130.3
 Mozo de Herrera 141.1
 de fragua }
 Muia 95.2
 Murta 40.1
 N
 Nape 70.2
 Neblinas 90.1
 Neguilla 114.1
 Nicta 108.4
 Nuez 24.1
 Nuez 61.3
 Nuez de Cipres 30.1
 de Espere 61.2
 de las indias. 79.1
 O
 Oio de Vaca 60.1
 Oli 10.4
 Oliuo 10.3
 Opopanaque 90.2
 Ordio 51.4
 Oregano 107.4
 Oro 150.2
 Oropimente 153.3
 Ortiga 58.2
 Oruga 78.2
 P
 Palomilla 54.1
 Pan de Puerco 89.2
 Passas 22.1
 Peas 46.3
 Pelitre 128.1
 Pemientã 128.2
 peonia Romana 31.1
 perexil 92.1
 Perlas 139.4
 Perle }
 pesoles 87.2
 Pez 03.4
 Pez de las galeas 65.1
 negra 93.4

Azufre 142.4
 Iudaica 138.1
 Piedra Pomez 147.1
 Yman 139.1
 piedre de Alcohol 132.2
 pins 52.1
 Pinna }
 Pinnonos } 32.3
 Plata 146.3
 Plomo 147.4
 Polco 108.1
 Polipodio 69.1
 Poluos de cauallo. 144.2
 encienzo. 66.1
 Porcales 54.3
 Priscos 86.2
 Puerro 126.1
 Questorio 155.2
 R
 Ramaza 45.4
 Rasura de uino blanco i tinto 23.2
 Rauanillo } 106.2
 Rauano }
 Raux Magisco }
 no Vagisco } 70.3
 Raue 106.2
 Regaliza 57.1
 Robre 41.4
 Romero 114.1
 Rosa del monte 21.3
 Rosmari 114.1
 Ruda 103.3
 Rui pontico 75.4
 S
 Sabina 88.3
 Sabugo 97.3
 Sabugo pequeno ibidem
 Saluja 59.1
 Sãndalos }
 blancos } 123.4
 citrinos }
 colorados }
 Sangre 157.2
 Saucõ 97.3
 Scobas mugeriegas. 110.2
 Semiente de papagaio. 74.1
 Sen de Alexandria 30.4
 Serapino 104.2
 F I N I S.

Sparrago 10.3
 Spongia 137.2
 Supinos de Raposa 39.2
 T
 Tamariz } 19.2
 Tarai }
 Tartago 95.2
 Teia } 150.1
 Tella }
 Tierra sellada 141.3
 Tomillo salsero 96.2
 Tragontia 26.2
 Trigo 18.2
 Turmo de tierra 84.4
 V
 Veleno 118.3
 Verniz 30.3
 Verza 69.3
 Vidre } 134.1
 Vidro }
 Vin agre 52.4
 X
 Xiuitã 152.2
 Y
 Yedra 24.4
 Yedra }
 Breca } 10.1
 Buena } 102.4
 Bortolana } 102.4
 Buena de agua. 103.2
 Yc Cannamera 35.3
 rna }
 Baleje 115.4
 de Lobado } 87.2
 Lonado }
 Dulce 87.4
 Mora 81.4
 Yeruata 98.1
 Yernos 20.3
 Yeso 133.1
 Yezgos 20.3
 Yezes de Oro 144.2
 Ysopillo 91.1
 Yua arctica 66.3
 Z
 Zaragatona 79.3
 Zaragocis 54.3

QUISQUIS
HÆC LEGES,
SI INTER CVDENDUM
(VT QUAM SÆPISSIME
FIERI VIDEMUS)
ALIQUA VEL PERVERSA,
VEL IMMUTATA
NE DIXERIM DEPRAVATA
REPERIES,
CANDIDE CORRIGITO,
AC LEGITO.

AVTORVM TVM ARABVM TVM GRÆCORVM OMNIVM, ELENCHVS.

EX QVORVM MONVMENTIS VNIVERSVM HOC OPVS
De Simplicium Medicamentorum Historia, quàm felicissimè
apparet confarcinatum.

ABRIANIFA
Aaon
Abdalaanarach
Aben Amram
Abengerig Hermita
Abengutid, seu Abengueff
Aben Iuliel
Aben Mesuah seu Meschah
Aben Mesuai, seu Mesui
Abumbent Abdrazach
Abix seu Habix
Abohanifa seu Habohanifa
Abohanifen
Abraham, seu Abraam filius Sa-
lomonis Iisrahelite
Abugerig, seu Albugerig
Abulhuafini
Achim seu Hachim ebè Hunaim
Adamafea, seu Adamafeus
Aermafios, seu Aermafios, seu
Aermafios
Ahamet seu Haamet ebè Dauid
Aieyse
Albasari seu Albazari
Albararich
Albazari, seu Albasari
Albugerig, seu Abugerig
Albuzid Alharabi
Alcanfi seu Alkanfi
Alchalaamen seu Alchalchemen
ALEXANDER
Alfenisi, seu Alfenisi, seu Alfeusi
Alkanzi seu Alkanzi
Alkindus
Almanfor
Almafa herodi
Almalchadi
Almuri
Aloefine

Amram filius Bihamet
ANTONIVS MVSA
Augusti medicus
ARCHIGENES
Arianialis
Armafios seu Aermafios, seu
Aermafios
Artram
Azauei seu Azaravi
Aiceos
Atabari, seu Tabari
Ayse
Azaravi seu Azeueri
Barbios
Bebgoras seu Bedigoras
Taratith
Chalfecebeni
Chozii
Christianus
Colectanea
Constantinus
Cofites
Damafenus, seu Dama-
fchus, seu Damafei
DIOSCORIDES
Emba
GALENVVS
Haame seu Ahamet ebè Dauid
Haamech
Habix, seu Abix
Habonha, seu Habohanifa, seu
Abohanifa
Hachim seu Achim eben hunain
Hahamed eben Rirufus
Hahese
Halahadme
HIPPOCRATES
Huna, seu Hunayn, seu
Hunain, seu Humain filius Isaac

Ignotus
Ioannes aben Mesuai
Isaac benfulaimen
Isaac eben amram
Ismahelita
Liber 2 de Agricultura
Ismahelita
tafamech
questionum naturalium
venenorum
Linacos
Mahazer
Medicina vetus
Mehererit, seu Meheres
Mefaa, seu Mefea, seu
Mefæa, seu Mefeach, seu
Mefeacha, seu Mefeahen, seu
Mefeahi, seu Mefeah, seu
Mefeha, seu Mefehah
Mefarugie
Omas Bentamin
Onasim
Pandectæ
PAVLVS AEGINETA
Philosophus
Rafis
RVPVS
Sabor eben
Salamine
Salamuae, seu Salmuie
Salennia
Salmuon eben Salamuae
Salomon eben hahafien, seu
Hafem
Scindaxar, seu Sindaxar, seu
Sindaxar
Sulahin eben Hahafen, seu
Sulemen eben Hafen
Tabari, seu Atabari
Xarcha Indus.

IOANNIS SERAPIONIS

DE SIMPLICIUM MEDICAMENTORUM

HISTORIA.

LIBER PRIMVS.

INTERPRETE

NICOLAO MUTTONO

MEDICO MEDIOLANENSI.



PROOEMIUM.

MEDICAMENTORUM SUBSTANTIAE, CAP. I.

DE GALENO.

Utop. Med. Lac. postisimum, IIII.

TENUIA.



VVM SIMPLICIUM

Medicamentorum tum DIO-

SCORIDIS tum GALE-

NI libros uiderim, rem uni-

uersam abunde complectentes,

(quâquam diuersè admodum,

DIOSCORIDES siquidem

unumquodq; Medicamen-

tum circumscriptione, figura

et inuamento graphice pingit, GALENS autem substantia, sapore, qualitate, uirtute, ac inuamento.) laborem omnem paululum leuiorem reddidi, totamq; curam in facultatum consarcinatione, ac inuamentorum ordine ex illorum monumentis, omnino quidem abstuli. Quam ob rem maximè in simplices medicinas amborum placita töllegi, consuetaq; apud nos assumpsi, alijsq; quàm plurimis familiaria, nostrisq; hoc in libro accuratissimè perscripsi.

Imprimis tamen occulta per notiora, ac magis uulgata Nomina, explicauim. Mox Habitum atque Figuram ex DIOSCORIDE ad uerbum enarraui. Substantiam insuper, uirtutem, saporem, ac inuamentum ex GALENO addidim. postremò ad inuamenta, et operationis modum ex DIOSCORIDE redij. Verum quod ipsi non retulerunt, ab alijs Medicis postim, ut opus persiceretur, non iniuria mutauim nominibus haudquaquam occultatis. Quae omnia in SEPTEM LIBROS bellè partiti sumus. PRIMVS enim Substantiam, Sapores, Virtutesque primas, secundas, ac tertias ex GALENI praescripto amplexatur. SECVNDVS autem Plantarum temperamenta, primi nimium ordinis, ultra Temperata, continet. TERTIVS uero ea quae sunt secundi ordinis. QVARTVS eque dem quae tertijs ordinis QVINTVS sane quae quarti ordinis. SEXTVS postmodum Mineralia habet. SEPTIMVS uero quae ex Animantibus assumuntur obtinet. Capita tamen Medicamentorum omnium, secundum Alphabetum Arabicum, quod est A B V G E T, miro ordine explicare conati sumus. A DEO igitur optimo, maximòq; prius auxilium implorati iam iam exordiemur.



Edicamenta quidem tenuia, siue tenuium partium, (Graeci λεπταίσι uocant,) naturam habent simplicem per se, quae sanè non est medicamentorum calidæ temperaturæ tantum, sed etiam frigidae. Medicamenta autem tenuium appellantur partium, quae celeriter in tenuia soluantur, facileque in tenues partes comminui possunt, ob calorem nimium qui est in animantis corpore, cui unumquodque applicari contingit. Ceterum calida mordicant, frigida uero haudquaquam, maximè quae cum tenuium sint partium, insuper inaequabilem obtinent temperiem. Quam admodum gratia exempli.

Acetum.	Gramen.	Peonia.
Amygdale amaræ.	Hypericon.	Pistacia.
Balsamus.	Hyssopus.	Pulegium.
Casia.	Iris.	Rosa.
Castib.	Iuniperus.	Ruta.
Cedrus.	Ladanum.	Strigmèta balnea.
Chamemalum.	Leucoion.	Vitex. (rū.)
Cinnamomum.	Lotus arbor.	Vrtica.
Dracaculus.	Menta.	Ac omnia his similia.
Ebenu.	Nigella.	
Fermentum.	Nux.	

CRASSA.

Natura autem Medicamentorum, quae crassarum sunt partium, (παραχρησίδι Graeci nominant) non inest duntaxat frigidis, uerum enim uero calidis etiam. Medicamenta uero crassarum partium appellantur, quae non adeo celeriter in tenuia soluantur, nec facile adeo in tenues partes comminui possunt, ob calorem nimium qui est in

IO. SERAPIONIS. DE SIMP. MEDIC.

animantis corpore, cui unumquodque applicari contingit Verum sic calida tantisper adurunt, ut escharam inducant, aut putrefaciunt, aut venarum ora adaperiunt. Exempla omnium deinceps patebunt, cum secundas medicamentorum facultates explicabimus. Frigida vero haud mordicant, nam calor qui est in corpore minime superat, quando extimam cutis superficiem attingunt. veluti;

Acacia.	Fungi.	Poma.
Balaustium.	Galla.	Rhus.
Ceratia.	Glaucium.	Rubus.
Cydonia.	Myrtus.	Ac similia.

MEDIA.

Quoniam tenuiorum quidem partium Aer est, crassiorum Terra, medium eorum tenet Aqua; accidit Aerea esse tenuiora, terrea vero crassiora, quemadmodum nostris in exemplis iam monstrauimus; quorum autem substantia est Aequa, media sunt inter crassitatem, ac tenuitatem. sicuti.

Atriplex.	Poma dulcia.	Viola.
Polygonon.	Portulaca.	Ac similia.

VNIVERSALIS MEDICAMENTORVM PARTITIO SECVNDVM SAPORES. CAP. II.

EX GALENO.

In libello de oculis, nec non Simp. Med. l. ac. l. III. praefectum, & V.



Mne quod fuerit lingua admotum aut gustum ferit, aut contra patitur. Vnde sciendum quod quae ad linguam veniunt, et nihil in eam faciunt, insipida GALENO uocantur. Insipida autem uel sunt simplicia, sicut aqua, uel composita, nulla tamen qualitate praesulente quod si aliqua praesulerit, erit aliquantum frigiditati attingens, sicut medicina quae dicitur obstruens, quae duobus modis est, aut terrestria et sicca, sicut Hematites, et Tucia, et Cadmia, et his similia; uel uiscosa, ut uel albumen, Oleum omphacinum. Quibus Aer dominatur linguam pati faciunt, uel cum delectatione, uel cum nocimento. Quae delectationem inferunt, necessario patet quod quibus ea faciunt, eis similia sunt. Linguam ergo delectantia humanae complexionis sunt similia, Humana autem complexio temperata, calida est, et humida. Hinc ergo et omnia linguam delectantia, et humana corpora, sicut Aquae tepida, delectant. Delectationem ergo faciunt, si Aqua dominetur, Dulcia sunt, si Aer Vnctuosus erit. Ideoque omne Nutri mentum uel dulce, uel unctuosum, uel compositum ex utroque, Quibus uero praeter istos sapor alius dominatur, non nutriunt, sed sunt propter medicinam. Quae uero nocent, faciunt linguam punctiorem, quae punctio species est separationis continui. Separatio enim continui aut nimia contractione fit, aut incisione, quae incisionem faciunt, calida sunt: quae nimiam contractionem, frigida sunt. Item linguam separantia, aut multum aut parum separant. Multum separantia crassa sunt, terrestria, dura, et amara, quae non multum separant, salsa uocantur, quae uero subtilia et ignea, dicuntur acuta, quae autem constringunt, uel sunt crassa terrestria, uel

subtiliata, et aquosa. Terrestria, et crassa, multum contractiua, et pontica sunt, quae uero minus contractiua sunt et styptica, subtilia dicuntur Aetiosa. Sapore autem sunt isti, Insipidus, Vnctuosus, Dulcis, Amarus, Salsus, Acris, Stypticus, Ponticus, et Acidus.

INSIPIDVS.

INSIPIDI essentia aquae multum existit, estque ex dulcium numero, uerum quando humiditas aquae multum admiscetur, dulcedo non ab re minuitur. unde fructus in alta arbore dulcis apparet, prope terram uero ut plurimum insipidus ob aquae praesentem essentiae praedominium. multum namque ex humiditate illi contingit. Nam Triticum, Hordeum Fabae, Cicera, et quae eius sunt generis, cum propter humiditatem principio qualitatum prope expertia sunt, temporis successu maturata, ac siccata dulciora euadunt.

VNCTVOSVS.

VNCTVOSVS delectabilis est dulcis, essentiaque eius aquae, et aerea. Hume est denique, emollit, ac laxat. ueluti tum pinguedo, tum fructus, ac succus oleae, tum etiam alij omnes ex quibus oleum conficitur, sicut Rhicini, Raphanidis, et ipsa Sesama, Nucisque et Amygdala.

DVLCIS.

DVLCIVM essentia equalis apparet, et uirtus omnium calida. ac calor in illis secundum partem et multum uariatur Nam quod dulcius, tanto erit calidius. nec tamen euenit ex dulcium caliditate nocumentum calori innato. Ceterum dulcia calori proxime accedunt ad ea quibus apparet dulcia: sunt autem talia bisariam. Quaedam proprio calore ut Mel: quae adhaerent, ut sunt omnia quae ab igne praeparantur ac proinde dum calida sunt, suauiora ijs quibus nutritione est opus, apparet: Porro Mustum non suo modo, sed et acquisitio calore dulce esse uidetur. Multum etiam ceu arderis (Graeci εὐρυγένη) ut Aristoteles et Theophrastus consueuerunt, ex solari calore tum Acinis tum alijs insectis: a quo id quod illis aequum ac uelut etiamnum semicottum reliquum est, ad concoctionem dicitur, conficiturque, ac transfusum simile redditur. Sin ad immodicum recidat calorem, nec eiusmodi dulce erit, sed iam amarum apparebit, uelut Mel uetustum, atque decoctum, itidemque aliorum dulcium unumquodque. Ad eundem modum amara: Dulce uero concoquit, laxat, rarefacit. Sunt autem Dulcia, uelut fructus omnes quibus uescimur, et carnes, tum herbae item multae, ac radices, floresque ac germina.

AMARVS.

Qualitas omnis AMARA calidissima simul siccisque substantiis accidit, et praeter haec tenuibus et terrenis. Inaudiendum est autem totum quod dicitur coniunctum, haudquaquam utrumque separatim legitur. Nam sic pugnare cum terreno uideatur tenue: Verum non simpliciter tenue, sed ut in terrena consistentia tale esse amarum assero, uelut, Calx, et Cinis, et quicquid exacte perasatum fuerit, cinis quoque relictum:

redditum : forte autem uerius ad similes fulgini, ac ipsius flammæ fauillæ: quippe quæ gustantibus apparet amara. Ergo crassum et terrenum est corpus, Ferrum ac Lapis: Fauilla autem, et Cinis tenes. Ignita itaque Ferrum, Lapis que, Calce, Cinereque sunt crassiora: multoque magis quam fauilla: ad hæc quoque & calidiora. Sed Ferro Lapidique ignito, ea que per erosionem interrimunt medicamenta, similia sunt, quæ à corporis nimirum calore huc perduntur: uelut Chalcitis, Myrsi, Sori, ad hæc Arsenicum, Hydrargyros, Lithargyros, et alia in numerâ. Crassum enim sunt partium id genus omnia, ac potestate calida, ac proinde temporis spatio accensa per eam quæ est in animante mutationem, non aliter quam Lapis, Ferrumque ignitum uentrem tuum exulcerant, tum exurunt, cum scilicet in corpus distribui prægrauitate haud possint. Isti autem subtiliora sunt, tamen si et ipsa terrena sunt consistentia, Calx, Catharis, Lepus marinus: quorum quædam usque ad Ictericis pertingunt regionem, quædam uero usque ad Vesicam et Pectus, in tanto interim itineris spatio ignem acquirunt naturam. Porro Aristolochia, & Iris his etiam subtiliores sunt: quippe quæ tum humide essentia, tum aeris plusquam illa obtinent: quod hinc constat quod neque adeo sint sicca, duraque, neque adeo grauis, quapropter et deleterium effugere genus. Amara omnia calida, sed caliditas multas obtinet diuersitates, amarum enim multa amaritudine est calidius absque quod comburat, paruum autem habet amaritudinem, paruum habet calorem. At Amarus sapor quod sicis temperie corporibus insit, hinc colligere licet, quod et minime omnium amara putrescant, minimeque uermes, aliaque nonnulla animalcula, qualia in radicibus, herbis ac frutibus putrescentibus promerire solent, procreent. Proinde amara omnia abstergere quoque, comminuerè, secare crassos, uiscososque humores, sicut Cinis et Nitrum, nata sunt. Nec enim ærea est, neque tenuis, neque aquea eorum consistentia, sed terrena, exactè à calore elaborata, ac uelut superasata ipsorum essentia in comparatione ergo adstringentium quidem, non parum ijs tenuiora sunt medicamenta amara, ut ad æria uero, crassiora: quam ob rem neque facile crassos, uiscososque humores pertransseunt, uelut ea que sunt tenuiores essentia, nec incidere perinde ut crassiora nequeunt. In medio autem utriusque excessus sint oportet, quæ incisura sunt, nempe ut neque prompte penetret perinde ut flamma, neque dum incidunt tardantque, dissecare non possint. Porro quod inulceribus nati sunt præstare amari sapores, id ipsum in corpus assumpti efficere ualent, abstergent enim, expurgantque, & que in uis est crassitatem incidunt: quam ob rem. Menfes mouent, educendoque ex pectore, pulmoneque Puri auxiliatur. Et in summa, siue crassa in eis pituita siue pus, siue aliud quippiam contineatur eiusmodi, expurgant: eaque ratione et Comitiali morbo competunt, quicumque certe naturam non habent deleteriam, ac uenenosam. Illi enim toto genere præter naturam sunt. Sed et ijs qui sanguinem spumant, noxii sunt: quippe cum isti adstringentia & uiscosa, non incidentia, diuidentiaque expungant: At qui iam summe amarus est, proxime ad ærè pertingit, ut non abstergat solum, sed etiâ excedat, et mordet: uelut Aristolochia quidem, Iris, & Panax, illi modo possunt, ne præ uelera abstergere atque expurgare. At uitis agrestis quæ. Græce Staphis agria dicitur, nihil ab istis amaritudinè uincitur, nisi uel ipsa quoque uincat: est enim iam etiam acris,

idque ualde: tum multum quoque calida, ut non sordem uleceribus auferat modo, sed & ipsam quoque carnem colligare possit. Porro amara omnia calida sunt, ut Bilis, Nitrum, Vina ualde uetusta, ac numerosa seminum copia. Nam & semen Rute potissimum slyuestris, & Tordyli, & Spondyli, Melanthi, et Lupini magisque agrestes, Orobi, & inter hos potius agrestes, quique, à seure Pelecinus nuncupatus est, reperitur autem in tritico, Amygdale quædam, quæ ob id ipsum amara uocantur, & Cucumerum quædam semina, & semen mali medicæ, & ad hæc infinita alia, amara apparent gustantibus.

SALVS.

SALVS Sapor propinquus est amaro, quippe terreni ambo sunt, & calidi: non obscura tamen diuersitate differunt, quod uidelicet amarus à calore arido plus sit extenuatus, & elaboratus. Sic in genere Salis, qui durior est et densior, terrestris quoque, qualis est uniuersus fossilis, minus calidus est, subtilioremque minus partium: qui uero rumpi facilius, laxoque, tenuior simul, & calidior est: in quo genere est, & qui subamarus est, mediam quodammodo naturam inter salem durum, et Aphronitrum obtinens. Salsus ad hæc sapor est terrestris calidus, nondum tamen igneus. Insuper contra hit, confringit, condensio seruat, desiccet citra apertam aut caliditatem, aut frigiditatem.

ACRIS.

ACRIA omnia ignea, ac fortiter dum gustantur excalfaciunt, nec linguam modo mordicant, sed & omnem reliquam nostram carnem. Calidiora omnium existunt, at illorum calor permultas obtinet diuersitates, nam quæ maiorem & acuitatem, & punctiorem habent, maiorem etiam possident caliditatem, quorum terminus seu finis est urere, quæ autem minorem & punctiorem, et acridiorem obtinent minorem quoque habent caliditatem. Cum uero miscerentur sapor Acris et Amarus in aliquo medicamento, proculdubio medicamentum siccum penitus efficitur. Res postmodum acutissimè pun-gentes que non sunt amara, inueniuntur multotiens multa humiditatis, qua re edî possunt, & comedi. Ea igitur que idonea sunt esui, dulcem quamdam saltem obscuram admixtam habeant qualitatè in necesse est: proinde multissimum ipsorum pro offensio uitium, multis uero ut condimentis tantum: at ut cibo, ipsorum omnino nullo, idque ob uirium uehementiam. Acres in super sapores primium exactè calidos ac cinis, acinde excedentes, urentes, crustam molientes, ac denique etiam colligantes, eosque uel cuti impositos esse huiusmodi. Sin intro in corpus summantur, siquidem tota substantia animanti cupiam summe aduersentur, putrescentes, eiusque generis animantium deleterios. Sin caloris dumtaxat immoderatione, si crasse sint essentia, terreque, interiora exulcerandi pollere facultate: sin tenuis, urinam mouendi, siedo resque ciendi uim habere: in summa autem incidendi, & digerendi per halitum. Ex quo genere quidam tum expunctionibus ex thorace, tum meningi moribus auxiliantur. Ceterum quando sit, quo modo, qua methodo utendum, maxime cauendum. Quin & horum quoque nonnulla qualitatè quamdam amaram præferunt, quænammodum esculentorum quædam

dulcem, non tamen uocantur Amara: quandoquidem hæc in eis lenis est, & infima, ualida autem uis acrimonia. Acris autem existant, uelut Piper, Pyrethrum, Nasturtium, Allium Cepa, & id genus omnia.

STYPTICVS, AC PONTICVS.

STYPTICVS sapor, est sapor PONTICVS debilis. Ponticus enim & Stypticus non differunt, nisi maio ri, & minori stypticitate. Corpus enim omne adstringens, ab alijs quod sensu animaduerti possit, qualitibus syn cerum perpetuo comperi experiendo frigidam: quinetiam nonnulla ex ijs que qualitibus mista erant, nemp̄ que modicæ dulciæ, aut amara, aut acris, aperte quoque re frigerandi reperi, scilicet cum in eis adstringendi, re frigerandi que facultas ita uincere, ut alias obscurant, Tum item que adstringunt pariter, atque acida sunt, ea omnia quoque manifesto refrigerare experientia cognoui. Quandoquidem corpus Acerbum terreum est, ac frigidum, tripliciter necessario exoluitur, aut incallescens, ac hume scens, aut utrumque simul perpetuis. Itaque si calefacit duntaxat, id nec humidius est, nec mollius, sed durum manens so lam acquirere dulcedinem, uelut robuste Glandes, ac potissimum que uocantur Castaneæ. Sin tantum humescat, siquidem ea crassarum sit partium, & aquea humiditas, austerum euadet: cuiusque enim saporis uires aqua retundit, ac hebetat humiditas. Si uero aerea acset: ostensum namque est, frigidum subtile acidum efficere qualitate. At si pariter & hu mescat, & calefat, humiditate quidem aquea in dulcedinem, aerea uero transibit in pinguedinem. Perspicuum ergo hinc iam euasit, quo pacto fructus principio acerbi cum sint, pro cessu temporis quidam planè dulcescant, quidam accefant, nonnulli fiant austeri, aliqui etiam acerbi permaneant, tum quidam etiam pingues reddantur. Et sanè secundum propo sitionem qualitatum misuram uariam fortitudo mutationem. Acerbus ad extremum perseverat fructus Ilicis, Arbuti, Fa gi, Corni: siquidem frigidus, siccusque, qualis erat ab initio, permanet, tantummodo mole inerefcens, nulla præterea ma gna accedente alteratione. Nam & arbores ipse tum den sissime sunt, tum siccissime, ac frigidissime. Acerbus simul & dulcis Myrti fructus est, & Piri agrestis, ac Roboris. Magis tamen dulcis quam acerbus fructus Castaneæ quem uocant. Tantum acerbus utris amineæ tum fructus tum uinum, ac quotquot his similia sunt. Austerus uero idem fructus Palmæ, & inter Vina Surrentinum, Sabinum, Alba tes ut uocant, et que eius sint generis. Adstringens insuper sapor terrestris est, ac crassus: frigidus & siccus. Postmodum contrahere, constringere, densare, repellere, et ingruis se, ad hæc omnia refrigerare, excicareque natus est, ueluti Galla, Balsamium, Malicorium, Rhus, & alia his similia.

ACIDVS.

ACIDI essentia aquea existit. Insuper Acida uniuersa, tum ea que simpliciter acida essent, sicut Oxalida, et Oxy laphatum tum mistis quoque alijs qualitibus quædam siue dulcibus, siue acerbis, siue amaris, nihil secus refrigerantia expertus sum, qualia sunt mala Punica, Mala, Pruna, Vite, Mora, Ficus, Cerasia, ipsumque adeo Acetum: sed huic per-

mista est quædam acrimonia: fructibus autè ijs quos ὠπρώτους Græci uocant, dulcedines quædam, & acerbitates: quibusdã uero etiam amaritates quædam obscuræ, ac lenes. Quoniam autem principio lignosi cum sint (ut et Theophrastus dixit) sicci quoque sunt, simulque acerbi, uerum affluentis postea humoris copia acidus efficiat: palam est saporem Acerbum magis esse terreum, Acidum autem magis humidum. Acidus itaque sapor est subtilis frigidus, ceterum frigiditate haudquaquam interimit. Res namque Acidæ si ad extremum per tingerent frigiditatis, subtile nimis forent. Postremo autem natum est incidere, extenuare, diuidere, sarctis liberare, per purgare (δυσχολοῦ γεν Græci uocant,) citra exaltesationem.

PRIMARVM FACULTATVM PARTITIO, QUAEQUE DIFFERENTIA SIT INTER MEDICAMENTVM ET ALIMENTVM, NEC NON INTER SIMPLEX AC COMPOSITVM. QUIDEM MEDICAMENTVM. CAP. III.

EX GALENO

Simp. Med. L. partim, ac. V.



EDICAMENTVM, omne id idem quod naturam nostram alterare potest: sicut (puto,) NVTRIMENTVM quicquid substantiam augere. Refertur enim utrumque ad aliquid. Porro Medicamentum simplex, & ipsum per oppositum ad compositum nuncupatum est. Est autem id quod secundum naturam suam sincerum est. Nutritum itaque uincitur, ac superatur ab eo quod nutritur, Medicamentum autem contra: ipsum enim uincit, ac superat corpus cuius fuerit medicamentum: quippe cum utriusque referatur ad aliquid notio. Medicamentum præterea alterare natum est, aut una quapiam qualitate nemp̄ aut calfaciendo, aut refrigerando, aut humectando, aut siccando: aut dictorum coniugatione quapiam: aut tota sui substantia, sicuti complura letalium medicamentorum, nec pauca Alexiteriorum seu Amuletorum, tum Purgantia omnia, ac pleraque eorum que Epistastica, hoc est, attrahentia nuncupant. Facultas uero causa quædam est effectrix. Eaque partim actus, siue energia est, alia in futuro tempore. Actus quidem ut utriusque in igne, refrigerandi in Glacie, in futuro autem, ut calfaciendi in Pyrethro, & Castorio, et similibus: refrigerandi in Alterco, Mandragora, & id genus. Medicamenta uero que calfaciunt, aut infrigidant actus, alias habent operationes potentia, unde necessum est ut eorum natura, ac uires commemorentur: siquidem Medicamenta que istas obtinent operationes diuersas, nemp̄ calfacere, infrigidare, siccare, atque humectare, operantur eas uirtute, que minime apparet sensui. Igitur Symmetrum appellare Medicamen conuenit, quod ne que exaltescit, neque desiccatur, neque frigefacit, neque humectat, neque calidum, frigidum, humidum, siccum ue est. Quod uero aut calidius, aut humidius, aut frigidius, aut siccius est,

à uincente, seu excedente cognominatur facultate. Porro per unumquemque excessum quatuor posse Ordines, quod ad usum spectat, sufficit. Calidum quidem nominantes Primi Ordinis, quod nos excalescit, non tamen euidenter, uerum ut opus sit insuper demonstratione rationali, sic Frigidum, Humidum, et Siccum, quod demonstrationem requirit etiam nondum actionem ualentem adeptum. Quae uero manifestè aut Calfacere, aut Frigefacere, aut Humefacere, aut Desiccare possunt, ea Secundi esse Ordinis dicuntur. Et quae iam uehementer quidem, non tamen summe, Tertij. Quae autem adeo excalescere possunt, ut escharam moliantur, et urant, Quarti. Sic quoque quae uehementius refrigerant, adeo ut extinguant, et ipsa Quarti sunt Ordinis. Ceterum nullum inuenire est, quod Quarto Ordine desiccet, quod non etiam urat: nam quod summe desiccet, omnino id etiam desurit. Attamen Tertij Ordinis exiccantium esse quippiam queat, quod non urat, eum omnia quae uehementer adstringunt, ex quibus est Omphacion, Rhus, Alumè, Balaustrum, Galla omphacitius. In his autem ipsis quaedam uicina iam sunt adurentibus, ut squama Aeris, et Aes ustum, quasi inter Tertium, Quartumque Ordinem dubie haerent. In medio Tertij est Aes ustum, si lotum sit. In principio Tertij Hypocistis. Sic autem et in secundo et Quarto differrentias constituere licet triplices. Nec enim perinde urit Caeterium, et Napy, licet ambo Quarti sint Ordinis. Porro Simplicium ex Plantis praefertim, Medicamentorum Temperamenta, hunc in modum sese habent.

TEMPERATA.

Adiantum	Satiua.	Myxa.
Amurca.	Lotus } Syluestris.	Olea.
Asparagus.	} Aegyptia.	Olea agrestis.
Cassia fistularis,	Lycium.	Olea Aethiopicæ.
seu nigra.	Macer.	Lachryma.
Cera.	Macis.	Oleum. (Salse.)
Citria.	Mel roscidum,	Olus condita, &
Lens seu Lenticula.	seu Aerium.	Populis.

CALIDA ET SICCA
PRIMI ORDINIS.

Absinthium.	Chamelon.	Fumaria.
Acacalis.	Chondrus.	Furfur.
Aegyllops.	Coriandrum.	Gallia.
Agaricum.	Cupressus.	Gingidium.
Alcea.	Cyma Brasiceæ u'	Gummi Iamperi.
Althea.	germen.	Hedera.
Amylum.	Dactyli.	Helxine Cispælos.
Anemone.	Dadi.	Ifatis.
Apiastrum.	Dracunculus.	Iuncus rotundus odo
Arum.	Elatine.	Kadi. ratus.
Aspalathus.	Erium.	Labrusca.
Bras-	Satiua.	Eupatorium.
fica.	Agrestis.	Farina.
	Marina.	Fermentum.
Canabel.	Fex.	Lolium.
Caries.	Filix.	Lupi et Satinus.
Cassutha.	Filix femina. (nig-	us. et Agrestis.
Chachile.	Fructus piceæ pi-	Malabathrum.

Manna.	Phu.	Styrax.
Melilotus.	Pinus ac Picea.	Tamarix.
Nardum.	Piperella.	Triticum.
Nar-	Gallica.	Vinacea.
das.	Montana.	Vinum.
Naramusch.	Rubia.	Vinum Omphacitis
Nu-	et Acinorum.	Saccharum.
clei.	et Pineenucis.	Saccola.
Ocimù	Atbiopicù	Santonicum Absin.
Oenâthe	sios'ue la	Sarcocolla. (thiù.
Omphaciù.	(brusc):	Senna.
Oryza.	Sericum.	Vua.
Peonia.	Seriphium mariuù	Vua passa.
Paris.	ue absinthium.	Volubilis minor.
Penidij.	Stafia.	Xylon.
Phillyrea.	Stichas.	Zea.

CALIDA ET HYMIDA
PRIMI ORDINIS.

Acacia.	Piscium.	Myrtus.
Acetum.	Gluti	Myrtidanum.
Arbutus.	ex Simila-	Nuclei palmulariù.
Aster Atticus.	num.	gine.
Auena.	Harando	Palma.
Beletzica.	Hordeum.	Palma Thebaica.
Castanea.	Hypocistis.	Panicum.
Cistos.	Iuncus.	Papyrus.
Corallium.	Labrum Veneris.	Pira.
Cortex Palmæ.	Lapathum.	Pisium.
Cotonea Malus.	Lichen.	Quercus.
Cytini.	Ligustrum.	Rosa.
Empeltica.	Lotus arbor.	Rosei passilli.
Eryngium.	Malicorium.	Rubus.
Epirotica Mala.	Malum.	Ru- & Ideus.
Equisetum.	Malum Punicum.	bus. Canis.
Faba.	Mâ & Dulcia.	Saderum.
Fagus et Ilex.	la. & Syluestria.	Salix.
Gramen.	Medulla Palmæ.	Silique.
	Haruidina	Spi & Alba.
	(ceum).	na. & Arabica.
Gra-	Milum.	Tragus frumenta
men.	Parnasi.	cus.
	Morus.	
	Cilicia.	Tribulus:
Glusinum.	Muscus.	Vlmus.
	Myrobalana.	

FRIGIDA ET SICCA
PRIMI ORDINIS.

Amygdala.	Halimus.	Satyrium.
Aphace.	Medica.	Satyrium rubrù.
Buglosum.	Musa.	Secacul.
Cicer.	Nux Henden.	Sesamum.
Cynoforchis.	Orchis Serapias	Smilax Hortensie.
		Zizipha.

FRIGIDA ET HYMIDA
PRIMI ORDINIS.

Atriplex.	Cersia.	Glycyrrhiza.
Beta.	Condrilla.	Intybs.

IO. SERAPIONIS DE SIMP. MEDIC.

Malua. Platanus. Spinaceum olus.
Nympheta. Pruna. Viola nigra.

CALIDA ET SICCA SECUNDI ORDINIS.

Abriugi. Ebenus. Nascaphthon.
Agallochon. Elaterium. Nerfin.
Aloe. Ephemeram. Nucis.
Anbarum. Fagre. Moschata.
Anagallis. Feleng. Nux. Mechl.
Aristolochia. Ficus. Ocimum. Latie.
Asphodelus. Fenum grecum. Ocimū Caryophyl.
Asplenon. Fuligo. Ocimū latifolium.
Atractylis. Garum. Pajinnaca.
Auellane. Gladiolus. Polium.
Balsamum. Hermodactylus. Rapum.
Bitumen. Iesimumum. Rha Ponticum.
Bupthalmos. Iris. Ricinus.
Calamus odoratus. Iris sylvestris. Salua.
Cana. Satiua. Lentiscus. Sefeli.
bis. Sylvestris. Leucoion. Sifer.
Canehamum. Lilium. Sparganion.
Chamaedrys. Manna Thuris. Strigenta.
Chamaepitys. Marrubium. Sycomorus.
Cnicus. Mastiche. Terebinthus.
Colchicum. Mel. Thus.
Cortex Thuris. Meon. Virz.
Crocus. Mofebus. Viscum.
Crocomagnia. Naphtha. Vomica Nux.
Cucumis sylvestris. Napum. Vrtica.
Cyperis. Narcissus. Zedoaria.

CALIDA ET HVMI DA SECUNDI ORDINIS.

Behen. Granum Culeu. Mitha.
Eruci. Lingua Anis. Nux Indica.

FRIGIDA ET SICCA SECUNDI ORDINIS.

Balaustium. Plantago. Hortense.
Galla. Psyllium. Sola Vesicariū.
Glucium. Ramich. ni. Sossificū.
Gūmi Arabicum. Rhamnus. Furiosum.
Oxyacantha. Rhus. Tragacantha.

FRIGIDA ET HVMI DA SECUNDI ORDINIS.

Anguria. Cucurbita. Muscus marinus.
Armeniacā Māsa. Lactuca. pepo.
Blitum. Lens palustris. Perfica māla.
Cucumis. Melopepo. Tubera.

CALIDA ET SICCA TERTII ORDINIS.

Abrotonum. Cymi. Satiuum. Parthenium.
Acetum scillite. Sylvestre. Petroselinum.
Acorus. Daucus. Peucedanum.
Allium. Diastamus. Dissaspbalus.
Amni. Diastamus Creten. Liquidā.
Ammoniacum. Doronicum. (sis. Pix. } Sicca spif.
Amomum. Ebulus. } (sive.
Andromemon. Elestrum. Zopissa.
Anethum. Elebog Album. Polypodium.
Anisum. rum. Nigrum. Populus Nigra.
satiuum. Epythimum. Psuedodiastamus.
Api Palustre. Freniculum. Pulegium.
um. Montanum. Feniculū sylvestre Radix Piperis.
Grande. Fuligo. Raphanus.
Arnabum. Fuligo Picis. Resine.
Asarum. Galanga. Rosmarinum.
Ascyron. Galbanum. Rufus.
Bdellium. Gentiana. Ruta.
Bel. sel. fel. Glās unguentaria. Ruta sylvestris.
Buzecien. Granum Indicum. Sabina.
Canebrys. Hypericon. Sagapenum.
Capparis. Hyssopus. Sambucus.
Cardamomum. Juniperus. Sampsuchum.
Carduus. Laserpitium. Satureia.
Caros. Laurcola. Scammonia.
Carpesium. Laurus. (Cna. Scilla.
Caryophyllon. Lau. Alexandri Scordion.
Cassa. Yus. Terevris. Scovodoprasum.
Cinnamomum. Lauri Bacce. Serpyllum.
Cintau Maius. Libanotis. Sillion.
rium. Minus. Menta. Sifymbrium.
Coccus. Mentastrum. Sium.
Coris. Myrrha. Smyrniū.
Costos. Nepeta. Stachys.
Chamae Albus. Nigella. Staphis agria.
leon. Niger. Ole. Laurini. Thymus.
Chelido. Maius. um. Picinum. Tragogiganum.
nium. Minus. Opopanax. Tripolium.
Cucurbita sylv. Origanum. Veronica.
Cyclamen. (stris. Tani. Herculeū. Vinum Scillite.
Cyclamen altera. ces. Asclepium. Vitex.
Chyroniū. Vsmen.

CALIDA ET HVMI DA TERTII ORDINIS.

Granum Zelim. Inula Aegyptia. Zingiber.
Inula. Thapsia.

FRIGIDA ET SICCA TERTII ORDINIS.

Achillea. Cicuta. Santalum.
Auellana. Hyoscyamus. Sideritis.
Caphura. Mandragora. Spodium.

FRIGIDA ET HVMI DA TERTII ORDINIS.

Fungi. Portulaca.
Illecebra. Sangu. Mascula. Sedum. Maius.
nalis. Fecmina. Minus.

CALIDA ET SICCA
QUARTI ORDINIS.

Anacardia.	Dend.	Pityusa.	
Arabis.	Erysimum.	Porri	Capitatu Agreste.
Bulbus qui edendo (est.)	Euphorbium. Lanaria herba.	Pyrethrum. Thlaspi.	
Cedrus.	Lathyrus.	Tithymalus.	
Cedrinus liquor.	Lepidium.	Sapo.	
Cepe.	Mebizaharagi.	Sinapi.	
Chamelea.	Nasturtium.		
Cinis.	Piper.		

FRIGIDA ET SICCA
QUARTI ORDINIS.

Nux Methel.		
Opium.	Papauer.	Corniculare Spumeum.
Papauer.		

MINERALIA.

Adamas.	Ferri.	Rubigo. Recremetu. Squama.	Plumbum.
Adarces.			Plum. Elotum. bum. Crematu.
Aerugo.			Plumbi recremetu.
Aeris.	Flos. Squama.	Ferrum. Gypsum.	Pnigitis terra. Pompholix.
Aes.		Haematites.	Pumex.
Aes crematum.		Halcyonium.	Rubri Sinopis. ca. Fabrillis
Aetites lapis.		Hyacinthus.	Sal omnis.
Alumen.		Iaspis.	Salis flos. Sal Ammoniacus.
Ampelitis terra.			Sandaracha.
Argentum.			Sandyx.
Argenti recremetu.			Smaragdus.
Atrametu futuriu.			Smyris.
Auripigmentum.			Sory.
Bezaar.			Spongia.
Bolus Armenica.			Spuma Nitri.
Borax.			Stannum.
Cadmia.			Stibium.
Calx.			Stomoma.
Cerussa.			Sulphur.
Chalcitis.			Teste.
Cimolia terra.			Vitrum.
Cotes Naxie.			
Dyphriges.			

EX ANIMANTIBVS.

Alepis omnis.	Ca.	Leporis.	Dentes Canini.
Alauda Avis.	put.	Saurati.	Ebur.
Anas.	Cafeus.	Eria.	Marinus.
Araneus.	Castoris testiculus.	ceus.	Terrestris.
Buccina.	Cerebrum.	Fel.	
Butyrum.	Coagulum.	Finum Animaliu.	
Calceamentorum ue terum corium.	Cochlea.	Gallina.	
Cancer.	Conchula Indica.	Gallus.	
Cantharides.	Cornua.	Cerui.	Gobius Piscis.
		Caprae.	Hirundo.

Iecur aliquot aia. Lac.	Oua. (litum).	Senecta Anguii. Serum Lacis.
Lana.	Pellis Ouina.	Silurus Piscis.
Lepus terrestris.	Pili usi.	Smaris Piscis.
Licenes equoru.	Pulmones aliquot (aialium).	Sudor.
Mena.	Purpure.	Telline.
Medulle animaliu.	Rane.	Torpedo.
Mituli.	Renes Scingorii.	Venter Mergi.
Multipede siue mil (lipede)	Salia.	Vermes terreni.
Oefypus.	Salsugo.	Viperarum carnes
Omotarichos.	Sanguis.	Vngule.
Ossa combusta.	Terrestris pio. Marinus.	Vrina animalium.

SECUNDAE MEDICAMENTORVM
SIMPLICIVM FACVLTATES,
CAP. IIII.

BY GALENO.

Stmp. Med. V.



VM particulatim unumquodq; non pari modo ex illis temperatum sit, alius (puto,) ex ijs laxatoriū euasit, aliud intenorū, aliud emolliēs, aut idurās, aut rarefaciēs, aut cōdēsans: tum ex operibus quæ edere nata sūt, facultates in se habere dicta sūt, pus mouendi, emolliendi, indurandi, illinendi, extergendi, poros purgandi, rarefaciendi, condensandi, ora referendi ac contrahendi, urandi, putrefaciendi, carnem detrahendi, cicatricem inducendi, ulcerum causa implendi, repercutiendi, attrahendi, uim alexiteriam atque alexipharmacam exerendi, dolores sedandi, leniendi, aut mitigandi, suspesciendi, extenuandi, atque incrassandi. Quæ omnia inferius particulatim abfoluemus. Non ignorandum tamen hec inuicem cōtrariari, siquidem illinentia contrariantur extergentibus, cicatricem inducendis, poros purgantibus, condensantia rarefacientibus, emollientia indurantibus, sicq; de alijs.

PVS MOVENTIA.

TALE esse debet quod ad mouendū Pus adhibebitur me dicamentum, qualis est in naturis temperatus calor natuus. At si iusto calidior natura fuerit, in eo corpore, quod Pus mouebit medicamen, calidius sit oportet: tanto nimirum temperato calidius, quanto & natura eius temperatum in caliditate exuperat. Itaq; clarum iam illud est ex curandi metho do, cuius singulatim hominis suum, ac proprium esse Puris mouendi medicamentum. Rursus temperaturam dicimus me dicamenti quidem quod Nature in mouēdo Pure auxilio est, commoderatam, & simile ei corpori cui admouetur: ac proinde quod natura nostra humida sit, & calida, humida calidq; medicamenta eiusmodi frequenter appellari. Quocirca quantitate quidem potius quam qualitate caloris agere sunt nata. Itaq; si in parte quæ suppuratione indiget assiduo impositas seruare Manus, aut aliam quam sui partem possibile foret, celerrime sic suppurationi procederet. Pari quoq; modo si medicamentū hominis temperaturæ sit quam simillimum ocysimè concoquet quod in Pus uerti debet, ut est non quā

10. SERAPIONIS DE SIMPL. MEDIC.

caro, nimirum ubi confusa fuerit, interdum uero humor qui phlegmoneus produxit. Quinetiam quod emplasticum esse debeat eius generis medicamentum, ut exacte suppuratorium sit, & ipsum mihi liquidum apparere uidetur. Nam si substantiam innati caloris augere, non intendere qualitatē ipsam conueniat, poros corporis obstruētos esse necessum est, quō uidelicet halituosos transpiratus includant. Porro autem unū ex naturalibus operibus est, ea quae in Pus sit cōuersio. Nam et illic quaedam perficitur coctio. Cum autem quidquā coquerē consilium est, quam plurimum (meo iudicio) Spiritum seruare intus oportet. Porro corporis ipsius constitutio emplastica est, cum maximē pollent quae lentae, & uiscosae sunt, uelut adeps porcinus, butyrum, thus, & quod ex farina triticea conficitur cataplasma: quippe quae moderatē tum calida, tum humida, lentaeque sunt, ac prouide Puri mouēdo idonea. Chondrus tamen farina triticea scior est, quanquam nihilominus lentus sit, nisi forte etiam amplius: unde fit ut in meliis temperatura phlegmonis Puri mouēdo ineptior, in humidioribus etiam triticea farina praestantior sit. Igitur omnium ad Paris generationem aptissimum est, ex ijs utique quae persūdantur aqua temperata, aut cui additum oleum est, quod Hydreleum Graeci uocant: ex ijs uero quae irrigantur, oleum temperaturat. At ex ijs quae ex Hydreleo illinantur, farina triticea, & panis ipse. Sed is modi cōctus sit oportet. Nam qui plurimum coctus est, quodam modo scior est, aptusque phlegmonis quae aegrius concoctio nem admittunt: qui uero minus, ijs quae admodum calide sunt atque (ut sic dixerim) feruent, congrui. Tum cui plus additum est fuerit, pertinacius coctiois aduerfantibus conuenit cui minus feruentibus magis competit. Et sanē quod ex pane conficitur cataplasma, difficiliter coctiois cedentibus phlegmonis idoneum est, siquidem pani tum sal, tum fermentum ad mistum est. Quod uero ex triticea farina preparatum est, calidioribus uilius est. Et ipsius etiam triticeae farinae quae pura est, tum panis quoque, qui purus est, Puri mouēdo competentior est, nimirum cum furfur minus sit calidum, & magis desiccet. Farina autem pura, quodque alere est nata, humida est, calida: qualia certē ad Pus producendum conferre ostendimus. Itaque medicamenta quae phlegmone tentatis imponuntur ulceribus, si calida sint, & humida, ad Pus mouēdum conducunt, uti adeps Suillus, & Vitalinus. Nam Tauri, & Caprae acriora esse ostendimus: quam ob rem phlegmonis tum frigidioribus, tum durioribus magis congruunt. At Suillus ijs quae proprie phlegmone appellantur, familiarissimus est. Est & adeps Gallinaceorum familiarissimus, magisque etiam Anserum, quodammodo tamen ad digerendū potentior: est enim substantiā sua tenuior, sicut et Bubulus, & Caprarum crassior, & terrenus magis. Quin & agrestium animalium omnium acrior est adeps, simulque scior multo quam domesticorum, maximēque Pardalis, & Leonis. Quare horum nullus omnino Puri mouēdo idoneus est, sed ut dixi, Suillus, & Vitalinus. Porro Pus mouent et Pix, & Resina, nempē oleo quopiam aut, Rosaceo subactae. Sed & hic ad feruentē phlegmonas ex Rosaceo eas liquare oportet: ad frigidiores uero excalescentium quopiam, puta Cici no, Raphanino, ueteri Sicyonio. Quod siquando sola utaris Cera, alijs ad manum nullis, ad Pus mouēdum, & ipsam in excalescentium quopiam dissoluere oportebit: quippe cum ipsa per se minus sit calida quam ut Pus mouere possit. Si-

quidem illinendi certē uim obtinet. Solis itaque feruentibus phlegmonis apta est, ex calidorum oleorum quopiam liquata. Verum quemadmodum haec Symmetria, ac medicoritate inferior est, ut ad mediae temperie phlegmonas hominum, & partium naturas, quae paulum quiddam excedunt Resina, & Pix. Quae propter haec omnia simul mista moderatē Pus mouent.

EMOLLIENTIA.

EMOLLIENTIA proprie uocantur, quae medentur Scirrhis tumoribus ex pituita refecata, crassoque humore prognatis. Consecuerunt autem hi potissimum in musculorum capitibus, & qui ex eis procedunt tendonibus consistere. At quae ab atrabilario succo induruerunt, canerosae sunt omnia, & ab Emollientibus medicinis exasperantur. Sed his quo pacto proficere oporteat, in commentarijs Methodi curandi docebinus. Quae uero a lento, crassoque humore cōgelato indurata sunt, calida poscunt, sicca, medicamenta, sed non tamen quae ualida sunt, ac uiolenta: sed sufficit interim ut Secundi, aut Tertij sint Ordinis excalescentium, Primi exiccantium. Sed & his sanē illinendi uis (emplasticam uocant,) in se necesse est, non aliter quam ijs quae Pus mouēt. Sed quantum maiore euacuandi facultate pollere debent, tanto utique minus etiam meatus illius obstruere. Porro cū non exigua sit in corporibus sic induratis maioris, minorisque latitudo, necesse utique est et medicamentorum illis medentium non paruum esse latitudinem. Siquidem adeps Caprinus, & Gallinarū, quae sic indurata fuerē inuadunt. Verum illi quidem imbecilliores sunt, & moderatas duritates emolliunt. Valentior Gallinarum, Gallorumque; adipe Anserinus est, Caprarum uero Hiracinus, ualidior quoque; & Taurinus, sed minus tamen quam Hiracinus. Quinetiam medulla Ceruina modicē Emolliet, & cum ea Vitulina: quippe cum id genus omnia medicamentā calida sint, & medio critere sicca, multoque magis excalescere que exicare nata. Unde si quis forte ea quandoque, calida dicat, est humida non repugnādum: nam paulum absunt ab ijs quae neque humectant, neque desiccant. Eodem ex genere sunt, quamquam ualidiora, Ammoniacum Phthymia, & Styrax, et Galbanum, & Baëllium Scythicum: sed ad Emolliendū praestantiora ex ijs sunt, quae recentia sunt. Siquidem inueterata ualidius quam oportet desiccant. Id ipsum usu uenit in Medulla, & Adipe, quippe quae & ipsa uetustate se ipsi tum acriora tum sciora euadunt. Quin & Oleum quoque, Sicyonium ex hoc est genere, nec in posterem id quod iuueturatum est, & ea quae preparantur, ut Sufinum. Sed de compositis hic dicere statutum non est. Porro radix Altheae, & Cucumeris agrestis, nonnullaeque aliae Plantae, parim in Oleo, partim in Aqua decoctae, Emollientium medicamentorum facultatem induunt, sicut Maluae agrestis folia tum cruda, tum cocta. Atque hoc simplex medicamentū est, sicut Porcinus adeps uetustatē passus: sed Salis nihil oportet adijcere, sicut nec alijs quae Emolliunt: ualde enim desiccant Sal.

INDURANTIA.

SI quid sit quod prouide quia natiuū humorem non retinet, induratum est, id siccum potius quam durum appellabimus. Sanē si quid simul & refrigeret, & desiccet, & ipsum profecto

professo omnino indurabit: sed non est ex ijs que proprie indurant. Proptereaque cōstat eius sanatio rigatione, et humectatione, non emollitione: Siquidem congelatione potius quam euacuatione durum efficitur corpus, sanatio cuius constat emollitione. Sed hæc ut se habeant liquido conspiciuntur in Cute, quemadmodum & ab Hippocrate dictum est, cutis dare mollificationem. Frigida itaque hæc sint oportet, et humida, velut Sempervivum, Portulaca, Pysyllium, Lenticula palustris, Solanum.

EMPLASTICA.

Simp. Med. I III.

PORRO si qualem præbet sensum Aqua planè omnis qualitatis uacua, talem in se sicca inuenias, ea nimis extra omnem est insignem tum caliditatem, tum frigiditatem, mediam quo ad fieri queat constitutionem obtinet, aut certe paulum ad frigidius declinat. At si talis cum sit in caloribus, frigidioribus, differentia, in super consistentiam natæ sit siccam: terrestres sic, ac citra morsum deficere necesse est. Duplex siquidè est Emplastorum medicaminum natura. Ad terrena exactè terra, & sicca uelut pleraque, que exactè lota sunt, Amylum, Pompholix, Cerussa, Calx, Cadmus, Terra Cretensis, Cimolia, Chondrus, Samius aster, & Fullonum terra. Altera uiscosa quidem omnino, sed ex aqua, & terra et plerumque, etiam aere mixta, sicut Oleum dulce. Ergo hoc ex aërosa, terrea, aquæque essentia temperatum est. At Ovi albumen quodammodo, sed magis tamen terrenum Oleo est. Quin & quod Lacis est caseosum, Emplastici quoque est, & Sullus adeps. Nam Tauri sanè, & Hirco pinguedo acrimoniæ & mæltæ, & igneam possidet: Bovis item, Ovisque adeps acris est. Nam talium animantium pingue ob crassitatem adeps appellatur. Sunt enim non calidiores tantum, sed & magis terrene subis. Porro Anseris, & Gallinæ calidior est pinguedo, & fierior quam suam: quin & subtiliorum partium, & minimum terrestris, sicut & auium omnium: quandoquidem & corporis ipsarum substantia non parum habet aeris. Quæcumque ergo pinguedines nondum ulla natæ acrimoniæ, Emplastica & Illinendi poros facultatem obtinent, eamque tanto efficacior, quanto sicciore, magisque terrene fuerint. Huiusmodi est Cera lota: deponit siquidem & ipsa quam habet à Melle acrimoniæ. Satis uero constat, hæc à me non dicta esse de Cera que natura sua amara est, qualis est Pontica. Ex Absinthio namque ea amaritudinem obtinet: ac si uel sexcenties cum laueris, profum tamen omnem amaritatem hæud elueris. Fugienda uero etiam illa Cera est, que ex acri, ac Thymsio Melle conficitur, cum planè ab omni mordacitate alienum præparare uoles medicamentum. Quæ circa ad lauandum idonea est, que ex Melle facta est tum aqua fore: tum minime mordaci.

EXTERGENTIA, ATQUE
POROS PURGANTIA.

FVERIT autem id corporis natura, neque uiscosum, neque mordacitatis expertis, sed nitrosum, & subtile. Nam in ratione maioris, ac minoris differunt, substantiæ genere minime diuersa, tum Emplastica ab ijs que eandem nutriunt, tum Repurgantia ab extergentibus. Nam que in

superficie sordem auferunt, siue in cute, siue in ulceribus, ea extergentia siue rhyptica nominantur, qualia sunt dulcicia que tenuium sunt partium, puta Mel, & ex cerealibus feminibus quædam, ut Erui, Fabæ, Hordeum, Lupini. Quæ in ipsis Fabacea, Hordeacea; farina tantum extergit, non etiam meatus farcti liberat. Erui autem, & Lupinorum potissimum si amara fuerint, supra quæ extergunt, non nihil quoque; meatus purgare ualent. Simile quiddam Amygdalis accidit: nam & horum ipsorum ea que amara sunt, & detergent, & meatus expurgant: que uero edendo sunt, detergunt quidem, non tamen insarcti liberat. Que uero poros etiã expurgant, ea subtiliorum his partium sunt, & Emplastica contraria: proinde pororum cephratica, & Eccharthica quasi expurgantia, & farcti liberantia dicæ, appellantur. Quasi autem hæc tum nitrosum, tum amara. Atque ceteri extergentia solam nitrosam qualitatem possident exactè est opus ad ea peragenda, que dicta sunt, ueluti sunt Eruium, Lupini, & Amygdale nêpe amara. Quin & Vriæ semen, non secus atque Eruium, Amygdalæ; amara, meatus purgat. Ex eodem genere scilicet sunt Soylla, & Iris, & quecumque; alia uincetum in se qualitatem amaræ amara possident. Siquidem Nitram ipsam per se, & Aphronitrum, & Seriphon, & Abrotanum, & id genus reliqua cum cibo, potuque assumpta eandem uim obtinent. Protinus enim his inest ut crassos, lentosque humores extenuandi uim obtineant, sicut Emplastica omnibus crassos, lentosque corporis succos reddendi. Quam ob rem lentis, ac pituitosis thoracis, pulmonisque humoribus, aut puri, & incidentis, et extenuandis, et educendis, aptiora inuenire alia præ istis medicamentis nequeas. Isdem istis & locinoris obstruções expurges & modicas etiam Lienis: nam que maiores sunt, uehementiora desiderant, nempe Capparis corticem, radices Tamartices, Scolopendriæ, & Scyllam, & eam que id ipsum nomine representat, & Splenos appellata. Sed tamen istis utendum in quoque; uiscerum est: ad lecur, ipsi per se dumtaxat: ad Lienem uero mixtis Aceto, aut in decoctis: ad Thoracem Pulmonemque; Melicrato, Pisanæ, Oxymeliti, aut dulcium Vinorum quædam. At intro in corpus assumpta, etiam adiuuata sit quædam adstricção, possint tamen sic quoque; magnos purgare, abstergereque; meatus, cuiusmodi sunt in uasis. Nã foris meatuum exiguitas prius ab adstricção oclusa, & probè que extergat, foris non etiã inde in altum abstergentem substantiã recipit, nec expurgatur. At que circa uentrem sunt partes omnes, que egi, in locinore, Liene, alijsque; omnibus uisceribus, cum maximis in se meatus habeant, omnes accipiunt commodum ex uisorum corroboracione, quæ propter osculorum exiguitatem ledantur. Proin itaque Absinthium repurgare potest, foris non potest: quippe quod compositum est (ut supra dixi), ex amara, acerbisque facultate.

RAREFACIENTIA.

RAREFACIENTIA profum quidem calfaciunt: nec enim aliter diffundere, & laxare possent substantiam: ad quod consequitur, ut et pori dilatentur. Debet autem non admodum esse calida temperie: siquidem ea iam acris sunt, et inhorreere faciunt: neque item exiccatoria: nam et hæc sensilia corpora colligunt, doloremque; in ipsis excitant. Exordia uerumque; ab Aretibus, ac rarefacientibus (ille Anstomotica, hæc Aretica nominat,) desum pro uidentur.

IO. SERAPIONIS. DE SIMP. MEDIC.

enim & hæc quodam sanè modo iam dictis esse vicina, nempe quæ extergere, incidere, obstructions tollere, diuidere que diximus: quamquam non undique esse similia. Sanè & horum ante omnia distinguenda notio est, ac sic inquirenda substantia. Quæ cuius meatus referat, Rarefacientia dicimus: quæ uero uasorum oscula, Aperientia. Porro Rarefacientium quidem natura tum modicè calida est, tum minimè desiccans, tum tenuium partium, ueluti Chamæmalum, & Althea, & quod ex ipsijs præparatur Oleum, nec minus quod ex agrejilibus conficitur Cucumeribus. Quin & metus, te Cicinium, et Raphaninû oleum ex eadè sunt nota.

CONDENSANTIA.

QVOD poros contrahit, Condensans appellat. Porro Condensantium quidem naturam frigida sanè, sed nõ terrena, neque aerea, sed potius aquea, ueluti Aquæ frigidæ, Semperviui, Portulacæ, Tribuli uiridis, Pylisij, herbe quam Muris aurem uocitant, Lenticule palustris, & ut semel dicam quæcumq; refrigerant, sed non adstringunt.

OSCVLA VASORVM APERIENTIA.

APERIENTIS uero facultatis, quæ acris sunt simulque terrena, Cyclaminus, Allia, Cæpe, Fel Taurinum, Unguentorumq; adeo omnium quæ simul crassarum sunt partium, & calida, subsidentie: cuiusmodi est Irinum, & Amarcimum, quæ utique & occætas aperient Hemorrhoidas.

OSCVLA VASORVM CONTRAHENTIA.

ADSTRINGENTIVM omnium substantiæ crassarum est partium, & frigida, quæ quidem admixtam non habent acrimoniam. Mirum ergo uideri non debet, si sola contrahere, occludereque possit aperta præter naturam uasorum oscula: soli enim huic, quæcumque requirunt ea quæ contrahi debent, omnia adsunt: nimirum quæ consistentia erasitudine foris incumbat, nec paruos meatus penetrare possit, tum frigiditate sua intrò præmat, atque undique in sese contracta, uicinaque corpora cogat, ac cõtrahat. Nam proinde quod desiccet (cuiusmodi enim esse ostensum est quicquid adstringit,) humorem deponatur, & partem roborat. Itaque si hæc omnia conueniat, osculum cludetur, ceu à manibus foris, ipsi nimirum adstringentis substantiæ partibus contractû. Ea uero medicamenta quæ frigida quidem sunt, aut aquea, aut amplius, sed substantiâ fortita sunt aqueam, ea inquam debilitent & contrahunt, & constringunt, nimirum propter mollitiem: quippe quid ualentem tum consistare, tum constringere debet, robur quoddam renitens, & durum habet oportet: quæ cum careant medicamentæ naturæ magis aqueæ, tenues quidem poros in unoquoque corpore contrahunt, atque condensant, ceterum instrumentum undiqueque totum constringere nequeunt. Quam ob rem merito talia Condensantia quidem sunt (Græcè πυκνωτικά) non ta-

men Obstruentia (Græcè στεγνωτικά dicta.)

ADVRENTIA.

QVAE non modo calida fuerint, sed etiam consistentia crassa, si quidem uehementia sint, & caustica, hoc est, uretia: & ignis instar corpus colligant, & sepe escharas, hoc est, crustas, ritu cauterij efficiunt. Porro si debilius quam ut urere possint calcificent, anastomoticae siue Aperienti uim obtinent. Itaque medicamen omne anastomoticum essentie quidem terræ, similis; igne est, hæcenus tamen excalcificans, ut nondum urat. Si porro causticum sit, non tamen uehementer, præterea essentie tenuioris, id plane ab omni aberit mordacitate: aut cum exiguo tum dolore, tum morfu carnosas partes eliquabit. Nam quod non confertim alterat, uti quæ uehementer sunt calida, quodq; non agrè penetrat sicut quæ crasse sunt essentie, latentem ea actionem obtinent. Si quidem alterationes quidem subite, confertaq; mutationesq; maxime sensibiles sunt, tum peretrationes quæ uolente sunt.

PVTRE FACIENTIA.

QVIPPE quod in crassa essentie causticum est, id cuiuscumq; inheret parti, Stipitis ritu infixum excruciat. Verum hoc quidem escharoticum est, perinde ut caustica: ceterum de quibus nunc agitur, crustam non faciunt, & uocantur Septica, hoc est, Putrefacientia, haud quidem appellatione propria (nam quæ uere sunt Septica, humedant simul & calcificant,) ueruntamen Symptomatis similitudo, ut sic appellemus efficit: ut potè cum ab utriusq; nullo doloris sensu fiat corruptio. Multis enim modis corrumpi quid potest. Si quidem quæ nimio plus refrigerata sunt, aut excalcificata, tum exiccata aut humectata, ea omnia corrumpuntur. ceterum nõ quicquid corrumpitur, & à mortuo, hoc est putrescere dicimus, sed quibus id cum fetore accidit. Sed de Nominibus non admodum esse sollicitum oportet, uerum nouisse expedire ea medicamina quæ Septica, & Septica nunc cupantur, ut sunt Auripigmentum (ὀρνιθῶν Græci uocant,) Sandaraca, Chrysocola, Dryopteris, Pityocampe, Aconitum, omnia tum eliquare, tum colligare, ac potissimum carnem tenellam, idq; absque dolore.

CARNIS DETRACTIVA.

SUNT & ipsa eiuſdem generis facultatis. Septices scilicet: uerum tantulo imbecilliores, quod extiman modo superficiem quam contulerint detrahant, non tamen in altum subire ualeant, uelut Asia Petre flos. Quæ uero carnem detrahe, ac colligare sunt nata, ea nonumquam nominant Epulotica, hoc est, cicatricem inducentia, scilicet quod horum sepe usu ulcera ad cicatricem perueniant: sepe id neque primario, neque peculiari ipsorum facultate, neq; in omni usu sequitur. Si quidem ad exactum pulueris leuorem redacta id genus medicamenta per specilli cuspidem carnem leuiter contingant, ad cicatricem colligant que perdurant. At si paulò largius utare, mordicant, uolueruntq; carnem, & ulcus cauum efficiunt.

CICATRICEM INDUCENTIA.

SI QUIDEM quæ huius sunt facultatis, non detrahere, neque liquare carnes sunt nata, verum in durare, & desiccare. Id enim est in planis ulceribus ad cicatricem ducendis consilium, ut caro alteretur, fiatque cutis: id quod perficitur per ea quæ illam contrahere, constringere, consipare, densare, prætere siccare, et calli instar indurare valeant: quippe cum Cutis velut in callum durata caro sit. Cuiusmodi sunt Alumen, Galla ompachitis uocata, Aes cõ bustum, maxime lotum: nam quod lotum non est, quiddam obinet catherecticum, velut & Aëris squama. Nam quod lotum est, carniū medicaminū cicatricem inducentium longè præstantissimum est: quippe quod probè cicatricem inducit, modicè adstringant oportet, atque desiccet. Quapropter Spinæ Aegyptiæ fructus, & Mili Grånati putamina sicca, & eius generis uniuersa cicatricem inducende sunt medicamina. Quæ igitur medicamenta sic agere possunt, primario, & propriè dicuntur Epulotica, siue ad cicatricem perducuntia: cætera uero nempè Catherectica, hoc est, detractoria, secundario & per accidens: sicut & ea quæ absque adstrictione desiccandi uim habent mordacitatis expertem. Nam & hæc quoque ex accidente cicatricem inducunt, cuiusmodi utique medicamentum est Myrrha, & Lithargyrus, & Ostreum, & Diphriges combusta: quandoquidem & ipsa sepe numero cicatricem inducunt illata. Cæterum scire oportet, ubi tum in his libris, tum alijs omnibus hanc uocem SÆPENVMERO adijcio, id me uelle significare, quòd aliquando promissa frustrantur, propterea quod nec primario, nec sua facultate efficiant. Porro Epulotica medicamenta uelens omne planum claudere cicatricè ualent.

VLCERVM CAVA IMPLENTIA.

MEDIOCRITER, citràq; morsum abstergentia cauitates implent.

REPERCVTIENTIA.

ESSENTIA illis quidem frigida est, et crassarum partium, in altumque occurrentes sibi succos repellunt. repellit enim perpetuo frigidum: uerum quod cum frigidityte coniuncta habet partium crassitudinē, id uolentius propellit.

ATTRAHENTIA.

SVNT, quæ ex alto uehementius extrahunt. At essentia illis quidem calida est, & tenuium partium. Verum alia sponte nata est, alia uero ex putrescente, arescenteque generatione sortita. Sponte nata, ut Disianni essentia, & Propoleos, & Thapsiæ, & Sagapeni, & succorum Cyrenaci, & Medici, & si qua his similis extiterit. Ex putresfactione, qualis est Fermentum, & Pfornici quod uocant. Quod si Fimis quoque ex putresfactione generatio constat utique omnes attrahendi facultate pollebunt. Sed non parua illis inest diuersitas. Nam Columbinus admodum attrahit: ex æquo autem utrinque ab hoc recesserunt, ad calidius quidem Anserinus, ad frigidius uero Gallinaceus: hoc etiã

magis uincuntur Humanus, & Suillus. At Canum stercur simile est medicamentis extergentibus, maxime si uestiantur ossibus. Crocodilorum autem terrestrium stercur magis etiam id perficit, atque absoluit. Sed & aliud est ATTRAHENTIVM genus medicamentorum, quod qualitatibus familiaritate attrahit, id quod aliud est nihil quàm totius essentie similitudine, eæ quæ nutrimento, familiaria nutrimenta attrahunt. Taliū medicamentorum sunt Purgantia omnia, & nonnulla Alexiteriorum, siue Amuletorum. Cæterum calida ut sint id genus omnia necesse est. Nam inter ea quæ essentij similia sunt, quod calidius est, id potentius attrahit, ut potè quod similitudini auxiliarium adiunxerit calorem. Siquidem cum ipsum duabus causis attrahat, superabit id quod una duntaxat trahit.

ALEXITERIA, SEV ALEXIPHARMACA.

PORRO nihil intererit Alexiterias facultates, an Alexipharmacas appellare uoles. Attamen si qui ea quæ uenenatarum bestiarum ictus, aut uenena sanant, Alexiteria nominare uelint, quæ uero medentur deleterijs, Alexipharmaca, eæ quidam censuere, disceptandum cum istis, ac pugnandum de Nominibus non est. Nec enim ex istis comparatur curandi morbos peritia, sed ex rerum ipsarum cognitione. Est autem horum natura duplex. Siquidem quædam alterant: quædam uero euacuant ex corpore patiente seu uenenum corrumpens, seu deleterium medicamen. Alterant igitur aut una qualitate, aut duarum coniugatione, aut denique tota substantia. Euacuant totius substantiæ similitudine, & caliditate subtilium partium. Atq; ea sanè quæ qualitatibus cõtrarietate auxilio est, manifestæ est. Nisi frigidius sit medicamè deleteriũ, aut ueneniũ animantis, ab excalescentibus petendum remedium: si uero calidum à refrigerantibus: si uero humidum ab exiccantibus: si si eam ab humectantibus. Sic etiam si humidum sit, & frigidum, ab exiccantibus, & excalescentibus: si uero calidum, & siccum, ab humectantibus, & refrigerantibus: & in reliquis duabus coniugationibus ex proportione, sed nec obscura est alteratio quæ fit per totius substantiæ facultatem. Siquidem facultates quæ deleteria medicamina alterant, naturam habent mediam inter corpora perperientia, & medicamenta ipsa Leuentia: ut uidelicet eadem sit proportio corporis ad facultatem Alexiteriam, quæ illius ad deleteriam: & rursum deleteriũ ad alexiterium, quæ alexiterij ad corpus. Ea propter propemodum omnia quæ deleterijs aduersantur, si largius sumpta fuerint, grauius animantis corpus obledunt. Quam ob rem ea moderatione quantitates omnes id genus facultates, exhibere oportet, ut neq; copia nimia corpus offendant, neq; exiguitate sua à deleterijs uincantur. Omne deleterium uenenum à foris impostis medicamentis euacuatur, nempè aut caliditate attractionem mollientibus, aut totius substantiæ similitudine. Sed & hic quoad fieri poterit maxime medium natura Alexiterium sit oportet, corporis uidelicet quod curatur, & ueneni leuentis. Nam si aduersissimum foret corpori, in ipsum ageret potius, quæ deleterium, haud euacuaret uenenum. Etenim, ut claritatis gratia summam repetamus, scire oportet, deleterias facultates uniuersas

IO. SERAPIONIS. DE SIMP. MEDIC.

temperatura, esse aduersiffimas corporibus que ab ipsis Le-
stantur. Itaque si à similibus temperie medicamentis euacue-
tur, erunt & hec corporum naturis contraria. Sanè &
sunt quodantenus contraria, non tamè adeo ut interimant,
sed ambigant potius, in medio sita eorum que ex professo
corpus animantis ledunt, & que iuuant. Quatuor itaque
sunt uniuersæ differentie proficiscentis ab illis utilitatis,
due alterantes, & due uacantes. Porrò nihil intere-
rit deleterias facultates, an phorbaticas, an phthoropeas,
an alio quouis modo appellare uoles. At sunt que tota
essentia nobis contraria sunt; proinde si uel minimum eorum
assumptum fuerit, omnino ledat necesse est, eorum Dryo-
pteris, & Pityocampe, & Thapsia, & Solanum mani-
cum, & Hydrargyros, & Fungorum nonnulli, præterea
Salua, & Fel uenenatorum animalium. Nam talia omnia
genere sunt deleteria, non quantitate. Ac proinde nihil
eorum in Alexiterias antidotos inditur, ueluti Papaueris
succus, & Myrrha, & Stryax, & Cyocus. Si quidem hec si
largius bibantur, quedam demerant quedam mortem
inferant: uerum conuenienti quadam mensura alijs admista
adiuant. Porrò quecumq; inter ea mentem ledunt, conti-
nuò etiam pleraque caput degraunt, uaporum prauorum
congerie ipsium implentia: sed & quedam os uentriculi
tentant, atque affligunt, ut & inde caput per consensum le-
datur. Communiter uero uniuersa à duobus modis cerebrũ
affligunt, leduntq; aut cum tota substantia sunt contraria
aut cum una duabusue qualitatibus temperaturã immutat.

ANODYNA, hoc est, **DOLOREM SEDAN-
TIA**, **PAREGORICA**, aut **PARAXNTI-
CA**, id est, **LENIENTIA**, aut **MITI-
GANTIA**, aut utcumq; nuncupare
libebit: **SOMNVM Q.** Conci-
liãtia, ac **NARCOTICA**,
hoc est, stupefacientia.

FACVLTA S igitur **ANODYNA**, alia re-
uera est, alia tantum dicitur, tamquam si quisquam hominẽ
mortuum dicat Anodynon, quia dolore uacet. Ceterum fa-
cultas re uera Anodyna est eorum que Primo Ordine ex-
calfaciunt, si utique in assentia tenui continetur, eum oleũ
Ane thini: seu uero similiter ut corpus nostrum, uelut Pus
moentia nuncupata, de quorum materia supra disertum
est. Itaque que re uera sunt Anodyna, partium sint ten-
nuium, & calidiora quam que symmetra sunt, necesse est,
ut scilicet euacuent, ac digerant, tum rarefaciant, extenuet
concoquant, & equabile reddant quicquid in partibus do-
lore uexatis, aut humorum acruũ, aut lentorum, aut crasso-
rum, aut multorum tenuibus spiramentis infas etorum, aut
etiã uaporesi, aut crassi, aut admodum frigidi spiritus exi-
tum commodum non inuenientis inhaesit, atque inclusum
est. Itaque nihil profusum adstrictiois habeant oportet, ne
si pars quidem, aut etiam affectus exposcant. Ex quibus li-
quet quod interdum affectionem non iuuabunt, sed dolorem
tantummodo mitigabunt, quando uidelicet re uera dicitur
Anodyna. Interdum uero etiam affectum ipsum adiuuabunt
& facultatem habebunt duplicem, nempe Anodynam, &
Sanantem. At facultas eorum que dicuntur, frigidiorum

est, que absoluto utentia frigore partem obstupefaciant,
Est autem stupor paulominus quam insensibilitas, ac sensus
priuatio. At ea que $\chi\alpha\lambda\omega\sigma\phi\alpha\sigma\epsilon\nu$, id est, Soporem epota
moliuntur, ac proinde $\nu\pi\tau\omega\sigma\tau\iota\mu\alpha$, hoc est **SOMNVM**
Cõciliantia à plerisq; appellantur, temperiem forticiuntur
uel summè aduersam ijs que re uera sunt Anodyna. Refri-
gerant siquidè omnia corpus, & sensum eo usque Obstupe-
faciunt, ut si paulò liberalius ebibantur, mortem afferant.
Ceterum ad usum propositum optima sunt que deficcant.
Nam que frigida cum sint, humiditatis item copiam obti-
nent, eum Cicuta, ea potui non sunt utilia: talis est Mandra-
gora, excepto cortice eius siccò, & Altercum, præter sem-
men. Sed tamen & in his candidum semen atro præstat.
Porrò que effectum sanando, dolorem fedant, nec ea meri-
to Anodyna dici possunt. Nam id commune est omnium que
curant.

EXTENVANTIA, ATQ; INCRASSANTIA.

EXTENVANDI quidè facultas in calidis, &
tenuium partium substantijs sita est, **INCRASSAN-
DI** uero in frigidis, & crassarum partium essentijs inest.

TERTIÆ MEDICAMENTORVM SIMPLICIUM FACVLTA TES. CAP. V.

DE GALENO.
Simp. Med. V.



VM ulterius etiã procedunt, ac pro-
pè particulatim opera appellant, Vri-
nas ciendi, Menses mouendi, aut com-
primendi: similiter Lactis, ac Seminis
tum generandi, & extinguenã, tum
prouocandi, & reprimendi, magis que
etiã cum à iecore Hepaticas, à Liene Splenicis, ab Ocu-
lis Ophthalmicas, à Dentibus Odonticas, à Coxa Ischiadi-
cas, à Renibus Nephriticis, à Pedibus Podagricas, ab Ar-
ticulis, Arthriticis, à Costis Pleuriticis, à Tussi Bechicas,
et à Calculis comminuendis $\lambda\iota\theta\omega\nu\theta\epsilon\nu\pi\tau\iota\kappa\acute{\alpha}\varsigma$ facultates
uocitant. Ferèq; numerari nequeant omnes particulatim
facultates, si ab unoquoque singularium eorum que perfi-
ciuntur deflexa illis imponere Nomina aggrediamur. Sed
preclarioris sanè, ac methodo dignus est, si missam faciẽtes
orationem tum prolaxam, tum confusam, cum modis specie-
bus, compositas medicamentorum facultates, compendio
distingniamus.

CATHARTICA, HOC EST, PVRGANTIA.

PRIMVM enim facultatem omnes Purgatorias in
ore habent, haud tamen omnes perinde intelligunt: quia uo-
cabulum duo significat. Alterum commouit omniũ que quo-
uis modo animalis excrementa expurgant. Alterum uero
quod per excellẽtiam de ijs tantummodo dicitur, que aut per
uomitum,

uomitum, aut per uentris detractionem purgant: non tamq̄ eiusdem sit generis tum ea que sit per nares, ut ea que per os fit purgatio. Vocant autem ea medicamentā, que naribus (quas Græci *ēvōes* nominant), capitibus purgandi gratia infunduntur, Errhina. At que in ore colluuntur, aut dentibus mandantur, omnia una nomenclaturā comprehendentes Apoplegmaticā ontā nuncupant. Eiusdem cum istis sunt generis, que uulue admodū expurgant. Quæcunq; siquidem purgare animaduertimus, ea trahendi uim possident, alia unumquempiam succum, alia duos, aut etiam plures: et id illis inter sese commune esse. Nam que crassis, lentisq; humoribus extenuandis aut Vrinam ciere possunt, aut ex Peflore, Pulmoneq; eiciendis excretionibus auxiliari, purgant sanē et ea quidem quodammodo, uerum antediētis nō similiter nuncupantur, sed alia uocantur Vretica, alia Bchica, alia Menfes mouentia, hæc rē à superioribus diuersa, quod non habeant uim familiarium succorum attractricē, ut illa.

EX ALCHINDI EPISTOLA.

MEDICAMENTA quidem Purgantia sunt ea, que euacuat id quod est in corpore de humiditatibus, ac substantijs. Quorum iuuamentum est euacuatio superfluitatū, copiam temperaturæ elementaris excedentium. Que uerē smedicamenta nominantur Purgantia. Verum que in euacuando, equalitatem elementorum nostri corporis sua qualitate pertranseunt, terminum omnino Purgantium medicamentorum egrediuntur, ac deleteria exadunt: nec non nimia purgantium copia elementa nostri corporis euacuuntur. Quæ rē effrenitant aut ex parte temporis, aut ex parte loci, aut ex parte sue operationis, aut ex parte sui propositi, aut ex parte sue utilitatis. Ex parte Temporis ueluti quando Colocynthis in Aestate assumitur, et in etate Iuuenili, atq; ab homine Choleroico. Ex parte autem Locī, quemadmodum quando quis ea utitur in regionibus calidis, et siccis, ut in Alkien, et Elirach atq; ex ipsa eadem quantitas exhibetur, que et in frigidis, et humidis, ut in Senelach, atq; Similibus. Cum enim Pondus, quod ex ipsa in regionibus calidis et siccis sumitur, illud æquat, quod in frigidis, ac humidis propinat, pertranst in purgatione ultra quātitatem equalitatis quousq; deuenit aliquando ad perditionem. Ex parte uero sue Operationis sicuti quando Colocynthis illis exhibetur in quibus necessum est purgare Choleroicis, uel medicamenta alicui animalium offerre cui minime conuenit, ut Elleborus niger cum Canibus, uel Lupis propinat. Ex parte itidem sui Propositi, uti cum Colocynthis quādam subtilissimē conteritur, intestinis adhaeret, eaq; exulcerat; aut cum Pīlula nimis magna ad expurgandum aliquem humorē offertur, heretq; nimium stomacho, unde humores attrahit non cessatur; aut cum nimis parua existit, unde impotens ad extrahendum humorem à membris longinquis euadit: sicuti qui sunt in cerebro, et in extremitatibus nec attrahit quod opus est. Ex parte tandem sue utilitatis, ueluti cum innatam admittunt uirtutem, ut Elleborus albus, et Tripolion, Turbith nominant, quando putrefcūt. unus enim ob suam putrefactionem nimium purgat, ex alio autem euenit lassitudo, et dissolutio multa, et

similia. Omnia enim ista nomen excedunt medicamenti Purgantis per accidens, ad nomenq; pertranseunt male eius operationis. Medicamenta insuper Purgantia in duas secantur partes: alia enim purgant natura, alia uero per accidens. Purgantium autem natura, alia illud operantur, cum medio, alia absq; medio. Que cum medio, aut ob similitudinem, aut ob contrarietatem, et omnia cū attractione. Que postmodum absq; medio, aut cum liquefactione, et humectatione, et mollescente, aut sine mollescente, et liquefactione, aut cum dissolutione, aut sine dissolutione, que sine dissolutione, aut abstergunt, aut incidunt. Purgantium uero per accidens, alia uirtutem retentricem emolliunt, alia humores exolunt; emolliunt autem, alia quidem calorem innatum immittunt, alia uero nocentum membrum interioribus inferunt, sicut Ventri, Hepati, Intestinis, ac Stomacho. Atq; isti existunt modi qualitatū Purgationis. In unoq; simplici medicamine quāplurimū insunt istorum modorum, uel unus, in quo tamē euacuatio multorum mēbrorum apparet. Atque alia euacuant per Vomitum, alia per Alui fluxum, alia per Vrinam, alia per Sudorem, et alia per reliquos euacuandi modos. Alia insuper unicam humorum speciem educunt, alia autem plures. Verum hæc clario ra hunc in modum reddemus. In omnibus que subiacent generationi et corruptioni, similitudo, et contrarietas reperitur. Causaq; Generationis similitudo existit, corruptionis uero contrarietas. Causa insuper cessationis contrarietas quousq; corrumptur est, quod fortius existit in quolibet contrarium. At transitus eius in eo apparet ob similitudinem, cōuenientium nemp̄ in qualitate. ueluti conueniētia Ignis cum Aere ob similitudinem quam obtinet in caliditate, que est una ex qualitatibus primis. Contraria autem que non communicant in aliqua qualitate, sed in omnibus contrariantur qualitatibus, aque in nullo tempore conueniunt, sicuti Aqua et Ignis. que in omnibus contrariantur qualitatibus, non conueniant conuenientia naturæ ali. Et illa est, que una alteri sine corruptione applicatur. Cum itaq; causa corruptionis existat qualitatū contrarietas, conuenientia operatio erit approximatio, et applicatio unius ad aliud. Estq; contraria operatio contrarietatis, cū contrarietatem est fugere unum ab alio, uel unū uincere aliud. Aequale igitur animalium complexioni, nocentum haud inferens, cum contrario est approximans similitudine, ut apparet in cibo; omne enim membrum attrahit sibi simile, ac magis paratum insuam conuertit speciem. Caro namq; illud attrahit, quod est magis paratum fieri caro, Os autem illud quod est magis paratum fieri os, Nervi; similiter, et Venæ, et Ligamenta, et Medullæ, aliq; ex membris corporis. Quæ rē siquando accidit nocentia alicui membrorum ob aliquam qualitatū, et remouentur ab innato temperamento, nocentum acquirunt contrarium à noxam inferente, quemadmodum in nostro apparet corpore. Cum enim à temperamento egredimur ad laborem, dicimur errantes, cum autem erramus, sumus in labore. Hocq; pacto nobis euenit in caliditate, et frigiditate, et humiditate, et siccitate. Atq; ita in omni sensu, sensui contrarij. Nostra igitur quies à quolibet contrario est ipsius cura, nam cura cuiuscunq; contrarij, est eius ablatio. uerum ablatio, contrarij est cum contrario, contrarij nemp̄ tum cum

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

medio, tum absq; medio. Natura itaq; uoluntate sui Creatoris circa animantium corpora, que maxime quadrare apparent, potissimum expetit, & temperare conatur atq; nocumenta à se ipsa expellere: Nam ob re' omne membrum nocumento contrarium ad noxæ curationem exposcit, ne uincant in ea supersua accidentia. Operatur insuper primis cum qualitatibus circa omnes facultates ex alterice nimirum seu naturali, ueluti attractrix, retentrix, cōcoctrix seu alteratrix, & expultrix, ut ad summum perfectionis reducantur. Attractricem enim adiuuat caliditate, & siccitate, cum eis namq; exuccat. Retentricem uero frigiditate, & siccitate, sic etenim fit contractio, & coarctatio. Concoctricem aut caliditate & humiditate, ex his nimirum fit concoctio atq; putrefactio: Expultricem postmodum frigiditate, & humiditate, humidus namq; lubricat, frigiditas autem comprimit, ac expellit, sicq; deorsum gra uia agunt, nempe aquæ, & terræ, quemadmodum sursum aerea, atque ignea. Hocq; pacto suas perficit Natura operationes. Medicamenta igitur Purgantia cum potissimum humana ingredientur corpora ad tutelam, & Naturæ auxiliium, nempe ad humorum euacuationem, qui sunt extra temperiem, nam maxime debilitate existit ad expellendos illos nisi cum extrinseco auxilio, opus est ut agat secū dum aliquem sex modorum. Nam aut erunt proprietatē habentia cum corpore absq; operatione ob sui subtilitatem, & multiplicatam suæ compositionis, que cum ipsis attractio nem humoris compleuit, quem Naturæ aduinculo expurgat. & sunt (ueluti in partitione medicamentorū Purgantium pauld antea commemorauimus,) que natura hoc faciunt absq; medio, sicuti Agaricum, parum enim ex eo purgat, nec qualitas in eo apparet qua significetur superfluitas suæ actionis in purgatione. nāq; in sapore eius est amaritudo debilis, & dulcedo, que nullum signum ostendunt ex operatione suæ Virtutis. Aut erunt causi suæ operationis apparens, tanq; opus naturæ: cū sint absq; nocumento membri cui adherent, atq; ad illa suam desert Natura similitudinem: ueluti Aloë Cholerae, amarum est enim, & calidum, & siccum, atq; simile uirtute, sapore, calore, & subtilitate, Choleraq; expellit, non autem, ut scioli autumant Medici, solummodo steruus. Putat enim humorem flauum seu citrinum, calidum, quem euacuat, ex Aloë tinctū, steruusq; esse ex Cholericis agritudinibus, cum ex Aloë uis ignea, et Cholerae acuitas minuat. Purgantium autem ex sui naturæ ob similitudinem, aut erunt sub specie alterius operationis naturæ, nocent enim ob sui qualitatem membro cui adherent, atq; illa ad suum contrarium Natura desert, ad expellendum à membro suum nocumentum, sicuti in Lactis Sero apparet, nam frigidum est, & humidum, & substantia eius aquosa, choleraq; purgat calidam, & puram ab omni alio humore: sic curat accidentia Cholerae, & Hepat expurgat à supfluitatibus adustis extra naturam quantitatis, & qualitate. Atriplex similiter, nam Cholerae expellit à corporibus Ictericorum, & est frigidum, et humidum, aqua cuius colorem potissimum croceum Oculorum expurgat, inde enim sunt Errhina. Hæc purgat natura ob sui contrarietate. Aut existunt apparens causa suæ operationis cum medio, & erunt ex una specierum mollificationis retentricis facultatis, adiuuant enim calorem inna-

tum per resolutionem, ac extinctionem, unde retentrix facit ut relaxatur, que est in uasis thymorum cutruntq; & fluunt, sicuti Lauri bacca, & Tripolion putridum. uideamus namq; quod hoc aquæ ob nimiam uirtutem, ac humores expellant diue rso, hancq; ob causam pulsus potissimum fit paruus, et Syncopeis maxima. Cum autem corpus obstruitur aqua frigida, & pori condensantur, per illos huiusmodi transit, quod ex innato calore exoluitur, atq; in corde includitur fluxusq; restringitur, atq; Purgatio. Purgantius postremo medicamentum, alia purgant à longinquis corporis partibus attrahendo, alia Naturæ leniunt, steruusq; solummodo expellunt. Purgantius autem cum attractione alia purgant Cholerae, nonnulla Aquæ quædam Phlegma, atq; plurima Melancholiam, ut exemplis hinc clarius fiet.

C H O L A G O G A .

Absinthium.	Fumaria.	Nitrum.
Adianthum.	Glycyrrhiza.	Pruna.
Aloë.	Lupulus.	Psyllium.
Buglossus.	Mala Granata.	Salis flor.
Casia fistularis,	Manna.	Saccharonium.
seu nigra.	Muria Piscium.	Tamar Indi.
Chachile.	Myrobalana flaua	Viola.
Cucumis.	Myxa.	Zizipha.

H Y D R A G O G A .

Aeris squama.	Cyclaminus.	Pityusa.
Chamæpitys.	Lactuca agrestis	Ricinus.
Chamelea.	Lac.	Saccharum.
Cucumeris agre-	Lilij radix.	Serum.
stis radix.	Nasturtium.	Vitis agrestis.

P H L E G M A G O G A .

Aeris flos.	Euphorbium.	Scilla.
Agaricum.	Filix.	Struthion.
Ammonicum.	Granum Nil.	Thapsia.
Asarum.	Laser.	Thymus.
Asphodelus.	Opopanax. (re.	Tibymalus.
Bdellium.	Papa & Cornicula	Tripolion seu
Capparis.	uer. & Syluestre	Turbiter.
Centaurium.	Polium montanū.	Vitis alba.
Cnicus.	Sagapenum.	Vlmus.
Cocynthis.	Sal omnis.	Vrtica.
Ebulus.	Sarcocolla.	Zingiber.
Eruium.	Satureia.	

M E L A N O G O G A .

Armenius Lapis.	deceperitum.	Polypodium.
Elleborus.	Myro	Cepula.
Epithymum.	balana	Inda.
Viscus.		
Ius Gallorum		

V E N T R E M E M O L L I T I A .

Emollientium sanè Ventrem, alia sunt Alimenta, alia uero Medicamenta.

Medicamenta.

MEDICAMENTA.

Betonica.	Fici.	Lac.	Scriphium.
Citri semina.	Radix.		Styrax.
Fel omne.	Resina e pinu.		

ALIMENTA.

Allium.	Ficus.	Pisa.
Aqua	Massa seu Foenigracum.	Pisces salsi.
	Mellita.	Hordeum.
	Piscesium recentium.	Lapathum.
Asparagus.	Lens siue Lentil.	Sinapi.
Atriplex.		cul.
Brassica.	Malua.	Se.
Caseus.	Mel.	me.
Cepe.	Mori poma.	Papaueris.
Cerasia.	Nasturtium.	Vinum.
Ceratia.	Oxymel.	Vinum ex Ficis.
Cicer.	Phenix palme fructus.	Vuz.
Cucurbita.		

VOMITVM ELICIENTIA.

Aes crematum.	Mandragora.	Ra.
Asphodelus.	Nasturtium.	dix.
Bulbus.	Oleum.	
Cochlea.	Papauer spumea.	Ricinus.
Elaterium.	Pisana hordeacea.	Staphis agria.
Elaborum albu.	Pulegium montanum.	Thapsi.
Glans unguetaria.		Zucehari canna.

LAC GENERANTIA, ATQ. EXTINGVENTIA.

LACTIS effectrices facultates sunt partim in Medicamentis tantum, partim in Alimentis. In Medicamentis, cum succos pituitosos excalescentes in sanguinem vertimus. In Alimentis autem secundum substantiam totius similitudinem: ubi videlicet boni sunt succi, & humida, ac tepide calida, eum ipsum Lac. Si quidem Sanguis caloris est participes animalis mediocritatis: plusquam vero mediocritatis, Bilis: sicut Pituita, frigiditatis. In medio autem Pituita, & Sanguinis est Lac, utique quod ad calorem attinet. non tamen aequae ab utroque, abest, sed longius abest a Pituita, propius accedit ad Sanguinem. Cum ergo minus quam expediat ad ubera Lactis veniat, velis autem copiose provenire, ipsum contemplantor Sanguinem. Aut enim paucior est quam conueniat, aut deterior. Itaque qui paucior est, uniuersam uictus rationem exposcit humectantem, et excalescentem: qui autem deterior est, siquidem biliosus fuerit, primum purgationem desiderat, mox uictum quem modo dicebamus: sin pituitosus, medicamenta requirit excalescentia aut Primo aut Secundo Ordine, non tamen desiccantia. Verum inter ea posteriora sunt quae non tantum sunt Medicamenta, sed et Nutrimenta, uelut Eruca, Foeniculi, Anethum. Dico aut ipsas herbas etiam uirentes, et humiditas. Nam sicca, plusquam

oportet & excalescunt, & desiccant. Huius generis est & Smyrnum, Apium, Sion, Polium, eaq; urentia priusque siccantur: quippe cum ea quae desiccant, humorem sanguinis depascantia, ipsam crassior em simul, paucior emque efficiant: tum si natura quoque sint calida, iusto etiam calidior em, sin frigida frigidior em. Debet enim esse modice calidus, ac neutiquam crassus, ut Lac generet. Quo circa quae sunt illiusmodi, exinguntur magis Lac quam procreant. At quae sic ut dictum est calfaciant, nullamque insignem adiunctam habent siccitatem, Lactis procreatricem habere facultatem merito dicta sunt. Verum ea numero sunt perquam exigua. Nec enim profecto facile inuentum est quod propositum in temperie sortitum sit mediocritatem: eorum infinita sunt, & multitudine incomprehensa, quae Lac ledant. Etenim quaecumque plus quam expediat calfaciant, quaeque desiccant, aut refrigerant, partim qualitate ipsius sanguinis uitiantia, partim ipsum minorem reddentia, Lac prouenire prohibent.

MENSES MOVENTIA ATQ. SISTENTIA.

PORRO dictis ad similem uim obtinent, quaecumque prouocare, aut sedare Menses possunt. Vtrorumque enim communis materia est, nempe sanguis in uenis contentus. Itaque ubi hic fluxilis fuerit, & qualitate contemperatus, utique abundanter suppeditat copiam. Communes quinetiam uerberibus, utroque; uene sunt non exiles, itaque ubi ad alterutrum partium sanguis deferretur, altera siccet. Proinde quibus Menses mediocriter feruntur, ipsi Lac in mamillis non colligunt. Quis uero hoc large suppedit, ipsi plane Menses flos primuntur. Itaque mirandum non est, si tam uictus, cum medicamenta similia sint, nempe et ea quae generant, sedantque; in mensibus singulis ex utero purgationem, & ea quae Lactis in uberibus generationem procurant, ac supprimunt. Quamquam haec differant, quod & calidioribus, & magis incidentibus purgatio Menstrua nonnunquam indigeat: quippe cum ea in partem uene magis aperiri debeant, quam quae tendunt in mammae, & sanguinem fluxilem magis requirant, nimirum cum uteris ad delationem eius nihil conferat. Mittuntur enim in uenas quae illi committuntur, haud attrahuntur Menses. At sanguis in ubera non tantum mittitur, sed & trahitur: ac proinde leuiore subsidio medicamentum opus habet, cum non abunde in mammae confluit. Et medicinae quae iuuant ut in mammae eat, desiccantes, atque imperfecissimas purgationes eam adiuuant. Sin autem multum oblesse sint, aut plane retentae, nulla eis eiusmodi eas sanare potest: uerum Sabina, & Meum, & Iris, & Calamintha, & Pulegium, tum Dictamnnum, Asaron, Costus, Cafia, Cinamomum, Amomum, Arijolochia, Buniu, & eius generis reliqua, absolutas uteri purgationis retentiones sanant.

SEMEN TVM GENERANTIA ATQ. EXTINGVENTIA, TVM PROVOCANTIA ATQ. SVPRIMENTIA.

VT Lac, ita & Semen quaedam generare dicuntur, &

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

que his sunt contraria, extinguere: tum quædam pronocare, et ipsis contraria suppressim: ac generare quidem, quæ procreant quod antea non erat, extinguere uero quæ corrumpunt: prouocare autem, quæ quod in alto delitescerat, in apertum proferunt, & his contraria quæ suppressim. Igitur Semen generant cibi quidem qui bene nutriunt, & flatuosi sunt, totisq; substantijs familiares, medicamenta uero flatuosa, & calida. Extinguunt autem desiccantia, et refrigerantia omnia, et quæ totis substantijs sunt contraria. Porro pronocant quæcumq; calida sunt, & flatuosa absq; desiccatione, suppressim uero contraria. Etenim cum Seminis substantia ex bona superfluitate generationem sortitur, sitq; etiam efflatuosa, bene nutriant, et flatuosa sint necesse est quæcumq; Semen aut procreare, aut pronocare possit. Itaq; Bulbi, Cicer, Fabe, Polyposes, Conus, edulia dicuntur multi Seminis, & sunt. At Sincus, & Satyrion medicamenta sunt. Porro simul cibi, & medicamina multi Seminis sunt Lini semen, & Eruca. Ceterum quæ refrigerare sunt nata tum edulia, tum medicamina Semen cogit, incrassantia, & stabile reddentia, uim habent ipsam suppressim, non autem corrumpentem: nempe Lactuca, Blitū, Atriplex, Cucurbita, Mora, Melepepones, Cucumeres seu pepones seu non pepones, hoc est, maturi, seu non. Porro quæ reficant, prorsum ne esse quidem Semen permittunt, etiamsi calida sint natura, uelut Ruta. Si autem non calfaciant multo minus, ut Nymphaea. Atq; hæc sanè rationabile est substantiæ proprietate contrariè affecta esse Semini. Eadem proportionem tam esculentorum, tum medicamentorum est inuenire in Lacte, & Mensibus. Porro alio modo sub idem genus cadunt quæ respirantium instrumentorum reiiciendis excretionibus auxiliantur, quæq; Urinam citare possunt. Hæc enim omnia extenuandi facultatem obtinent, uti contraria incrassandi.

VRINAM MOVENTIA.

SI QUIDEM excausatio tribus generibus medicinalium communis est, puta quæ Lacti procreando succurrunt, quæq; Mensibus citandis, aut Urine conueniunt. Differunt tamen caloris mensura: tum etiam quod quædam desiccant, quædam non. Siquidem quæ non desiccant, & uero dicuntur excausant, Lacti generando utilia sunt. Quæ uero plus excausant, non tamen ualentur desiccant, Mensibus eliciendis sunt congrua. Verum & utraq; hæc Urinam prouocant: et ad hæc cum primis ea quæ desiccantia etiam calefaciunt. Proinde ea peculiariter dicuntur Uretica, siue Urinam mouentia, non quia solum moueant Urinam, sed quia sola, absq; ut etiam Menses, aut Lac. Porro cum plurimam mouere Urinam annititur, utenda quæ acriora sunt, & magis excausant. eius generis sunt semen Apij, Petroselini, Feniculi, Dauci, Agrioselini, Smyrnijs, & sanè ipsam quoq; Sefeli, & Ammi, & Phu, & Meon, & Afaron, & Acoron, à quibus Sanguis non extenuatur duntaxat, sed & funditur, ac feceritur, nõ secus atque Lac quod coagulatur, seroso uidelicet, & teui serosum segregato, crasso uero in sese coeunte. Siquidem quo facillime ad se attrahat uenes quod in Sanguine aequè, tenuèq; ac serosum è, utraq; hæc conferunt, nempe totius sanguinis primum fusi,

dicinde segregato, quorum neutrum absq; ualido calore peragere queat. Quam ob rem Paris ex Thorace expuitioni ea omnia aduersa sunt: quippe cum natura eorum sit tunc excausatoria, exicicatoriaq; tum etiam secretoria, & coactoria.

TVSSIM EXCITANTIA, ATQ; SEDANTIA.

BECHICA sunt tam quæ TVSSIM Excitant, quam quæ eam Sedant. Ceterum inuicem longè maxime disident. Tussum namq; Excitantia potissimum facultatem extenuandi possident. Sedantia autem incrassandi. Siquidem extenuandi facultas in calidis & tenuium partium substantijs sita est. Incrassandi uero in frigidis, & crassum partium essentijs inest, ueluti in Emplastis seu illimentibus. At cum Tussum Excitantia facultatem extenuandi habeat, quæ in calidis, & tenuium partium substantijs reperitur, necessum est crassos, lentosq; humores incidi quidem, ac sic ficari. Quam ob rem, ut inquit GALENVS, quæcumq; repereris Nitrosa, & Amara, ea ad purgandos meatus omnes ualere noueris. At cutis uniuersæ, ac ulcerum sordes, non hæc tantum, sed & uiribus minora auferre possunt, qualia sunt Dulcia, quæ tenuium sunt partium, puta Mel, et ex cerealibus seminibus quoque, ut Eruum, Faba, Hordeum, Lupini: quamq; in ipsis Fabacea, Hordeaceaq; Farina tantum extergit, non etiam meatus farctū liberat: Erui autem, & Lupinorum potissimum si amara fuerint, supra quam quod extergunt, nõnihil quoq; meatus purgare ualent. Simile quiddam Amygdalis accidit: nam & horum ipsorum ea quæ Amara sunt, & detergant, ac meatus expurgant: quæ uero edendo sunt, detergant quidem, non tamen infarctū liberant. Quin & Vrtice semen, non secus atque Eruum, Amygdalæq; amara, meatus purgat. Ex eodè genere scilicet sunt Scilla, & Iris, & quæcumq; alia uincetem in se qualitatem amarum possident. Siquidem Nitrum ipsum per se, & Aphronitrum, & Spuma nitri, & Seriphon, & Abrotanum, & id genus reliqua tū cibo, potuq; assumpta eandem uim obtinent. Protinus enim in sese ut crassos, lentosq; humores extenuandi uim obtineant, siue emplastis omnibus crassos, lentosq; corporis succos reddent. Quam ob rem lentis, ac pituitijs thoracis, pulmonisq; humoribus, aut puri, & incandens, & extenuandis, & educendis aptiora inuenire alia præ istis medicamentis nequeas. Isælem istis et locinoris obstruções expurger, & modicas etiam Lienis: nam quæ maiores sunt, uehementiora desiderant, nempe Capparis corticæ, radices Tamarices, Scolopendron, & Scillam, & eam que id ipsum nomine representat, Asplenon appellata. Sed tamen istis utendum in quoque uiscerum est: ad Iecur, ipsi per se duntaxat: ad Lienem uero, misis aceto, aut ei incoctis: ad Thoracem, Pulmonemq; Melicrato, Pitisanæ, Oxymelitis, aut dulcium Vinorum cuiuspiam. Quæ rē etiam addidit, Urinam mouere, ea quæ acriora sunt, & magis excausant, cuius generis sunt semè Apij, Petroselini, Feniculi, Dauci, Agrioselini, Smyrnijs, & sanè ipsam quoque Sefeli, & Ammi, & Phu, & Meon, & Afaron, & Acoron. Quam ob rem Paris ex Thorace expuitioni ea omnia aduersa sunt, quippe cum natura eorū sit tunc excausatoria, exicicatoriaq; tum etiam secretoria

secretoria, & coactoria. Cognitur quidem in sese quod cras-
sum est, excrenitur uero, ac seceritum in ipso coactu quod
in sanguine serosum, ac tenue defertur. Atque hoc ad sese
trahere renes antequantur: quod uero coactum est, atque
exicatum, haud etiam facile expuitur. Proinde, ut modo po-
sui, incidendi uim habeat eiusmodi medicamentum oportet,
sed non tamen insigniter calidam, ne uidelicet ualde defic-
tuet: ac eiusdem profectò commoditatis gratia cum sorbi-
turalibus, potionibusque, humectantibus exhiberi postulat.

RENES EXPURGANTIA.

Quae RENES expurgant, & ipsa quidem incidentia

sunt, uerum larga humiditate non indigent.

GALCVLOS COMMIVENTIA.

Porro quae Callosas, siue Tophaceas consistitias inci-
dere sunt idonea, & ipsa utiq; admodum incident, sed mini-
mum caloris possident. Quippe caliditas Callum Porrum-
u' ipsa contrahit, ac procreat, non incidit, neque diuidit.
At quae minus sunt calida cum hoc quod incidere ualeant,
meliora quoque sunt, uelut radices regionum Asparago-
rum, & Rubi, & Bitonica, & Polium, tum Oera, & Ni-
trum usum, & ex Scilla confectum Acetum, & quae sunt
eius generis.

IOANNIS SERAPIONIS
DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM

HISTORIA,

LIBER SECVNDVS.

INTERPRETE.

NICOLAO MVTONO

MEDICO MEDIOLANENSI.



PROOEMIUM.

EX GALENO.

Simp. Med. VI.



QUONIAM Medicamenta
omnia partim sunt partes Ani-
malium, aut Plantarum, aut
Fructuum, aut horum Liquores
(quos οἴνοι, Graeci uocant,) aut
Succi: partim uero ex Me-
tallis sumuntur: optimum mihi
uisum est de PLANTIS
ante omnia differere, tum quòd
numerosissimum illarum est ge-

nerum, tum quòd uirium robore praecellentissimum: inde de
METALLICIS tractare, atque hinc ad ANIMA-
LIVM Partes transire. Quin etiam eo illas ordine per-
scribere decreui, qui in Temperamentis uisitur, eas Planta-
rum in hoc SECVNDO LIBRO primum collo-
cans, quae tum omnino, atque absolute, tum in Primo Ordí-
ne, Temperata existunt. in TERTIO autem eas, quae
Secundi sunt Ordinis, atque ita deinceps, pro Temperamé-
torum uidelicet ordine.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

TEMPERATA.

Malum Melicū.	Oleum.	Licium.
Macis.	Amurca.	Myxa.
Macer.	Olea agrestis.	Lēs seu Lenticula
Adiantum.	Oleastrī Oleum.	Cera.
Aparagus.	Olea Aethiopicæ.	Propolis.
Olea.	Lachryma.	Mel rosifidum seu
Olinæ.	Lotus satina.	aerium.
Olinæ conditæ.	Lotus sylvestris.	Cassia fistularis.
Salsæ e.	Lotus Agyptia.	seu nigra.

DE MALO MEDICO SEV CITRIO, CAP. I.

NOMENCLATURA.

ATROG, seu Alatrungi seu Atrugi seu Atrun-
gi, Arabibus. *مندوخة*, ή *περιουά* ή *Κερόφμαλλος*,
Græcis. Medica, Persicæ, aut Citromala, Assyria e,
aut Citria, Latinis. Poma Citri, Barbaris. Citra, Officinis
Cedri, & Citroni Italis. ung Citrō, Gallis. Citrin ocell,
aut Indenapffel Citrinat, Germanis. Cedros, seu Cidra, aut
Limonex, Hispanis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE:

Lib. I. Cap. CLXVIIII.

Omnibus nota, arborem habent toto anno secundam
& superfectantem. Pomū oblongum est, rugosum, colore
ad aurum inclinato cum grauitate odoratum. Semen habet
Pirorum seminibus simile.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. V II.

Melex medicæ, huius fructus non amplius Malum Me-
dicum, sed ab omnibus Citrium nuncupari adest: in semi-
ne quidem uincentem habens qualitatem acidam & siccam,
ut ipsū tertij sit ordinis rescificatum refrigerantumq:
in cortice uero itidem desiccantem temperiem est sortitus,
non parum tamen habentem acrimoniae: proinde desiccat
hic secundo excessu, non tamen frigidus est, sed ut tempe-
ratus, aut paulo infra. Porro caro eius pariter crassi succi
est, & pituitosa frigidâq. Nam & ipsa editur sicut & cor-
tex, semen omne edi ineptum est, tum humidum illud & aci-
dum, de quo primum disserui. Et nucleus qui in illo inueni-
tur, id quod reuera semen est. Hic amarus est, & digerendi
uuldelicet siccanâq. facultatem obtinens. secundo quodam-
modo ordine à temperatis recedens. Folia uero denique
exiccandi ac digerendi uim obriunt.

EX DIOSCORIDE,

Lib. I. Cap. CLXVIIII.

Semen in Vino potum, uenenis aduersatur, & alium
deijcit. Decocto succoq. eorum commendandi halitus gra-
tia collauntur. Comedantur & in pregnantium fastidijs,

quod malū Græci cissan dicunt. Creduntur eadem in arma-
rijs et scrinijs cōposita, erosioni noxas à uestibus arcere.

EX ABEN MBSVAI.

Cortex oris halitum commendat. Caro autem uehemen-
tissimum extinguit Ventriculi calorem. Succus uero impe-
tigni confert, eamq. auferit, illitus, Decoctum in super-
Stomachi dolorem, *Κερόφμαλλος*, atque *Κερόφμαλλος*,
Græci nominant, supra modum adiuuat, & Appetentiam
excitat, flammâq. extenuat Bilem, & Alui profluuium cohi-
bet, ac Vomitus, & inflammationem Iecinoris corrigit.
Quam ob rem succus, & Decoctum, ambo ualenter exhibi-
tant, hocq. potissimum Succo contingit. Verum Pulmoni, et
Neruis sua nimium aciditate, est inimicissimus. Semen Ve-
nenis auxiliatur, quando ad Pondus drachmæ unius, Aqua
tepidâ exhibetur, & loco morsus imponitur: atque etiam
Ventrem emollit.

DE MACE.

CAP. II.

NOMENCLATURA.

BISBESSE, aut Bibese, aut Bese, Arabibus.
MACIS Officinis, Matias, Hispanis.

EFFIGIES, ELECTIO AC IUVVAMENTA.

EX ISAACEBEN AMRAM.

Cortex est, Nucis Moschatæ crassiorē corticē ambiens.
Melior, qui est coloris rufi, deterior autem nigricans. In
crasso, ac duro Nucis Moschatæ cortice, nullum præsentit-
ur iuuamentum. At Fructus non parum rei Medicæ con-
fert, ADACHESQ. in Oriente nominatur. Quamquā per
multi MACEREM id potius autem. Cortex enim est,
qui ex Barbarorum regione affertur, colore flauescens,
crassus, ac uehementissimè adstringens.

DE MACERE,

CAP. III.

NOMENCLATURA.

TALISFAR, seu Thalifar, seu Talisafar, Ara-
bibus. *مأخر*, ή *νιλομάχης*, Græcis. Macir, seu
Machir, Plinio inter Latinos.

EFFIGIES, LOCVS, AC TEMPERAMENTVM.

EX GALENO.

Simp. Med. VII.

Macer, cortex est, qui ex India conuehitur, gustu mul-
tum acerbo, cum lenticula quadam acrimonia odorata, in-
cundum sanè redolens, ut pleraque aromata siue odorata
que ex India conuehantur.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. Cap. CXLII.

Cortex Macer est, qui à Barbaris affertur crassus, co-
lore subrufo, & qui uehementissime in gustu adstringit.

IVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. VII.

Videtur itaque & ipse ex mixta constare essentia, pleraque & terrena frigida, paucula vero calida, & tenuium partium. Quam ob rem valenter desiccatur, adstringitque: proinde coeliacis & dysentericis miscetur facultatibus, in tertio ex cecantium consistens ordine, in caloris frigorisque differentia neutrum insigniter efficiens.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. Cap. CXII.

Bibitur contra cruenta sputa, intestinorum tormina, & in alium desillationes.

DE ADIANTO.

CAP. IIII.

NOMENCLATURA.

BERSCEGNASCEN, seu Bescegascen, seu Bersausa, seu Chulbare abir, seu Capillus Algol, Algulue, Arabibus. *Αδϊαντον*, ή *Πολύτριχον*, ή *Καλιτριχον*, ή *Εβυδτριχον*, Græcis. Adiantum, Polytrichum, Calitrichum, Cinnalius, Terre Capillus, & Supercilium Terre, Latinis. Coriandrum putei, & capillus Porcinus, Barbaris. Capillus Veneris. Officinis. Capel uenere, Italis. Adiatos, & Capil uenere, Gallis. Frauenhar, uel Iunstraufenhar Germanis. Culantro de poxo, aut Yerua breuca, aut Falsia, Hispanis.

EFFIGIES, AC LOCVS.

EX DIOSCORIDES.

Lib. I. Cap. CXXXVI.

Foliola habet Coriandro similia, exigua, & in extremis partibus incisuris diuisa. Coliculis quibus ex ea exeunt nigros, extreme gracilitatis, dodrantales, nitentesque. Folia Filicii similia. Non caulem, non florem, non semen fert. Radix illi inutilis est. Nascurt umbrosis palustribusque locis, humentibus maris, & prope fontes.

TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. VI.

Adiantum in caliditate quidem & frigiditate symmetricum est, uerum desiccatur, & extenuatur, & digerit. Etenim caput ex alopecia glabrum capillis conuegit, & strumas & abscessus digerit, lapidesque frangi epotum, & uiscosorum crassorumque, & pectore pulmonisque excretionibus non mediocriter confert, & uentris profusum sinit: non tamen ullam manifestam caliditatem affert, sicut nec frigiditatem. Verum posuerit ipsum quispiam secundum hanc oppositio nem & temperiem in ordine medio.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. Cap. CXXCVI.

Suspensio Adianti herba decoctum utiliter bibitur. Bibitur & in angustia spiritus, suffusus felle, lienosis, urina angustis, & calculos uescæ frangit. Sinit idem alium.

Succurrit & contra uenenatorum morsus, desillationesque in stomachum: in quæ usum addito Vino bibitur. Quinetiam menses, & quæ a puerperia purgantur, trahit. Sinit sanguinis excretiones. Cruda uenenatorum morsibus empla stri modo imponitur herba. Capilli desluuia quas alopecias uocant, explet. Strumas desiccit. Furfures & manantia capitis hulcera cum Lixiua extert. Cum Ladano autem Myrtoue et Lilino oleo, uel Hyssopo etiam, addito & Vino, capillum fluentem compefcit. Facit etiam ad omnes capitis & reliqui corporis furfures decoctum eius cum lixiua & uino: in quem usum eo absterguntur. Facit & ad Gallos Coturnicesque: pugnaciores enim eos reddit, cibarijs eorum admixtum. Ombus uile Adiantum, circa ouilia earum seritur.

EX ABEN MBSVA

Bilem flauam à Stomacho, atque Intestinis abstergit. Pondus est 4 drachmis tribus, usque ad drachmas septem.

DE ASPARAGO.

CAP. V.

NOMENCLATURA.

HALION, seu Helium, Arabibus. *ασπαραγος* μετράδος, ή *μυράχουρα*, Græcis. Asparagus petreus, aut Myacanthinus, Latinis. Sparagus Lapidis, Barbaris. Sparagus Officinis. Asparago, Italis. Esparge, Gallis. Spargen, Germanis. Sparrago, Hispanis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. Cap. CL.

Vulgo notus Asparagus est. Est autem Asparagus exiguus sed ramosus frutex, folijs numerosis, longis, Foeniculo similibus. Radix ei est longa, rotunda, grandis, tuberculum habens.

TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. VI.

Asparagus petreus aut myacanthinus abstergendi uim habet, idque citra mansuetam aut caliditatem aut frigiditatem. Hinc uenes ac icterus infarctus liberat, et maxime herba ipsius radices & semen. Quin & dentium dolores sanat siccitatis nomine, quam uel maxime dentes requirunt.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. Cap. CL.

Mollitur alium & urinam ciente breui coctura elixi, & in cibo sumpti Asparagorum coliculi. Succurrit potu Asparagi radicem decoctum urina angustis, suffusus felle, coxè dicit, & cum urinae malo aliquo renum doloribus. Opitulatur idem sed in uino decoctum phalangiorum morsibus. In dolore dentium ab ea parte qua dolent, utiliter idem continetur decoctum. Facit ad eadem omnia semen etiam potum. Ferant emori Canes epoto Asparagi decocto. Tradiderunt quidam etiam tuis de fossijs; sub terra Arietum cornibus nasci Asparagum: non tamen credibile id nobis uidetur. Finit concisus Asparagi coliculus & in uino albo potus

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

egrotantium deliria, quas phrenitidas appellant. Medetur idem tostus, elixusue & in cibo sumptus urine angustijs, si illicidioq; & intestinorum torminibus. Medetur & lutzatis elixa in aceto uinoue Asparagi radix. Elixæ eadem cum Ficis Ciceribusque, mox in cibo sumpta suffusos felle emendant. Coxendicis dolores urinæq; angustijs & stillicidia sedat. Alligata eadem potumq; decoctum exciis, in foemina sterilitatem, in maribus prolifici seminis priuationem facit.

EX ABEN MESVAL.

Lumborum dolores à Phlegmate, ac spiritu flatulento curat. Colicæ confert, Ventrem enim emollit. Si Liberius, ac frequentius assumatur, Nauseam quidem efficit.

DE OLEA.

CAP. VI.

NOMENCLATURA.

ZAITON, seu **Caiton**, Arabibus. Ελαία ήμερος, Græcis. Oles satiuæ, Latinis. Oliuo domestico, Italis. Oliuo, & Azeytano, Hispanis.

TEMPERAMENTVM, AC IJVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. VI.

Oliuæ Rami quantum habent adstrictiõnis, tanta & frigiditatis participes sunt.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. Cap. CXL.

Possunt idem quod Agrestis olea, & Satiuæ Folia pariter cremata, uerum minore efficacia sunt, & quoniam minore efficacia sunt, ideo Oculorum medicinæ aptiora.

DE OLIVIS,

CAP. VII.

NOMENCLATURA.

ZAITON, seu **Caiton**, Arabibus. Ελαία, Græcis. Oliuæ, Latinis. Oliuæ, Italis. Oliuæ, Gallis, Germanis. Azeytanas, Hispanis.

TEMPERAMENTVM, AC IJVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. VI.

Fructus uero si quidem ad unguem maturauit, moderatè calidus est: sin immaturus est, magis tum adstringit, tum refrigerat.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. Cap. CXL.

Facit autem Oliuæ, quo tempore maturitatem progreddiens nondum nigra rubescit, & recens, difficilem aluum: stomacho utilior: nigra uero & matura, corrumpi aptior, & stomacho inutilis est. Oculis eadem inimica, & capitis dolores facit. Sisti friza & illita que pascensio serpunt, & carbunculos erumpit.

EX ABEN MESVAL.

Oliuæ uirides frigide, & sicce existunt. Aluum adstringunt, stomachoq; auxiliantur. Nigræ uero. seu mature calide sunt, & sicce parum, corruptioniq; paratioris. Ad hæc Sucus ex Oliuæ in corporibus generatus, nõ multum laudatur. At in prandio assumptæ appetentiam exciit, Magna tamen ex eis sunt maioris actionis.

DE COLYMBADIBVS,

SEV SALSIS, ET CONDITIS OLIVIS,
CAP. VIII.

NOMENCLATURA.

Ελαία ή κολυβάδες, Græcis. Colymbades, seu **salse**, & condite Oliuæ, Latinis. Oliuæ aquaticæ, Barbaris. Oliuæ salate, condite, & accencie in salamuoia, Italis.

IJVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. Cap. CXL.

Non sinit bullare Ambusta, concise, illitæq; Colymbades Oliuæ. Sordida purgant ulcera, reprimendisq; Gingiuis earum Maria utiliter colluuntur. Ea etiam mobiles confirmat Dentes.

EX ABEN MESVAL.

Colymbades quidem, seu condite Oliuæ, Stomachum ob instam earum ponticitatem corroborant. Verum in Ace-to positæ, ualentius id possunt.

DE OLEO,

CAP. IX.

NOMENCLATURA.

CAIT, seu **Zait**, & **Dhen**, Arabibus. Ελαιον, Græcis. Oleum, Latinis. Oglio, Italis. Huyle, Gallicis, Baumöl, Germanis. Azeyte, aut Oli, Hispanis.

TEMPERAMENTVM, AC IJVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. V.

Oleum quod ex oliuis conficitur, quod sanè proprijissimo nomine Oleum appellamus, cuiusmodi sit temperatura, superioribus libris definitum est. Quippe humectatorium esse et moderatè calidum ostendimus. Eiusmodi est quod est dulcissimū: sitq; potissimū ex Oliuis, quas Græci εϋνπιτες, uocant, nos Druppas. Ceterum quod Omotribes et Omphacinum nuncupant, id quantum in se habet adstrictiõnis tantū et illi inest frigiditatis. Porro oleū uetus quod quidē ex dulci inueterato efficitur, et calidius est et potētiõibus ad euaporandum uiribus. Quod uerò ex cruda, id dum reliquum quippiam seruauerit adstrictiõnis, mistæ permanet facultatis: ubi uerò illam prorsum abiecerit, reliquo sit simile. Quinetiam quicumque in preparando ramos injiciūt ij et ipsi Omphacino simile oleum efficiunt. Ceterum rogā dum non est, quo pacto fit preparatum, sed gustandum est potius: ac si præferat adstrictiõis quippiam, eatenus etiam frigidum

frigidum esse existimandum, cui illud quod ab Iberia portatur, quod spanum, id est Hispanicum nominant. Quod si nequaquam gustantibus adstringere apparcat, sed admissim uideatur dulce, id modice esse calidum putandum. Porro si tenue quoque cernatur (tale est quod purum uires, quodque intuenti translucentum uidetur,) ac modicum eius latissimè per corpus extensum sibi maneat continuum, celeriterq; à cute combibatur, id utique pro optimo ducendum, ac olei uirtute quam maxime pollere, quale est Sabinum. Porro quòd oleum lotum minime omnium mordacitatem continet, suprâ positum est.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. Cap. XXIX. & XXX.

Optimâ in sanitatis usu ex immaturis Oliuis expressum Oleum est, quod & Omphacinum, id est asperum dicunt excellit; in eo bonitate quod nouum, odoratum, & in gustu nulla mordacitate est: utile & hoc consiciendis unguentis. Stomacho preterea quod adstringit, accommodatum. Ginguuarum tumores reprimitt; dentes, si ore contineatur, confirmat, & sudores compescit: quo uetustius & pinguius, eo medicine utilius. Calefacit communiter omne Oleum, aluum mollit perfrictionibus, & gelicidiorum noxas aduersatur: promptius & expeditius ad agendum corpus reddat: bonam preterea facit aluum. Exhulcerantium medicamentorum confusum illis maleficia & uires hebetat: datur & contra lethalia uenena, sic ut continue bibatur, & uomitionibus reddatur. Purgat idem hemine unius pondere cum pari Pissana succo aut aqua potum. Datur idem contra tormina utiliter, in calida portione Ruta in eo decocta cyathorum sex pondere. Ventris lumbricos pellit. Clystere idem infunditur presertimq; ileosis. Vetus maioris calefaciendi discutientiendiq; est. Inungitur ad claritatem eo etiam oculi. Quod si uetusti non fuerit facultas, diffusum ex presenti oleo in uas quod probatus fuerit, ad crassitudinem mellis coquito & utere: pares enim predicto uires acquirit.

DE AMURCA.

CAP. X.

NOMENCLATURA.

THEFAL, Arabibus. *أمرقيا*, Græcis. Amurca, Latinis. Morca dell'Oglia, Italis. oel Hefentruëb oel, Germanis.

TEMPERAMENTVM, AC INVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. VI.

Amurca terrestris est substantia, calide, non tamen tantum possidet caliditatis ut palam mordicat. Quod si coquatur quoque, multo etiam magis terrofa redditur: & fuerit sane ex secundo ordine excalescentium, & siccantium in tenso quodammodo magis. Sic & ulcera corporum temperatura siccorum curat: que uerò in alijs omnibus sunt, exasperat. Siquidem contrahit perinde ut Resina, & Pix sicca, & Bitumen. Que & ipsa in corporibus admodum duris, que uulnus habent aut sinum, glutinatoria sunt: alia uerò omnia contendunt atque irritant.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. Cap. CXXXVII.

Selimetum expresse oliuæ Amurca est: hæc in æneo Cyprico uase ad crassitudinem mellis decocta, adstringit, iisdem omnibus utilis, quibus et Lycii: priuatim uero & egregie contra dentium dolores & uulnera, ex Aceto uino uel Musto utiliter inungitur. Misceatur eadem oculorum medicamentis, & his que oppendo & obstruendo sunt. Inuete rata uires acquirit. Infunditur eadem selli utiliter genitalibus, & seminarum locis exulceratis. Cum Omphacino ad crassitudinem mellis decocta circumlata, uitiosos dentes pellit: tumorem scabies cum Lupinorum & Chamæleontis herbe decocto, sanat: Fountur eadem utiliter recenti tantumq; calida podagere, & articularum dolores. Quinetiâ corio illita corporiq; imposta, subcutantium cutem aquarum tumores reprimitt.

DE AGRESTI OLEO.

CAP. XI.

NOMENCLATURA.

AΓΡΙΑΔΑΙΑ, ή Κότνος, ή Αϊθιοπική Έλαια, Græcis. Agrestis Oles, Olesler, & Aethiopica Oles, Latinis. Olio Saluatico, Italis. Oliuier Sauvage, Gallis. Vuilder oelbaum, Germanis. Azebuche, Hispanis.

INVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. Cap. CXXXIX.

Adstringendi uim folia habent: Concisa eadem illitaq; sacros ignes, hulcera que Græci berpetas dicunt, epinyctidas, carbunculos, que pascendo serpunt, & unguium rediuias compescunt. Ex melle illita eadem que medici uferunt circumsarcificant: Sorâda repurgant hulcera. Panos collectionesque ex eodem melle illita discutunt. Desquamata tam à capite cutem glutinant. Commandacata oris hulceribus, & his que aphthas dicunt, medentur. Idem potest succus & decoctum eorum. Siliis preterea eorundem succus sanguinis profluuii & muliebres fluxiones, & apostitus quinetiam oculorum uias, pustulas, hucera, & antiquas destillationes reprimitt, quam ob causam collyrijs contra palpebrarum corrosiones factis utiliter misceatur. Est autem colligendi ex agrestis olei folijs Succus ratio & modus hic: Tanduntur folia, tussisque Vinum aut celestis Aqua in spergitur, tum exprimuntur, siccaturque in sole succus in pastillos conformatur: Est que efficator seruatur que felicis qui ex Vino, quam qui ex Aqua expressus fuerit, purulentis & exulceratis auribus accommodatus. Folia etiâ calicis utiliter cum farina Hordeacea Hydreleo macerala illinuntur. Cremantur ad Cinerulam, quam Spodium Græci dicunt, olestri folia cum floribus: Cremantur aut in crudo sicilli operculato, lutoq; undiq; circumlato ore eius, usq; ad sicillis coctum aut: tum uino restinguuntur, iterumq; eodem modo cremantur: tum Cereissa modo lauatur cinis, et in pastillos cõformatur: Crediturq; in oculorū medicina nihilò ignauior ea que proprie Cinerula et Spodium est, cõtura hæc esse: iteog; pares eius uires astimãde sunt.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

Qui au tem ex uiridi incēso Oleastri ligno exudat humor, scabies, furfures, impetiginesq; inunctus sanat. Sanant et urisq; oleæ Oliuæ illius furfures, & quæ pascendo serpunt. Quod uero in oliuarum nucleis clauditur, cum farina & adipe, scabros pellit unguēs.

DE OLEASTRI OLEO.

CAP. XII.

NOMENCLATURA.

ΕΛΑΙΟΝ ἐκ τῆς ἀγρίας ἐλαίας, Græcis. Oleum è syluestri Oles, seu Oleastri Oleum, Latinis.

IVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.
Lib. I. Cap. XXXI.

Quod autem ex Oleastro factum fuerit Oleum, maiore adstringendi ut in sanitatis usu secundam habet probationem & laudē. Contra capitis dolores Rosacei uice ac commodatum est. Sudores & defluentem capillum compescit: furfures, manantia capitis bulcera, scabies & lepræ exterit. Caneſcūt tardius etiā qui eo quotidie inunguntur.

Eodem Libro Cap. CXLII.

Colluendis flaccidis & cum infirmitate humentibus gingiuis utile est. Mobiles confirmat dentes. Fountur eodem calido, etiam utiliter in gingiuas desillationes & Coportetq; lanam specillo circumponentes in oleum demergere, gingiuisque admoerere) usque dum candido colore gingiuæ uideantur.

DE ÆTHIOPICÆ

OLEAE LA CHRYMÆ,
CAP. XIII.

NOMENCLATURA.

Δ'ΑΚΡΥΟΝ τῆς αἰθιοπικῆς ἐλαίας, Græcis. Æthiopice Oleæ Lachryma, Latinis. Gummi Elemi, (ni fallor,) officinis.

EFFIGIES, ELECTIO, AC IVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.
Lib. I. Cap. CXLIII.

Æthiopice uero Oleæ Lachryma Scammonio ferè similis est, rubens, exiguis stillicidijs concreta, & erodendi uim habens. Quæ uero Gummi & Ammonico similis nigrescit, nec erodit, inutilis est. Talem autem apud nos Oleæ etiā et Oleastri ferunt. Hebetibus oculis Æthiopice Oleæ Lachryma utilis, contra cicatrices eorum, albuginesq; utiliter inlungitur. Urinā trahit et menses. Contra dentium dolores cauis eorum indita, officiaci auxilio est. Numeratur & inter letalia lachryma hæc: factus ex utero trahit, lepramq; et impetigines sanat. Vocaturq; Æthiopica hæc olea Oleaster etiam.

EX PAVLO AEGINETA.

Lib. V. II. Cap. III.

Lachryma oliuæ Æthiopice, subtilē Ammoniacum præferens, naturam habet absterforiam. Hinc cicatricibus mendendis, albuginibus, obtuse item Oculorum aciei succurrendæ adhibetur. Quin & Dentium cruciatus arceat, si cauis ipsorum inseratur. Nonnulli uero hanc Oleastrum, id est, oleam syluestrem autumant.

DE SATIUA LOTO,

CAP. XIII.

NOMENCLATURA.

ΗΑΝΔΑΧΟΧΑ, seu Garch, aut Thusf, seu Handchuchi, aut Handachuchi, Arabibus. Λοτῶς ἡμερος, ἢ Τρίφυλλον, Græcis. Lotus Satiua, Latinis.

LOCVS.

EX DIOSCORIDE.

Lib. IIII. Cap. CXI.

Nascitur in Hortis.

TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. VII.

Lotus domestica, quam quidam Triphyllon, hoc est Trifolium nominant, ut mediocriter abstergendū, uim possidet, sic etiam exiccandi: in caliditatis frigiditatisq; coniugatione media quodammodo est, & temperata.

EX DIOSCORIDE.

Lib. IIII. Cap. CXI.

Repurgat oculorum nubes, argemata, albugines, et quæ claritati oculorum officiant, expressus ex ea succus addito Melle.

DE SYLVESRI LOTO,

CAP. XV.

ΛΟΤῶΣ ἡ ἄγρια, Græcis. Lotus syluestris, Latinis.

LOCVS, AC EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib. IIII. Cap. CXII.

Nascitur plurima hæc Lotus in Libya. Caulē fert bicam bitalem & aliquando maiorem, numerosis alarum cauis. Folia Trifolio quod in pratis nascitur similia: semen Feno græco, multo tamen minus: sapore medicato,

TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA,

EX GALENO.

Simp. Med. VII.

Lotus

Lotus agreffis plurima in Libya provenit: semen eius fecundi est ordinis excalfacientium, habetq; nonnihil absterforium.

EX DIOSCORIDE.
Lib.III. l. Cap. CXII.

Calefacit syluestris Lotus, adstringit leniter, & vultus maculas, asperaq; & discolorum ceu a sole autem ex melle inuncta extertit. Bibitur per se etiam concisa, aut cum Malua semine in Vino Passove cōtra vesicæ dolores utiliter.

EX AËVGBRIG.

Lotus nimirum syluestris, frigido uentriculo, et crasso flatulento spiritu confert, stillatitius ex ea liquor, decoctū ne Aluum adstringit, & colicæ succurrit. Imposita autem, dolores ex Scorpionum moribus factos quāprimū effiacissimè sedat, verum si membro à morsu illeso hercat, consimilem inducit effectionem. Semen est Folijs ualentius.

EX ATABARI.

Quidam olim me presente, Arbriticum seu Podagricū probè curauit. Pedes cum Oleo ex Loto quidem Syluestri inungendo. Inde. n. dissolutæ fuerant Pedū tumefactiones.

EX MESARVGIE.

Syluestris Lotus Testicularum doloribus, subeuntibus cutem Aquis, Muliebrum locorum passionibus maxime opitulatur.

EX ALCHANZI.

Lotus syluestris, ac eius Semen, prolifici sunt Seminis prouocantia.

EX AMRAM, FILIO BIAHVMET.

Ex syluestri siquidem Loto, fit Vsnem in Africa.

DE LOTO AEGY.

PTIA, CAP. XVI.

NOMENCLATVRA.

ΛΟΤΟΣ ἄγρῳτιος, Græcis. Lotus Aegyptia, Latinis.

LOCVS, EFFIGIES, AC IUVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.
Lib.IIII. Cap. CXIII.

Lotus que in Aegypti inundatis aqua campis nascitur eadulis est Aegyptiæ fabæ caulis similis. Florem habet paruum, candidam, Lilio similem. Ferunt florē hunc sole oriente explicari: occidente uero claudi, totoq; capite sub aqua condi, & rursus oriente sole emergere. Simile caput eius Papaueris maximo uasculo est, in quo semen Milij quantitate, quod Aegyptij siccatum in panificio panibus compingunt. Radicem Cotoneo malo similem habet: quæ cruda pa-

riter & cocta estur: respondetq; elixa pari saporis qualitate Quorum utitilis.

EX GALENO.
Simp. Med. VII.

Porro Aegyptiæ Loti Semen etiam in panes fingitur.

DE LYCIO.

CAP. XVII.

NOMENCLATVRA.

HADHADH, seu Hadad, Kilulem, & Felzakarag, Arabibus. Λύκειον, ἢ πύρακκον, Græcis. Lycium siue Pyracanthon, Latinis.

EFFIGIES, LOCVS, SVCCI EXTRAHENDI MODVS, ADVLTERIA, GENERA, ATQ; ELECTIO.

EX DIOSCORIDE.
Lib.I. Cap. CXXXIII.

Spinosa arbor est, tricubitalibus uirgis & aliquando maioribus, circa quas folia sunt densa, Buxo similia. Fructum fert Piperis figura, colore nigro amarum, & cum leuore desum: corticem uero pallidum diluto Lycio similem: radices numerosas, latas, lignosasq;. Nascitur plurima spina hæc buxæ in Cappadocia, Lycia, pluribusq; alijs locis. Aspera et dumosa amat loca. Colligitur ex ea succus tursi una cum frutice radicibus, & quum diebus aliquot in aqua maderine, decoctis: tum exempto ligno, iterum eo qui superest liquore ad crassitudinem mellis decocto. Adulteratur Lycium admixta in coquendo Amurca, aut Absinthij succo, aut Bubulo felle. Ausferendū in coquendo quod in summo fluitabit spumofum, oculorum medicine seruandum: reliquo in alijs utendum erit. Exprimitur & ex semine eodem modo succus, & insolatur. Probatissimum Lyciū quod igne accenditur, & cum extinguitur rubetes spumas agit, foris nigrum, intus quum fragitur ruffum, quod nullum habet odoris uiras, cum amaritudine adstringens, colore croceum, quale Indiciū est, bonitate cætera antecedens, & cunctis alijs effiacius. Fertur autē indicium fieri Lycium ex frutice quæ Lonchitis dicitur. Est autem Lonchitis spina ramis rectis tricubitalibus, & aliquando maioribus à radice statim numerosis, & Rubo crassioribus: Videtur ruffo colore diffusus eius cortex, et Oleaginis familia folia sunt.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. VII.

Lycion, siue Pyracanthon, arbor spinosa, ex qua Lycium quod uocant conficitur, id uidelicet medicamentum liquidum quo ad sugillata utuntur, & sedis orisq; phlegmonas, ulcerationesq; tum herpetas, putredines, et ulcera contumacia, & aures pure fluentes, & intertrigines, ac paronychias. Est autem facultatis exiccatoricæ, compositum ex diuersi generis substantijs, quas ἔρεσσην Græci uocant, altera quidem tenuium partium digerente atque cali-

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

Ad altera terreſtri & frigida, ex qua aſtriſione obtinet. Porro hæc qualitas puſilla medicamento inſiſit, digerit uerò & deſiccatur non parum, nempe in ſecundo ordine: in calore autem medijs & ſymmetris proximum eſt: proinde ad uaria hoc utantur medicamine, ut abſtergent quidem ad ea que pupillas obtenebrant, contrahente uerò, cœliaci, dyſentericis, ac muliebri profluſio adhibentes. Lyciũ hoc in Lycia & Cappadocia plurimum prouenit alteram uerò, Indicum ad omnia ualentius eſt.

EX DIOSCORIDE.

Libi. Cap. CXXXIII.

Eſt Lycio adſtringendi uis. Exterit que claritati oculoꝝ officium: palpebrarumq; ſcabies, pruriginis, & diuſinas deſtillationes ſanat. Facit ad purulentes aures, tonſillas, exulceratas gingiuas, laborum ſediſque rimas & intertriginis, inunctum. Inungitur idem bibiturq; cœliaci, & inteſtinorum torminibus. Datur in aqua ſanguinem ex puentibus, datur & tuſſentibus. Prodeſt & contra rabidi Canis morſus (ſabe magnitudine) deuorati, aut in aqua potum. Fluereſcit unctus eo capillus. Reducias idem, putreſcentiaq; & que ſerpunt hũlcera ſanat. Siſit ſecminarum fluxiones aſpoſitum, aut cum lacte potum. Feruntur Indice etiamnum ſpinæ frondes in aceto decoctæ, lienis inflammaciones, & fellis ſuſſiones potu ſanare, menſes preterea trahere: quietiam ſi crude tritaq; bibantur eadẽ præſtare creduntur. Creduntur & feminis pota duo myſtra, corporis purgare aquas: & contra uenena remediũ eſſe.

EX RASE.

Lycium eſt compoſitum ex diuerſi generis ſubſtantijs. Facit ad Oris, Sedisq; ulceraciones. Fluentemq; Capillum roborat.

DE MYXIS, SEV

MYXARIIS, VVLGO SEBESTEN, CAP. XVIII.

NOMENCLATURA.

SEBESTEN, ſeu Sebeſtan, & Motheica, ſeu Muſheita, ſeu Mohaita, Arabibus. MYΞΩΝ, ἢ ΜΥΞΑ, ἢ ΜΥΞΑΧΑ, Aduario, Paulog; & alijs quibuſdam rectoribus Grecis. MYXA, aut MYXA, ſeu Myxaria, & Sebaſt, Latinis. Sebeſten, Officinis. Sebeſte, Gallis. Schuauart, bruſtbeerle, Germanis.

EFFIGIES, LOCVS, TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA,

EX ABOHANIFA.

Myxa ex arbore Fructus ſunt dulces, quos Perſe SEBESTEN, appellant.

EX ISAAC EBEN AMRAM.

Myxa Arbuſti fructus eſt in Arabia. Plantæ cuius ferè arboreſcentis ligno Cortex albus, Ramis utrens, Folio retundo, amplo; Fructus, Auellane nucis quam Ponticam

uocant, magnitudine, in Racemo dulcis, dum matur eſcit potiffimum pallescens, candido Lẽtore plenus, cum interiore Nucleo, quaſi Oliuæ, ſiccatur. Hic ſane priuatim in medicina utitur. Medicamentum ſiquidem eſt: temperatura ſymmetrum, nempe in calido, ac frigido: ebrientium uentrem ſoluit, Peſtus lenit. Tuſſim à caliditate, ac frigiditate adiuuat. Catarrho etiam calido, tenuiq; ob inſitam nimirum humiditatem auxiliatur. Urinæ medetur ardori, à flauæ bilis acrimonia, mordacitate uerò circa ueſicam, ac renes. Ventris Lumbricos pellit, illi enim ob innatam dulcedinem maxime adherent.

EX MESEHAH, TABARI, ET RASE.

Omnes ferè hæc eadem ad uerbum perſcribunt.

DE LENTE,

CAP. XIX.

NOMENCLATURA.

HADES, Arabibus. ἄραδος, ἢ ἄραξι, Grecis. Lens, & Lenticula, Latinis. Lens, Officinis. Lentice, Italis. Lentile, Gallis. Linſen, Germanis. Lenticia, ſeu Lentilla, Hiſpanis.

ELECTIO.

EX DIOSCORIDE.

Lib. II. Cap. CXXXVIII.

Probatiffima que facillime coquitur, & que madena nihil ex ſe nigrum remittit.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. VIII.

Lentes ualenter adſtringunt medium tenent caliditatis & frigiditatis, deſiccant tamen in ſecundo ordine: ipſum itaque earum corpus deſiccatur & ſiſit uentrem: eterũ decoctum prouocat proinde etiam prior aqua abiicitur, ubi retentionis cauſa adhibentur.

Epidemiorum, VI. ſcã. V.

Milium & Cucurbita frigidi cibi euidenter ſunt, & ſi non frigidiffimi. Lẽtem uero hauſi ſane frigidum cibũ eſſe conceſſerim, nam quomãdmodum cucurbitæ, et cũ ipſis atriplex, blitum, lactuca, et chondrila, et ex frumentaceis hordeum atq; milium certiffime refrigerare noſcuntur, cõtrario pacto Lẽs ſe habet, nullam enim refrigerationẽ præ ſe fert aut ſtatim comẽſta in ſuperiore uentre adhuc comẽta, aut poſteriori in tenui inteſtina, uel in crãſiora delapſa. At forſan, quoniam in libris de ſimplicibus medicamentis refrigeratorium quiddam in adſtringente ſucco in ſe noſtrauimus, Lẽtem quiſpiam refrigerare putauerit, ſed iſt in iſſdem commentarijs dictũ fuiſſe non meminit, quæque id genus medicamẽta ſimplicia uideri atq; dici, ſi ad ea, que per nos compoſitione ſunt, comparantur, non tamẽ exacte ſimplicia eſſe. In primo namq; de alimentorum poteſtatibus libro Lẽtem ex contrarijs coſtare naturis aſſerimus, altera quidem alij coercente, altera uerò citante. ex bis igitur

que suppressit, frigida terrea; est, que citat, calida. Quo circa sicum quidem cibarium Lens est, frigidum vero, non, sicut neque calidum, sed ex utroque mistum, ac medium aut parum admodum a medio ad calidius abiit. Quando igitur neque absolute frigidam lentem que concedere potest, qui ipsam excellenter frigidissimam concesserit? Quinetiam inflammatis ulceribus instar cataplasmati superdata Les humores in affectum partem desucentes coercere atque repellere videtur, per unum adstrictoriam id scilicet faciens. quin & si quadam concoctrice & suppuratione predata certe est, quod frigidis nequaquam inesse reperitur.

EX DIOSCORIDE.
Lib. I. Cap. CXXVIII.

Hebetat oculorum aciem Lentis que edendo est continuus cibus. Aegre eadem concoquitur, stomacho nocet, stomachum & intestina inflat. Aluum cum suo cortice in cibo sumpta compefit. Adstringendi vis & natura Lenti est ideoque aluum sicut cortice suo prenudata diligeretque elixa, & prima in coquendo diffusa aqua: aluum enim soluit primum eius decoctum. Gravia etiam & tumultuosa infomnia Lens facit, nervis, pulmonibus & capiti inimica. Felicior illi contra alui fluores sua vis est, admixtis illi quum in aceto coquitur Intybo, quod Serin Greci nominant, Portulacae, aut Beta nigra, aut Myrti baccis, aut Malicorio, aut sicis Sorbis, aut Mespilis, aut Cotoneis malis, aut Pyris, aut Thebaicis Palmalis, aut Intybo erratico, quod Cichorion dicunt, aut Plantagine, aut sicis Rosis: que omnia post cocturam abijcienda erunt aut cum excoriarij fruticis una quam Rhu dicunt, & que obsonijs infergitur. Verum oportet diligentissime Rhu cum aceto illo decoquere, alioquin aluum turbat. Contra stomachi subversionem triginta Lentis grana vis corticibus denudata utiliter desorantur. Postquam dolores lenit decocta Lens, & cum polenta emplastri modo imposita. Sinus cum melle eadem glutinat. Cruetas erumpit & hucera repurgat. Quinetiam in aceto decocta durities & strumas discutit. Cum Campana Sertula, Cotoneone malo oculorum scilicet inflammationes admixto Rosaceo sanat. Idem prestat in maioribus sedis inflammationibus, magnis que sinibus cum Malicorio, sicis Rosis decocta, admixto melle. Contra depercentes gangrenas similiter ea utuntur, aut admixta maris aqua. Contra pustulas autem, hucera que a serpente Greci berpetas dicunt, sacros ignes, perniotesque, ut premonstratum est. Quinetiam contra coagulans se in grumos lac, & lactis abundantiam non ferentes mammas, in maris aqua cocta Lens & illita remedio est.

EX MESARVIGIE.

Cortice nudata frigida sunt, ac crasse. Aluum ac Urinas cohibent. Crassum in venis Sanguinem reddant, ac tardifluum. Pisisque frigidiores apparent.

EX ABEN MESVAL.

Lens frigida, & sicca, Cortex vero calidus, & siccus, in primo ordine habentur. Urinas minuit, Menstruasque purgationes. Crassum enim Sanguinem reddit.

DE CERA,

CAP. XX.

NOMENCLATURA.

HAMAHA, seu Semba, Arabibus. Κηρός, Græcis. Cera, Latinis, Officinis, ac Italis. Cire, Gallis. Vvachs, Germanis.

ELECTIO, LOCVS, AC DEALBANDI MODVS.

EX DIOSCORIDE.
Lib. II. Cap. CIIII.

Probatissima Cera que mediocriter ruffa, et leniter pinguis est, odorata, cum mellis halitu aliquo, & pura. Nationibus probatur Pontica & Cretica. Que natura ex albidis pinguisque fuerit Cera, secunda bonitatis probationem habet. Dealbatur porro Cera hoc modo: Eligitur in eo genere que candidior & purior fuerit, deorsum in tamenta in nouum conijcitur fictile: mox superinfusa maris aqua que satis sit, modico insperso nitro coquitur, & quumque bis aut ter inferuerit, amoto ab igne fictili, & dum refrigeretur dimisso, Cere pastillum ex fictili eximito: deorsumque si que inerunt sordes, noua ex mari adfusa aqua iterum coquitur. Quumque iterum ut premonstratum est, Cera inferuerit, fictile ab igne amouet, sumptoque noui alicuius fictilis fundo, frigida aqua madentem sensim in Cera dimittito paululum demergens: & quatenus summam Ceram contingat, ut tenuissima sequatur Cera: & celerius per se geleat. Sublato mox fundo illo primum auferto orbiculum: iterum aqua madentem fundum in Cera demittito, eademque omnia facito donec omne detraxerit Ceram. Funiculo deinde tractatis orbiculos, ne alter alterum tangat, per interualla suspendito: interdum quidem in sole, aqua eos errorare nocte autem in luna, donec Cera albefcat. Quod si uelit aliquis candidior em adhuc Ceram facere, omnia pariter agat, sed sepius decoquat. Quidam pro salsa ex mari aqua in acer rima muria eodem quo premonstratum est modo, bis terue coquunt. Mox tenui rotundaque laguncula ansam habente Ceram ex fictili auferrunt: Orbiculosque in densa herba disponentes, donec albefcat insolant. Vere agenda hæc esse percipiunt, quo tempore sol nodum asperime calet, facitque rotibus, ne liquefat Cera.

TEMPERAMENTVM AC INVVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. V 11.

Cera quodammodo medium tenet calfacientium, refrigerantium, humectantium, & desiccantium. Habet uero quiddam etiam essentie crasse, atque emplasticum: quamobrem non modo exicare, sed & per accidens humectare uideri fortassis poterit, perspiratorem uidelicet probentis. Quamobrem aliorum medicamentorum tum calfacientium, tum refrigerantium materia est. Ipsa autem per se ex genere fuerit debilitat concoquentium: nec tamen intro in corpus assumptum, sed foris impositum. Habet enim paulum quiddam digerentis calidæque potentie, que plurima mellis inerat.

EX DIOSCORIDE.
Lib. I. Cap. CIIII.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

Habet omnis Cera calefaciendi uim, mollit, mediocriterque explet, & contra intestinorum tormina in sorbitiones additur: sumpti etiam milij magnitudine decem Cerae grami, in cascum coagulari nutricum lac prohibent.

EX ABVGGERIG.

Apostematum durities emollit. Pectoris asperitati auxiliatur admoda, aut in elegante ex Oleo, ueluti Rosaceum, exhibita. Nervos mollit, & ulcera quae crusta integuntur. Unguentaque quamplurima ex ipsa parantur. Imposita etiam Nervorum asperitatem emollit, ac Lenit.

DE PROPOLI,

CAP. XXI.

NOMENCLATURA,

MVM, seu iasch alcat, Arabibus. πρόπολις, Græcis. Propolis, Latinis. Propoli, Italis. Vorfosz, aut Bett, Germanis. Hieres de Panares, Hispanis.

EFFIGIES, ELECTIO, AC IUVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE,
Lib. I. Cap. CV.

Eligenda Propolis quae flauo colore odorata Styracis similis, in aridissimo mollis, nec secus quam Mastiche in longum quam trahitur ductilis est. Est Propoli uis & natura in calefaciendi & extrahendo maxima. Sarculos corpori infixos extrahit. Suffitui antiquis tussibus opitulatur, & imposita impetigines emendat. Inuenitur Propolis circa alueorum aditus & ora, Cerae natura & aspectu suo similis.

DE ROSCIDO SEU AEREO

MELLE, CAP. XXII.

NOMENCLATURA.

TERENIABIN, seu Trungibin, Arabibus. Δροσίδιον ἢ αερούμιλι, Galeno duntaxat inter Græcos. Roscidum seu Roridum, & Aereum Mel, Latinis.

EFFIGIES, LOCVS, ELECTIO,
AC IUVVAMENTA.

EX ISAAC EBBEN AMRAM.

Tereniabin est Ros, qui à Cælo cadit, Melle in granula concreto similis, uocantque id Mel roscidum, seu Aereum Plurimum in Oriente apud Corasenos, cadit super arbores, quae nimirum Folia habent quam copiosissima, nec non uirides Spinas, ac rubeos Flores, Frustrumque haudquaquam ferentes. In Castellâ autem super Palmarum summitates. Virtus eius est equalis, seu Symmetra. Aluum emollit. Pectus humectat. Calidissimam naturam confert, praesertim ex Zi-

xyphorum, ac Prunorum apozemate, seu decocto.

EX ABEN MESVAL.

Aluum emollit, ac Pectus etiam modice. Probatissimus albus, ac recens. Pondus autem à decem, ad uiginti drachmas.

EX MESAA, ALBASARI, ABENGVEFIT,
ATABARI ET RASB.

Omnes penè eadem habent.

EX ABIGE.

Mel roridum aereumque Saccharum excellit. Febrium ardentium inflammationes extinguit. Sitim auferit. Aluum mediocriter emollit. Estque Ros, qui ueluti uocata MANNA, ex aere cadit. Pectus insuper ex tussi lenit. Plurimum autem super spinosas cadit arbores.

DE CASSIA, QUAE

FISTULA VVLGO DICITVR,
CAP. XXIII.

NOMENCLATURA.

EJARXAMBER, aut Shiar yambet, seu Chiâr Sardar, Arabibus. Καροσία μέλαινα, ἢ μέλαινα recentioribus Græcis. Cassia nigra, aut Cassia Cathartice, seu Cassia medica, & Fabâ Indica, siue oblonga Aegyptiâe Siliqua, Latinis. Cassia fistula, Officinâ Cassia, Italis. Cassie fistule, Gallis. Canna fistula, Hispanis.

EFFIGIES LOCVS,
ATQ. ELECTIO.

Frustrum est fistulosum, colore rubro ad nigredinem uergente, concretum intus humorem ferens, non una coalescens serie continuitate sed ex interuallo, inter distinguentibus lignosis, tenuibusque membranâ septum: nec non seminibus intercusantibus granis, figura & specie non dissimilibus ijs, quae cognita nobis praesertim Siliqua: quorum color medium inter pallidum, & rubrum occupat. Ex India, Aegypto, & Syria affertur. Optima, cuius concretus humor est niger, ponderosa, & collucens. Cor seu Caro eius interior tantum in usu habetur.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX ABEN MESVAL.

Sapore est dulci, Temperatura Symmetra, seu equali. Soluit, Sanguinisque acrimoniam mitigat, ac Phlegmonas ex sanguine sedat. Inflammatos etiam tumores in Gingiuis ac aspera Arteria obortos resoluit, praesertim gargarizata cum Glycyrrhizae, ac Passularum decocto. Pelle suffusa, ac lecinoris doloribus auxiliatur. Incandescens, torridamque Bilem expurgat. Aluum modicè emollit. Pondus est à drachmis tribus, usque ad decem.

EX R̄BENGVEFIT.

Nervos mirè roborat.

EX RASE.

Probatissima quæ è fistula siliquæ recens extrahitur. Calido & frigido temperata. Alumina t̄ira molestiam purgat. Phlegmonas effervescentes curat, asperæ potissimum Arterie. Ceterum ad calidum magis quàm ad frigidum uerget, principium enim fere primi ordinis attingit. Ex Aegypto, & Syria aduenit.

CALIDA, ET SICCA,
PRIMI ORDINIS.

Oryza.	Vna.	Nardus Montana
Abinthium.	Vinacea.	Malabathrum.
Scirpium, mari- num uicè abinthiū.	Nuclei Acinorum.	Gallia.
Santonicum absin- thium.	Vua passa.	Cupressus.
Sarcocolla.	Omphacium.	Filix.
Stichas.	Vinum Omphaci- te Acerbum uicè.	Filix fœmina.
Melilotus.	Vinum.	Gummi Iuniperi.
Iuncus rotundus odoratus.	Labrusca.	Senna.
Acacalis.	Oenanthe floræ Labrusca.	Pistacia.
Lini semen.	Vitis syluestris.	Rubia.
Chamemelon.	Vitis alba.	Pœonia.
Apiastrum.	Vitis nigra.	Phu.
Dadi.	Cassutha.	Pinus ac Picea.
Aegylops.	Kadi.	Fructus Piceæ Piniq̄.
Alpalathus.	Hedera.	Nuclei Pineæ nu- cis.
Piperella.	Helxine cissampe- los.	Sacolla.
Sericum.	Elatine.	Chachile.
Triticum.	Volabilis minor.	Xylon.
Farina.	Ladanum.	Lithospermum.
Furfur.	Dracunculus.	Canabel.
Amylum.	Arum.	Dactyli.
Panis.	Phillyrea.	Lolium.
Fermentum.	Manna:	Fumaria.
Populus alba.	Styrax.	Gingidium.
Tamarix.	Stafte.	Anemone. (cum. Ocimū Aethiopi.
Brassica satina.	Isatis.	Lupinus satius.
Cyma Brassicæ germen.	Caries.	Chondrus.
Brassica agrestis.	Naramusch.	Zea.
Brassica marina.	Saccharum.	Althea.
Eruum.	Penidij.	Aleca.
Coriandrum.	Nardum.	Eupatorium.
Vitis fatua.	Nardus Gallica.	Agaricum.

DE ORYZA

CAP. XXIII.

NOMENCLATURA.

A R Z, seu Arzi, Arabibus. Ὠρυζα, Græcis. Ori-
za, Latinis. Rizzi, seu Rizum, Barbaris. Rizum

Officinis. Riso, Italis. Ris, Gallis. Reisz, Germanis. Ar-
roz, Hispanis.

EFFIGIES, AC LOCVS.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. Cap. CXVI.

In genere Frumentaceo Oryza est. nascitur palustri-
bus, & uliginosis locis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. V III.

Oryza habet adstrictorium quippiam: quare mediocri-
ter uentrem fistit.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. Cap. CXVI.

Medias in nutriendo vires habet. Comescit præter
hec etiam Alum.

EX SINDARAXAR.

Prolificam adauget Semen. Si quando assumitur, Ege-
stiones, Vrinæ, ac flatulentos spiritus minuit.

EX MESARVGIE.

Ad summum peruenit siccitatis. Intestinorum ulceribus
& mordicationibus cum bibitur, aut Clystere infunditur
auxiliatur. Rubellum obtinens ualentius adstringit.

DE ABSINTHIO

CAP. XXV.

NOMENCLATURA.

ABSINTHIUM, Arabibus. Ἀψίνθιον, Græcis. Ab-
sintium, Latinis, & Officinis. Absenzo, Italis. Al
wyne, & Absince, Gallis. V uermuot, & Essenz, Germanis.
Afsensio, aut Donzel, Hispanis.

EFFIGIES, LOCVS ATQ̄. ELECTIO.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. Cap. XXVI.

Notum omnibus Absinthium est. Antecedit bonitate om-
ne aliud quod in Põto et Capadocia monte Tauro nascitur.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Meth. Meden. XI, Cap. XVI.

Cum aut duplex in omni absinthio facultas & qualitas
sit ueluti in libris de medicamentis est traditum, utiq; in põ-
tico adstringendi facultas non parua est: In reliquis omni-
bus amara quidem qualitas est uehementissima, adstrictio
uero (quam saltem gustu agnosces) aut planè obscura, aut
proorsus nulla sentitur. Proinde ponticum ad iccinoris &
uentris phlegmonas eligi præstat. Porrò id est tum folio,
tum flore longe quàm cetera Absinthia minore. odor
quoq; huic non modo non insuauis uerumetiam aromati
quid præferens, reliquis autem omnibus est sedus. Quare
hec fugere conueniet, uti autem semper. Pontico.

Simp. Med. VI.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

Abſinthium alari. Toriam, & amarum, & acrem ſimul qualitates poſidet, excaſfaciens pariter & extergens, & roborans, & deſiccans: propellit bilioſos ventris humores per egeſtioneſm infernam propellit, ac per urinas euacuat. Magis autem quod in uenis eſt bilioſum, per urinas expurgat. Ob hæc contentam in ventre pituitam nihil addiuuat ſumptum: ſic ſanè ſi in thoraçe aut pulmone contineatur. Nam aſtringens in eo facultas, quàm amara ualentior eſt. Porro quod inſit quoque acrimonia, idcirco maiori portioe talidum eſt quàm frigidum. At ſi opus eſt generatim comprehenſam eius temperiem ſecundum primas circumſcribere facultates (eſt anomacomeres & diſſimilare ſit) talidum ipſum dixerim primi exceſſus ſiccum tertij. Succi tunc autem eius longè quàm herba ipſa calidior eſt.

EX DICORIDE Lib. III. Cap. XXVI.

Eſt Abſinthio caleſcendi aſtringendiq; uis, concoctio nes adiuuat, purgat que in ſtomacho & alio bilioſa heret. Quinetiam urinam cit, & preſumptum erapulas arceat. Facit idem ad inſtationes ſtomachicæ & alui dolores cũ ſeſeli aut Gallica Nardo potum. In cibi auerſione appetentiam excitat. Sanat ſuffuſos ſelle dilutum decoctum ue Abſinthij, trium cyathorum pondere quotidie hauſtum. Menſes idem potum & ex melle apoſitum trahit. Bibitur cum aceto utiliter contra fungorum ſtrangulationes. Bibitur & cum uino contra lxiam, Cicutam, Muris aranei morſus & Draconem marinum. Anginis cui melle addito Nitro utiliter inungitur, & contra epinyctidas, cum aqua: contra ſugillata, cum melle, et cõtra hebetes oculos aquoſoſq; ſanguinis humores, quos Græci ichoras uocant: deſtillantes aures eodem modo: Aurium dentiumq; dolores Abſinthij decoctum uaporis ſui ſuffuſu lenit. Idem in Paſſo decoctum, contra oculorum dolores emplaſtri modo imponitur. Imponitur eodem modo & contra præcordiorum, iectoris & ſtomachi dolores, diutinaſq; earum partium uale tudines, ceratõ quod Liguſtrino oleo conſectum fuerit coactum: quamquàm pro ſtomacho utilius quod Roſaceo ſubactum fuerit ceratõ. Conſert præterea Abſinthiũ cutè ſubeuſtibus aquis lineoſiſq;, additis ſimulq; mixtis Fico, Nitro, et Loliacè ſarina. Coſſicitur præterea ex Abſinthio Vinũ quod Abſinthite uocant, circa Propõtidè præcipue et Thraçia, quo ad prædicã, ubi febris nõ ſit, utitur. Quinetiam eſt hæc bibedum ex eo dant, ſanitatè eo fieri arbitrantur. Creditur Abſinthiũ ſcrinijs & armarijs inditum, tutas et incolu meſes à tineis ſeruare neſſis. Creditur & ex oleo inunctum Culices longè à corporibus arceat. Quinetiam diluto Abſinthij diluatum librarium aramentum, incolumes à muribus librorum chartas, tuetur. Creditur parq; eſt, eadem omnia hæc ſuccum facere: In potionibus tamen eum non probamus, ſtomacho enim nocet, & capitis dolores facit. Adulteratur hic mixta decoctã Amurcã.

EX RASE, ET ALIIS QUAM PLURIMIS.

Succus Abſinthij ſummè amareſcit. Scorpiõis icibus mirificè quanprimùm auxiliatur.

EX ABEN MBEVAL

Abſinthium flauam Bilem quancitiſſimè purgat. Stomachum, & Inteftina lenit. Diluti, aut eius Decocti Pondus, eſt à drachmis quinque, uſq; ad ſeptem, Succiuero à ſeſquidrachma, ad binas drachmas.

EX ABIGE.

Abſinthium calidum eſt, ac ſiccum. Obſtructã liberat. Felle ſuffuſis auxiliatur. Aluum purgat. Dilutum Decoctum ue Abſinthij Melancholicos ſanat epotum, præfertim ſi unã Epithymum admiſteatur.

DE SERIPHIO SIVE

MARINO ABSINTHIO, CAP. XXVI.

NO M EN CLATVRA.

SARICAM ſive Scæba, aut Sciba, ſive Eriſion, Arabibus. Ἀψιθιον βαλαστοιον, ἢ ζερικον, Græcis Abſinthium marinum, & Seriphium, Latinis. Aſſenzo Seriphio, aut Marino, Italis. Vuellſomen, Germanis.

LOCVS, AC EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE. Lib. III. Cap. XXVII.

Næſcitur & in Aegypti Taphoſiri, quo pro Oleaginis Yamis Iſiaci ſacerdotes utuntur. Fruticoſa herba eſt, minor vi Abrotano ſimilis, ſemine onuſſa, leni amaritudine, ſtomacho inimica, grauiſſime odorata, cum caliditate aliquè aſtringens.

TEMPERAMENTVM AC IUVAMENTA.

EX GALENO. Simp. Med. VI.

Seriphon Abrotano minus eſt calidum, uerum calidius Abſinthio, Stomacho impendio inimicum, nempè cum amaritate falſedine quandam præſe ferens. Sed & quandam, licet minimam, aſtriictionem obtinet.

Simp. Med. V 1111

Eſt enim Abſinthio tum ſpecie, tum gultu ſimile: attamè diſcrepat, gultu quidem, quandoquidem non æquè ut illud aſtringat, pluſq; excaſfaciat amaritatemq; quandam cum falſeline reſpiciat: tum quod ſtomacho inſeſtino ſit, magisq; Abſinthio lumbros necet, ſiue foris impoſitum, ſiue intro in corpus aſſumptum. Et ſanè caſſacere ipſum in ſecundo ordine intenſo cenſendum eſt, exiccare in tertio.

EX DIOSCORIDE. Lib. III. Cap. XXVII.

Ea per ſe uel cum Oryzã decoctã, mox cum melle ſumptã, aſcaridas & rotundos lumbros necat, aluum ſimiliter deſiciens: Eadem poteſt obſonijs addita, aut cum Lenticula decoctã.

DE SANTONICO

ABSINTHIO, CAP. XXVII.

NOMENCLATURA.

SANTONICON, Arabibus. *Αψίνθιον σαγιονιον*, Græcis. Santonicum Absinthium, Latinis. Semen autem eius, Alexandrinum Semen, Semen Lumbri-
corum, Semen Sanctum, & Sententina, Barbaris, et Offici-
nis. Assenzo Santonico, Semen nero, Semenzina, & Se-
me Santo, Italis. Semen eius, Barbotine, Gallis. Semen ue-
ro, Vuurfsamê, aut Vuurfsomen, Germanis. Semen autè,
Iemiente de Lumbrixes, Hispanis.

LOCVS, AC EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib. II. Cap. XXVII.

Plurimum in Gallia ultra alpes nascitur, quodq; incolæ
gentis suæ uocabulo Santonicum à Santonum gente appel-
lant. Absinthio simile, non adeo tamen copioso Semine, leni
amaritudine.

TEMPERAMENTVM, AC INVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. V.

Seripho paulo imbecillius in extenuando, & excalsa-
ciendo, desiccandog.

EX DIOSCORIDE.

Lib. II. Cap. XXVII.

Eadem omnia Seripho potens.

DE SARCOCOLLA,

CAP. XXVIII.

NOMENCLATURA.

ANSAROT, seu Anaxaron, seu Anxurut,
Arabibus. *Σαρκοκόλλα*, Græcis. Sarcocolla. La-
tinis, Officinis, ac Italis. Sarcocolle Gallis. Langelotes, aut
Lanzarotes, Hispanis.

LOCVS, AC EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib. II. Cap. XCIX.

Nascentis in Periside arboris lachryma Sarcocolla est:
Tharis pollini similis, colore subrufo cum amaritudine
aliqua.

TEMPERAMENTVM, AC INVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. VIII.

Sarcocolla lachryma est arboris Persicæ, mistam uim hæ-
bet ex emplastica quadâ substantia, & paucula amara: itaq;
eitra morsum desiccet, ac proinde glutinare ulcera ualet.

Comp. Med. Secundum locos, IIII.

Concoctorium, & diffusorium est medicamentum.

EX DIOSCORIDE.

Lib. II. Cap. XCIX.

Est illi uis & natura glutinare uulnera. Oculorum de-
stillationes sistit, misceturq; emplastris, & admixto Gummi
adulteratur.

EX ABENGERIG HERMITA.

Carnem ulcerum putrescentem erodit. Lipitudinem
quam Græci *δραχμαλιον* uocant, quam effuscissime inuat,
ac potissimum Amylo, & Saccharo albo admixta.

EX ATABARI.

Fracturas quidem instaurat. Carnem in ulceribus gi-
gnit, eaq; cum melle expurgat. Cum Oui albumine, aut La-
ctè admixta, exiccataq; trita, ac cribrata, sicq; in tenuissi-
mum pollinem redacta, Oculis admoetur, ac Ophthalmis,
seu Lipitudini auxillatur.

EX ABEN MESVAL.

Crassam uiscidam expurgat Pituitam. Pondus est, cū
alijs medicamentis, primò ex decocto macerata, à drachma
una, ad duas usque. Sola enim non assumitur, ob uim eius
quidem nocentissimam.

EX ABIGE.

Sarcocolla quidem admodum est acris, ac corrosiua. Vl-
cerum enim carnem exedit. Priuatim etiam Lipitudini, ul-
tra alia medicamta, quam magnifice auxillatur, presertim
cum Amylo, & albisimo Saccharo permixta. Potata insu-
per alium educit, indeq; Oculis mirè opitulatur. Crassam,
potissimum Pituitam expurgat, præcipue à Iuncturis,
Ischio, ac Geniculis, idq; ualidet, at aliqui cum caliditate.
Medicamenta alia ad expulsionem è cor pore adiuuat. Exul-
cerat Oculos, & intestina, nec non ea sanè excoriat. Te-
nesmumq; inducit, ob instam nimirum acredinem: uiscidum
namq; Gummi existit, cumq; teritur, ac humectis occurrit. si
ue manibus, siue uasculis, pertinaciter adheret. Lentore ca-
ius, atque acredine, nec non hærendi perniciacia, maxime in
testina lædit. Sola, aut cum alijs medicamentis, in etate uiri-
li ebibita, Caluitium facit, ac capillorum desumia, Inueni-
bus quidem non sine mora, Senibus uero quamcissimè.
Optima quæ albisima, ac fractu facillima, quæq; in maxi-
ma frusta aduehitur. Ex oleo Nucum atteritur, infrenat
enim eius acredinem, sicq; ab exulceratione, atque erosione
Intestina liberat, namq; adeo constanter minime adheret.
Nucum etenim caliditas non parum infite frigiditatis è
Sarcocolla aufert. Cæterum si cum oleo Amygdalino pa-
res, Pondus Olei sit ad duplum, uel triplum, presertim si
Catapotia ingrediatur, sola uero exhibita, absque alterius
medicamenti mixtione, sit ad decuplum. Parata autem ex
oleo Ricinino, Senibus, atque senioribus potissimum conue-
niet, Inuenibus uero nequaquam, Siquidem calor Inuent è
innatus, Ricinini caliditate haud feret. Pondus olei Ricci-

nini sit, ut tantum dissolui queat, tunc cum alijs medicamen-
tis permisce, Sola sic parata exhibetur ad pondus sesqui-
drachmæ, ad binas drachmas, cum quarta nimirū drachmæ
parte. Medicamentorum vero, quæ cum ea commiscentur,
pondus est à semidrachma, ad duas drachmas. Probatoria,
quæ magis Sarcocollæ admixtioni quadrent, sunt Sagape-
num, Myrobalana, Tripolium uulgò Turbit, Aloe, Am-
moniacum, Bdellium saracenicum, Semina etiam tum Apij,
tum Ameos, atque consimilia.

DE STICHADÆ

CAP. XXIX.

NOMENCLATURA.

ASTOCHODOS, seu Astuborados, seu Astu-
chudes, Arabibus. ΣΤΙΧΑΔΣ, Grecis. Stichas, seu
Stochas, Latinis. Sticados, seu Sticados Arabica, Offici-
nis. Stecha, seu Stechade, Italis. Stichashraut, Germanis.

LOCVS, AC EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib. III, Cap. XXXI.

Nascitur in insulis Gallie et regione Mafilia quæ Stichi-
chades nominantur, unde et nomen inuenit. Fruticosa her-
ba est. Comâ similem Thymo habet, longiore tamen folio
est, et aspero sapore, cum amaritudine aliqua.

TEMPERAMENTVM, AC IJVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. VIII.

Stichadis gustu quidem qualitas amara est, et medio-
riter subadstringens, ceterum temperies cõposita nempe
ex terrena essentia frigida exigua, unde sane adstringit
et extenuata altera terrena copiosiore, à qua utique ama-
ra est. Ob utrorumque uerò conuenientiam et coitum, ob-
structione liberare, extenuare, extergere, roborareq; tu-
m uiscera omnia, tum totum corpus est nata. Suprà nãque
ostensum est, quòd quæ ex eiusmodi essentijs constant medi-
camina, dictos affectus reddere possent.

EX DIOSCORIDE.

Lib. III, Cap. XXXI.

Facit decoctum eius, quemadmodum et Hyssopi, ad pe-
storis mala. Miscetur antidotis utiliter.

DE MELILOTO, QUÆ

A ROMANIS SERTVLA CAM-
PANA DICITVR, CAP. XXX.

NOMENCLATURA.

ALCHILEL MELICH, seu Achilil alme-
lech, Arabibus. ΜΕΛΙΛΩΤΟΣ, Grecis. Melilotus,
Sertula campanna, et Corona regia, Latinis. Melilotus.

Officinis. Meliloto, Italis. Melilont, Gallis. Vnser frauen
Schuechlin, seu, Vuilden hlee, Germanis. Corona de rey,
Hispanis.

EFFIGIES.

EX ISAAC EBBN AMRAM.

Melilotus herba est, quæ Folia habet rotunda, uiridatq;
Ramulos exerit perquam exiles, ac Folla rara. Semen in
siliquis profert quantenuisimum, atque admodum etiam ro-
tundis, in quibus rara granula seminaue clauduntur, glauci
pallidius coloris, rotunda, granulosq; et Sinape minoræ. Ex
Meliloto autem potissimum Silique, clausaq; intus Granu-
la seminaue, in usu habentur.

LOCVS, ATQ. ELECTIO.

EX DIOSCORIDE.

Lib. III, Cap. XL, VIII.

Probatissima Attica, et que in Cyrico et Chalcedone
nascitur, croci colore et odorata. Nascitur in Campania
circa Nolam eius regionis urbè, colore luteo et odore in-
firmo.

TEMPERAMENTVM, AC IJVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. VII.

Melilotum miste facultatis est: habet enim quiddam ad-
stringens: sed et digerit et concoquit: copiosior enim in
eo est substantia calida quam frigida.

EX DIOSCORIDE.

Lib. III, Cap. XLV, III.

Habet Campana fertula adstringendi uires: mollit in-
flammationes omnes, præcipueq; oculorum, muliebrum lo-
corum, selis et testium in passo decocta, et emplastri modo
imposita: et additis aliquando oui uittello, sænogræci fari-
næ, aut lini semine, aut tritici polline, aut papauerum uiscu-
lis, aut intybo. Sanat et meliceridas per se recentes ex
aqua: et manantia capitis bulcera cum creta Chia uinoq;
aut galla inuncta. Lenit et stomachi dolores in uino elixa
crudatæ cum aliquo ex prædictis. Finit dolores aurium
crudæ Campanæ fertule expressus succus, et cum passo
auribus infillatus. Quinetiam capitis dolores leuat cum
aceto aut rosaceo inspersus.

EX BEDIGORAS.

Symmetram habet facultatem, superfluitatesq; potissi-
mum digerit, ac dissipat.

DE ROTVNDO ODOR, A

TO IYNCO, CAP. XXXI.

NOMENCLATURA.

ADCHER,

ADCHER, seu Adhobec, seu Adchar, Arabibus. *Σχόνος, ἢ Σχόνος ὑπερφύκος, ἢ ὑπερφύκος ἢ Σχόνωκος*, Græcis. Iuncus rotundus, & odoratus, Latinis. Schoenanthum & Palea Camellorum, Barbaris. Squinatum, Officinis. Gionco odorato, & Squinanto, Italis. Paireure de Chameaux, Gallis. Camelsheu, Germanis.

EFFIGES, AC LOCVS.

EX ABOHANIFA.

Rotundus odoratus Iuncus herba est, quæ radices habet subterraneas, ramulos uero quàm exiles. Radix tamen **CHVLEN** assimilatur, quamquam paululum amplior, ac minoris tuberositatis. Fructum fert Harundinum paniculis non ab similem, uerum tenuiorem, ac nonnihil etiam minorem. Rotundus autem odoratus Iuncus conteritur, ac medicamentis summe odoratis permiscetur. Solus rarissime crescit, uerum illius quamplurimæ plantæ confestim, una nedum uisa, spectantur. nam ferè uniuersum solum ubi crescit, copiosissime explet. Prouenit in locis humectis, ac pratensibus. Cum autem exiccatur albefcit.

EX ISAAC EBEN AMRAM.

Rotundus odoratus Iuncus herba est Palea instar, quæ ramulos habet prætenues, duros, ac numerosos. In quorum summitatibus insunt Spice lanuginose, quæ nimirum lanugo, flores odorati Iunci, censetur. Si quando atteritur optimum exhalat odorem, corticem autem uenule apparent nigre, interius uero albe, ceterum sapor est amarus. Flores, Radices, & Folia in usu habentur.

ELECTIO.

EX DIOSCORIDE,

Lib. I. Cap. XVI.

Nascitur Iuncus hic in Libya, nascitur in Arabia, nascitur & in parte eius quæ Nabathæa dicta est, qui omnium maxime probatur. Secundum bonitatis honorem habet Arabicus, quem plerique Babilonium uocant, quidam uero tentebitum. Pessimus omnium Lybicus est. Eligito recentem, ruffo ignis colore aliquo copioso flore densum, & qui seipsum par puræ colore aliquo aspicitur, græcilem, suauitate odoris qualis in rosis sentitur quam manibus teritur, olen tem, & seruidæ in lingua mordacitatis cuiusdam. Floris, culmi & radice usus est.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO,

Slomp. Med. V. 111.

Schinu anthos modicè calfacit, modicèq; etiam adstringit: nec planè à tenuitatis natura alienus est. Quocirca his de causis urinam mouet, mensesq; ciet adhibitum siue in fomentationem, siue in potionem. prodest & iccoris & stomachi, ac uentris phlegmonis. Magis eo adstringit radix. Quod uerò florem uocant, calidius est. Porro in omnibus sui partibus, in alijs magis, alijs minus, gustantibus appa-

ret adstrictio: proinde medicinis quæ hemoptoicis, siue sanguinem reicientibus exhibentur, commiscetur.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. Cap. XVI.

Cit urinam odoratus rotundus hic Iuncus, menses ducit inflationes soluit, capitis grauedines tamen facit, & leniter adstringit: frangit præterea, maturat & aperit, flores eius contra sanguinis excretionem, dolores stomachi, iccoris & renum in potionem utiliter dantur, & antidotis miscentur: radix maiore uel adstringendi, eamque ob causam contra stomachi ex repletionem fastidia datur: Datur & contra cutem subeuntes aquas & conuulsa, cum pari pipere ponderè aliquot diebus. Decocto eius præterea insidentibus muliebri locorum focminis apte inflammationes fouentur.

EX ABIGE.

In Theriacis libello.

Oleum sanè rotundi odorati Iunci, ad omnem pruritus mirifice confert. Lasitudines in animantibus sponte natas propellit. Ad Vitiliginem etiam, quæ *Λύκη* Græcis nuncupatur, magnificè conducit.

DE ACACALIDE,

CAP. XXXII.

NOMENCLATVRA.

ATHEL, Arabibus. *Ακακάλις*, Græcis. *Acacalis*, Latinis.

EFFIGES, LOCVS AC IUVVAMENTA.

EX ABOHANIFA.

Acacalis frutex est arborescens, ealium ramulis sarsum prospectans, folia excrens longa, exilia, atque angusta, spinisq; carens. Paropsides, lances, scutellæsiæ, ac uascula con similia inde affabre excauant, habeturq; ueluti Nalhar. Arabores namq; unde uascula fiunt, omnes NADHAR uocitantur. Acacalis insuper frutex est quadantenus subribus, Scorpijsq; colore non ab simile.

EX DIOSCORIDE

Lib. I. Cap. CXX.

Fruticis in Aegypto nascentis Acacalis semè est, Tamaricis semini quadantenus simile, cuius dilutum collyrijs ad claritatem uisus utilibus, miscetur.

EX ISAAC EBEN AMRAM.

Acacalis est ex genere Tamaricis. Flatibus tamen uehemētius quàm Tamarix exagitur. Lignum habet, ac ramulos uirides, maculisq; rubris sparsim infectos, Folia nune rosissima, Tamaricis folijs quam simillima. Gustusq; uim adstringentem maxime ostendit. Flore caret. Fructum fert, cicerum siliquis non ab simile, rotundum, cineritij coloris, qui ad glaucedinè palloremq; potissimum uergit, pauca in

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

egranula colligens inuicem agglomerata, atque conuicta,
Dulcia nominata, quæ nimirum Februario mense colligun-
tur.

EX DIOSCORIDE.
Libell. Cap. CXIII.

DE SEMINE LINI, CAP. XXXIII.

NOMENCLATURA.

BAZARICHICHEN, seu Bezerebetan, Ara-
bibus. Διόςκοριον, ueluti planta, Δίος, Græcis.
Lini semen, sicuti planta, Linum, Latinis. Linosa, Barba-
ris, et Officinis. Seme del Lino, & Linosa, planta uero, Li-
no, Italis. planta du Lin, Germanis. Lein, seu Leinsamen,
plata uero, Flachs, Germanis. Iemie de Lino, Hispanis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALBNO.
Simp. Med. VII.

Lini semen esu statuofum est, etiam si frigatur: adeo sa-
ne recrementitia humiditate plenum est. Est uero etiam in
primo ordine quodammodo calidum, ac humiditatis & sic-
citatís quodammodo in medio est situm.

Simp. Med. III. Cap. X.

Quin et tale quoque esse Lini semen uetus sermo prædi-
cat. Nam & ipsum quoque reuera que circa hypochondria
sunt uisceribus gratum est, minus tamen chamemelo: quip-
pe cum & minus calidum sit, ut est dictum, et præterea es-
sentia crasse.

De Vis. Rat. in Mor. Acut. Commen. IIII.

Mollit Lini semen, idq; habet ut non manifeste calfaciat:
que maxime exposulat phlegmone omnis. Et sanè tactu ta-
le ipsum ostendit, quale & secundum uirtutem est: per quã
tepidum ipsum adhibere præcipiunt. Ceterum aque et olei
mistrã tepidam generant caliditatem molliq; & mitigat,
ut potã moderatã habens facultatem, cuius potissimum esse
debet, ut demonstrauimus & que maturant & per hali-
tum digerunt.

Alimen. Facul. I.

Nonnulli frixo quidem ipso ut obsonio cum garo, non
secus ac factitio sale utuntur: utuntur autem & melli per-
miscentes: quidam panibus quoque ipsum aspergunt. Stoma-
cho autem noxiũ est, & coctũ difficile, exiguumq; alimentũ
corpori exhibet. Quod uero ad uentris deiectionem perti-
net, ipsum nec probaueris, nec uim per aris: exiguum tamẽ
mouende urine habet facultatem, que magis apparet cum
frixum sumitur. Tunc autem alium quoq; magis sistit. Ru-
fici autem homines eo utuntur sepe numero, frixo uisq;
Mel admiscentes.

Santi. Tuon. VI.

Quin etiam Lini semen si in aqua coquas, refrigerantẽ
cremorem efficit.

Semen Lini eandẽ Fœnograeco facultatẽ obtinet: omnes
intus forisq; inflammationes discutiens & molliens cum
melle & oleo in exigua aqua decoctum: aut despumato mel-
le exceptum. Erudum uasos & spirituidines uultus a sole
factas, emendat. Discutit idem que secundum abres abesse
runt: parotidas id malum Græci nominant: duritiesq; cum
nitro & ex ficulneo cinere facta lixiuia emplãstri modo
impositum. Purgat in uino decoctum que serpunt, & bul-
cera quos suos dicunt. Cum pari nasturtio & melle sca-
bros pellit ungues. Cum melle in eclegmate sumptũ, pectus
excreatione purgat. Tusim lenit, et uenerem stimulat cum
melle & pipere coctum copiosq; pro dulciario sumptum.
Infunditur præter hæc chystere decoctum eius contra inte-
stinorum muliebrumq; locorũ erosiones, excrementorũ
educiones. In sidentibus etiam seminis muliebrum loco-
rum inflammationes non minus quam fœnograeci decocto,
uuliter fouentur.

EX ABBEN MESVAL

Cũ cera, ac Melle, emplãstri modo impositum, priuatim
reduuias sanat.

EX ATABARI

Unguibus illitum, scabritiem tollit.

EX ABYGERIG.

Vesicæ, ac Renum ulceribus egregie medetur. Abscessus
ad suppurationem trahit, emplãstri modo impositum. Assu-
tum uero, si quando ebibitur, frigida, ac humida Tusis opi-
tatur.

EX MESARVGIË.

Fœtum quemcitisimè eiicit, ac etiam Aquam inter cu-
tem Lini feminis decoctum, cum Oleo chystere infunditur,
Intestinorumq; ulceribus magnificè auxiliatur.

EX ALCHANZI.

Quamulidissimè, ut si quid aliud Fœtum expellit, atq;
cutem subeuntes Aquas.

EX RASE.

Dolores obtundit, intestinorũq; exulceratiõibus medetur.

DE ANTHEMIDE, QUAM NOSTRI CHAMO- MILAM VVLGO VOCANT. CAP. XXXIIII.

NOMENCLATURA.

DEBONIGI, seu Babunegi, Arabibus. Ανθιμίς,
ἢ Χαμομήλον, Græcis. Anthemis, Chamamelon,
Latinis. Camomilla, Officinis. Camanilla, Italis. Camemi-
nam, seu Camomille, Gallis. Camillen, Germanis. Manza-
nilla, Hispanis.

GENE-

GENERA, EFFIGIES, LOCVS, AC TEMPVS.

EX DIOSCORIDE

L. II. III. Cap. CLIII.

Genera eius tria. flore tantum inter se diuersa. Ramuli omnibus dodrantes. fruticosi, multis alarum cauis, foliis paruis, tenuibus, numerosisq; capitulis in orbem circumactis, in quibus flores sunt colore intus ad aurum in elinato. foris per ambitum circumposita folia habentes in triplici genere candida, lacteae, aut purpurea. Rute folio rum magnitudine. Nasitur chamemelum macris asperisq; locis, & secus vias & itinera. Colligitur per Ver.

TEMPERAMENTVM, AC INVAVEMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. III. Cap. X.

Est Chamemelum tenuitate quidem Rose persimile, calore vero ad olei vires magis accendens homini tum familiaris, tum temperata. Quapropter lassitudini, ut si quid aliud, cum primis confert, doloresq; sedat mitigatq;: pro te rea tena remittit & laxat: quaeq; mediocriter dura sunt emollit, quaeq; conspita rarefacit. Ad haec febres quae citra visceris alicuius inflammationem infestant, dissoluit: ac praesertim quae ex humoribus biliosis, aut cutis densitate proueniunt. Quae de re & ab Aegyptiorum sapientissimis soli consecratum est, febriumq; omnium unicum putatur remedium. Verum haec quidem in re a ueritate aberrant. So las enim quas dixi febres sanare potest, easq; percoctas: licet sane pulchre etiam reliquas omnes adiuuet, quae melancholice sunt aut pituitose, aut ex visceris inflammatione prognatae. Nam & harum remedium Chamemelum est uel strenuissimum, ubi concoctis adhibetur feliciter: quapropter & hypochondrijs, ut si quid aliud, gratum existit.

Simp. Med. VI.

Anthemis, aut Chamemelum. Dictum quidem in tertio libro copiosius est de hac herba, diciturq; nunc summam quod calfacit & desiccet in primo ordine: est et tenuius paruum, ac proinde digerendi, laxandi, & rarefaciendi uim obtinet.

EX DIOSCORIDE.

L. II. I. Cap. CLIII.

Habentq; calefaciendi et extenuandi uim flores, radices & herba. Bibentibus, decoctisq; earum insidentibus menses foetus, urina & calculi educuntur. Bibenda ileosis & insistentibus dantur. Felis suffusiones emendant, & iocinorosius medentur. Quinetiam cunctarum generum decocto utili ter uesicae uitia fouentur: calculosis tamen utilis & effica eius, quod florem purpureum habet undiq; ceteris maius, idq; proprie quida Eranthemum uocant. Quod uero Leuca themu dicunt, cientes urinis aptius, similiterq; Chrysanthemum. Sanant emplastri modo etiam impositae omnes oculo rum situlas quas agilopas uocant. Comanduae, oris huiusmodi quae apthas nominant, medentur. Vtuntur aliqui etiam ad clystere oleo tritas adicientes pellendis circularibus febribus. Seruari autem folia oportet et flores, priuatim seorsumq; tundentes, tum in passillos coformantes. Sic cari contra radices, exigenteq; usu dare aliquando duas herbe partes, floris autem aut radices unam: aliquando contra

floris duas, herbe unam tantum, alternis in indies hoc modo duplicantes, & in temperato Mafso propinantes.

DE APIASTRO,

CAP.

XXXV.

NOMENCLATURA.

BEDERANGIE, seu Bedarungi, seu Bederen regum, & Turungen, seu Trungian, & Marma cor, Arabibus. Μελισσόφυλλον, ή Μελίφυλλον, Graecis. Melissophyllon seu Meliphylon, Apiastrum, & Citrigo, Latinis. Ozimum citratum, & Citraria, Barbaris. Melissa, Officinis. Cedronella, Italis. De la Melisse, Pon cirade, Gallis. Melissen, Melissenkraut, Honigblom, Bienenkraut, Muoterkraut, Germanis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

L. II. III. Cap. CXVII.

Nomen Apiastro factum est, quod apes eo delectantur. Folia & caules habet antedicto Marrubio nigro similia maiora tantum tenerioraq; nec adeo hirsuta, odore Citri.

TEMPERAMENTVM, AC INVAVEMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. VI.

Melissophyllum Marrubio simile est facultate, sed plurimum ab eo uincitur: quamobrem nec uitur eo quissimam. Superuacaneum siquidem foret praesente Marrubio, cuius tantus est ubiq; terrarum prouetus, uelle uti Melissophyl lo: ceterum si cui forte ad manū quadoq; Marrubium nō fuerit, illo uti liceat, nō nō exciderit quāto ab hoc exuperetur.

EX DIOSCORIDE.

L. II. III. Cap. CXVII.

Bibuntur cum uino, & ex eo imponuntur utiliter Apia stri folia contra phalangiorum, serpentium et rabidi canis morsus. Fouentur praeterea eorumdem decocto eadem utilitate mala eadem. Vile et foeminis insidentibus ad duccendos menses. Colluuntur eo etiam in dolore dentes, & intestinum torminibus clystere insunditur. Succurrant & folia strangulationibus a fungis factis: In quem usum addito nitro bibitur. Succurrunt et torminibus. Dantur in eclegmate in spiritibus difficultate non nisi recta ceruice spirantibus. Strumas praeterea discutit addito sale emplastrum modo imposita. Huiusmodi purgant, & articularios dolores eodem modo imposita auertunt.

EX ABEN MESVAL.

Apiastrum, priuatim facit Animi latitiam.

EX ISAAC BEN AMRAM.

Melissophyllum ietune assumptum, frigido, ac humido Ventriculo auxiliatur. Cibum coitioni rebellem concoquit obstruata Cerebri liberat. Cordis potissimum Syncope, ac palpitationem seu tremorem, τῶν ἄλλων καρδιῶν Graecis nuncupatum, adiuuat. Affectus, sollicitudines, ac metus ex atra, retorridaq; Bile, auertit.



IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

DE DADI,

CAP. XXXVI.

NOMENCLATURA.

DADI, seu Dethiu, Arabibus.

EFFIGIES, AC IVVAMENTA.

Granum est quidem Hordeo nõ ab simile, gustu nonnihil amaro. Tritum in Baldach, uuis admiscetur, odorumq; Vinum efficit, ac meracius.

DE AEGILOPE

HERBA, CAP. XXXVII.

NOMENCLATURA.

DAVERSIR, seu dalisit, seu Dosana, aut Deuser, siue Duffer Arabibus. Αἰλώψ, Græcis. Aegilops Latinis. Auena Barbaris. Squala, in ualle Anania apud Italos.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.
Lib. III. Cap. CXXXIX.

Herbula est folia tritico similia habens, molliora tamen. In summo autem capite gerit duo triuue colore rubro semina, inter quæ aristæ ueluti capilli exeunt.

TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA.

EX GALBNO.
Simp. Med. VI.

Aegilops digerendi uim possidet: id quod ex gustu patet: leuiter enim est acris. Verum et ex eo liquet, quod phlegmonas induratas & egilopas sanat.

EX DIOSCORIDE,
Lib. III. Cap. CXXXIX.

Sanat herba eius cum farina emplastris modo imposita, oculorum fistulas quas egilopas uocant. Durities eadem discutit. Seruatur succus eius ad eadem farinæ mixtus, tum siccatus.

DE ASPALATHO,

CAP. XXXVIII.

NOMENCLATURA.

DARSISAHAN, seu Darfishaan, seu Darsis scahan, & Ayrach, Arabibus. Αρωμαλαθος, Græcis. Aspalathus, Latinis. Arbor granati syluestris, Barbaris.

EFFIGIES, LOCVS, ELECTIO, AC GENERA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. cap. XI X.

Lignosus est crebrisq; spinis aculeatus frutex. Nascitur ad Istrum Cretæ ciuitatem, & in Nisyro ex Cycladibus una. Nascitur in Syria & Rhodo. Spissandis unguentis utuntur eo unguentarij. Probatur ponderosus, & qui detracto cortice rubescit, ad purpuram ue inclinat: qui densus itidem odoratusque est, & in gustu amarescit. Est & alterum eius genus candidum, lignosum & sine odore, quod inutile habetur.

TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA.

EX GALBNO.

Simp. Med. VI.

Aspalathus gustu quidem acris simul et adstringens est, facultate uerò ex dissimilaribus constat, nempe partibus suis acribus excafaciens, partibus uero alijs, austersis scilicet, refrigerans. Itaq; utriusque ratione deficiat & proinde ad putredines & fluxiones est utilis.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. cap. XI X.

Est aspalatho natura calefacere, simulq; adstringere: ea propter in uino decoquitur, decoctioq; illo oris ulcera, quas apthas Græci dicunt, uuliter colluuntur. Infunditur idem contra ulcera que in genitalibus pascuntur, eorumq; difficiles purgationes. Infunditur & contra narium oxenias, idem pessulis additus foetus trahit. Siccit aluum & sanguinis excretionis potum decoctum eius. Solut prætere inflations & urine angustias.

EX OMAS BENTAMIN.

Aspalathus apud Pharmacopæos Herbariosue ex Ayrach, Frutex est, arboris granati syluestris, lignum habens citrinum, crassum, & odoratum. Fructus BEL nuncupatur. Quod autem intra fructum, & carnositatem clauditur, C O H O R H A B E T appellant. Medicamentum sane quod Aluum adstringit, Febribusq; auxiliatur.

EX SVLAHIN EBENHASSEN, SIVE SVLACHIN EBENHASSEN.

Est crebris spinis aculeatus frutex. inter odorata medicamenta numeratur. Florem fert croceum. Cortice detracto ad rubedinem uergit. lignorum classe censetur, us de Pharetræ ac consimilia constantur. Odorator qui ripsis succrescit. Theriacisq; passillis ingreditur. A S D A NYq; apud Barbaros uocitur.

DE PIPERELLA,

CAP. XXXIX.

NOMENCLATURA.

HEA

HAERMI A, seu Haerina, seu Haerna, seu Her-
nue, sine Kadimach, Arabibus, Piperella, Barbaris.

EFFIGIES, TEMPERAMENTVM,
AC IUVVAMENTA.

EX ISAAC EBEN AMRAM.

Haerimia est Piperella, figura instar Piperis minoris,
uerum subcitriuo colore. Facultatibus contrarijs insigni
a, caloris nempé, atque frigiditatis. Frigidis faucium dolo
ribus, atque uentris siccitati, opitulatur.

EX ABEN MESVAL.

Haerimia granum est pusillum, Pipere inferius, subcitri
num, odoratum, Agallochon reolens.

EX ALBAISARI.

Haerimia calida est, ac humida, pauca absterionis.

DE BOMBYCINO,

VELLERE, QVOD SETA VVLGO
DICITVR, CAP. XL.

NOMENCLATVRA.

HAERIS, seu Haetr, Arabibus. *مترق*, *مترق*, *مترق*
مترق, *مترق* *مترق*, recentioribus Graecis. Seric-
um, Bombycinum uellus, seu Sericum silum, Latinis, Seta,
Officinis, & Italis.

EFFIGIES, TEMPERAMENTVM,
AC IUVVAMENTA.

EX HAIRASE, EBEN MESVAL.

Bombyx aureis iam filis agglomeratis, obscuroque clau
sa carere, nec annuo uix spatio intrata, follem rostro con
tudit, ac protinus erumpit, unde oritur Habrisen, et Ken:
Folliculo autem insolato, ut Bombyx Serice extinguat,ur,
Sericum, aut Seta inde efficitur. Medicorum quidem
nonnulli Bombycinum uellus in caliditate, & siccitate
Symmetrum posuerunt, Cordi laudatissimum, ipsum
enim roborat, in eoq; sanguinem expurgat: unde medica
mentis Cordi potissimum conducentibus admiscetur, pre
sertim compositioni ex Moscho, Graecis *Δισκουρον*
scripsit. Vritur quo siccus redditum, lenigari, & tenuissi
me comminui possit, quamquam id nonnullis improbetur, ne
uires per ignem minuantur. Ceterum minutatim inciditur
admixtumq; Vnionibus potissimum, ac Electro, & Cor
rallio facillime contunditur. Alij uim per coctionem extor
quent, Decoctoq; à colatura in mortario alioque uasculo,
medicamenta sole calente infundunt, quo ad belle maceren
tur, atque imbibantur, facultatemq; omnem attraxerint. in
de q; excicant, in usumque reponunt.

DE TRITICO,

CAP. XLI.

NOMENCLATVRA.

HENTA, seu Henca, seu Hantha, Arabibus. *تري*
تري, Graecis. Triticum, Latinis. Frumentum, Bar
baris. Triticum, Officinis. Grano, & Formento, Italis.
Ble, & Fourment, Gallis. Vuyessen, Germanis. Trigo, aut
Forment, Hispanis.

ELECTIO, AC GENERA.

EX DIOSCORIDE.
Lib. II, Cap. CVI.

Probatissimum in secunda ualitudine sanis corporibus
in usu triticum est recens, quodq; integro incremento cre
uerit, & laeoo colore est, Laudatur post hoc trimestre, si
tanium ab aliquibus appellatum.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. V 114.

Triticum ut alimentum quidem quam habet naturam,
non est huius instituti exponere: ut medicamentum uero fo
ris impositum, primi est ordinis excalescentium: non ta
men nec resiccare: nec refrigerare manifestè potest, habet
uerò etiam quiddam lentoris, obfruentisq; naturae.

Alimen. Facal. I.

Aiunt enim Typham paruum Triticum esse, eamq; Equos
sine noxa mandere: uerum autem Triticum, non sine noxa.

EX DIOSCORIDE.
Lib. I, Cap. CVI.

Gignit rotundos alui lumbricos crudum in cibo tri
ticum. Commanducatum protinusque illitum triticum, rabi
di canis morfibus opitulatur.

DE FARINA,

CAP. XLII.

NOMENCLATVRA.

DIKICH, seu Dehat, Arabibus. *ألفوف*, Grae
cis. Farina, Latinis, Officinis, ac Italis.

IUVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.
Lib. II, Cap. CVI.

Trimestris Tritici Farina cum Appollinaris herbae sue
co cõtra intestinorum inflaciones, & in neruos destillatio
nes utiliter illinitur: & ex aceto mulso lentigines delet.

Trimestris etiam Tritici farina ex aceto uinoque, con
tra iniurias eorum quae istum morsue uenenum relinquunt
utiliter illinitur. Quinetiam haec ipsa glutinis modo elixa
linctu sanguinem expuentibus prodest. Facit eadem ad tuf
sim fauciumq; asperitates cum Menta & butyro elixa. Di
scitit inflamationes omnes in mulsa aqua, aut in aqua cui
oleum admixtum est, quam hydeleum dicunt, decoctus tri
tici pollen.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

EX HVNA SIVE HVMAIM.

E Tritico Farina glutinis modo elixa, linctū sanguinis reiectioni, pulmonis exulcerationibus, Tussi, ac Faucium asperitati auxiliatur:

DE FURFURE,

C A P. XLIII.

NOMENCLATVRA.

NOKALE, Arabibus. Νίτρογον, Græcis. Furfur Latinis. Sembola aut Semnola, & Crusca, Italis:

TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. V.

Et ipsius etiam triticeæ farine quæ pura est, tum panis quoque qui purus est, puri mouendo competentiore est, mirum cum furfur minus sit calidum, & magis desiccet.

EX DIOSCORIDE.
Lib. II. Cap. CVI.

Elixi in acerrimo aceto tritici Furfures calentesq; illiti, lepras pellunt. Incipientes inflammationes omnes itidem illiti leniunt. In Ruta decocto elixi etiam tumentes à parvula mammæ sedant. Viperarum morsibus & torminibus subueniunt.

EX ABEN MESVAL.

Siquando per noctem in aqua maceratur, ac mane coletur, unctis cum Amygdalarum oleo concoquatur, moxq; cum Saccharo potetur, humores Thoracis imbibitus ad coctionem perbellè adiuuat.

DE AMYLO,

C A P. XLIIII.

NOMENCLATVRA.

NIXE, seu Nessaftegi, & Nesa, Arabibus. Ἀμυλον, Græcis. Amylum, Latinis. Amidum, Officinis. Amido, Italis. Amydum Gallis. Amlung, & Krossmel, & Amidum, Germanis. Amidon, Hispanis.

TEMPERAMENTVM.

EX GALENO.
Simp. Med. VIII.

Porro quod ex Tritico conficitur Amylum, eo tum frigidius est, tum siccius.

ELECTIO, FABRICA, AC IVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.
Lib. I. Cap. CXII.

Quod sine mola conficitur Amylum, sic dictum est. Probatissimum quod ex trimestri tritico conficitur, natione Creticum aut Aegyptium. Conficitur ex trimestri purgato tritico Amylum hoc modo: Madescit triticum quinquies in die mutata aqua, & si fieri potest, nocte etiam. Quum autem tenerescere inceperit, sensim oportet deplere aquam, ne simul quod queritur ex tritico utile defluat. Quum deinde emollitum penitus teneritudinem contraxerit, depleta aqua pedibus calcandum. Mox superinfusa iterum aqua, calcandum iterum est. Postremo qui super natatum furfures cribro aliquo excipiendi, & quod supererit furfuribus purgatum per colum traiectum, quam primum in tegulis novis sub ardentissimo sole densandum: humidum enim quam primum accescit. Facit Amylum ad oculorum destillationes, eorum concava ulcera & pustula. Siftit potum sanguinis excretiones, lenit faucium vitia, & præter hæc lacti & obsonijs miscetur. Conficitur & ex Zea Amylum uno altero die ea madente fruge & lota, manibusq; ut in confectioe panis fit, subacta, moxq; ut præmonstratum est, sub ardentissimo sole siccata. Sic tamen confectum Amylum in medicinae usu inutile, in reliqua vita utilissimum.

DE PANE,

C A P. XLV.

NOMENCLATVRA.

KOBOS, seu Cobs, aut Chabzi, seu Chobzi, Arabibus. ἄψρος, Græcis. Panis, Latinis. Pane, Italis.

ELECTIO,

EX DIOSCORIDE.
Lib. I. Cap. CVI.

Qui sit ex tritici simillagine panis, nutriendo magis eo est à quo nihil cribro excussum fuerit, quem Græci Syncomiston dicunt. Qui ex trimestris tritici farina fiet, leuior erit, & faciliè digeretur.

IVVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. VIII.

Quod uerò ex pane sit cataplasma, uim habet magis digerentem quam quod ex tritico: nimirum cum & salem, et fermentū panis adiuncta habeat: quippe cum fermentū uim habeat attrahendi digerendiq; ea quæ in alto resident.

EX DIOSCORIDE.
Lib. I. Cap. CVI.

Panis ipse etiam in aqua mulsâ coctus, nec minus etiam crudus, maxima molliendi refrigerandiq; uim quam habet, omnes inflammationes illius lenit, præsertimq; admixtis succis herbisq; alijs ad id faciendis. Eulentem sifit alium uetusius siccusque per se & admixtis alijs panis. Sanat uetusitas impetigines recens panis ex muria impositus.

DE FERMENTO,

CAP. XLVI.

NOMENCLATURA.

KAMIR, seu Chamir, Arabibus. Ζύμη, Græcis. Fermentum, Latinis, & Officinis. Lieuito, & Leuame, Italis. Leudura, Hispanis.

TEMPERAMENTVM, AC INVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. VI.

Fermentum tenuium est partium, et mediocriter calidum. Proinde sanè sine molestia ac mordacitate que in profundo sunt tum extrahit, tum digerit. Ceterum ex contrarijs & ipsam facultatibus temperatum est, sicut alia multa. Particeps namque est aciditatis cuiusdam frigida, & caliditatis ex putredine natae cui accedit et ea quæ ex salsis est farinae et nã.

EX DIOSCORIDE.
Lib. II. Cap. CVI.

Confectum ex triticea farina fermentum, calefaciendi extrahendi, uti quam habet plantarum uitia, callos. f. in pedibus, extenuat, tuberculaque alia & furunculos, cum sale maturat & aperit.

EX ABEN MESVAL

Fermentum quidem pistoricum, iam probè fermentatum, Aqua maceratum, indeque ad duas horas colo transfusum, at que cum spodijs Radicumque & Cannis crematarum semiscriptulo, necnon cum Croci semibolo, cumque Sacchari albisimili scriptulo admixtum, cum tribus Aquæ drachmis, Puerulis maxima cum siti febricitantibus propinatur. Febres enim expellit, atque sitim extinguit.

DE POPVLO ALBA,

CAP. XLVII.

NOMENCLATURA.

HAVR, Arabibus. ألبوم, Græcis. Populus alba, Latinis. Albero, & Pioppo, Italis. ung. Peuplier, Gallis. Sarbachbau, mit Vneiffen blettern andè, Germanis.

TEMPERAMENTVM, AC INVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. VII.

Leuce arbor mista quodammodo temperatura est. ex aqua tepida & terrena externuata essentia: quamobrem et abstergentis facultatis est particeps.

EX DIOSCORIDE.
Lib. I. Cap. CXL.

Potus populi albæ cortex unciæ unius pondere, coxendici et uesice stillicidio opitulatur. Creditur idem potus cum

mali renibus, sterilitatem facere. Feruntur itidem pota à purgatione statim ciusdè arboris cum uino folia, idem præstare. Contra aurium dolorem tepidus eorum succus utiliter instillatur. Conuoluta in orbem pilule modo, in prima germinatione populi albæ folia, concisa & ex melle mista hebetibus oculis molentur. Testati aliqui sunt, nigra, & albæ populi cortices in exigua fragmenta sectos, mox instercoratis hortorum areis sotos, quacunque anni temperate fungos qui edendo sint, gignere.

DE TAMARICE,

CAP. XLVIII.

NOMENCLATURA.

TARFA, seu Carfa, seu Tharse, Arabi us. Myg^{li}on, Græcis. Myrice, & Tamariz, Latinis. Tamariscus, Barbaris, ac Officinis. Tamarigio, Italis. Tamarisc, Gallis. Tamarisch, & Porst, Germanis. Tarai, seu Tamari, Hispanis.

EFFIGIES, LOCVS, AC GENERA.

EX DIOSCORIDE.
Lib. I. Cap. CXVIII.

Nota omnibus arbor Tamariz est. Nascitur prope paludes & in stagnantibus aquis: fructum fert quemadmodum & florem concretionem suam muscosum. Nascitur satiuua quædam Tamariz in Aegypto et Syria, in cæteris agrestis similitis, sed femine galles similitis, quod gustu inæqualiter adstringat.

TEMPERAMENTVM, AC INVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. VII.

Myrice abstergentis est accidentis facultatis, absque perspicua desiccatione: habet uerò etiam adstrictionem nonnullam. Has ob qualitates facultatesque, admodum prodest leni indurato decocta cum aceto, aut uino, siue radice, siue folijs, siue extremis ramulis. Sanat porro dentium dolores. Ceterum fructus & cortex non paucam sortiti sunt adstrictionem, adeo ut galles omphacitidi proxima sint, nisi quoddam acerbitas euidentis est in galla, sed Myrice fructui temperatura inest inæqualis: immixta enim natura eius multa partium tenuitas, atque uis abstergentis: quod sanè galles non accidit. Attamen ubi galla forte ad manum non erit, eo uti liceat ad omnia ad que illa utitur: in cistam & cortice. Porro Myrice combustæ cinis admodum desiccatorie facultatis est plurimam habens abstergentis et incendiis facultatis, pauxillam adstringendi.

Ad Glaucorem, II. Cap. V.

Splenem induratum non solum de foris fortibus medicamentis curare conuenit, sed etiam per fortissimas potiones: nam eas sine molestia tolerat, ex quorum numero primas partes sibi uendicant Cortices radicum Capparis, &

Scolopenarium, & Myrica Radix, atque Similitates, omnibus huiusmodi in Aceto, uel Oxymelute coctis.

EX DIOSCORIDE.
Libel. Cap. CXVII.

Semen quidem nice Gallæ oris oculorumq; medicinæ et eruentis spatis in potione accommodatum sit: Cœliaci præterea, foeminarum fluxionibus, suffusis felle, & phalangiorum moribus. Idem tumores illium reprimi. Semini eadem potest & cortex. Coquantur in uino Tamaricis folia, potumq; eorum decoctum lienem minuit. Collaütur eo in dolore dentes, sount urq; eodẽ insidentes utiliter ad fluxiones suas feminæ. Apte inde inspergitur his in qbus lentes & pediculi abundant: ligni etiam cinis foeminarum fluxiones sistit appositus. Fuit præterea ex Tamaricis ligno calices à quibusdam, quibus leniosi in bibendo utuntur, utilissimo eis, ut credunt, in hac materia potu.

EX MESARVGIE.

Myrica nimirum combusta Cinis, ulcera omnia exci- cat, præsertim ambusia igni.

EX ALCHANZI.

Tamarix quidẽ frigidis tumoribus, suffita egregie auxiliatur. Mihi etiam uir admodum sile dignus reuult, Mulierem Elephantiasii laborantem, solummodo ex radicẽ Tamaricis decocto, cum Passulis, multotiens ebbit o, curatam. Quod in alia Muliere experti, omnino sanitati resitutum cõspeximus. Mali namq; origo non solum propter Lienis tumorem, uerum etiam meatus obstructionem accidit. Nam Attractrix facultas impedita, atræ Bilis facultentis humor à Liene exclusus, impurus ac uitiosus Sanguis subinde in uniuersum effundebatur corpus, unde Elephantiasis effloruit. Ceterum tumore exoluto, atque obstructione reclusa, ob exhibiti potissimum medicamenti facultatem, natura namq; incidiit, atq; abstergit, pristinan induere sanitatem.

DE BRASSICA SATI-
TIVA, CAP. XLIX.

NOMENCLATURA.

CORUMB, seu Karumb, Arabibus. *Korumb*. *Bn* *hijqos*, Grecis. Corambele, & Brassica satina, Latinis. Caulis, Barbaris, ac Officinis. Cauolo, & Verza, Italis. Choils, Gallis. Kol, Germanis. Verza, Hispanis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.
Stimp. Med. VII.

Brassica esculenta desiccandi uim habet tum esa, tum fo- ris imposita, non tamen etiam admodum acrem. Alioqui et ulcera glutinat & maligna ulcera sanat, præterea phlegmonas iam induratas, ac agrè solubiles, et id genus quoq; erysipelata. Eadem facultate epinyctidas et herpes sanat.

Habet quiddam etiam in se absterforium, quo lepras curat. Porro semẽ eius potu lubricos interfacit, maxime brassice. Aegyptia, quantò ea scilicet temperatur à fierior est. Sanè amaræ qualitatıs particeps semen est, sicut uidelicet omnia alia medicamenta que ad lumbricos idonea sunt. Secundũ eandem facultatem epellidas, & lentes, & quæcunq; modicam absterfionem postulant, adiuuat. Porro caules brassice combusti cineres efficiunt admodum desiccantes, ut uidelicet iam & causticum siue adurentem uim participant. Hac ratione ei ueterem adipem commiscentes, ad inueteratos laterum dolores, & si quid eius fuerit generis aliud adhibent. Nam ualent er digerēs pharmacum efficitur.

Alimen. Facul. II. Cap. XLIII.

Hanc quoque pleriq; ut obsonium mandunt: medici autem ut siccatie medicamento utuntur. Dicitur autem id quædam de hac fuerunt in libris de medicamentorum facultatibus, tum etiam libro superiore. Nunc autem summatim dicemus, ipsius quidem succus facultatem habere purgatricẽ: corpus autem ipsum, communi scilicet ratione sistere magis, quam ad deiciendum incitare. Cum igitur, quæ in uentre continentur, excernere uoluerimus, è propinquo uacca bo, in quo cocta cum aqua fuerit, extractã ipsam protinus in uasa, in quibus oleum cum garo paratum fuerit, conijcere cõueniet nihil aliud retulerit, si saltem loco garu sum- pseris. Quod si humentem alium siccare uoluerimus, priorẽ aquam, ubi brassica mediocriter cocta uidebitur, effras dentes, aliam calidã mox iniiciemus: ac deinde rursum brassicam, quoad contaberit, ei incoquemus: quod non facimus cum uentris deijciendi gratia sumitur: uolumus enim hoc ea su proprium succum omnem non deponere, sed quo ad fieri maxime licet, retinere. Porro nihil quod coquitur, proprium succum seruare omnino potest: quin potius oĩm abiciat, si coctum diutius auferis. Quin & lenticiulum diximus eodem quo brassicam modo oportere parare, ut quæ utrunque possit efficere, uentris subductionem scilicet, & cohibitionem. Vocatur autem que sic paratur, bis cocta, et lens & brassica: sed & cepa & porrum, & multo magis ampeloprasum & allium: & si quid aliud à ueteri natura ad contrariã uelis traducere, sic parabis, huius autem omnia memor, nihil quod bis coquitur, oportere, neque aerem, neque aquam frigidam contingere: non enim poterit amplius etiam si diutissime coxeris, planè tabescere, sed oportet, ut paulo ante diximus, aquam calidã habere paratã, ut cũ ex priore extraxeris, in illam protinus conijcias. Lens ita que & Brassica equali in se mensura siccat, ob idq; usum hebetant, nisi forte totus oculus humidior fuerit, quam naturalis habitus postulat. At lens quidem non exiguum corpori dat alimentum, idq; crassũ ac melancolicum: Brassica uero paucum habet alimentum, idq; quã lens humidius, ut quæ edulium est non firmum, sed laxum: succum tamen habet non probum ut lactuca, sed prauum & graueolentem. Quod uero ad urinas attinet, nihil ipsas (quod sciam) instig- niter neque promoctant, neque morantur. Qui perditissimam ac falsam doctrinam consecutantur, olus hoc p'ea dæ- uoy contendant appellari: perinde ac si iam cum ijs Atheni- ensibus, qui ante sexcentos annos fuerunt, nobis esse iere-
mo,

mo, non cum Græcis qui nunc sunt, quibus omnibus mos est, in nulla alia planta, brassicæ nomine uti.

EX DIOSCORIDE
Lib. II, Cap. CXLV.

Bonam facit alium suberudæ sativæ brassicæ eibus. Si fuit contra percocta, multoq; magis bis aut in lixivio cinere cocta. Maior est per ætatem brassicæ acrimonia: stoma-
choq; nocet, Non est ut amaritudinem quæ in Aegypto nascitur brassica. Tremulis et quibus oculi hebetiores sunt in cibo subvenit. Crapula ebrietasq; noxas disijcit a cibo sumpta. Mollit alium crudæ brassicæ succus cum nitro potus & iridæ. Idem cum uino potus, uiperæ morsibus subvenit. Cum scenogræci farina & aceto podagris, articulorum doloribus, fordidisq; bulceribus & uetustis, utiliter emplastri modo imponitur. Purgat per se etiam caput nari-
bus infusus: & cum lolij farina oppositus, menses trahit. Folia per se aut cum polenta concisa, ad inflammationes omnes tumoresq; faciunt: sacris ignibus epinythidibusq; et lepris medentur. Cum sale cadem carbunculos erumpunt, fluentemq; capillum retinent. Elixæ itidem addito melle gâ granarum pascentibus malis opitulatur. Quin etiam cruda ex aceto lienosis utiliter manduntur, & commanducata sic ut sēsīm per fauces delabatur succus, amissam restituunt uocem. Alium & menses cit potum brassicæ decoctum. Faciunt sterilitatem brassicæ flores a puerperio in pessulis appositi: semen brassicæ eiusq; præsertim quæ in Aegypto nascitur potum uetris lumbrosos pellit. Miscetur idem the-
riacis antidotis: Faciem et lentiginem exerit. Virides brassicarū caules una cū radicibus suis cremati moxq; sullo ue-
tere adipe excepti, lateris diutinos dolores impositi sanant.

EX ABBN MESVAI.

Brassica Linguam exiccat, capitisq; potissimum humiditates discutit, pituitosisq; distillationibus medetur, sicq; sensim commanducata uocem amissam restituit. Semen autem in pessulis appositum, sterilitatē efficit Ventris Lumbrosos pellit, præsertim cum marini Absinthij, ac Lupinorum succo.

DE GERMINE BRASSICÆ, CAP. L.

ALTE NOMENCLATURA.

CANABITH, Arabibus. ΚΥΝΑΧ, ἢ ΚΥΝΑΧ, Græcis Cyma sine guyma, foetus partus ue, & Brassicæ Germen, Latinis. Summitates Caulium Barbaris. Bræboli, & Brugliori, Italis.

TEMPERAMENTVM, AC INVAMENTA.

EX GALENO,
Alimen. Facul. II.

Brassica nimirum Germen minus quàm Brassica ipsa ficit.

EX DIOSCORIDE.
Lib. II, Cap. CXLV.

Stomacho utiliora Brassicæ Cymata, uerum maiorem acrimoniam habent, & ad ciendam Urinam efficacie ut sunt. Seruatam eadem Saleq; condita Cymata, Stomacho inutilia sunt, & Alium turbant.

EX ABBN MESVAI.

Cyma Brassicæ Germen, liberalibus quidem in cibo assumptum, Oculorum hebetudinem inducit. Semen uero sterilitatem facit, in pessulis appositum.

DE BRASSICA AGRESTI, CAP. LI.

NOMENCLATURA.

ΚΡΑΜΒΗ ἀγρία, Græcis. Agrestis, et Rustica Brassica Latinis. Caules agrestes, Barbaris. Cauolo salmatico, Italis.

LOCVS, AC EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.
Lib. II, Cap. CXLVI.

Nascitur ea maritimis plerumq; & præruptis locis, sativæ similis, candidior tantum, hirsutiorq; & amara.

TEMPERAMENTVM, AC INVAMENTA.

EX GALENO,
Simp. Med. VII.

Brassica agrestis quodammodo calidior sicciorq; temperie, domesticæ est, cetera alia propemodum omnia agrestis sui generis domesticis, secundum utranque hanc facultate ualentiora sunt. Quamobrem neque intra corpus citra noxam sumitur, ut quæ longius ab humana recesserit temperatura. Eadem de causa & gustantibus amarior est quàm domestica: quanquam domestica quoque acrimonia nonnihil et amaritudinis contineat, sed utraq; habet agrestis ualidam: quare etiã extergit et digerit q̄ domestica ualentius.

EX DIOSCORIDE.
Lib. II, Cap. CXLVI.

Estur non ingrato sapore coliculus eius in lixivio cinere elixus. Glutinât uulnera emplastri modo imposita brassicæ huius folia, tumoresq; et inflammationes oēs discutiunt.

DE BRASSICA MARINA, CAP. LII.

NOMENCLATURA.

ΚΡΑΜΒΗ θαλασσία, Græcis. Brassica Marina, Latinis. Soldanella, Officinis, & Italis. Soldana, Gallis. Meerhoel, Germanis.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

EFFIGIES,

EX DIOSCORIDE.

Lib. II. Cap. CXLVII.

Que vero marina appellatur brassica diuersa penitus a fatiua ē. Folia habet oblonga, tenuia, rotunda Aristolochie similia, quae singula à ramulis leniter rubetibus, ex uno pediculo hederaceorum modo prodeunt. Habet brassica haec candidum incisā liquorem, non tamen copiosum, gustu quadantenus salso, cū amaritudine aliqua concretionē pingue.

TEMPERAMENTVM, AC INVAVEMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. VII.

Brassica marina supra quam g. uentrem desiccāt, ut pote subsalsa & subamara gustu, fuerit sanè etiam ad externos corporis usus, & ad omnia ea ad quae tales qualitates accommodantur idonea.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. Cap. CXLVII.

Tota herba ob acrimoniam suam stomacho inutilis est. Eius elix & cibus aliorum omnium maxime alium soluit. Coquunt ob acrimoniam cum ea pingues aliqui carnes.

DE ERVO,

CAP. LIII.

NOMENCLATURA.

KEISENE, seu Herfemie, Herbum, seu Kersene, aut Kesen, Arabibus. Κορροβος, Graecis. Eruum, Latinis. Orobus, Barbaris, & Officinis. Orobo, et Mocho, Italis. Ers, Gallis. Eruen, Germanis. Xeruos, aut Yezgos, Hispanis.

EFFIGIES,

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. Cap. CXXX.

Notum omnibus Eruum. Exiguus frutex, tenuis, angustis foliis, & exiguis seminibus quae in siliquis fert: ex quibus sic quam erui farinam dicunt, medicinae accommodatam.

TEMPERAMENTVM, AC INVAVEMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. VIII.

Orobus desiccāt quidem excessu secundo intenso, cassat uero primo. Porro quatenus amaritatis est particeps, eatenus incidit, extergit, atque obstructions expedit. Ceterum si sumatur copiose, sanguinem per urinas euocat.

EX DIOSCORIDE.

Lib. II. Cap. CXXX.

Onerosum capiti uscentibus Eruum est, alium turbat,

& sanguinem cum urina ducit. Coctum tamen datiq; boues saginat. Confititur ex eruo farina hoc modo: Eligito crassissima simul & candidissima erui semina: aquam eis superinfundito, miscetoq;. Sinito dein aquam aliquandiu cohibere. Postremo frixis usq; dum rumpatur cortex: siccatiq; & mola tritis seminibus angustiore cribro traictatā farinam reponito. Bonam facit alium sic confecta erui farina: urinam cit & cutis colorem comendat. Si copiosius tamen in cibo potuue erui farina sumpta fuerit, per alium uesciamq; cum torminibus sanguinem ducit. Purgat cum melle hulcera, lentigines, asperam & discolorē cū a sole cutem, labeles quas Graeci spilos dicunt, & toto corpore maculas extertit. Siliti quae spescendo serpunt: gangraenas cohibet: et mamarum durities mollit. Carbunculos eadem, fauos, & quae theriade hulcera Graeci nominant erumpit. Vino macerata erui farina canum, hominum, uiperarumq; moribus illita medetur. Aceto autem urinae angustias lenit: tormina, et inanes egerendi uoluntates, quas tinesmos uocat. Vtilis & his qui cibum non sentiunt nucis quantitate frixa & cum melle sumpta. Fouentur decocto eius etiā periones utiliter: & toto corpore pruriginē.

EX AYSE.

Si sumatur copiose, sanguinem è naribus euocat.

DE CORIANDRO,

CAP. LIIII.

NOMENCLATURA.

RVSBOR, seu Rasbera, Kuzbara, seu Kuzibara, Arabibus. Κοριον, ή Κοριαννον, Graecis. Corion, seu Corianon, & Corianarum, Latinis, ac Officinis. Coriandolo, Italis. Coriandre, Gallis. Coriander, & Coleander, Germanis. Ciliandro, aut Culantro, Hispanis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib. III. Cap. LXXI.

Notum uulgo Coriandrum est.

TEMPERAMENTVM, AC INVAVEMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. V 11.

Coriannon, siue Corion, aut utrunq; uocare libet. Vetusiores Graeci Coriannon nominabant: at recentiores medici omnes Corion appellitant, sicut & Dioscorides, refrigeratoriā esse herbam ipsam dicitant, sed perperam. Si quidem ex contrariis facultatibus constat & composita est plurimum habens essentia amarē, quam ostēdimus esse tenuium partium, & terrenam. Nec parum etiam aquae humiditatis obtinet, quae tepentis est facultatis: his adiectum est quoque adstrictiōnis pauzillum. Ex quibus omnibus uariè quidem

quidem agit ea que scribit Dioscorides, sed non tantum ex refrigeratione. Ceterum ego cuiusque particulatim et Aionis causam enarrabo, tamen si propositum fuerat mihi unius duntaxat hoc in libro sententiam exprimere, sed forte nihil obstabit: imo, si verum fatendum est, proderit non nihil, superiores methodos, que in paucis medicamentis sunt dictæ, hic repetere. Primum ergo non Dioscorides tantum, sed et alij complures medicorum indeterminate de morbis pronuntiant, sicut sanè hac quoque tempestate non paucos inuenias medicos uel insignes, præter alia, hæc in re turpissimè hallucinantes. Interdum enim atra, liuida frigidaq; reddita parte que erysipelas habuit, nec amplius refrigerantia poscente pharmaca, ceu antea, sed ea que in sum parti præter naturam humorem uacuant, quidam tamè refrigerare perseuerant: alij ad digerentia quidem trāsēūt ceterū ea erysipelas sanare dicunt. Quāq; scribat incipientibus etiānū atq; gliscitibus crescentibusq; erysipelatis alia esse medicamētā, alia uerò iā declinātibus hæc succescētibus. Sed ita res non habet. Neque enim erysipelas etiam uocari debet postea quā inflammatio eius et seruo, ac bilio sum illud abierint: neque que facultate sunt frigida, neque que illa sanant, remedio esse putandum: sed uelut si uel in initio protinus aut quod alius affectus sit erysipelas exactum, alius uerò is qui uocatur ab omnibus nobis usitatè, ut à ueteribus quoque phlegmone: alij autem inter hos medijs plurimi, partim ut sic dicam, erysipelata phlegmonode partim phlegmone erysipelatosis. Ac inuenias nonnunquam ubi neutrum uincant: sed ad unguem quia sint. Quinetiam nonnunquam oedematodes esse erysipelas conspiciunt, sicut aliud scirrholders: ut compositorum morbum non paruis accretuetur numerus. De quibus copiosius cum alibi differimus, tum in curandi rationis uoluminibus. Dicitur autem et nunc quoad saltem eorum meminisse necesse est, quod exactam erysipelas haud unquam ab antedicto cataplasmate curari possit. Voco autem exactam, eum à biliosa fluxione absit coriandrū, uel ex ijs que a ipse scripsit Dioscorides, discere liceat. Nam chœradās siue strumas cum eregno siue lomento inquit, discutit. Porro quod nullum refrigerantium medicamentorum idoneum sit discutendis chœradibus, uel ipsum Dioscoridem non dubitaturū arbitror, quippe qui sexcenta scripserit medicamenta chœradās sanare potentia, que omnia tum temperie calida tum actionibus digerentia esse confessus est.

EX DIOSCORIDEB.
Lib. II, cap. LXXXI.

Refrigerandi uires habet, ideoq; cum pane polenta uel litum, sacris ignibus et hincerbis que serpunt, medetur. Sanat cum melle itidem passaq; uia epiphytias, testium inflammationes et carbunculos. Cum lomento fabæ strumas discutit et panos, lumbricos pellit, seminis coriandrī paulum, cum passo sumptum. Semen auget, maiore tamen copia sumptum, mentem non leui periculo tenet: ea propter copiosiores continuūq; eius usum cauere oportet. Succo eius cum cerussa, aut argētī spuma additis aceto et rosaceo fermentes in summa cute inflammationes utiliter iniguntur.

EX ABEN MESVAL.

Tostum igne Coriandrī Semen, Alum cobibet. Profusa uia autem Sanguinis à partibus internis, ad pondus duarum drachmarum, cum tribus drachmis succi Plantaginis non ebiliti, potatum: à supercutaneis uero in tenuissimum polinem redactum, ac impositum, probè compescit.

EX ABVGERIG.

Coriannon frigidum est, ac narcoticum sensum ac obstupesciens, interq; Venena adnumeratur. Vaporis tamen Ventriculi, ne sursum ferantur bellè reprimit. Quam ob rem Cephalalgie, atque Ebrietati medetur. Sanguinis etiā Aliq; profusio sistit.

EX ALEXANDRO.

Corion nimirum irrepentes in Arcem Cerebri uapores reprimit, hæcque ob causam in Comitialium edulis proicitur, potissimum quando Epilepsia à Ventriculi uaporibus sursum elatis, progignitur.

EX ALCHANZI.

Coriannon quidem exiccatum, et Aqua maceratum, ædemum cum Saccharo ebibitur, Priapissimum Satyriasmū egregie adiunat. Sterilitatem autem, citra Saccharum præsertim, uel RASE autore, efficit.

EX LIBRO VENENORVM.

Recentis Coriandrī Succus, ad Pondus quatuor drachmarum ebibitus, interficit.

EX RASB.

Recentis Coriandrī Hemorrhagiam, Sanguinis uel nari profusum compescit, illitum, nec non eius aqua odorata.

EX HVMAIN.

Contra Coriandrī potum remedio sunt Catapotia GALENI. Ceterum à GALENO DIOSCORIDEBE S omnino discedit. Siquidem GALENVS Coriandrum ex contrarijs constare facultatibus asserit, plurimū habens essentia amara: DIOSCORIDES uero, y refrigerandi uires habere reliquit. Succus namq; Coriandrī ebibitus, enecat.

EX ABIGB.

Recentis Coriandrū narcoticum existit, sensum ac obstupesciens, ut si paulo liberalius ebibatur, uel aqua eius, sit uenenum. Coriandrī uero a qua cū alijs herbis admixta natas ex illis inflationes auertit, a Sanguine, flaua uel bile Phlegmone illita restinguit, ternerisculosq; inflammationum tumores dissipat. Succus autem recens expressus, os Ventriculi tum lassitudine molestat, tum etiam comprimit, siue crudus, siue elixus ebibitus. Herba est cum herbis, cum uenenatis uero, Venenū, ueluti Psyllij folia, et semen, Linospermon, Mari Semen, que profusis recentis Coriandrī facultatem emulantur.

IO. SER. APIONIS, DE SIMP. MEDIC.

DE VINIFERA VITE,

CAP.

LV.

NOMENCLATURA.

HARIN, seu Karim, aut harm, Arabibus Α'μπε
 LOS ο'λοφδος και ημερος, Grecis. vitis uinifera, et
 fatiua seu culta, Latinis. Vite, Italis. Vigne, Gallis. Vucin-
 reb aut Vucinrebē, et Vuinslock, et Vucintraubē, Germanis.

IVVAMENTA.

EX GALENO.
 Simp. Med. VI.

Vitis culta aēsimilis facultas est Agresti, sed ad omnia
 imbecillior.

EX DIOSCORIDE.

Lib. V. Cap. I.

Leniunt dolores capitis concisa uiniferae vitis folia ea
 preoliq; emplastri modo imposita. Leniunt stomachi itidem
 inflammationes cum polenta & ardores folia etiam ob ea
 quam habent refrigerandi & adstringendi uim: quineciam
 per se idem praestant. Potus qui ex his expressus fuerit
 succus intestinorū torminibus, cruentis sputis, cibum in sto-
 macho non continentibus, & praegnantium fastidijs, ua-
 rijsque & absurdis rerum in cibo earum appetitibus suc-
 currit. Facit ad eadem potum capreolorum qui in aqua ma-
 duerint dilutum. Quae concrevit gummi modo in uitum
 truncis Lachryma, calculos pota cum uino pellit. Impetigi-
 nes eadem lepraq; & scabies utiliter inunguntur: opor-
 tet tamen locum antea nitro confricasse. Glabrescunt quae
 continue addito oleo ea inunguntur: praestatq; id praecipue
 qui ex incensis palmitibus exuat aquosus humor. Tollun-
 tur inunctae ea etiam quas in uerucarum genere formicas
 uocant. Imponitur emplastri modo utiliter ex aceto dese-
 ctis a sede condylomatibus & in uerrucarum genere thymis,
 samentorum uinaceorumq; cinis. Luxatis idem & uipera-
 rum morsibus opitulatur: & ex aceto rosaceoq; cum ruta
 lienis inflammationibus emplastri modo impositus me-
 detur.

DE VVA,

CAP. LVI.

NOMENCLATURA.

HAINEB, seu Haneb, Arabibus ΣΤΑΦΥΛΗ
 Grecis. Vva, Latinis, et Italis. Roisin, Gallis. Vve
 intraub, Vucinbeer, Germanis.

IVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.
 Lib. V. cap. II.

Turbat Aluum recens uua omnis, & stomachum inflat:

innocentior quae aliquamdiu pendit: exaruit enim in ea
 maior humoris sui pars. Stomacho accommodata: appeten-
 tiam cibi reuocat: quibus infirmum corpus est, etiam utilis.
 Collares & in uinaceis seruate, in cibo quidem ori suaves
 grataeq; & stomacho utiles alium consequunt: uesciam ta-
 men & caput infestant. Sanguinem expuentibus utiles. Si
 miles ijs & quae in musto suere, sapa & passum, inuoluitores
 stomacho facit. Seruantur & celesti aqua passa prius fa-
 cta, exiguo uino, ut uinose fiant, antea conspe rse: siticulo-
 sis, ardentibus & diutinis febribus utiles.

DE VINACEIS,

CAP.

LVII.

NOMENCLATURA.

ΣΤΕΜ ΦΥΛΑ, Grecis. Vinacea, Latinis. Vinacciae.
 Italis.

IVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE
 Lib. V. Cap. III.

Seruantur uuarum uinacei, imponunturq; emplastri mo-
 do contra mammarum durities inflammationes, & nimiam
 lactis abundantiam. Intestinorum torminibus, coliciis, &
 feminarum fluxionibus utiliter infunditur earum deco-
 ctum. Fountur eodem insidentes feminae, & inspergun-
 tur pari utilitate.

DE ACINORVM,

VINACEORVM V' ENUCLEIS,

CAP.

LVIII.

NOMENCLATURA.

Π'ΙΓΑΡΤΑ, Grecis. Acinorum, Vinaceorumque Nuclei
 Latinis. Fiocini degli Acini, Italis. Granillo, de uua, aut
 bruio, Hispanis.

TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA.

EX GALENO.
 Simp. Med. VI.

Acinorum uuae nuclei ex secundo ordine sunt exarantia,
 refrigerantium uero primo. Substantia eorum crassa est et
 terrena: cui gustus indicio est, nimirum cum acerbi appa-
 reant. Quin & experientia comprobatur. Nam omnibus ue-
 tris cum profluuio inunctis affectibus impendit conferunt.

EX DIOSCORIDE.
 Lib. V. Cap. I.

Vinaceorum nuclei, quod adstringendi uires habent, sto-
 macho & ipsi utiles. Frixi idem tritiq; & pro polenta em-
 plastri modo impositi, intestinorum torminibus, coliciis,
 & stomachi resolutionibus medentur.

DE VVA PASSA,

CAP.

LIX.

NOMENCLATURA.

ZIBIB, ueluti que est sine semine, Kefmes, seu Al Kefmes, Arabibus. $\alpha\tau\alpha\phi\iota\varsigma$, $\nu\epsilon\gamma\iota$ $\alpha^{\circ}\tau\alpha\phi\iota\varsigma$ Grecis. Vva Passa, Latinis. Passule, Barbaris, & Officinarum. Vva passa, & Passole. Italis. Roifins en capiz, Gallis. Mertrubel, et Kosein, Germanes. Passas, Hispanis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. VI.

Vva Passa, satiuu cultuæ quidem, consoquendi, adstringendi, & leuiter digerendi facultatem possidet.

Alimen. Fal. I. cap. 32.

Vvæ passæ cum alijs Vuis eandem habent rationem, quæ caricæ cum ficibus. Multæ enim sunt dulces, acerbæ autem omnino paucæ: plurimæ uero ex dulci & austerâ qualitate sunt mixtæ: quæquam dulces nonnihil quoque austeræ qualitatis habent: & austeræ, dulcedinis. Ceterum ut dulces temperamento sunt calidiore, ita austeræ frigidioræ. Ad hoc, austeræ stomachum roborant, & ventrem conspiciunt, et his multo magis acerbæ, median autem quoddammodo inter ipsas constitutionem dulces obtinent, ut que nec stomachû dissoluunt, nec aluum subducant. Dulcibus tamen, ut uis quædam semper inest contemperandi, ita & mediocriter detergendi, quibus duabus facultatibus exiguis mordicationes, quæ os uentriculi infestant (quod & stomachum appellamus) obtundunt. Perspicuum enim est, quod mordicationes maiores ualentiora postulant remedia. Inter passas autem præstantiores sunt, quæ tum pingues sunt, tum corticæ habent tenuæ. Nonnulli autem, & recte sanè, è dulcibus grandibusque (quales sunt scybelitides) prius quàm auferant, semina extirpant: quæ & ipsæ inueterate, cutim duram crassamque habent, easque prius in aqua coguntur macerare: nam & semè ipsum facilius sic eximitur. Aliæ quædam sunt, his contrariæ, solidæ & crassæ, quæ nullum profus semen habent. Crescunt hæ in Cilicia, colore subflauo: in Pamphylia autem scybelitica, & colore nigra: quæ, ut dixi, sunt maximè. Minime autem in Cilicia, fuluæ proueniunt: aliæ præter has, in Cilicia nascuntur, colore nigro, magnitudine mediæ quemadmodum & apud alias plerasque gentes, potissimùm in Lybia. In Asia autem uariæ passiarum species, mediocri magnitudine proueniunt: etenim quædam subflauæ, aliæ nigrae, aliæ dulces, & aliæ subausteræ conueniunt. Porro, in frigidis regionibus ne uis quidem ipsæ maturari exquirite queunt, nedum passiarum quepiam. Quapropter resinam uinis imittunt, ne celeriter decedant. Porro, quemadmodum passiarum differetia, quæ à colore sumitur, nihil ad passiarum facultatem confert, ita nec magnitudo: sola qualitatis, quæ gustui inest, differentia potest omnino: cui soli intentus, inane nites (ut ante diximus) & in quibus, & quo tempore uti conueniat. Alimentum ex passis tale qualitate in corpus distribuitur, qualis ipsarum natura fuerit: dulce ex dulcibus,

austerum ex austeris, mistum ex uis, quæ utriusque qualitatis sunt particeps: quantitate uero copiosius ex pinguius ac dulcibus: parcius ex austeris & macris. Quod si passiarum pinguium ac dulcium, à quibus semina fuerint excerpta, parum molem cum pari uisum mole contuleris, passas ualeatius nutrire deprehendes, Huiusmodi sanè ut minus quàm caricæ subducant, abstergeantque magis tamen quam illæ stomachum iuuant.

Med. Comp. Secundum Locos, viii.

Ceterum Vva Passa contemptibilis uideri possit, ob familiaritatem eius usum, at uero hoc ipsum eam facit utilioiorem: nam cum familiaris nobis sit, in tantum adstringens est, quantum opus habet uiscus, nempe lecur affectum. Habet autem & uim concoctoriam crudorum humorum, & uim coercendâ maligna, sitque ipsa hæuâ facie putridi obnoxia & ultra hæc secundum totam substantiam uisceris ipsi, Hæc pati nimirum familiaris est, & propria.

EX DIOSCORIDE.

L. b. V. cap. 1111.

In passis uuis adstringendi maiore uis albe quàm nigra sunt. Confert faucibus, tussitentibus, et uescis, in cibo caruæ caro. Intestinorum torminibus cum nucleis suis eadem per se sunt in cibo sumptæ. Milij uero hordeiq; farinæ & ouo mixtæ, tum cum melle frixæ & in cibo sumptæ, per se cum pipere comminuatæ, oris pituitas purgant. Testium inflammationes cum lomento fabe aut cymini farina sedant emplastrum modo impositæ. In uerrucarum genere quas epiphytidas uocant, carbunculos, furiosos, & articularum excoriatia hucera, gangrenasque, sine nucleis sanant cum ruta impositæ. Podagris, cum panacis liquore utiliter emplastrum modo imponuntur. Pellunt eadem mobiles ungues bestiarum, emplastrum modo similiter impositæ.

EX PHILOSOPHO QVOD AM

AL KESMES, Vva apud Persas, sine semine nucleosæ carens nuncupatur, quæ uiridis recensens in solata passeseit, estque maximè dulcis. Plaga autem Orientalis incolæ Vuas sine semine Passas quàm auidissimè expetunt, Saccharo, Nucibus regijs, ac ponticis Auellanisue, nec non Amygdalis potissimum admixtas.

EX ABEN MESVAI, ET MESBAH.

Inter Passas quidem satiuas Vuas, præstantiores sunt, quæ tum pingues sunt, tum corticem habent tenuissimum, nec non semen meluunne quàm exile. Cum semine autem in cibo assumptæ intestinorum torminibus mirè auxiliantur. Dulces uero semineque carentes Pituitam egregie interseculant. Vvæ insuper Passæ ualenter in uniuersum nutriunt.

DE OMPHACIO,

CAP.

LX.

NOMENCLATURA.

O M P H A K I O N, Grecis. Omphacium, Latinis. Agrestis, Officinis. Agresto, Italis. Veriust, Gallis. Agrest, Germanis. Agraz, Hispanis.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

FABRICA, ELECTIO, AC IVVAMENTA.

NOMENCLATURA.

EX DIOSCORIDE.
Lib. V. Cap. V.

ΟΪΝΟΣ, Græcis. Vinum, Latinis. Vino, Italis.

TEMPERAMENTVM.

EX GALENO.
Simp. Med. V. lib.

Vinum ex secundo est ordine exalfacientium; sed quod admodum vetus est, ex tertio, sicut mustum quod uocant, ex primo. Caliditati eius proportione respondet siccitas.

GENERA, AC IVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. V. Cap. vii. & viii. & ix. & x. & xi.

Acerbæ necdum matruscentis Thsise aut Amineæ uua succus Omphacium est. Exprimitur per ætate ante Canis ortum, expressumq; in aræo rutilo nase linteolo opertum donec totum densetur, insolatur. Oportet dum insolatur quod in eo subinde concreuit & densatur, liquido misceri. Per noctem ne sub dio irroretur, subtelum referendum est: densari enim huiusmodi prohibent nocturni rores. Probatur Omphacium quod colore fuluo erit & friabile, egre glicingens & linguam erodens. Quidam coquentes Omphacium densant. Tonillis, ac, huleribus oris quas aphibis uocant, diffusentibus humore gingiuis, & purulentis auribus cum melle passioe prodest. Cum aceto autem si stulis, uetulis huleribus, & his que pascendo serpunt. Clystere contra intestinorum tormina infunditur. Infunditur et cõtra muliebres foeminarum fluxiones. Facit ad oculorum claritatem. Scabris genis & angularum in oculis erosionibus utile est. Bibitur, contra recentem & ruptis uenis factam sanguinis exspuitionem. Verum tamen modico & copiosa aqua diluto uti eo oportet, uehementissime enim urit.

DE OMPHACITE, ACERBOVE VINO, CAP. LXI.

NOMENCLATURA.

ΟΜΦΑΚΙΤΗΣ οἶνος, Græcis. Omphacite, Acerbumiæ Vinum, Latinis.

EX DIOSCORIDE
Lib. V. Cap. Xli.

Quod Omphacite quasi acerbum dicitur uinum, priuatum in Lesbio conficitur: conficitur autem hoc modo: Arefcit sub sole in cratibus disposita nondum penitus matura uua eribus quatuor uie diebus, donec rugosa fiat: Exprimitur de inde, & in dolijs pressum insolatur uinum. Adstringendâ uires id habet, stomacho accommodatum est. Vtile prægnatium in fetura absurdâs ciborum appetitibus: utile ileosis, egre concoquentibus cibos, & resolutio stomacho. Creditur potum id uinum etiam contra pestilentiam utiliter bibi. Multorum annorum ætate uina hæc indigent, alioqui potu ingrata sunt.

EX ABEN MESVAL.

Omphacite acerbumiæ Vinum calido uentriculo non inutile. Choleram enim siue immodicam Stomachi perturbationem rescindit. In Pestilentia quoque utiliter bibi creditur. Vtero gerentibus etiam mirè auxiliatur. roborat nimirum illarum stomachum, & Vomitus arceat, nec non Syncopen auerit.

DE VINO, CAP. LXII.

Nervus & Sensoria Ledant uetusta uina, gustu tamen iucundiora sunt: ea propter uitanda his, qui interiora aliqua sui parte infirma sunt. In sanitate modicum & aqua dilutum, sine periculo sumitur uinum. In sanitate nouum, egre concoquitur: grana et tumultuosa facit infomnia, urinâq; magis expellit. Quod mediam agit ætatem, utroque uitio caret: Eamq; ob causam in sanitate & ualitudine reliquis præferendum. Digeritur facile album, tenui, & stomacho accommodatum est. Crassum nigrum est, et egre concoquitur. Facit idem ebrietatem & corpus auget. Vermiculum quod medio colorem inter utrunque est, medias ad alterutrum eorum uires habet. Probandum tamen in sanitate & ualitudine magis album est. Differunt præter colorem sapore etiam inter se uina. Dulce si quidem crassioris substantiæ est, ægerrime resoluatur, stomachum inflat, & musti modo aluum & intestina turbat, minus tamen inebriat; uesicæ et renibus utile. Ausserum magis urinam pellit, sed capitis dolores & ebrietatem facit. Acerbum ciborum digestionem maxime accommodatum, aluum et in alias partibus destillationes compefcit. Melle minus nervos tentat, minusque urinâ pellit. Nocet stomacho marina aqua curatum uinum: siticulosum idem est, nervos Ledit, bonam facit aluum, & ab infirmitate corporis inuile. Quod ex uua in cratibus siccata, aut in sarmetis adhuc pendente arefacta, expressum fuerit passum, Creticum protropumie, aut Prammium appellatum: & quod decocto musto saram aut fireum dicunt: nigrum quidem, quod melapsinthium uocatur, crassum multique nutriti est: quod contra album, tenuius; quod inter utrunq; medium, medias inter utrunque uires habet. Adstringit omne hoc uinum: languentes uenarum pulsus excitat: facit contra uenena omnia, quæcunq; exulceratione perimunt: in quem usum bibitur cum oleo, & uomitionibus redditur. Facit & contra opium, toxicum, cicutam, conerctumque in stomacho lac. Prodest uesicæ, prodest & renibus que eroduntur & exulcerantur. Instant tamen omnia: & stomacho noxia sunt: priuatiq; contra in aluû destillatione uim habet melapsinthium. Album in mollienda aluo magis alijs potest. Nocet neruis gysatum, capitis grauedines facit, ignea ui inflamat, & uesicæ inuile est: contra uenena tamen cunctis alijs utilius. Que pice picuarumq; resina condita fuerint uina, calefaciendi uim habent & conco-

et concoctionem adiuvant, sed sanguinem expuentibus inutilia sunt. Vina quæ à Grecis aparachvia dicuntur, quibus admixta sapa est, caput implent, ebrietatē faciunt, egerime distillantur, et stomacho noxia sunt. Quod in Italia primam bonitatis estimationem habet, Falernumque ab incolis vocatur, in vetustate sua concoctionē magno opere adiuvat. Excitantur eo nenarum pulsus, aluum sistit, stomacho accommodatum, sed vesicæ inutile est: hebetibus oculis itidem: minimeque aptum ut abundantius bibatur. Albanum Falerno crasius est, dulce itidem, stomachum inflat, aluum mollit concoctionem non adeo adiuvat, nervus minus infestatur. vetustate austerum hoc etiam fit. Dulce Cecubum est, Albano crasius corpus cum amabili coloris bonitate auget, concoctionem tamen impedit. Austerum præcipue Surrentinum est: ea propter in stomachum intestinaque de stillationes sistit: idem tamen quod tenue est, minus caput infestat. Vetustate ad suavitatem proficit, hinc stomacho accommodatum. Hadrianum Mamertinumque, ex aquo crassa sunt, mediocriter adstringunt, vetustatem celerius contrahunt, et ob tenuitatem suam, nervus minus infestatur. Parætypianum quod ex Hadriano agro itidem offertur, odoratum molliusque est, ea propter salit bibentes copiose potitū diu ebrietatem servat, somnoque sopit. Quod Hispanicum vocant Parætypiano simile est, magis tamen urinā pellit. Chium prædictis omnibus mollius, nutrit egregie, maiore copia bibituri, minus inebriat, de stillationem compescit, oculorum medicine utile est. Lesbium facillime digeritur, Chio lenius est, et bonam facit aluum. Eiusdem buic vires habet quod ad Epheesium gignitur, à propinquo oppido Phygelie dictum. Facit capitis dolores, et nervos ledit Afjaticum ex Tmolomote mesogite quasi mediteraneanum appellatum. Cum Clazomeniūque, quod multam ex mari aquam admixtā habent, facile corrumpuntur, et inflationes faciunt: aluum itidem turbant, et nervos ledunt. Vinum omne quod purum, nec admixta re aliqua sit, natura austerum communitur hæc præstat: calefacit, facillime digeritur, stomacho utile est, cibi appetentiam excitat, corpus alit, somnum conciliat, vires firmat, et amabili colore cutis bonitatem commendat. Idem copiosius potum his qui cicutam, coriandrum, pharicum, ixiā, opium, argenti spumam, taxum, aconitum, uo aut fungos hauserint, succurrit. Nec minus contra serpentes omnes prodest, quæcunque illato morfu icthiue refrigeratione enecant, aut stomachum subvertunt. Facit et ad inflationes diutinas, præcordiorum erosiones distentio nesque, stomachi resolutionem, et in aluum intestinaque de stillationes. Prodest sudore languentibus, et quibus immodico sudore corpus digeritur. Possuntque hæc præcipue alba, vetusta, et odorata uinā. Vetusta etiam et dulcia renibus vesicæque accommodata, vulnibus inflammationibusque succide lane ex ipsam utiliter imponuntur. Ponentur his etiā asperiora, quæ Greci theriade vocant, phagedænicæ, et que in de stillationes fluunt halcera. Habent utilem in sanitate usum quæ marinæ aquæ nihil admixtum habent austeri uinā et alba: suntque in hoc genere præcipue bonitatis Italica Falernum, Surrentinum, Cecubum, Signinum, et ex Campano agro multa alia, et ab Hæria Parætypianum Siculumque, quod Mamertinum vocatur. Græcia aut Chium

Lesbium, Phygelie quod ad Epheesium gignitur. Inflant non centique stomacho crassa uina et nigra, corpus tamen auget. Tenuia contra et austeria stomacho accommodata sunt sed corpus minus auget. Faciunt dolores capitis, magisque iri nam pellunt, quæ uetustissima tenuiaque et alba uina sunt. Eadem abundantius haudā nervus infestatur. Quæ media etate sunt tutissime bibuntur, qualia septimo fere anno sunt. Quantitas bibentis etate, anni tempestate, consuetudine, et uini qualitate decernenda est. Optime præcipitur non esse lucandum cum siti. Optimum etiam uino mediocriter maderere cibum. Noxia omnis ebrietas, præsertimque continuata: cedunt. n. nervi, quotidiana ueluti obfidiōne laborantes. Ingeneratque copiosus quotidie uini potus acutorum morborum principia. Vilis nihilominus præsertimque potu aque aliquo tempore inuofitas in summum. n. euocat, meatus laxat, laxatisque his sensum cæca excrementa purgat. Oportet tamen post inuofitatem hæc aquam bibere: ab ea enim ueluti contraria curatione auxiliij ratio aliqua querenda est. Vinū quod Greci deuterian, i. secundarium, Romani leram, quidam uero potimum. i. potu gratum uocant, hoc modo conficitur. Vinacei unde expressi triginta uini cadi fuerint, aquæ cadi tres misceantur: mixtaque simul omnia calcantur: et ex calcatis quod expressum fuerit, ad tertias decias decoquantur: singulisque decoctis eius uini congijs salis sextarij duo miscentur. Post hyemē deinde in doliā diffunditur. Bibitur eodem anno: cito. n. bonitatem suam amittit. Datur ægrotis, quum de uino dando ancipites appetitibus his dare compellimur. Fit præterea uinum quod adynamon. i. impotens uocatur, easdem antedictio vires habens. In confessione eius oportet parē in musti et aque mensuram miscere, tum lento igne leniter decoquere, donec tota excoquatutur aque mensura: idque quum refriguit, in picatum dolum diffunditur. Quiddam falsæ ex mari aquæ, celestisque itidem, mellis etiam et musti pares portiones miscentes, et in alia uasa diffundentes, quadraginta diebus insolatunturque; eo ad eadem omnia eodem anno.

D E F E C E,

CAP. LXIII.

NOMENCLATURA.

DVRDI, Arabibus. Τῦξ. priuatim uero crema, ἄρῆμα, Græcis. Fex, Latinis. Tartarus, Officinis, Feccia, et Grepola, seu Groppa, et Tartaro, Italici. Hofen, et Vuenstein, Germanis. Rasura de uino blanco, seu Rasura de uino tinto, Hispanis.

ELECTIO, CREMANDI MODVS,
AC IUVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. V. Cap. CXXVII.

Ex uetere Italico uino eligenda præ omnibus alijs uini Fex est: sin minus, ex quo potuerit aliquis maxime simili: Ex aceto. n. acrior et intensiore uis est. Coquenda halcyo-

nij modo Fex diligenter antea siccata. Quiddam in aquis fistilibus testis eam conijcientes, copioso igne cremant, usq; dum altius tota igne candeat. Alij ignitis carbonibus glebas eius operientes, idem agunt. Legitime coctus & nota est cãdidas aut aerius color: & cum refrigerata lingua imposita, eam quasi urit. Coquitur eodem modo etiam acetifex. Est Feci uis & natura validis sine adurere, exterere, ad cicatricem perducere, adstringere, siccareq;. Utendum recente est: citissime. n. efflata ui languet: eamq; ob causam diligentissime operculanda, nec nisi uase aliquo clausa seruãda est. Lauatur bullæ modo que pompholyx dicitur. Cruda Fex per se & cum myrto tumores reprimat. In aluum & stomachum emplastri modo imposita destillationes compefcit. Muliebres fœminarum fluxiones immo uentri & naturalibus eodem modo imposita, sistit. Panos nondum exulceratos discutit. Contra copiam lactis et eius impatientem mammæ ex aceto inungitur. Cremata scabros ungues cum resina pellit: & ex lentissimo oleo integrum non stem in unctis, capillũ ruffat. Lauatur cremata Fex miseturq; oculorum medicamentis nõ aliter quã cinerula que spodium dicitur, oculorum albugines & cicatrices exterens.

DE LABRUSCA,

CAP. LXIIII.

NOMENCLATURA.

A ΜΠΕΛΟΣ ἄγρια, Græcis. Labrusca, Latini. Lambrusca, Italici. Vigne sauvage Gallis. Vuilder Vneinstock, & Vuil der ungeplantzte Keben Germanis.

GENERA, AC IUVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. V, cap. II.

Duplex Labrusca uitis est. Alterius nõ maturefcit uua, sed usque ad pubertatẽ perducit eam que Oenãthe. i. flos uitis appellatur. Fructum absoluit altera minimis acinis, nigra, & adstringendi ui. Huius folia, palmites capreoliq; uiniferæ & satiuæ uiti similes habent uires. Quod ex Labruscæ uitis uis nigrum expressam fuerit uinũ, adstringendi ui quã habet, fluenti aluo et stomacho uile est: Vitile & cunctis alijs quecumque adstringi reprimũe opus sit.

DE LABRUSCÆ VITIS FLORE,

CAP. LXV.

NOMENCLATURA.

OINA ΝΟΗ, Græcis. Oenanthe, ac Labruscæ uitis flos, Latini, Grappe de uigne sauvage, Callis. Vuil der heben, Holtztrauben bluet, Germanis

TEMPVS, LOCVS, ELECTIO, AC IUVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. V, Cap. V.

Labruscæ uitis quum floret fructus Oenãthe est. Legẽda quam floret, & in fictili seruanda: cum legitur substrato linteolo excipienda, & in eodem in umbra siccanda est. Nasctur probatissima in Syria, Cilicia & Phœnice. Adstringendi uis & natura illi est, ea propter stomacho uiliter bibitur. Urinam cit, aluum sistens, & sanguinis expuitiones compefcens. Vitilis eadem contra ascensionem stomachum, & ex repletionis fastidia: in quem usum sicca emplastri modo imponitur. Inspargitur dolori capitis ex aceto rosaceoq; uiridis pariter & sicca. Imponitur eadem emplastri modo ad ardens cruentorum uulnerum inflammationes, & incipientes oculorum fistulas quas egilopas uocant. Imponitur eodem modo & oris h ulceribus, & his que in genitalibus passendo serpunt. aduersus melle, croco, rosaceo & myrrha, cunctisq; his simul coactis. Pef sulis præterea ad coerendum feminarum sanguinem additur. Contra oculorum deficiationes et stomachi ardores eum uino hordeaceoq; polenta emplastri modo imponitur. Crematur Oenãthe ignitis carbonibus in testa teste superposita: cremataq; oculorum medicina utilis est. R. eduiijsq; & digitorum piergijs. Cruentus postremo diffusentisq; gingiuas sanat.

DE SYLVESTRIS VITIS,

CAP. LXVI.

NOMENCLATURA.

A ΜΤΕΔΟΣ ἄγρια, Græcis. Vitis syluestris, Latini. Vite saluatica, Italici.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib. III, Cap. CLXXXVIII.

Longas ex se mittit uiticulas, uinum ferentis uitis modo: lignosas, asperas, rimosi corticis. Folia hortensi folano similia habet, latiora tamen longioraq;. Florem ceu muscosum capillum, fructum exiguis uitis similem; cum maturefcit, rubentem. Rotunda et in orbem circumacta acinis eius figura est.

IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. VI.

Vitis agrestis racemi extergedi uim habent, ut ephelis, & nauos, & id genus omnia in extrina cute existentia curare possint. Sed & adstrictionem quandam extrema germina (ἄνηγευος Græci uocant) obtinent, quæ & sale condiri assolent.

EX DIOSCORIDE

Lib. III, Cap. CLXXXVIII.

Radix in aqua decocta, & in uini marini aqua conditi quibus

cyathis duobus pota, corporis aquas purgat. Datur contra cutem subeuntes aquas. Repurgant acini uuarum eius asperam & ceu ab aestiuo sole discoloram cutem, omnesq; alias maculas. Condiuntur sale etiam, seruanturq; in cibos nuper prodeuntes eius ramuli.

DE VITE ALBA,

CAP. LXVII.

NOMENCLATURA.

FESIRE, seu Alfesire, seu Fessera, seu Alfesera, & Hexargiesan, aut Hexarchasen, Arabibus. Αμπελος λευκη, ἢ Βρωνιά, ἢ Ψιδάρον, Grecis. Vitis Alba, Psilothrum, Latinis. Bryonia, Officinis. Zuecha saluati ca, Italis. Colabrine, Couliuree, Gallis. Zaurueben, Gichtueben, Gichtuurtz, Hunfreen, Stieckuurtz, Schiefzuurtz, Kafsauurtz el, Hunskurbsz, Koemischrueb, V uilder zittuan, Teufelskirsz, Schmeruurtz, Germanis. Nueza, Hispanis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib. III, Cap. CLXXXIX.

Viticula, folia clauiculasq; satius uiti similia habet, pioliora tamen omnia tamen omnia. Propinquis fruticibus alba uitis se implicat, clauiculis apprehendens. Fructus fert racemo sum, rubentem.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp, Med. VI.

Ampeli leuces, quam & bryoniam et psilothrum uocat, prima quidem germina ab omnibus pro more edi uere solent, utpote edulium stomacho propter adstrictionem acceptum, sed & subamarā et modicē acrem adstrictionem possident: quare & urinum modicē cient. At radix & abstergentem, & desiccantem uim habet, & moderatē calidam: quam obrem & lienes induratos liquat tum epota, tum fortis cum sicibus imposta: & sporam & lepram sanat. Porro fructus eius racemi speciem preferens, ijs qui coria desolant, est utilis.

EX DIOSCORIDE.

Lib. III, Cap. CLXXXIX.

Fructu Coria depilant. Comeduntur in prima germinatione elixi eius asparagi, alium & urinum cientes. Habent folia fructus & radix acrimonia: ea propter chironijs & in gangrenam phagedenamq; transeuntibus et pu trescentibus tibiariū huculceribus cum sale utiliter emplastri modo imponuntur. Repurgat cutem radix & erugat. Asperam itidem & ceu exustam a sole cutem, uaros, lentiginēs, & cicatrices negras cum Eruo Chiazq; creta & fenogreco emendat. Eadem in oleo usqueum coctura flaccescat decocta, ad eadem accommodata est. Delet sugillata &

digitorum pterygia mespescit. Quinetiam ex uino emplastri modo imposta, inflammationes discutit, & abscessus erumpit. Trita eadem & emplastri modo imposta, fracta extrahit ossa. Miscetur apte etiam emplastri quæ exedendo sunt. Datur & comitialibus bibenda, drachme pondere quotidie ad annum. Datur & attonitis uertiginosisq; eadem utilitate. Bibitur & contra uiperæ morfus pondere duarum drachmarum. Fœtus in utero enecat: quadantenus tamen mentem aliquando commouet. Feminarum locis apposita fœtus & secundas trahit. Pota urinum ducit. Fit ex ea etiam addito melle eglema, spiritus presocationibus, suspiriosis & tusipientibus utile. Datur præterea in dolore lateris, ruptis, conuulsisq;. Lienem trium obolorum pondere triginta diebus cum aceto pota minuit. Cum caricis etiam ad eadem utiliter emplastri modo imponitur. De coquitur eadem decoctoq; illo insidentium feminarum loci purgantur, & elictione ex inaniuntur. Exprimitur per uer ex radice eius succus: bibiturq; ad eadem cum mulsā aqua pituitam trahens. Semina ad scabiem & lepram utiliter inangitur. Idem emplastri modo imponitur. Facit laticis abundantiam succus eius cum tritici decocto potus.

DE NIGRA VITE,

CAP. LXVIII.

NOMENCLATURA.

FESIRE SENTANIM, seu Fesirestin, seu Alfesirestin, aut Fafersin, Arabibus. Αμπελος μελαουα, ἢ Βρωνιά μελαουα, Grecis. Vitis nigra, Latinis. Tanero, seu Tamaro, Italis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib. III, Cap. CXC.

Folia hederæ similia habet, ad similitudinem tamen hederæ folia magis accedentia, cui & caules habet etiam similes, maiora tamen eius folia quam illius sunt. Clauiculis & hœc nititur, apprehenditq; propinquas arbores fructus illi racemosus est, a principio uiridis, cum maturuit deinde niger. Radix foris nigra, buxci coloris intus.

IUVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp, Med. VI.

Viti Albe ad omnia similis, nisi quod imbecillior.

EX DIOSCORIDE:

Lib. III, Cap. CXC.

Huius etiam caules in prima germinatione olerum modo in usu sunt, menses & urinum trahentes. Minuunt iudæ lienes. Comitialibus, uertiginosis & resolutis accommodati sunt. Habet nigra huius bryonicæ radix alba similes

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

nires, & istam accommodatas, minus tamen efficaces. Faciunt adumentorum ceruices cum exhalerant fuerint nigrae bryoniae folia: in quibus usum ex uino emplastrum modo imponuntur. Quinariam luxatis eodem modo imponuntur.

DE CASSIYTHA,

CAP. LIX.

NOMENCLATURA.

CHASSYTHA, seu Chesuth, seu Kessuth, Arabibus. Κασσυθα, recetioribus Graecis. Cassytha, & Cassutha, Latinis. Podagra Lini, & Cuscute, Barbaris. Cuscuta, Officinis, & Italis. Filtzkrant, oder Flachszelden, oder Todtern, Germanis.

LOCVS, EFFIGIES, TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX ABOHANIFA.

Herbosis fruticibus adnascitur, quas uolubili sepius fili instar, contextu irretit. Semine quoque circa summa fastigia scateat tenuissimo. In arboribus passim nascitur, cirro suo inuicem sese circumuoluens capillamento. Inter Vineta quoque copiosissime cernitur. Herbas potissimum enecat. Plurimum in Medicamentis nititur. Amritudinem respicit. Vino tamen admiscetur, ut meracius inde euadat.

EX ABEN MESVAL.

Inter Linum inuenitur. Linoque circumuoluitur. Gustu nonnihil amarescit, uehementius tamen adstringit. In primo excalescentium abscessu, seu ordine, in exiccantium autem secundo locandum. Abstergendi, roborandi, argumentum habet. Iecur, Renes, bilisque Folliculum ab infarctis, obstructione liberat. Venas omnes tum exiles tum crassas a pituitosis, ac biliosis expurgat humoribus. Ventriculam, Iecur, roborat. Succus autem recens cum Oxymelite ebibitus, Urinas pellit. Aurigini Regione morbo succurrit, qui locinoris obstructionibus contrahitur. Febribus, iisque potissimum quae Pueros male habent, auxiliatur. Vsu liberaliori Stomachum ob nimiam adstrictionem communit. Priuatim flauam sanæ Bilem purgat, idque ualentius cum Absinthio. Ex Decocto, aut Diluto, semilibra, cum decem Sacchari laudatissimi, arachmibus, exhibetur.

EX MESARVGH.

In frigidat, humectat, adstringit. Bilis suffusionibus, Hepatis, & Lienis obstructionibus medetur.

EX ALBASARI.

Ex contrarijs constat facultatibus. Amarescit, & adstringit. In abscessu calefacientiam primo, & exiccantium secundo. Ventriculo, & Hepati, praesertim infarctis, auxiliatur, cum Aniso potissimum, Apijque, semine. Malos etiam Venarum humores purgat. Aluu emoluit. Febribus, siquam

in cibo assumitur, aut A qua eius epota, medetur. Priuatim quoque biliosos, uetustosque maxime humores a uenis extrudit.

EX SABOR EBBN.

Caliditatis & frigiditatis abscessus, naturam herbae, arborisue cui insidet, potissimum imitatur. Si enim calida est fides herbae, & borisue calidam fortietur facultatem, si uero decubuerit frigida, uim sibi frigidam uindictabit.

DE KADI,

CAP. LXX.

NOMENCLATURA.

KADI, Arabibus.

EFFIGIES, AC IUVAMENTA.

EX HABVHANIFA.

Herba est, quae in Arabia apud Hamen copiosissime succrescit. Ex qua priuatim Oleum, Kadinum inde nuncupatum, inspissatur. Vir autem fide dignus, Plantam esse retulit, non paruae quidem altitudinis, cuius germina, priusquam apparuerint adaperita, colliguntur. Flore quoque odoratissimo. Colores uero, Tornatiliu artifices, cum Kadi coliculo, ut lucidiores appareant, quam affabre expoliunt, superque splendorem addunt. Crassus enim existit, mollis, & uesiculam obtinens.

DE HEDERA,

CAP. LXXI.

NOMENCLATURA.

CVSSVS, Arabibus. Κισσός, Graecis. Hedera, Latinis. Funis Pauperum, Barbaris. Hedera arborea, Officinis. Hedera et Hedra, Italis. Lierre, Gallis. Epheuu, Germanis. Yedra, Hispanis.

GENERA, ATQUE EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.
Libell. Cap. CCX.

Plures habet Hedera si singulae numerentur species, differencias: genere uero praecipuas tantum tres. Candida, n. quaedam, et nigra quaedam est. Tertia priuatim helix quasi clauicula appellatur. Cadidum fert fructum candidum: nigrum crocatumque, nigra: quam uulgo bacchicam uocat. Sterilis Helix est, tenuibus uiticulis, breuibus, angulosisque & concinnioribus folijs.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. VII.

Hedera ex contrarijs composita est facultatibus: habet enim

enim quiddam adstringentis substantie, qua terrenam & frigidam esse ostendimus: habere; etiam nonnihil acris, qua calidam esse vel gustus comprobatur: Nec deest tertia: aqueam namque substantiam quandam tepidam obtinet, certe si uiri dis sit. Si quidem dum arefcit, hac prima exhalat necesse est manetq; quae terra est & frigida adstringentisq; & ea quae calida & acris. Viridis autem, folijs eius in uino decoctis, ulcera & grandia conglutinat: quaeq; maligna sunt sanat: tum igne factas exulcerationes cicatricè includit. Porro cum aceto decocta folia lienosis prosunt. Flores autem eius quodammodo ualidiores sunt ut ad leuorem redacta cum cerato ambustis conueniant. Praeterea succus medicamentum est errhinon, hoc est, in nares fufum, capiti purg. ad idoneum: tum uetusitas aurium fluxiones sanat: ad haec ulcera uetera tum in auribus tum in naribus. Porro si acrior appareat, aut rosaceo aut dulci oleo miscetur. Lachryma eius lenes interimit. pilis nuda: usque adeo calide potestatis, ut ob seure adurat: est enim uelut aqueus quidam liquor, sicut aliae omnes lachrymae.

EX DIOSCORIDE.
Lib.ii. cap. CCX.

Natura omnium in medicina acris est. Adstringunt, neruis nocent. Flores cuiuscunque generis tritum digitorum carptu, intestinorum tormina bis per diem cum uino poti, emendant. Quinetiam cera excepti utiliter ambustis illuntur. Medentur leni tenera folia in uino decocta, aut cruda cum pane coacta. Infunditur naribus foliorum corymborūq; succus, additis irino unguento, melle & nitro: facitq; ad antiquos capitis dolores. Inaspergitur & in eundem usum cum aceto & rosaceo. Infunditur praeterea purulentis auribus, & in eorum dolore cum oleo. Faciunt nigrae hederæ poti succus & corymbi corporis languorem, turbantq; mentem largius sumpti. Leniunt dentium dolores acini quinque ex corymbo hederæ decerpti, cum rosaceo in malicorio calefacti & in contrariam aurem instillati. Denigrant illiti capillum hederæ corymbi. Omnium generum hincerbis & quae cacoehe etiam, id est, dolosa, uocant: ambustisq; in uino decocta folia medentur. Emendant itidem illita discolorum & cui sole adustam cutem, ut premonstratum est, decocta. Cient menses triti & appositi hederæ corymbi. Iisdè drachmae pondere à purgatione foeminis poti, sterilitatem faciunt. Quinetiam foliorum pediculi madentes melle foeminarum naturalibus subditi, menses & foetus ex utero trahunt, Tedia narium, graucolentiam, & quae in naribus excedunt, purgat, & sanat hederæ succus. Depilat hederæ lachryma, pediculosq; inuncta necat. Phalangiorū morfibis succurrat potus cū aceto hederæ succus.

DE HELXINE CIS
SAMPELO, CAP. LXXII.

NOMENCLATURA.

ACISIN, Arabibus. Ἐλξίν κισσώπιπλος, Graecis. Helxine Cissampelos, & Conuoluulus, Latinis. Volubilis media, & Viticallis, Officinis. Viticchio, Italici. Vuinden, Vuède uinden, Zaun uinden, Mittel uin-

den oder Vueingarte uinden, & Korn uinden, Germanis.

EFFIGIES, AC LOCVS.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. cap. xlii.

Helxine cognomento Cissampelos, folijs est Hederæ, minoribus: ramulis exilibus, quibus complectitur quodcumq; contrigerit adminiculum. Nascitur in Sepibus, Vinetis, & Segetibus.

IVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Helxine, quae & Cissampelos nuncupatur, digerenda scilicet utilitatem obtinet.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. cap. xli.

Foliorum Succus potu deijcit Aluum.

DE ELATINE,
CAP. LXXIII.

NOMENCLATURA.

ATHIN, Arabibus. Ἐλάτιν, Graecis. Elatine, Latinis, et Italis. Raue Sauvage, Gallis. Erd uinden, Germanis.

EFFIGIES, AC LOCVS.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. cap. xlii.

Folia habet Elatine helxine & similia, minora tamen rotundioraq; & birsuta. Ramulos graciles, dodrantales, quinq; sexue ab una radice, sapore acerbo, foliorum plenos, quae adstringente sapore sint. Nascitur in segetibus cultisq; locis.

TEMPERAMENTVM,

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Elatine modice tum refrigerat, tum adstringit.

IVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. cap. xlii.

Possunt folia emplatri modo cum polenta imposita oculorum inflammationes destillationesq; lenire. Sicut intestinorum tormina herba etiam tota elixa, in sorbitione decocto eius dato.

DE MINORE VOLV

BILI, CAP. LXXIIII.

NOMENCLATURA.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

LEBLEB, seu Leblab, Arabibus. Volubilis minor, Barbaris. Bpov, (ut suspicor, quam non aulin affirmare,) recentioribus Græcis. Lupus salicarius, Latinis. Lupulus officinis. Lupolo, seu Luertice, et Bruscaudula, Italis. Ombelon, Gallis. Hopffen, Germanis. Lupulo, aut Cuerdo de hombre, Hispanis.

TEMPERAMENTVM, AC INVVAMENTA.

EX ABEN MESVAI.

Minor quidem Volubilis, calida in medio censetur primi excessus, sicca autem in eiusdem principio. Acris, & modo dicit adstringens. retorridam Bilem educit. Viribus est etiã Hederæ non dissimilibus. Medicamentum autem potius censendum quàm Alimentum. Pruriatim squidem Bilem expurgat. Pondus est à triente ad selsiusam succi nimirum citrà coctionem probe depurati, cum decem sanè drachmis Sacchari, Penidorumivæ.

EX ISAAC BENEN AMRAM.

Succus eius, coctione imbecillior ad purgandum efficitur, valentius tamen obstructa liberat.

EX ALKANZI.

Volubilis sanè minor frigida est, & sicca. Purgat. Tumorbisque auxilio est.

EX ABIGE.

Volubilis quidè minor frigida est ac humida. Purgat enim ob innatam viscidam humiditatem. Bilem prolicet Aluumque valenter educit, cum Saccharo potissimum admixta. Facultas cuius maximè augetur, addita Nigra vocata Castia. In effersiscenti aqua probe liquata. Opus nimirum est, ut citrà coctionem Volubilis nempè minor assumatur, viscida si quidem eius humiditas, qua potissimum tum Aluum, tum Bilem ejicit, coctione prorsus evanescit. In Oleo tamen Amygdalino cocta, in ciboque exhibita. Intestinorum ulceribus, nec non Tussientibus magnifice auxiliatur. Pondus autem est ab una libra, ad duas.

DE LADANO,

CAP. LXXV.

NOMENCLATURA.

IEDEN, seu Laden, veluti eius planta, CHASVS, Arabibus. Αδδουον, Planta autem, Λήδον, Græcis. Ladanium, Latinis. Laudanum, & Lepadnum, Barbaris, ac Officinis. Laudano, & Odano, Italis. Laudano, Hispanis.

EFFIGIES, ELECTIO, AC LOCVS,

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. Cap. CXXX.

Est & alterum ejus genus quod Ladon à quibusdam dicitur. Frutex cibo similiter nascens, longioribus tantum nigrioribusque folijs, quibus per uer pinguitudo quædam, quæ adstringendo sit, inheret, omnibus quibus & cilis ac

commodata. Fit ex eo Ladanium. Folia eius pascentes hirci capræque, pinguitudinem barbæ & femoribus, quoniam viscosa sit, inherentem reportant, quam depellentes, melis modo per colam liquant, seruantque in effusa conformatam: sunt etiam qui trahis per frutices hos junibus, inherentem illis pinguitudinem deradunt, conformatamque pariter seruant. Probatum Ladanium quod odoratum est, molleque et pingue uirescit, quod nec harenosum, nec squalore fragile, sed resinofum est, quale in Cipro nascitur. Lybicum enim & Arabicum minore bonitate & honore est.

TEMPERAMENTVM AC INVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. VII.

Cilisthus aut Ladanium. In calidis regionibus hic Cilisthus proveniens, tamen si haud alius sit genere quam qui apud nos nascitur, eximiam tamen à regione ac peculiarem, adgerentemque caliditatem nactus est: atque utroque à nostrate differt, tum quia frigiditatem deposuit, tum quia calorem assumpsit. Itaque cetera quidem huius cilisti, illis que in nostrate uisuntur, similia sunt. Verum Ladanium quod uocant ex eo provenit medicamentum primo excessu iam quodammodo complete calidum, ut uidelicet & secundum attingat habens etiam adstrictionis paululum. Ad hec substãtia tenui, ac proinde emolliens, sine malactica moderate Pariterque digerens, & uidelicet etiam στυπτηρικόν, hoc est concoquens. Itaque mirandum non est, si peculiariter ad uteri uitã conueniat, quandoquidè ad dictã paulũ quiddã adstrictionis obinet. Quocirca dyslenses capillos retinet. Nam quicquid ad radices eorum prauis humoris sedent, id omne absunt: tum meatus quibus infixi sunt contrahit. Ceterum alopecia, & ophthalmias siue lippitudines: sanare non potest, utpote magis discussorias uires quàm quæ Ladano insunt, poscentes: quippe proueniunt isti ex prauis succis lentis crassisque, quos fecãtia ac digerentia medicamẽta potissimum euocant atque euacuat. Ceterum tenuium partium sint facultatis oportet non tamen usque adeo tenuiumque humiditatem incrementa pilis suppeditantem absunt. Nam sic non tantum alopecia liberabunt, sed & caluitiem afferent. Sed hæc ad curandã rationem pertinent:

Comp. Med. xxv. το γέν. IIII.

Ladanium nempè recens, vlcerebus difficulter Cicatricem ducentibus, ac comodatissimum est.

EX DIOSCORIDE,

Lib. I. Cap. CXXX.

Natura illi & uis est adstringere, calefacere, mollire, et aperire: Compositum Ladani succum capillũ uino myrthæque & myrthebo oleo admixtum: emendat, honestioresque facit cicatricem ex uino inunctum: contra aurium dolores cum dulci aqua aut rosaceo utiliter infunditur: Suffitus secundas pellit, & contra muliebrium locorum durities pessulis additur. Misceatur idem utiliter his que somno dolorem tenent malagmatis, et contra tussim medicamẽti: A lusu pretere si sit potum in uetere uino: Cienæ urina per æter hæc etiam accommodatum est.

DE DRACUNCULO,
CAP. LXXVI.

NOMENCLATURA.

L V F, seu Allus, Arabibus. Δρακόντιον, Græcis. Dracunculus, Latinis. Darcedion, Barbaris. Dragontea, & Serpentaria Officinis, ac Italis. Serpentine, Gallis. Klein Natter ueritz, Germanis. Taragontia, Hispanis.

EFFIGIES, LOCVS, AC TEMPVS.

EX DIOSCORIDE.

Lib. II. cap. cxcv.

Habet Dracunculus Hederæ folia, grandia, et in folijs albescentes maculas. Caulem rectum, bicubitalem, uario colore, anguium modo maculosum, intercurrentibus purpureis lituris, baculi æstitudine. Semen in summo racemosum, herbaceo primum, quum maturuit autem capillamentorum croci rutilo colore, gustumq; erodens. Radix illi est rotunda, bulbosa, raphano similis, tenui libro uestita. nascitur in umbrosis circa sepes & septa. Radicem seruari oportet per mensem effossam, lotam, secantq; in taleolas, tum funiculo traiectam & in umbra siccata.

TEMPERAMENTVM, AC INVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Dracuntium quiddam Aro per simile obtinet tum folijs, tum radice. ceterum illo tum acrius est, tum amarius: ac proinde cascatorium magis, & tenuioribus partibus. Habet etiam leuiculam quandam adstrictionem, que quandoquidem cum comprehensis duabus qualitatibus, acri scilicet & amara coniuncta est, medicamentum factum, est ut que maximè efficax. Nam radix usque omnia expurgat, crassos potissimum & lentos succos extenuans: optimumq; remedium est contumacium ulcerum, que κροκόδιον, nuncupatur. Expurgat quoque extergitq; profectò strenuè tum alia que extersionem desiderant, tum uiriliginem cum aceto, tum folia item, utpote similem facultatem habentia, ulceribus uulneribusq; recens inflis illis accommodata sunt, & quanto minus fuerint sicca, tanto magis conglutinant. Nam que sicciora sunt, uiribus sunt acrioribus quam ut uulneribus conueniant. Creditum quoque est, casuum humidum si illis foris tactus reponatur, ob temperaturæ illorum siccitatem à purredine conseruari. Fructus ualentior est non folijs tantum, sed & radice: itaque est & caneros & Polypodas eliquare creditus est. Succus quoque eius uitia oculorum expurgat.

EX DIOSCORIDE.

Lib. II. cap. cxcv.

Est semini succoq; par uis que aurium dolores siniat: in quem usum auribus cum oleo instillatur. Idem naribus in lana appositus, polypum absimit. Inunguntur eo etiam uti literæ carcinomata. Pota in posca seminis triginta grana,

abortus faciunt. Ferunt præterea odorem quum defloruerint flores, nuper concepti fetus abortiuum esse. Radix ea lesaciendi uis quam habet, non nisi recta ceruice spiratibus succurrit. Succurrit & ruptis, conuulsis, tussis, & à capite in subiectas parte desillationibus. Adiuuat præterea pestoris excretionem elixa tostataq;, mox cum melle & per se in cibo sumpta. Siccata eadem tritaque elegria in eundem usum cum melle fit. Est illi etiam ad ciendam urinam uis & potestas. Venerè stimulat cum uino pota. Hæmorrhagica nica cum bryonia alba addito melle concisa purgat, & ad cicatricem perducit. Fiunt & collyria ex ea ad fistulas & fetus ex utero educendos. Ferunt præterea si quis radice dracunculi huius manus confricauerit, tutos à uiperæ morsu fieri. Ex aceto inunctas uirilignes emendat. Folia in neruorum uulneribus proliuuantibus inserta profunt. Pro sunt et perniciosis in uino decocta & imposita. Quinetiâ folijs eius inuolutus casus à putrefactione tutus seruatur. Succus radices contra nubeculas, albugines & caliginem oculorum utilis est. Estur radix dracunculi etiam in sanita te cruda decoctaq;. In Gymnesiis insulis quas Baleares uocant, multo melle miscentes decoctâ radicem, pro placenta conuiuij apponunt.

DE ARO,

CAP. LXXVII.

NOMENCLATURA.

I ARVS, & Sara, Arabibus. Agor, Græcis. Arum, Latinis. Aaron, Barba Aaron, Pes Vituli, Iarus, Dragontea & Serpentaria minor, Barbaris, & Officinis. Gî garo, Italis. Vid de ebien, Gallis. Aron, Psaffebind, Teutschen Inguer, Germanis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib. II. cap. cxcvi.

Folia dracunculi habent minora tantum, nec adeo maculosa, caulem drodantalem, purpurascens, pistilli figura, in quo rutilo colore croci semen est. Candida illi radix ad dracunculi radicem accedens, que quod minore acrimonia est, elixa comeditur. Condiuntur itidem & sale folia ad cibum: per se etiam siccata elixa, comeduntur.

TEMPERAMENTVM, AC INVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Terrens & ipsum essentia cõstat, sed calida: proinde extergendi uis possidet, uerum non ualentem, sicut Dracontium. Est itaq; in exciccando & calefaciendo primi ordinis Radices eius maximè sunt utiles: siquidem comes & crassitie humorum meliocriter incidunt, adeo ut et excretionibus expellere idoneæ sint: sed magis tamen aptum est Dracontium.

EX DIOSCORIDE.

Lib. II. cap. cxcvi.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

Habent radix, semen & folia easdem dracunculo vires. Præsertim radix Cū simo bubulo emplastri modo imposita, podagris prodest. Seruatur eodem quo radix dracunculi modo, estq; omnino ob minorem acrimoniam in cibis & edendo utilis.

DE PHYLIREA,

CAP. LXXVIII.

NOMENCLATURA.

MAHALEB, seu Mahaleb, Arabibus. *Al-Murpā*, Græcis. Phyllireā, Latinis.

EFFIGIES, LOCVS, TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.
Lib. I. Cap. CXXVII.

Ligustro magnitudine equalis Phyllireā arbor est: Folia & hæc olea habet, latiora tantum nigrioraque, fructum fert lentisco similem, nigrum, subdulcem, & ceu racemosum. Nasctur Phyllireā asperis locis. Adstringunt agrestis olea modo Phyllireā folia, faciunt ad omnia quæ adstringenda sunt, præcipueq; oris hūlcera, in quem usum commanducantur, & eorum decocto colluuntur, quod etiam potum urinam & menses trahit.

EX ABEN MESVAI.

Excalfaciendi vim habet. emolliit. Iliacis medetur. Nauseam arctet, siquidem in potu assumatur. Succos etiam, qui corpus admodum obesum crassumque reddunt, probe excicat Lumbricos, præsertim Ascavidas, pellit. Podagricis quoq; auxiliatur.

EX ADAMASCA.

Lapidem non ineffaciter atterit.

EX MESARVGIE.

Symmetrum possidet temperamentum, var efaciq;. Alij vero refrigerandi, & excicandi vim habere autumant.

EX ALBASARI.

Phyllireā nimirum Semen calidum est in secundo excessu, sicum autem in primo. Renum, Vesicæq; Calculum atre vit. Ab Andargen, & Nachund exportatur. Laudatissimū parvis unionibus Margaritisue non absimile, ac summè odoratum.

EX ATABARI.

Temperatum existit, rarefacit, Menses trahit, atque dolores obiundit.

EX RASE.

Vim excalfaciendi habet, Tophacea emolliit, præsertim à percussione inueterata.

EX ISARAC BEN AMRAM.

Phyllireæ plura quidem sunt genera, album, nigrum, & viride. Alba autem Semen habet exile, ut vicius uix ad parui Ciceris magnitudinem accedat, ex Insulâq; aduehitur, te nuius uero ex Hispania. Probatissimum candidum, purum, summè odorum, nigrum improbat, excorticatumq; utitur, cortice nigrum, interius uero candidum. A monte Sebuen, & Deibegen, & Nahand conuehitur. Arbores habet non parue magnitudinis, Septembri mense carpitur. Semē & Cortex in usu solummodo habentur. In secundo est excalfaciendum abscisso, in excicantium uero primo. Vesicæ, ac Renum Lapides comminuit. Vnguentis à cortice liberum admiscetur. Cortex autem inter abstergentia, ac re-purgantia iniicitur.

DE MANNA,

CAP. LXXIX.

NOMENCLATURA.

MEN, Arabibus. Manna, Barbaris, ac Officinis.

IUVVAMENTA.

EX MESHA.

Manna quidem excalfaciendi, extergendi, & abluendi vim habet: Facultas autem eius tum augetur, tum minuitur, iuxta arborum super quas potissimum cadit, uaria ac diuersa generum.

EX MESARVGIE.

Calida est in primo, in humiditate uero, ac siccitate prosperata. Thoraci atque Pulmoni non incommoda. Tamarici autem inherens, Tussim egregie lenit.

EX ABEN MESVAI.

Manna que super Tamaricem cadit, probe collecta, Tussi, ac Thoracis asperitatibus maxumopere auxiliatur.

EX RASE.

Manna quidem super Althæam, Mellis instar, etiam cadit. Cum uero diutius plantæ inhererit, candidum colorem contrahit, si autem statim cum folijs colligatur, uiridem perpetuo seruat.

DE STYRACE,

CAP. LXXX.

NOMENCLATURA.

MIHA, seu Meha, seu Mehsa, seu Astarach, sicuti eius planta, Lebue, seu Lebne, seu Lebni, Arabibus. *Στυράκη*, Græcis. Styraç, Latinis. Storax sicca
seu

eu calamita, ueluti pinguisſimus humor è Styrace (ni falor,) expreſſus, Storax liquida, Officinis. Storace, Italis. Eſtioraque, Hiſpanis.

EFFIGIES, ELECTIO, LOCVS, GENERA, AC ADVLTERIA.

EX DIOSCORIDE.

Lib.I.Cap.LXXXI.

Arboris Cotoneo malo ſimilis lachryma ſtyrax eſt: bonitate in eo excellit qui ruſſus, pinguis, reſinoſus, & albicantibus grumis eſt: quique odoris ſui bonitatem diu ſeruat, & quum ſubigitur, melleum humor em aliquem ex ſe remittit: Talis Gabalites eſt, Piſidiacus & Cillicius. Improbatur niger, friabilis et ſurſuſoſus. Inuenitur præter hęc lachryma etiam gummi ſimilis, tranſlucida, myrrha odore. Sed exigua hæc naſcitur. Adulteratur ſcobe ſuae arboris, que uermium eroſione factam fuerit, additis melle, irini ugenti ſedimento, et quibuſdam alijs: ſunt etiam qui adipẽ, ceramie aromatis odorantes, & in eſtu anni ſtyraci compinſentes, per cribrum quod latioribus foraminibus ſit, in frigidam aquam ueluti uermiculos traſciunt: uenduntq; uermicularem ſtyracem appellantes: præferuntq; alijs hęc imperiti ueluti non adulteratum, probationem eius ex odore negligentes: qui. n. adulteratus nõ fuerit, acerrimo odore ſentietur.

EX ISAAC BEEN AMRAM.

Arbor plantaue ſtyracis, non parua & quidem eſt magnitudinis. Lignum habet ſaio non abſimile. Folia uero Xeiſen inſtar. Fruſtum proſert candidum, nucẽ Pontica maiorem, Prunis albis omnino aſimilem, duplici cortice ueſtitum, exterior manditur, quamq; nonnihil amaritatis reſpiſcit, interior uero pinguis Regie nucis modo exiſtit, unde Oleum coſcitur. Cortex autem fruſtus, ſtyrax eſt ſiccus. Lachryma uero planta, Lubne Ambarie ſeu ſtyrax eſt Eremitarum, maxime candidans, ſumẽ odorata, omnium laudatiſſima è Lubne. Ex ſtyrace aridus, rubeus excellit, Maçi non abſimilis, unde ſuffimentum quod Coſtum uocant, arte adparatur, improbatum autem aridus, niger. ſtyrax liquidus cui Oleum admittum non fuerit, in Coſti amari ſuffimentis utiliter miſcetur, ac euaporatur, Oleo autem mixtus in Balneorum unguentis iniſcitur. Probatiſſimus ex liquido, eſt Lubne moſchatum. Lachryma enim eſt candore rubedini inſperſoſecundo loco liquidus probe depuratus, cui nullum additum ſit Oleum, pinguis, rubeus. Peſimus uero leuis, niger. Tenuis Oleo adulteratur, cetera ſuffimenta, Oleum graueolentia efficit. Lubne Ambari, cãdido quidem Gummi aſſimilatur, primaq; obinet, ſiquando candidum melleum humorem aliqui conſperſus rubore, imitatur. Lubne autem Moſchatum, Lubne eſt Eremitarum, Chriſtianiſſimum, & eſt ſtyrax rubrus, Gummi inſtar concretus, in Limulathã, ac Barthamiat conijcitur. Chriſtiani autem, eo in Eccleſijs ad ſuffumigia potiſſimum utuntur. Improbatur tamen niger, ligniq; ſcobem proreſe repræſentans.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. VIII.

ſtyrax excalfacit, emollit, concoquit: quamobrem tuſſibus, catarrhis, pituite deſtillationibus raucedinibus que ſuas Κορυζας & Βρογχους uocant, prodeſt. Tum menſes ſeu potum ſeu admotum prolicet. Combuſti eius fuligo, thuris fuligini quodammodo eſt ſimilis.

Simp. Med. V.

At ſunt que tota eſſetia nobis contraria ſunt. proinde ſi uel minimum eorum aſſumptum fuerit, omnino ledat ne ceſſe eſt, ceu dryopteris, & pityocampe, & thapſia, ſolanum manicum, & hydrargyros, & ſanguorũ nonnulli, præterea ſalia et ſel uenenatorum animalium. Nam talia omnia genera ſunt deleteria, non quantitate. Ac proinde nihil eorum in alexiteriis antidotos induitur, ueluti papaueris ſuccus, & myrrha, & ſtyrax, & crocus.

Method. Meden. X.

Committunt Medici eiſmodi exceſſus cum in alijs quoque remediotorum generibus non paucis, tum uel maxime in ijs uocatis Anodynis, que ex Papaueris ſucco, uel Alterci ſemine, uel Mandragoræ radice, uel ſtyrace, uel tali quopiam ſiunt.

EX DIOSCORIDE.

Lib.I.Cap.LXXXI.

Habet ſtyrax caleſceniũ uim, mollit maturatq;. Facit ad tuſſim, à capite in ſubiectas partes deſtillationes, mucũ, raucedinem, amiſſamq; uocem. Duratis præcluſiſq; muliebribus locis utilis eſt. Menſes idem potus et appoſitus traſbit. Aluum leniter mollit, exigua q̄ritate potus cũ terebinthina reſina. Miſcetur utiliter malagmatic que diſcutiendõ ſint: nec minus etiam acopis. Crematur ſtyrax, & ad ſa lignem thuris modo uaporatur: omnibus his quibus & ſa ligo thuris accommodata. Quodq; ſit ex eo in Syria, ſtyracinum unguentum appellatum, efficaſiſime caleſcit et mol lit. Dolores tamen capitis ſcit, et graue ſoporiferũq; eſt.

EX ALBVGERIG.

Gummi ex arboris trunco, calidum eſt, ac ſiccum. Thoracis, Pulmonisq; doloribus auxiliatur. Grauedinem mucumũ curat. Aluum cohibet. Ventriculum roborat. Craſſis flatibus conducit. Luxatis membris epotum, aut illitum medetur. Vlceribus non inconuenit. Scabiem humidam & ſiccã malagmatic illitum excutit. Catarrhisq; ſuffitum opitulatur.

EX RASE.

Narcoticum obtuſoſcipientemũ GALENVS ſtyracem poſuit, alij uero calidum uoluerũt, ueluti re uera exiſtit. Capitis dolores efficit, ſicuti Myrrha, & Crocus, medicamenta ſanẽ calida & que caput inſeſſent.

EX ATABARI.

ſtyracis ſuffitus Catarrhis eſt quãmaximẽ accõmodus.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

EX PANDECTIS.

Styrax calidus est, ac siccus. Aluum adstringit.

EX ABIGE.

A planta quidem *Humor* in Christianorum regionibus & insulis exudans, *Humor* e cortice elicitur. Ad ignem et enim percoquitur, exstillaturq; unde humiditas effluit, *Styrax* liquidus, nuncupata. Cortices autem qui remanent, acinorum una nucleis non absimilis, & *Syrax* siccus aridusque, appellantur, calidus nimirum & siccus in tertij abcessus principio, uerū siccitas paulò imbecillior est caliditate. *Liquidus* uero, *Thoracis*, & *Pulmonis* doloribus conducitur. *Catarrhum* exiccatur. *Aluum* sistit. *Stomacho* non inutilis, partes namq; illius uoborat. *Craspos* status disecat. *Luxa* tis membris tum sumptus, tum adnotus est efficacissimus. *Ulceribus* supercutaneis medetur. *Scabiē* enim exiccatur, ac *Pustulas* humidus, ac siccas malagmatibus illis auertit. *Siccus* autem *Catarrhum* à capite suffusus educit. *Permulti* in *super Styracem* medicamentis immiscetur. *Liquidum* nepè.

DE STACTE,
CAP. LXXXI.

NOMENCLATURA.

MITHA, cum *Styrace* *Stacten* confundentes, *Arabibus*. *Στακτή*, *Græcis*. *Stacte*, *Latinis*.

FABRICA, ELECTIO, AC INVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. Cap. lxxviii.

Tuse recentis *myrrhe* exigua, aqua consperse, tum prælo expresse, pinguis simam destillationem *Stacten* uocant. *Odoratissima* *Stacte*, pretiosissimaq; est, per se etiam unguentum faciens, quod *Stacte* appellatur. *Probatissima* cui oleum admixtum non fuerit, & que in minima quantitate egregiam uim habebit. *Calefacit* *Stacte* unguentum, *myrrhe* & unguentis alijs que calefaciēdo sunt, proportionē respondens & equalis.

DE ISATIDE,
CAP. LXXXII.

NOMENCLATURA.

DILI, seu *Dileg*, *Vesme*, *Chate*, seu *Chatis*, seu *Alchat*, *Adlen* seu *Adhlen*, & *Nil*, *Arabibus*. *Ἰσάτις*, *Græcis*. *Isatis*, & *Glastum*, *Latinis*. *Osatis*, & *Guada* seu *Guadum* *Barbaris*, *Indicum*, *Officinis*. *Guado*, *Italis*. *Duguesde*, *Paisel de languedoc*, *Gallis*. *Vuedt*, *Germanis*. *Anmir*, seu *Indibagadel*, *Hispanis*.

GENERA, ATQ. EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. cap. cccvii. & cccviii.

Isatis, una quidem est hujusmodi nempè *Satiua*, altera uero *αἴσπις* seu *Syluestris*.

Satiua autē herba est qua tingendis lanis insectores utitur. *Plantaginis* folia habet, pinquiora tantum & nigriora: caulem duobus cubitis altiorē.

Syluestris autem *Isatis*, *Satiua* similis est, folia tamen maiora habet, ad lactuce folia accedentia: caules tenuiores, diuisionibus multis, rubefcentes, in summo ueluti folliculos linguarum figura multos pendulosq; habentes, in quibus semen est. *Florem* fert luteum & gracilem.

EX ABOHANIFA, HALAHADME, ET ALOESINE.

Planta quidem est puluerulenta, caule suberescens duum cubitorum altitudine, ramulisq; germinans. *Florem* in camumie profert, *Corianni* floribus non absimilem. *Exiccatur*, conteritur, *Ligustroc*; denum admiscetur. *Adhlen* nonnulli Nil esse autumant, *Chatis* autem, & *Vesme* idem.

EX ISAAC EBEN AMRAM.

Vesme est *Alchat*, *planta* nimirum folij oblongi, coloris ferè instar *Salicis* *lactuce*, *Phasceolorum* folijs non absimilis, quamq; nonnihil magnitudine excedat. *Ab Hegen*, & *Aliemen* exportatur.

TEMPERAMENTVM, AC INVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. VI.

Isatis domestica quidem, qua utuntur tinctores, facultas est ualenter exiccantis, nondum tamen mordentis: est enim simul amara atque adstringens. *Proinde* magna uulnera corporum durorum glutinat, etiamsi in capitibus musculorum fuerint & sanguinis profusio laborantibus partibus utiliter illinitur tumores oedematodosi mirifice digerit simul ac reprimat, & aduersus omnia ulcera maligna & caeothē mirabiliter resistit, etiamsi putrescant, etiamsi exedantur ac erodantur. *Quòd* si quando quam pro laborantis natura ualētior appareat, folijs eius tritis miscere oportebit autem panem, aut hordeaceam farinam, aut triticam, aut polētā, pro uincēte nimirum in unoquoque affectu.

At Isatis *syluestris* manifestè iam acere quiddā tum gustu, tum actione praefert. *Proinde* quam domestica ualentissimè sicca ualētius humidis etiam putredinibus obfistit, ad cetera uerò iam comprehensa deterior. *Minus* enim moderate mordaciterq; desiccatur, talia enim irritantur hoc pacto, & phlegmone grauari incipiunt. *Ceterum* ob facultatis robur lienosius quoq; utilis fuerit, cum altera nondum prodese possit.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. cap. cccvii. & cccviii.

Tumores panosq; omnes discentiunt illius *Isatis* *satiua* folia, cruenta glutinant uulnera, sanguinis eruptiones sistunt, *hulcera* que phagedenica, & à serpendo herpetas dicunt: sacros ignes, & exedentia sanant.

Syluestris autem potest eadem antedicta: lienosius potè utilis

utilis, & emplastrum modo imposita.

EX ISAAC EBEN AMRAM.

Ad caliditatem uergit, nonnihil obtinens adstrictionis: Capillum, atque Pilos tingit.

EX RASE.

Isatis calida est, ac sicca, & adstringens. Capillis inficit.

DE LIGNORUM CARIE, CAP. LXXXIII.

NOMENCLATURA.

NVCHARER VEASAB, seu Nefare, Arabibus. Σαρκωτός, Græcis. Caries, Latinis. Serratura, & Caries seu Pulvis ligni corrosi, Barbaris. Ταλαεντρα Italis. Vuurm meel, Germanis. Carcoma, Hispanis.

IVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

L. lib. I. cap. cccxlii.

Quæ ex ueteribus lignis & truncis Caries farinæ modo colligitur, hulcera purgat dispersa, & ad cicatricem perducit. Compositæ eadem quæ serpant, cum pari aniso, uino macerata linteolisq; inducitur, sicq; illis imposita.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Caries lignorum & maxime eorum quæ adstrictione simul habent et absterfionem, uelut ulnus, expurgat impletq; ulcera humida

DE NARAMVSCH, CAP. LXXXIII.

NOMENCLATURA.

NARAMVSCH, seu Nere misch, seu Narmesch, ueluti eius Flos, Narsefire, seu Narsefira, Arabibus. Mustum, seu Muscus (nescio unde), malorum Granatorum, Barbaris.

EFFIGIES, TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA.

Instar est Punici Granatiuæ mali, ueluti Rosa debiscens, colore ex albo ac rubro pallefcens, in cuius medio Flos est, colore non absimilis. Gustu quidem adstringens, ac suaueolens. Ex Corascenti aduehitur. Vim habet excalescendi, primo nempe excessu, siccandi autem, secundo. Primum uero tum tenuandi, tum discutiendi, facultatem obtinet. Vbi autem defuerit, par pondus ex Aethyopico, Regionis Cymino, seu tertia pars etiam ex Costo, eadem uirtute pariter cuncta præstant.

EX ABEN MESVAL.

Nardum facultate emulatur.

EX BEDIGORA.

Potissimum tenuat.

EX MESARVGIE.

Calorem, ac siccitatem in secundo abscessu obtinet, & attenuat.

EX RASE.

Flos quidem huius plantæ Narsefire nuncupatur. Vim autem habet excalescendi. Vetriculo, ac icinori etiam refrigeratis, magnifice auxiliatur.

DE SACCCHARO, CAP. LXXXV.

NOMENCLATURA.

ZUCCHAR, seu Succar, seu Suchar, Arabibus. Σακχαροῦ, Græcis. Saccharum, Latinis. Zuccarum, Barbaris, ac Officinis. Zuchero, seu Zuccharo, Italis. Sucre, Gallis. Zucker, Germanis. Azucar, Hispanis.

EFFIGIES, LOCVS, TEMPERAMENTVM, AC GENERA.

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Sacchar, ut uocatur, quod ex India atque felici Arabia conuehitur, in calamis, ut aiunt, concrefcit, & ipsum mellis est species, minus certe quam nostrate dulce, sed ad similes ei uires obtinens, quod ad abstergendum desiccandum, & digerendum attinet. Porro quatenus nec inimicum stomacho est, ceu nostras, nec sitim afferens, eatenus ab illo substantia differt.

Method. Meden. viii.

Oxymeli uero solum nec Febres accendit, & strenue detarget, sic ut ea quæ glutinosa crassaq; sunt, dissoluat, & meatus obstructos liberet. Porro inter Musam & Oxymeli medium locum habet quod Ἀπὸ βυλῆς Græce dicitur, cuius plurimus in Peloponneso est usus. Non immerito arbutor & SACCARVM inter hæc numerandum.

EX DIOSCORIDE.

L. lib. ii. cap. ciii.

Vocatur & quoddam Saccharum, quod mellis genus est in India felicisq; Arabia concreti. Inuenitur id in barundinibus concretionis sua salis simile, & quod dentibus subiectum, salis modo friatur. Bonam facit aluum hoc mel. Dilutum aqua idem potumq; stomacho accommodatum est. Ex hulcerate uescicæ et renibus prodest. Quiniam contra ea quæ claritati oculorum officium, utiliter inungitur.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

EX ABBEN MESVAL.

Calidum censetur initio quidem secundi recessus, humectum autem circa medium primi. Bonam facit Aluum. Stomacho est accommodū, noxas enim flauæ Biliis terget, quæ etiam absterione extrudit. Tabaræz autem seu Tabarjed, non sicuti Salaimeni seu Sulimienti quidem emollit. Saccharum uero ex Hegen cõportatum, Salt frustatim conciso assimilatur. Saccharū demum Hoafser andaceni, seu Albasfer ob stypicitatem ac poticitatem quam habet, Stomacho non inutile. Exulceratæ uesciæ, ac Renibus auxilium est. Ob scuritatem uisos clarificat, collyrijs infusar illitum, suffusionemq; excicat, ac tollit. Sitim haud facit assumptum, ob facultatem, quam habet, modicè abster gendi. Quam ob rem Subeantibus cutem Aquis etiamnum conuenit, cum è pomis Mandragoræ succo ebibitum Rursus, Saccharum recès, calidum est, ac humectum, antiquatum uero, calidum ac secum. Flatibus alui medetur: Aluumq; emollit. Cum oleo Amygdalarum dulcium assumptum, colicis cruciatibus auxiliatur. Antiquum pituitoso Ventriculo succurrit. Sitim efficit. Sanguinemq; progignit crassiuorem. Ex Aliemen ad uectum Mastiche assimilatur, Saccharūq; Hoafser, seu Albasfer, seu Albasfer, uocatur. Ventriculo, locinoriq; ob paruum in eo amaritudinem, nõ inutile, Saccharum tamen omne priuatum Vesicæ, ac Renum cruciatibus opitulatur, ac terget.

EX ISAAC BENSVLAIMEN.

Saccharum ex Heigen, Hoafser nuncupatum, minoris est dulcedinis, ac maioris siccitatis: nec adeo ualenter Sitim extinguit, ac mira efficit in Renum affectibus. Subeuntibus cutem Aquis, cum è pomis Mandragoræ succo potatū auxiliatur. Liquor etiam Hoafser, cum succo ex Mandragoræ pomis assumptus, hæc eadem efficit, ualentius tamen, uerum intemperie calidis periculosus.

EX AABRIANIFA.

HAHOS CER, seu Albasfer, seu Albasfer planta est, quæ lata habet Folia, singulis annis succrescens, Saccharum è ramulis exstillans, & à foliorum cauis, quod copiosissimè legitur, non parum quidem amarescens. Poma profert Camelorum testibus non dissimilia, à quibus res quæ eadem caustica adurensiue emanat, cauterijs maxime accommodatæ: ex qua etiam & Culcitæ, et Puluaris fulciantur. Planta cuius Chercha nuncupatur. Folia autem Hoafser incisa humorem destillant, in Maio colligi solitum, in quo Coria depilantur. Adeoq; copiose exudat, ut nas quam capacissimum ex una uel altera expressione adimpleatur. Lignum uero Hoafser Leue est, crassum, erectum, pulcherrimum, ut non iniuria suis carminibus tum brachia tū crura formosarum sanè Mulierum, ligno Hoafser Poetæ belicè comparant. Est & alia etiam planta, Hoafser nuncupata, ex Tithymalorum quidem genere.

DE PENIDIIS,

CAP. LXXXVI.

NOMENCLATURA.

FANID, Arabibus. Penidi, Barbaris, ac Officinis. Peniti, Italis.

TEMPERAMENTVM, AC VVIAMENTA.

EX ABBEN MESVAL.

Penidijs tū calidi, tū humidi censentur, in primo siquidè re cefu, potissimum candidi. Aluum emolliunt. Tussim medentur. Cæteram Saccharo sunt crassiores.

DE NARDO,

CAP. LXXXVII.

NOMENCLATURA.

SUMBEL, aut Seibel, Arabibus. Νάρδος, καὶ Νάρδουστύκος, ἢ Νάρδον στύκος, Græcis. Nardus, seu Nardum, Latinis. Spica, Barbaris. Spica nardi, Officinis. Spigo Nardo, Italis. Aspic doultremer, Gallis. Edelfrëhd Vuotrieche Spichen nardi, Germanis. Azumbar, seu Espiga sil, Hispanis.

GENERA, LOCVS, ELECTIO, AC ADVLTERIA.

EX DIOSCORIDE.

L. lib. 4, Cap. vi.

Nardi genera duo sunt: uocaturq; Indica altera, Syriaca altera: haud sane quia in Syria & India proueniant, sed quod montis, in quo Nardus nascitur, altera pars Syriam, altera Indiam spectat. Habetq; in Syriaca Nardo primum bonitatis honorem quæ recens, non ponderosa, comosa, colore rusto, odoratisimæq; est, & quæ una cū angulosis odorati iunci odore, breui spica, et amaro sapore sit: quæ itidè linguam exciccat, odoris suauitate diu permanente. In Indica, Gangitis altera dicitur, à Gange flumine inuenta appellatione, qui ad radices montis, in quo Nardus nascitur, fluit. Ignauior, & minore efficacia, quod aquosis locis prouenit, Nardus hæc est: numerosos, & ex una eademq; radice prodeuntes, spicas ex se mittit, easdemq; comosas implentisq; et odore uirido. Quæ contra in hoc cefu longius à flumine in monte nascitur, maiore bonitate odoris, torosiorq; spica est, & angulosum odoratum iuncum odore suo refert. Habet præterea cunctas bonitatis notas, quas Syriaca paulo ante descripta habere dicta est. Vocatur et Nardus alia quæ eadem admodum breui et decurtato frutice Samphariticæ, à regione dicta, quæ grandi spica est, colore candido, mediumq; caulem aliquando ex se mittit odore supra modum hircino, quæ in omni usu reprobanda est. Venditur diluta aqua Nardus aliquando, uerum candore squaloreq; spicarum, & amissa lanugine sua depræhenditur. Adulteratur eadè inperso iniectioq; illi spiritui oris cū aqua aut palmeo uino, ut densetur & ponderosior fiat, sibi. Aufertur in usu eius primū radices, tum cribro excutiendus secerendusq; puluis est, qui cum seruabitur lauandis manibus utilis.

TEMPERAMENTVM, AC VVIAMENTA.

EX GA.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Nardi spica excaesat excessu primo, desiccatur secundo iam completo. Composita est ex adstringente sufficienter substantia, & acri calida non multa, et quadam leuiter amara: ex his constans facultatis radix & ad iecur, & ad stomachum rationabiliter conuenit tum pota, tum extrinsecus imposita. Urinam citius, morfus stomachi sanat, in uentre ac intestinis consistentes fluxiones desiccatur, ad hæc & ea quæ in capite & thorace. Valentior est uocata Indica, quæ nigrior est quam Syriaca.

EX DIOSCORIDE.

Libi. cap. vi.

Habent nardi omnes calefaciendi uim, sicant, & urinam fluxu: Ideoq; pota, aluum: apposite uero, muliebrium locorum fluxiones sistunt. Comescunt præterea sanies quos ichoras dicunt, & nauisus cum frigida aqua pota sic currunt. Profunt & stomachi erosionibus, quas Greci cardiosmos dicunt: Inflationibus itidem, iocinorosis, suffusis felle, & renum cum urina malo aliquo dolori quem nephritim uocant. Coquantur eadem in aquam decoctioq; illo insidentibus uulnæ inflammationes sanantur. Faciunt præter hæc ad palpebrarum in oculis cum destillatione defluuia et tumores, adstringentes earum pilos et expletent. Quinetiam humescitibus corporibus sicca & in puluerem trita utiliter inspergantur. Miscentur & antidotis, seruanturq; ad oculorum medicinam in nouo non picato ficitili trite, et ex uino in pastillos conformata.

EX ABEN MESVAI.

Nardus muliebrium locorum fluxiones potissimum cohibet, in potu nimirum assumpta.

DE GALLICA NARDO, CAP. LXXXVIII.

NOMENCLATURA.

KELTIKI Νάρδος, Grecis. Celtica, Gallicauē Nardus, Latinis. Spica tum Romana, tum Celtica, Barbaris. Spica Celtica, & Nardum Gallicum, Officinis.

LOCVS, EFFIGIES, ADVLTERIA, ATQ. ELECTIO.

EX DIOSCORIDE.

Lib. i. cap. vii.

Nascitur Gallica nardus in Liguria alpibus, ab incolis gentis suæ uocabulo, Gallica appellata. Nascitur & in Istria breuis & exiguus frutex, qui una cum radicibus carpitur & in manuales fasciculos ligatur. Folia habet oblonga, colore subflauo, luteum uero florem. Caulium tantum radicibus: usus est: sole enim hæc partes odoris bonitate commendantur. Ideoq; oportet per diem ante inspersos aqua fa-

sciculos, & amoto si quid terreni inhererit, in humido pavimento subiecta charta sternere, tum sequenti die purgare: hæc enim ratione aucta ex humore firmitate, tenaciq; materia lentore, non peribit, dum tractabitur in purgando una cum inutilibus cremis paleisq; & alieno omni, quod utile est. Adulteratur causa primum, mox reposita simul consimili herba, quam ob odoris uirus bircalum uocant: fæcile tamen deprehenditur, sine caule siquidem candidiorq; est, minus oblongis folijs frondet, nec amara, nec aromatum modo odorata radice est, quæ omnia habet uera Gallica nardus. Sepositis igitur ad usum caulibus radicibusq; folia abiectio, Et si seruari eam uolueris, uino tritam excipito, conformataq; in pastillos, in nouo picato ficitili diligenter operculatam reponito. Probatissima est nardus Gallica quæ recens, odorata, multiradix, non fæcile fragilis, & plena erit.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Nardus Gallica iam dictis similis quadantenus in genere facultatis est: ceterum ad omnia imbecillior, præter quæ ad prouocandam urinam. Siquidem calidior illi est, sed minus adstringit.

EX DIOSCORIDE.

Lib. i. cap. vii.

Potest Gallica quæcunque Syriaca nardus: maiore tamen ut ad ciendam urinam, & stomacho magis accommodata hæc est. Prodest iocinoris inflammationibus, suffusis felle, & stomachi inflationibus cum decocto absinthij pota. Prodest eodem modo & lien: Renum uescicæq; uitij, & cum uino contra ea quæ icthi morfu se uenenum relinquunt. Misceatur præterea malagmatis, potionibus, & unguentis quæ calefaciendi sunt.

DE MONTANA NARDO, CAP. LXXXIX.

NOMENCLATURA.

O'PEINH' Νάρδος, Grecis. Montana Nardus, seu Montanum Nardum, Latinis.

LOCVS, AC EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib. i. cap. viii.

Montanam uero nardum, quæ quibusdam thylactis & niris diua est, Cilicia gignit & Syria: Ramulos foliaq; eryngio similia habet, minor tamen, ac eryngij modo aspera & aculeata. Radices illi due sunt, & aliquando plures, nigra odoratæq; asphodelo similes, uerum multo quam asphodelus gracilioris tenuioresque. Non caulea, non florem, non semen fert.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

IVVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. v. 8.

Nardus montana, quæ & thylacitis, & pyritis nuncupatur, plurima in Cilicia nascitur, sed prædictis debilior.

EX DIOSCORIDE.
Lib. I. Cap. viii.

Facit ad eadem omnia, ad quæ & nardus Gallica.

DE MALABATHRO, CAP. XC.

NOMENCLATURA.

SEDIG, seu Sadegi, Arabibus. *μικλά βοιβρον, ή φύλαρον, και φύλλον ήνδικον*, Grecis. Malabathrum, & Folium, Latinis. Folium Indum, Officinis. Malabathro, & Folio Indico, Italis. Feuilet de Inde, & Fenlet de Malabathre, Gallis. Negel bletter, Germanis.

EFFIGIES, LOCVS, ATQ. ELECTIO.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. cap. xl.

Opinantur plerique Indicæ nardifolium malobathrum esse, odoris similitudine decepti: multi a squidem sunt nardo in odore similia, qualia sunt *pbis*, *afaron* & *nir is*, (quæ mō tanta nardus ab hoc ipso pauloante dicta fuit) uerum nō sic se habet. Proprium enim malobathro genus est, nasciturq; in Indicæ lacustribus locis, nihil aliud quàm folium in aquis lacustris lentis modo fluitans, & nullis radicibus herens. Id colligentes incolæ, funiculo statim traiciunt, siccatumq; seruant. Ferunt præterea siccatis estate lacubus, fruticibus & cremijs incendi terram, & nisi id fiat, non prouenire Folium. Probatur recens, & in nigredine albicans. Probatur itidem quod frangenti contumax est, nec facile discerpitur quod odoris sui halitu sensum tentat, eademq; odoris bonitate diutius permanet: quod nardi odorem refert, nullo salis sapore & gustu. Improbatur contra, quod infirmum fratriumq; in puluerem, cari oso halitu est.

IVVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. vii.

Malabathri folium cum spica nardi simillimam facultatem obtinet.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. Cap. vii.

Nardo eadem omnia potest malobathrum: uerum efficacior ad omnia nardus: malobathri tamen uis eadem urine aptior, & stomacho magis accommodata est. Prodest idem oculorum inflammationibus in uino decoctum, tum conculsum & expresso uino inunctum. Subiicitur & lingue ad oris halitusque suauitatem. Qui etiam uestibus interponi-

tur, tueturq; irrosas, & odoris suauitate gratiores facit.

DE GALLIA, CAP. XC.

NOMENCLATURA.

SVCH, seu Sech, Arabibus. Galia, seu Gallia, Barbaris, ac Officinis.

TEMPERAMENTVM, IVVAMENTA,
GENERA, AC FABRICA.

EX ABEN MESVAL.

Gallia quidem styptica est, ac sicca. Nauseam à serofis humoribus excitatam cohibet. Aluum sistit. Intestinaq; roborat.

EX RASE.

Calida est, ac sicca. Ventriculo haud inutilis. Sudoris, ac Psilothri graueolentiam rescindit.

EX ISAAC EBEN AMRAM.

Excalfaciendi, excicandiq; facultatem habet secundo nimirum excessus: nec non ex contrarijs composita est substantijs, stypticitate nempe, atque caliditate, tum propter Moschum, tum propter alia etiamnum Aromata. Quam ob rē Nauseam à serofis præsertim humoribus, mirè auxiliatur. Aluum cohibet. Ventriculum, lecarq; bellissimè firmat. Cuius quatuor sunt innumersum genera. Gallia nimirum ex Moscho, Gallia ex Umbelicis, Gallia ex Corijs, Gallia ex Aqua. Ex Moscho autem Gallia hunc in modum paratur. **R A M I C H** laudatissimum sumito, conterito, ac Cribro nec raro admodum, nec denso nimum excutito, pulchrèq; subigendo in unum cogito, unaq; olei Leucosijni, ac Lasmini paululum admisceto, uerum Leucosijnum magis laudatur. Per noctem uero in Vase in quo hæc subegeris finito, mane autem Moschi probatissimi quantum satis esse uidebitur accipito, conterito, ac cribrato, Ramichq; in puluerem probe redacto, permisceto. Mox manibus ueluti pasta, subigito Pastillos demum Lupini magnitudine, siue drachmæ unius, aut (si lubet,) grandiores, formato, Manus semper oleo aliquo, ne adherent inungito. Per duos uel tres dies, quo ad uniantur, super Cribro setaceum finito. Postmodum Pastillos stylo ferreo perforatos, funiculo nec tenai nec crasso admodum traicito, ac lignes frustra ne iniucem setāgant, inter serito, donec, Aësus prope fuerit in altum suspendito. Gallia omnis quanto diutius moratur, ac ueterascit, efficacior odoratior, ac ualentior facultatis, & uirtutis. Præstantior tamen omnium, Gallia est ex Moscho, cæterum aqueo humore exhibetur. Quam ob causam alios prærandi modos scienter prætermisimus. Ex Corijs nihilominus Gallia, è Vesicularum in quibus Moschus adseruatur, membranulis conficitur. Ex Aqua autem Gallia, cum Vesicæ aqua miscerantur indeq; Ramich apparatur. Gallia uero ex Umbelicis, cum minutatim Umbelicorum membra in le inciduntur, atque Ramich permiscuntur.

DE CYPRESSO,

CAP. XCII.

NOMENCLATURA.

SARO, aut Seru, Arabibus. *كرواقوس*, Græcis Cupressus, Latinis. Fructus autem, Galla Cypressi, Barbaris. Nux Cypressi, Officinis. Planta quidem, Cypresso, Fructus uero, Noci Cypresso, Italici. Cyprez, arbor: fructus autem, Nox de Cyprez, & Soucher, Gallis. Cypressen, arbor, fructus uero, Cypressen Nusz, Germanis. Cipres, sicuti fructus, Nux de Cipres, Hispanis.

TEMPERAMENTVM, AC INVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. VII.

Cypressi folia, germina, pilule, recentes & molles, magna ulcera conglutinant in duris corporibus: ex quo clarum est, q. resiccandi uim habeat absque insigni acrimonia, aut caliditate, sicut certè & gustus testificatur. Apparet enim in ea leuis quidem acrimonia sed plurima amaritudo, multoque etiam plus acerbittatis in tota planta. Tanta ei in est acrimonia caliditatisq., quanta satis sit deducende in alium acerbittati, ac nullam tamen mordicationem aut caliditatem in corporibus efficiat. Proinde in alto latentes infestis putrescentibusq. affectibus humiditates innoxie tu toq. depascitur, atque absorbit, cum que excalescunt simul deficiantq., eas quidem que contentæ sunt absorbant, ceterum acrimonia & caliditate alias atrahant. Sic enterocælicos inuati: siquidem exicat, roburq. addit corporis partibus præ humiditate laxis: ut pote cum adstrictio in alium subeat, deducente ipsa caliditate que admista est, eum seruante modum, ut deducere quidem ualeat, non tamen mordicare queat. Quidam ea utuntur ad carbunculos, & herpes po sentæ miscentes, tanquam absorbat citra excalescitionem eos morbos facientem humiditatem. Sunt qui ad erysipelata utantur, admista nimirum polenta cum aqua aut oxycera to aquoso.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I, cap. ciiij.

Astringit cypressus & refrigerat. Bibuntur folia eius utiliter cum passo & exigua myrrha, contra desillationes in vesicam & urinae angustias. Bibuntur pari utilitate etiam tuse eiusdem arboris pilule cum uino contra sanguinis excretiones, intestinorum tormina, fluores alui, in spiritibus difficultate non nisi recta ceruice spirantes, & tussim. Potest idem & earum decoctum: Durities mollit cum fico tuse, polytis in naribus medentur, scabros pelunt, ungues in aceto decoctæ, concisæq. additis lupinis, intestinorum ramices illitæ conspescunt. Posant idem & folia. Creduntur præterea cypressi pilule cum sue arboris coma incense, suffitu culices fugare. Glutinant uulnera etiam comæ illita folia, sanguinem eadem sistunt, concisæ, ex accapillum denigrant. Illinuntur etiam per se & cum po-

lenta sacris ignibus, huculceribus que serpunt, carbunculis & oculorum inflammationibus. Cerato præterea admista stomachum imposita confirmant.

EX SALAM VAB, AC ABEN MBSVAI.

Cypressi Pilule, suffitu Calices fugant.

DE FILICE,

CAP. XCIII.

NOMENCLATURA.

SARAX, seu Sarach, Arabibus. *ارز*, *ارز*, Græcis. Filix, Latinis, ac Officinis. Felce, Italici. Osimunda regale, Gallis. Vuallt farz mennle, & Faren, seu Farenbrant, & Hohfaren, Germanis. Helecho, Hispanis.

EFFIGIES, AC LOCVS.

EX DIOSCORIDE.

Lib. III, cap. cxxi.

Folia sunt sine caule, sine flore, sine semine, ex uno pediculo cubitali magnitudine incisuris diuisa, & alarum auium modo explicita, in quibus odoris grauitas aliqua est. Radicem habet Filix in summa terra nigram, oblongam ex qua plures ueluti adnate progrediuntur alie, quadantenus in gustu adstringentes. Nasctur montanis & saxosis locis.

TEMPERAMENTVM, AC INVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. VIII.

Filix radicem habet maximè utilem: satum enim lumbrici cum interficit, siquis eam quatuor drachmis in melicrato ebibat. Ad eundem modum partum uiuum quidem necare, mortuum autem eicere mirum non est. Est enim amara, passum habens adstrictiois. Quamobrem ulceribus imposita uim habet ualenter deficiandi: non tamen mordax est.

EX DIOSCORIDE.

Lib. III, cap. cxxi.

Pellit utrisque lumbricos latos Filicis radix pondere dra chmarum quatuor in mulla aqua pota: felicitus tamen id præstat, si cum scammonij aut nigri ueratri quatuor obolis detur. Verminum tamen oportet sumetes Allia presumpsisse. Lienosis ut in antiquum habitum restituantur, prodest pota etiam radix. Et cum axungia emplastri modo imposita contra ichus noxasq. alias ab harundinibus factas utilis est.

DE THELYPTERIDE,

CAP. XCIIII.

NOMENCLATURA.

H II

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

SARAX ALBA, Arabibus *Ἰνδὴν τῆς*, Graecis. Filix foemina, Latinis. Felce femina, Italis. Fugera, Feuchiere, Gallis. Rosz farn, seu Nidz farn, & uualdsarz uueible, Germanis.

autem non habetur ad manum, ultra aequale pondus partertia Electri substituitur.

EX ALBVGERIC.

Calidum est, ac siccum. Destillationi suffitu conducit, ulceraq; exiccata.

EX BEDIGORAS.

Catarrho destillationis priuatim conuenit. Mulieribusq; fluxionibus medetur.

EX MESARVGIB.

Fistulas magnifice exiccata.

EX ABEN MESVAT.

Calidum est, ac siccum, primo nemp abscessu. Pituitosos à Ventriculo, atque Intestinis humores extrudit. Lumbricos praesertim Ascaridas, necat. Nernorum resolutioni tum ex frigore ac humiditate, tum etiam ex repletione auxiliatur.

EX ABIGE.

Iuniperi Gummi uim habet modice excalescendi. Suffitum Destillationibus à capite succurrit. Ulcera aspersum exiccata.

EX ATABARI.

Iuniperi Gummi, facultate Electrum omnino emulatur. Coryza grauediniue suffitu conuenit, ac Fistulas exiccata.

EX RASE.

Sanguinis reiectioni, atque Hemorrhoidibus opitulatur.

DE SENNA,

CAP. XCVI.

NOMENCLATVRA.

SENE, Arabibus *سنة*, Aethiario inter Graecos. Senna Hermolao apud Latinos. Sena, Barbaris, Officinis, ac Italis. Senet, Germanis. Sen de Alexandria, Hispanis.

EFFIGIES.

EX ABOHANIFA.

Senna duntaxat exiccata adseruatur. Siliquas autem profert. Folliculosae oblongos, lunatosq; in quibus Semina in ordinem belle digesta clauduntur. Qui quidem Folliculi pediculo quam tenuissimo sic ramulis inhaerent, ut à uento facillime prociuant consusis indeq; à Fastoribus leguntur.

TEMPERAMENTVM IUVAMENTA. AC PONDVS.

EX ISAAC BEEN AMRAM.

Senna

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib. lllii, cap. cccii.

Folia filicis similia Thelypteris habet, non tamè uno singulariq; pediculo herentia ut illa, sed multis hisque altioribus ramulorum e terra statim eruptionibus. Radices illi sunt numerosae, longae, obliquae, & in nigro colore rufae. Rubent earum tamen aliquae etiam non secus quam filicis.

IUVAMETA.

EX GALENO.

Simp. Med. Vill.

Similem Filici uim habet Thelypteris nominata.

EX DIOSCORIDE.

Lib. lllii, cap. cccii.

Radices huius cum melle sumptae latos uentris Lumbricos pellunt: cum uino autem, rotundos: in quem usum pondere trium arachmarum bibuntur. Sterilitatem foeminae, pregnantibus abortum data faciunt. Siccata eadem & in farina tritae humentibus, & quae non facile sanantur ulceribus insperguntur, & iumentorum ceruicibus medentur. Quinetiam nuper prodeuntia eius folia oleram modo elixa, comeduntur: molliuntq; aluum.

DE GUMMI IUNIPERI,

CAP. XCV.

NOMENCLATVRA.

SANDARAX, seu Sadorax, seu Sandaru, Arabibus. *Κόμμι* praesertim, recentioribus Graecis. Gummi Iuniperi, ac Vernio, Latinis. Sandaracha, Barbaris. Vernix, Officinis. Vernice Italis. Vernix, Gallis, Vernis, Germanis. Verniz, & Grassá, Hispanis.

EFFIGIES, LOCVS, TEMPERAMENTVM,

AC IUVAMENTA.

EX ISAAC BEEN AMRAM.

Gummi nimirum est citrei coloris, Electro Succinole non ab simile, teneriusculum tamen, aliqualem amaritudinē respiciens, è Christianorum plagis aduectum, nec non Electrum Succinum faculitate emulatur. Sanguinem potissimum cohibet. Destillationi succurrit. Effiulisq; suffitu conuenit. Iuniperi gummi cum Rosaceo, corporis uniuersus, mauium ac pedum praesertim, scissuris, illitu auxiliatur. Vbi

Senna (ut Paulus inquit.) mentis alienationi desipientie ab atrabilario potissimum humore, scissuris uniuersi corporis, eruptionum resolutioni, capillorumque fluxionibus magnifice auxiliatur. Phtiriasi, Cephalalgia, Scabiei, pustulis, puritui, Epilepsiq; probe medetur.

EX ABIGE.

Senna uim habet excalfaciendi atq; exiccandi, modice tamen: uerum siccitate ad caliditate proximè accedit. Vtrūq; bilem, atram nimirum ac retorridam flauamue, assumpta priuatim deicit. Cor etiamnum roborat, alijs potissimum medicamentis, que ipsum prorsus undiq; firmant, admista, ueluti Viola. Decocto quam Puluere est efficator. Ex Puluere tamen, una tantum exhibetur drachma, ex Decocto autem quinq;.

EX RASE.

Senna Fumariq; adustos purgant humores. Scabiei, et Pruritiu profunt. Amborum pondus est ad drachmis quatuor, usque ad septem.

DE PISTACIIS,

CAP. XC VII.

NOMENCLATURA.

PISTECH, seu Festuc, Arabibus. *Πιστάχ*, Græcis. Pistacia, seu Pistacea, Latinis. Pistici, Barbaris, ac Officinis. Pistachi, Italis. Vuelsch Bimperauslin, Germanis. Pistico, Hispanis.

LOCVS, EFFIGIES, TEMPERAMENTVM, AC INVAVEMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Pistacium in Syria ubertim hæc plâta nascitur. Fructus eius quodammodo tenuioris essentie est, subamarum quid & odoratum habens: obstructiones itaq; liberat, & expurgat, sed maxime iccoris, uerum tamen etiam thoracis, pulmonisq;.

Alimen. Facult. II.

Hæc quidem ad magnam Alexandriam proueniunt, sed multo uberiora in Beryhoea urbe Syriæ: parum quidem nutritia, uerum ad hepar roborandum, & succos in ipsius nijs in sarcoles purgandos, utilia: qualitate enim habent aromaticam, subamaram & sabadstringentem.

Scio autè et alia huiusmodi plerq; hepati esse utilissima quemadmodum in opere de Simplicibus Medicamentis est demonstratum. Porro non ausim affirmare, ullam ex ipsis Stomacho accedere utilitatem aut lesionem insignem: quemadmodum neq; quod aliium diiciant, aut sistant.

EX DIOSCORIDE,

Lib. I. cap. lxxix.

In Syria scimus nasci Pistacia pineis nucleis similia, sto macho utilia, contra serpentium morsus accommodata, siue per se edantur, siue concisa in uino bibantur.

EX ABEN MESVAL.

Oleum quidem ex Pistacijs aduersus Serpentium morsus mirifice pollet. Iecinoris etiam dolores ab humiditate potenter lenit. Pistacia autem contrita, ex decocto ebibita in serpentium morsus sunt accommodatissima.

EX ARCHIGENO.

Calida sunt ac sicca, uerum calidiora quam Iuglandes, ac Ponticæ nuces.

DE RUBIA,

CAP. XC VIII.

NOMENCLATURA.

PAUE, aut sue alsabagin, Arabibus. *Ερβώβολε*, uoy, Græcis. Erythrodanum, & Rubia, Latinis. Rubia Tinctorum, Barbaris, & Officinis. Robbia, Italis. Garrence, Gallis. Roete, seu Ferber roet, Germanis.

GENERA, LOCVS, ATQ; EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib. III. cap. clx.

Radix tingendo appta rubia est. Syluestris altera, satina altera, qualis in Gallia Thebane & Rauenna Italie nascitur. Seritur & in Caria inter oleas, nec aliter in aruis prouenit. Seritur autem utilissime ad annonam & uescigal, quod grande ex ea prouenit. Colliculos habet quadrangulos, longos, asperos, a parine similes, undiq; tamen maiores ualidioresq;: in quibus folijs sunt per interualla in singulis geniculis, stellarum modo in orbem radiata, Fructuum rotundum, a principio uiridem, mox rubentem, postremo cum maturuit nigrum. Radix rubie est gracilis, longa, rubens.

TEMPERAMENTVM, AC INVAVEMENTA,

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Est autem tinctorum Rubia radix acerba, et gustu amara. Itaque quecunq; agere dicta sunt superiore libro, ubi eiusmodi coierint qualitates, ea omnia in hac radice luculenter conspicies: quippe cum et lienem et iccur expurget, & urinam crassas multasq; ac nonnunquam etiam sanguinolentas moueat. Quin & menses ciet, et mediocriter que extersionem postulant extergit, proinde utiliginis albas cum aceto illita inuat. Sunt qui cam ischiadici, hoc est coxendiculi doloribus afflictis, et resolutis, in potu cum melicra to exhibent.

EX DIOSCORIDE.

Lib. III. cap. clx.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

Radix Vrinam cit. Eamq; ob causam suffusis felle cum mulsa aqua utiliter bibitur: coxendicis doloribus itidem et resolutis. Copiosam & crassam ducit urinam, aliquando etiam sanguinem. Lauari tamen quotidie bibentes in balneo oportet, excrementorum suorum discrimina contemplari. Succurrit & uiperarum moribus radicis rubie succus simulq; foliorum potus. Minuit lites semen in aceto mulso potum. Quinetiam apposita radix, scetus, secundas & menses trahit. Sanat eadem etiam utiligines albas, ex aceto emplastri modo imposita.

DE PÆONIA, CAP. XCIX.

NOMENCLATURA.

PÆONIA, siue Pœonia, Arabibus ΠΑΥΚΑΝΘΗ, καὶ ΡΟΜΑΙΩΝ, Grecis, Peonia, & Casta herba, Latinis. Peonia, Barbaris, Officinis, ac Italis, Pœoniae, seu Pœoniae, Gallis, Peonienblum, Roenigszblum, Gichtwurrtz, Benignenrosz, Venedisbrofz, Benedicentrosz, Pfingstrofz, Germanis. Peonia romana, aut Rosa del monte, Hispanis.

GENERA, ATQ; EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iii. cap. cvii.

Nascitur Pœonia caulis duorum fere doctantum altitudine, multa adnata habens. Duorum generum est, mas feminaq; habet mas regia id est, iugladii nucii similia folia, femina uero silyrii modo secta et incisuris diuisa. Fert utraque in summo caule folliculos quosdam amygdalis similes: quibus dehiscitibus, inueniuntur rubentia grana multa paruaque, puniceorum acinis similia, & inter haec media colore in purpura nigro alia quinq; aut sex. Mavis radix est digitali fere crassitudine, longitudine doctantali, calido colore, & adstringente gustu. In femina adnata & soboles ueluti glandes septem aut octo radice eadem habet asphodeli modo.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Glycyfida, quam pentorobos et Peoniam nuncupant, radicem habet leuiter adstringentem cum quadam dulcedine: ac si plusculum dentibus mandas, acrimoniam item quampiam subamarā subesse percipies. Proinde menses cit ex meliterato amygdali pota quantitate. Sanè tundere eam necesse est, ac ita cribratam inspergere. Expurgat porrò etià iecur obstructū, et renes: sed haec efficere nata est quā acris & subamarā est: quā uerò quiddam etiam adstrictorium obtinet, in uentre procurrentes fluxiones sistere potest. Ceterum eam tunc in austerorum uinorum quopiam decoctam potare conuenit. Est porrò omnino & rescicatoria. Ea propter haud desperauerim eam ex collo pueris suspensam

merito comitalem morbum sanare. Equidem siuid puellum quandoque octo totis mensibus morbo comitali liberum, ac postea forte fortuna cum quodā collo suspensum erat decidisset, protinus denuo conuulsione correptum, rursumq; suspensio in locum illius aliò, inculpatè postea egisse. Porrò uisum est mihi satius esse rursum id collo detrahere, certioris experientie gratia id cū fecissem, ac puer iterū efer conuulsus, magnam recentis radiceis partem ex collo eius suspensimus, ac deinceps proripsum sanus effectus est puer, nec postea conuulsus est. Rationabile itaque erat, aut partes quaspiam à radice defluentes, ac deinde per inspirationem attractas, affectos ita locos curare, aut aërem à radice assidue mutari & alterari. Nam hoc passio succis cyrenaicis columellan phlegmone affectam iuuat, et melanthiū frictum palam catarrhos & coryzae desecat, siquis id in calidum linteum rarum liget, assidueq; calorem ex eo per inspirationem in nares attrahat. Quinetiam si conuulsus linis, & maxime marinae purpuræ collo uiperæ iniectis illis uiperam profecos: eaq; postea cuiuspiam collo obuincias, mirificè profuerit tum parisijs, tum omnibus ijs quae in collo expullant. Sanè de talibus priuatim aliquando forte conscribam. Ac nunc Pœoniae cognoscendum temperamentum est tum exicatorium, tum subtilium esse partium, haud tamen insigniter calidum, sed aut symmetriū, aut paucillò calidiū.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iii. cap. cvii.

Datur (secundum) Pœoniae radix puerperis quae à partu non purgantur. Menses ducit amygdale quantitate pota. Bibitur in uino etiam contra dolores alios. Felle suffusis prodest. Prodest renum cum urinae malo aliquo & uesicae doloribus. Sicitur alium in uino decoctū potaq;. Quinetiam se minis rubentia grana decem aut duodecim in nigro austero uino pota, rubentes muliebres fluxiones sistunt. Comeduntur eadem utiliter cibum in stomacho non continentibus, et eius erosionibus. Incipientes praeterea calculos pueris in cibo potuq; disiciunt. Quae autem illis nigro colore sunt, nocturnis praefocationibus quas ephialtae uocant, & praeterea has stragulatū uuluae obtumescitibus, eiusdemq; partis doloribus, numero quindecim pota subueniunt.

EX ABRAHAM FILIO SALOMONIS ISRAELITE.

Peonia quidem aduersus Epilepticos quamstrenue pollet suffita. Suspensa autem morbum quem Graeci Ἐπιληψία uocant, helle auerit. Semina etiam cum Melle Rosaceo, Acetoq; mulso efficacis simè ualent.

DE PHV,

CAP. C.

NOMENCLATURA.

PHV, Arabibus صوف, καὶ Ἀγρία Νάρδος, Grecis, Phyllostictis Nardus, Latinis, Valeriana, Barbaris, Officinis, ac Italis, Valeriana, Gallis, Baldrian, Dennenkraut, oder Ratzenkraut, Germanis.

LOCVS, EFFIGIES, ET ADVLTERIA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. cap. x.

Nascitur in Ponto, ceruicello herbe, aut olivastro folio equali: Caulem habet cubitalem, et aliquando maiorem, tenerum, cui leuor sit & color in purpura albicans, eandemq; geniculatum, & in medio concauum: Flores figura ad narcissum accedentes, maiores tantum tenerioresq; colore in albedo per medium purpureo. Radix illi est in superiore sui parte minimi digiti crassitudine, habetq; adnascens illi exiguas radices alias q̄ transuersæ feruntur, odorati rotundi iunci aut nigri neratri modo sibiipsis implicitas colore subbruffo, et nardi odore, cui uirosa grauitate alij odoratas. Adulteratur admittis ruscii radicibus, ueritamen facile deprehenditur: Duræ enim ruscii radices sunt nec facile franguntur, & nullo odore commendantur.

IUVAMENTA,

EX GALENO.

Simp. Med. VIII.

Phu, odorata quodammodo est huius herbe radix, Nardo uiribus similis: sed tamen ad pleraque infirmior, urinas mouet plus quam aut Indica, aut Syriaca nardus perinde ut Gallica.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. cap. x.

Habet Phu calefaciendi uim. Bibitur eadem in puluerem trita ad citiendam urinam. Potest idem & decoctum eius. Facit ad lateris dolores. Menses eadem ducit, & in antido fa additur.

DE PINV, ET PICEA, CAP. CI.

NOMENCLATURA.

SONOBAR, aut Senobar, seu Alfenobar, Arabibus. Πένυκ, Græcis. Pinus, Latinis. Pino, Italis. ung Pin, Gallis. Ein forchen, Arben, bringt frucht muessen, so man Pineen kernnen nennet, Germanis. Pina, Hispanis.

ARZ, Arabibus. Πίτυς, Græcis. Picea, Latinis. Pex 20, Italis. ung abre du genre du Pin, Gallis. Rot dannen, aut Ein Fichtdannen, seu Zirbel, Germanis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. cap. Ixxxviii.

Pinus, & Picea, arbores uulgo cognita, ex eodem sunt genere, specie tantum diuersa.

EX ABOHANIFA.

Ex pinguisima Pini ac Piceæ materia, Pix nimirum coligitur. Quarum etiam Ligna ueluti cerrea, flammâ emittunt accensa, Adhaði, Arabibus: Δολύδες, Græcis: Τεῦξ, ac Faces, Latinis: nuncupata.

IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Piceæ cortex uincetem habet facultatem adstrictoriam, usque adeo ut & intertrigines bellissimè sanet, & uentrem potus sistat, sed & ambusta cicatrice includit. Porrò redæ cortex illi adsimilis est, sed uiribus tamen moderatioribus. In folijs arboris utriusque, ut quæ multo sunt cortice humiliora uis inest ulcerum glutinatoria. In cono, quaquam his similis sit, ualidior tamen facultas est tum in cortice, tum in folijs, adeo ut dictorum nihil probè efficere queat, uerum molestam quampiam habet mordacitatem. Porrò fuligo quæ ex dictis colligitur, ad pilos superciliorum accommodata est, itemq; ad angulos oculorum erosos, lippientes, ac lachrymantes.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. cap. Ixxxviii.

Adstringit utriusque cortex. Intertriginibus utiliter tritus inspergitur, et hulcer ibus in summa cute, ambustiq; cum spuma argenti & thuris manna. Idem ceratis myrteo oleo coactis additus, in teneris corporibus hulcera ad cicatricem perducit. Quæ serpunt cum atramento sutorio tritus compefit: factus & secundas suffitu pellit: aluum sistit potus, & urinam cit. Vtriusque etiam folia concisa illitaq; uulnerrum inflammationes leniunt, et tuta ab inflammationibus ea seruant. Conciuntur eadem, & in aceto coquantur, calidoq; eorum decocto utiliter in dolore dentes coluuntur. Bibuntur hæc ipsa etiam iocinorosis utiliter drachmæ pondere cum aqua, misuæ aqua. Idem possunt pini etiam pota cortex et folia. Omnium materia minutatim concisa & in aceto decocta, dentium dolores sedat, si qua parte dens dolet, decoctum id ore contineatur. Quineiam densandis in confectioe acopis pessulisq; eadem omnium materia apte utuntur. Colligitur ex incensis omnibus fuligo ad atramenti librarj confectioem: quæ honestandis palpebris etiam inferuit, erosiq; oculorum angulis, & glabrescentibus simulq; nascentibus alijs palpebris, & oculorum lachrymationibus.

DE NUCLEIS, QVOS

PITYIDAS GRÆCI VOCANT, CAP. CII.

NOMENCLATURA.

CAULICARIS, & Cathimikureis, seu Chanchareis, Arabibus. Πύτιδας, Græcis. Piceæ, Piniq; Fructus, Latinis.

EFFIGIES, AC IUVAMENTA.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

EX GALENO.

Simp. Med. VII.

Pityides, nominatur ita fructus pityon, hoc est Picearum. At quidam per abusum similiter quoque Pini fructum nuncupant. Mijam uim obtinent, ut pote adstringentes, et acrimoniam quandam cum amaritate possidentes: quamobrem thoracis pulmonisque expuitionibus conferunt.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. cap. LXXXIX.

Pitydas uocant Græci Pini et Piceæ fructus, qui in conis, id est nucibus earum inueniuntur, habentque adstringendi et calcificandi aliquam uim, tus sibus utiles et pectoris uitij s, per se et cum melle sumpti.

EX ABEN MESVAL.

Pityides priuatim uiscidos tum Renum tum Vesicæ purgant humores.

DE NVCLEIS,

AC NVCIBVS PINEIS,
CAP. CIIII.

NOMENCLATVRA.

HAB ALSENVBAR, Arabibus. Πρόβιλοι, Græcis. Pineæ nucis nucleis, Latinis. Granum Pini Barbaris. Pines, Offici uis, Pinocchi, Italis. Pigneons, Gallis. Pincen kernen, Germanis. Pinones, Hispanis.

Κόκκοι, ή Κοκκοί, ή Πρόβιλοι, Græcis. Pineæ nuceæ, Latinis. Pine, Italis. Pomes de Pin, Gallis. Pinna, Hispanis.

TEMPERAMENTVM, AC IJVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. VII.

Coni fructus, quem quidam cocalon nuncupant, et Stro bilon, uiridis totus, habet cum humiditate amaritudinē quāpiam et acrimoniam: proinde purulentes, et quibuscunq; alijs que in thoracæ et pulmone sunt, facili extus sive et expuere expedit accommodus est. Porro fructus ex eo esculentus, nutrimentum est costu difficile, et ualidū. At ut medicamen asperitati leniendæ cōgruit, cum uidelicet in aqua maceratus omnem in ea acrimoniam reliquerit. Nam reliquum omne minus mordax, magis; emplasticum reddatur: in medio calidæ et frigidæ qualitatis consistens, ex aqua et terrea mistum substantiam minimum participantis aëreæ.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. cap. XXX.

Purgati uero pineæ nucis Nuclei in cibo sumpti, aut cū passio Cucumerum seminibus poti urinam cient, uescicæ renumque acrimonias hebetant. Stomachi erosiones leniunt cum portulacæ succo sumpti. Infirmittatem uirū roborat, corruptos humores retundunt. Totæ uero pineæ nuceæ ab

arbore decerpæ, recentēsque, contusæ et in passio decoctæ, uetustis tus sibus et tibi quam phibissim dicunt accommodatæ sunt, sic ut ex decocto trini quotidie bibantur cyathi.

EX ABEN MESVAL.

Pineæ nucis Nuclei uim habent, excalcificandi in secūdo abscessu, exicandi autem in primo. Cum passio cressos ac uiscidos Renum, ac Vesicæ purgant humores. Natura tamen calidiores, cum Saccharo utantur, frigidiores autem, cum Melle, prius in aqua calida probè macerati.

DE SACOLLA, SEV

ARABVM CARDAMOMO,
CAP. CIIII.

NOMENCLATVRA.

SSACOLLA, seu Chachule, tum Heil, tum Heilbane, seu Elbue, seu Eylbua, seu Ealbus, Arabibus. Cardamomum tum Maius, tum Minus, ac Masculum, Barbaris.

GENERA, EFFIGIES, TEMPERAMENTVM, AC IJVAMENTA.

EX ISAAC EBEN AMRAM.

Duplex Cardamomi genus est, unum Maius, alterū minus. MAIUS autem corticem habet, ac uascula capitane sicuti Rosa. Grana cuius, magnitudine Nabach emulantur, quamquam modicè minorā, et intra hæc melia grana alia parua, angulosa, odorata, pinguis, ac puluerulenta: odoratiua, ac suauis Minore. Gustu adstringens, et acre. Minori tamen cōparatum, ac rediem in minore non habet, adstringendi uero facultatem admodum maiorem. Cortices cuius et uascula ualentiore ut adstringendi prædita sunt. Excalcificandi exicandi; potentiam habet, primo nimirum excessu. discutit, ac roborat. Ventriculū siquidem firmat, coctionemque procurat. Syncope, ac Vomitiones adiuuat, præsertim assumptum cum Cortice ac Vasculis, unā cum Mastiche, Agallocho, ac Mente succo, siue cum Punicis granatiuè mali succo, ac Menta, aut cum succo duntaxat dulcis acidique; simul Punicis granatiuè Mali. MINUS uero, sine uasculis, sine cortice est. Grana tamen habet cortice uestita, colore Maius emulantiā, sed tenuium partium, ac eadem omnia utile. Ceterum coctionem ob partium tenuitatē ualentius adiuuat. Promptiusque; destillationes exiceat, Faucium quidem, Thoracis, ac Ventriculi.

DE CHACHILE,

SEV CVLCASIA, CAP. CV.

NOMENCLATVRA.

KAKILE, seu Chachile, et Chachali seu Chachal, Salobar, et Culam, Arabibus. Culcassia, Barbaris.

EFFI.

EFFIGIES, LOCVS, TEMRAMEN
TVM, AC IVVAMENTA.

EX ABOHANIFA.

Culcasia prorsus Vsnem emulatur, etsi magnitudi-
ne præcellat. in cibo cum fœcis etiamnum, ueluti oleracea alia
assumitur. Folia habet Naturio similia. Humectiorem
aquæ si oremq; Cicere facultatem obtinet.

EX ABIGE.

Culcasia quæ circa sterquilina crescit, herba est, Vsnem
non absimilis, non tamen est Vsnem. Vim habet, ob innatam
nimirum salsuginem, modicè excalescendi. Gustu est quidè,
Nitri instar. Salsus. Succus uero priuatim citrinas subuen-
tes cutem aquas purgat, assumptus, ac adiuuat. non autem
ad ignem coquendus, coctione enim facultatem amittit. Pon-
dus est à selibra, ad libram, cum Sacchari albi, rubriq; ad-
modum, drachmis decem. Saccharum liquidum Rubrum cum
Lupulo, Fumaria, Culcasiaq; maiorem habet Candido fa-
cultatem.

EX ISAAC BBN AMRAM.

Herba est Cassthe, uiribus non absimilis, calida nimi-
rum, ac sicca. Ructus acidus potissimum emendat: Succus
cuius etiamnum flauas subuenies cutem aquas educit. Alui
inflationibus, imbecillitatq; lecinoris mirè opitulatur in
alimentorum censu quoque habetur. Stomacho ob modicam
eius innatam nescititatem non inutilis.

EX ABEN MBSVAL.

Priuatim flauas subuenies cutem aquas quàmocissimè
purgat. Pondus est à quadrante ad selibram, citra coctio-
nem nimirum.

EX RASE.

Subuenies cutem aquas, Urinasq; proliciat, atq; ducit.

DE XYLO, SEU BOM-
BACE, CAP. CVI.

NOMENCLATURA.

HORON, seu Koton, Kottum seu Kotben, Ara-
bibus. Xylon & Gostipium, Plinio, & alijs Lati-
nis. Cotum, & Bombax seu Bombajum, Barbaris, ac Offi-
cinis. Bombace, Italis. Coton, Gallis. Baumwolle, Germa-
nis. Algodon, Hispanis.

EFFIGIES, LOCVS, ATQ. ELECTIO.

EX ABOHANIFA:

Narrarunt è Kelse Medicorum nonnulli, apud illos
Gostipium Bombacemq; fruticibus, Antipetstorum ma-
gnitudine, succrescere, qui sanè annorum uiginti spatio

perdurant. Laudatissimum recens, & annum.

TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA.

EX ABEN MBSVAL.

Succus è folijs, Pnerorum alui profluuio auxiliatur.

EX MBSBA.

Semen Tusti, ac Thoraci bellè, medetur.

EX ALBASARI.

Lanugo calida est, ac humida, uestimentis accommoda.
recens calidissima, unà enim efferscescit. Oleo seminis Len-
tiginis, ac retorridæ faciei pustule emaculantur.

EX RASE.

Semen emollit, calescitq; nec non genitale semen pro-
creat, Tustiq; medetur. Foliorum autem Succus, Infantium
alui profluuio, magnificè auxiliatur.

DE LITHOSPERMO,

HERBA, CAP. CVII.

NOMENCLATURA.

KYLB, seu Culb, aut Calt, seu Calab, Arabibus, Αλ-
θουρα, Græcis: Lithospermum, Latinis. Miliium Solis
Barbaris, Officinis ac Italis. Græmil, ou herbe aux per-
les, Gallis. Meerbirz, oder Steinsomen Germanis.

EFFIGIES, AC LOCVS.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iii. cap. clviii.

Folia habet oleæ, longiora tantum latioraq; ad summa
radicem eius iacentia. Ramulos uero rectos graciles, crassi-
tudine acuti iunci, quem oxysechenum dicunt, solidos ligno-
sosq; in quorum summo diuaticati utriusque prodeunt uelu-
ti coliculi longa folijs sustinentes, secusq; lapidosum semen
est, rotundum, paruum cræo æquale. Nasctur editis et aspe-
ris locis.

IVVAMENTA.

EX PAVLO AEGINETA.

Lib. vii. cap. lli.

Herbæ Atonychi semen est lapideum, et candidum, quod cũ
uino albi coloris epotum, Renum, & Vesicæ Lapides disti-
pat, & Lotium proliciat.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iii. cap. clviii.

Potesit semen in uino albo potum uesicæ calculos frange-
re & urinam ciere.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

EX ABEN MESVAL, ET ALBASARI.

Lithospermum ex India affertur, Lini semine non ab-
simile, quamquam minusculum, ac puluerulentum. Urinas, ac
Menjes mirifice pellit. Renum Calculo, ac Vesicæ cõterit.

EX RASE.

Vrinam auct, & Calculos comminuit.

EX ABEN IVLIBEL.

Apud nos in montibus Soler quacopiosissime provenit.

DE CANABEL,

CAP.

CVIII.

NOMENCLATURA.

CANABEL, seu Alcanabel, Chambil, seu Cam-
bal, Arabibus.

EFFIGIES, TEMPERAMENTVM,
AC INVAVEMENTA.

EX ALBASARI.

Canabel quidem arenam prorsus emulatur, colore
etiamnum glauco suffusum. uim habet maximopere adstrin-
gendi. Lumbricos qui Ασκάριδης Græcis uocantur, egre-
giè pellit.

EX ALMANSORE.

Canabel uim ex calfaciendi habet. Ascariadesq; lumbric-
os eicit.

EX COLECTANBIS.

Canabel quidem super cretosam cãdidam argillosum uer-
ram cadit, non autem feritur, unaq; bubulo stercore colligitur.
Ex albo enim earum rerum est, quæ ex Cælo ueniunt.

EX IGNOTO.

Minerale siquidem est ruffum, colore glauco suffusum,
quo cum Olle constracte probe solidantur. Ferunt enim
post pluuias in Corsiceni abunde super terram inueniri,
tuncq; potissimum colligi. In tenuissimum autem pollinem
redactum, Lumbricos præfertim Ascariades, pellit ebibi-
tum, Aluumq; desiccit.

DE DACTYLIS,

CAP.

CIX.

NOMENCLATURA.

RORAB, seu Korab, Arabibus, Dactyli, Barbaris.

ELECTIO, GENERA, TEMPERA-
MENTVM, AC INVAVEMENTA.

EX ABEN MESVAL.

Laudatissimi omnium censentur Zuecharini, & Naba-
val, & Hayron.

EX ABOHANIFA.

Hayron è Dactylorum genere est, colore ex fuluo pal-
lidiorè rubescens.

EX YHAYE.

Hayron è Dactylorum censu probatissimum est omnium,
inde qui glauco sunt colore, non nigro suffusi.

EX RASE.

Dactylus quidem ex calfaciendi uim habet. Sanguis ta-
men qui ex eius assumptione in corpus distribuitur, crassus
penitus est, quamq; ociosimè ad flauam bilem uergens. Cal-
lidis nimirum temperaturis, necnon Iecinoribus inflamma-
tionibus, Cephalalgie, Anginæ, pustulis, Aphthis, tum Ie-
cinoriturum Lieni infarctis, maximè hostilis. Improbantur
magni, ac summe dulces, nequaquam temperie calidis utiles
Ceterum qui non admodum incallescunt, firmumq; habent
uirtutis robur, ex eorum usu esuue mirè pinguescunt.

DE LOLIO,

CAP.

CX.

NOMENCLATURA.

SCEILEM, & Zeuen, Arabibus. Αἴφα, ἢ θύλακος
ἢ ζιζάνιον, Græcis. Lolium, Latinis. Zizania, Barba-
ris. Loglio, & Gioglio, Italis. Luayro, & Yuroie, Teulle,
Gasse, Gallis. Tuualch, & Trespe, Ruenucyssen, & Lulch,
Germanis.

TEMPERAMENTVM, AC INVAVEMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Lolium desiccet & calcacit efficaciter ut propinqua sit
acribus, magis quam iris: scã non est perinde ut illa subtilis
essentia, uerum multum in hoc deficit. Secundum hoc ponat
ipsam quispiam in principio terij ordinis ex calfacientium
secundi uerò extremo exiccantium.

EX DIOSCORIDE.

Libell, cap. cxxxi.

Lolij quod in triticea segete nascitur farina, quæ pascẽ-
do serpunt, exedentiaq; hulnera & gangrenas, cum sale et
raphanis emplastri modo imposta compefcit. Ferras impet-
igines eadem leprasq; cum uino sulphure admixto aceto
sanat. Cum columbino simo liniq; semine in uino decocta,
strumas desiccit & quæ egre maturantur, erumpit. Imponi-
tur emplastri modo eadem contra coxædicit dolores in mul-
sa aqua decocta. Cum bitumine autem myrrubæ aut croco,
aut thure, incensa, suffitu conceptus adiunat.

EX ABEN MESVAL.

Iecur potissimum infarcti, Strumasq; desiccit, assumptus
tabibitum.

DE

DE CAPNO, SEU FV.

MARIA, CAP. CXI.

NOMENCLATVRA.

SCEHITERIG, aut Sabeteregi, Arabibus. Κα-
τωνός, Græcis. Capnos, seu Fumaria, Latinis. Fumus
terrae, Barbaris, ac Officinis. Fumofterno, & Fumoterra,
Italīs. Fume terre, Gallis. Erderauch, Nannenkraut, Dau-
benkopff. Katzenkroebel, Germanis. Palomilla, seu Fili-
ba terra, Hispanis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. Cap. cx.

Fruetifosa herbula est, coriandro similis, egregie teneri
tunditis. Folia habet candida, cineracei coloris, & numero-
sum undique purpureum florem.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Capnos, alij capnos, vocant acris simul & amaræ qua-
litate est particeps: nec tamen plane expers est acerbæ.
Quamobrem urinam biliosam multatq; prouocat, sanatq;
iocinoris obstructions & debilitates. Succus eius oculo-
rum aciem acule, non paulum trabens lachrymarum, uelut
ipse fumus. Nam hinc ei appellatio indita. Plebeius quidam
ea uti solebat ad stomachum roborandum, unaq; ventrem lu-
bericandum. Si quidem herbam primam defecitam condebat
porro eam uti uolebat. Subductionis quidem gratis, meliora
eo inspergebat: robor aut uerò cauis, uino nimirum dilato.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. Cap. cx.

Habet succus eius acrimoniam. Facit oculorum clarita-
tem, sed lachrymosus est: unde & nomē inuenit herba. Pro-
hibet idem renasci euulsos palpebrarum pilos, addito gum-
mi inunctus. Pota herba etiam multam & biliosam urinam
trahit.

EX ABEN MESVAI.

Stomacho potissimum auxilio est. Priuatim quoque Scabi-
ei, ac Pruritus medetur, necnon retorridam Bilem pur-
gat, clarum ac purum sanguinem efficit. Urinam prouo-
cat. Laudatissima uiridis, amarefscens. Pondus ex eius deco-
cto est ab uncis quatuor, ad octo: Crude uero herbe sanè
in puluerem redactæ à drachmis tribus ad septem, pari My-
robalanorum flauarum mesura: Succus autem citra coctio-
nem assumitur, à drachmis nimirum quinque ad decem.

EX ABIGE.

Fumaria herbula est amaræ qualitate particeps. Bilio-

sis medetur, si quidem Bilem quam citissime purgat. Scabiei,
ac Pusulis in leuissimum pollinem, citra coctionem tamen,
cum decem Sacchari albisimi drachmis, ex Myrobalano-
rum nimirum decocto, ebibita, mirè auxiliatur. Succus autè
Pondus est à quadrante ad Sclibram.

DE GINGIDIO,

CAP.

CXII.

NOMENCLATVRA.

ΓΙΤΤΑΔΙΟΝ Græcis. Gingidium, Latinis. Cerefolium,
Officinis. Cerefolio. Italis. Cersuel, Gallis. Koerffel, seu
Kerbelkraut, Germanis.

LOCVS, AC EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii. cap. cxxv.

Nascitur plurimum in Cilicia & Syria Gingidium, Her-
ba est agresti pastinacæ similis, tenuior ea tamen densiorq;
Radice habet exigua, albescens & amara.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA,

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Gingidium sicut gustu amaritatem & adstrictionem
præfert, sic temperie quoque ipsa caliditatem, & frigidita-
tem. Secundum utranque uerò qualitatem deficcatorium
est. Sed enim stomacho amicum est, ut pote non paruum ob-
stinens adstrictionem. Quamobrem non admodum conspi-
ciam caliditatem possidet duobus autem numeris deficcari.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii. cap. cxxv.

Estur oleris modo coctum crudumq; & sale seruatum.
Stomacho utile gingidium, & urinam, cit. Decoquitur idè,
bibiturq; cum uino presenti uesciæ utilitate decoctū illud.

DE ANEMONE,

CAP.

CXIII.

NOMENCLATVRA.

IAACHAIK ALNAHAMEN, SaKaiK ane-
hamen seu alnhemman, Arabibus. Ανιμών, Græcis.
Anemone, Latinis. Papauer Rubrum, Barbaris. Herba Vè-
ti, Officinis. Coq; lourdes, uel corles, Gallis. Kuschenschell
Haketkraut, Germanis.

GENERA, EFFIGIES, AC LOCVS.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii. cap. cccvi.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

Duplex anemone est, sylvestris altera, cultis locis nascens altera. Rursus quæ cultis locis provenit, multiplex est. Puniceos habet aliqua flores, albidos aliqua & lactescetes, purpureos aliqua. Polla coriandri omnes habent, tenuissimis incisuris diuisa, ad terrâ inclinata, coliculos lanuginosos, tenues, in quorum summo papauerum flores, et in medio nigri aut carulei coloris capitula. Radix illis est oliuæ magnitudine, aliquando etiam maior, quibusdam ueluti geniculis intersecta. Sylvæstris, locis cultis nascente in eunâtis maior, latioribus durioribusq; foliis. Capitulum habet oblongius florem puniceum, radices tenues & numerosiores. Est & in hoc genere quæ nigris folijs sit, & maiore acrimonia. Nescientes autem aliqui à sylvestri anemone argemonem & papauer quod rhœœa dicunt, de quo mox inter papauera dicitur separare: ob florum in ambobus eundem puniceum colore, argemonem falso eupatoriû appellat: Alioquin facile discernuntur, argemones enim rhœœadij quæ papaueris, minus profunde splendet puniceus color: serius utraque etiam floret. Argemone præterea luteo croci colore liquorem & in gustu acerrimum ex se mittit. Papauer rhœœas candidus & acre est. Habent utraque in medio capitulum a gressi papaueri simile: uerum argemone in superiore parte crassum: papauer rhœœas, angustius Anemone contra neque liquor in ex se mittunt, nec uasculum papaueris modo habent: sed ueluti asparagi cacamen. In aruis præterea plerunque illæ nascuntur.

IVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Anemone omnes extrahendi, & attrahendi, & ora usorum referandi facultatem obtinent. Itaque radix commissa pituitam euocat, & succus ex naribus purgat, & oculorum cicatrices extenuat. Insuper sordida ulcerum anemone expurgant, & lepras detrahunt, mensesq; apposite eliciunt, & lac trahunt.

EX DIOSCORIDE.

Lib. ii. cap. cccv.

Habent utraque acrimoniam: ideoq; radicis earum succus naribus instillatus, ad capitis purgationes facit. Pituitam trahit commanucata earum radix. Decocta in passo eadem oculorum inflammationibus illita, medetur. Quin etiam hebetes oculos, eorumq; cicatrices exteri, et sordida repurgat hulcera. Cum prisana cocti earum caules et folia, lactis abundantiam in cibo faciunt. Fœminis appositi, menses trahunt: lepras illiti pellunt.

EX ABEN MESVAI.

In primo excelsiendi, ac siccandi censetur abscessu. Si quando Nucum corticibus ad tingendum permiscetur, Capillis nigro colore quam bellissime inficit. Impetiginem curat. Si autem exicetur ulcera consolidat.

DE ÆTHIOPICO

OCIMO, CAP. CXIII.

NOMENCLATURA.

SEXABRAM, Arabibus. Ozimum Carmenum, uel Basilicon Garioflaum, Barbaris. Ocimum Aethiopicum, (nam id Carmentum, apud Mauritanos significare, passim obseruauimus,) Latinis.

EFFIGIES.

EX ISAAC EBEN AMRAM.

Est Ocimum Aethiopicum, magnitudine quidem paruû.

TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA.

EX ABEN MESVAI.

Calidum est, ac siccum. efferuescentibus tamen auxilio est, tum Frigida tum Rosacea maceratum. Frigidum siquidem esse affirmant, cum Cerebri aut eius membrandarum inflammationi, quæ ægyptijs Grecis, Sirfen Arabibus nuncupatur, minimè sit noxiuum.

EX ISAAC EBEN AMRAM.

Excelsiendi uim habet, primo nimirum excessu, Siccandi autem secundo. Semen uero Alui fluxiones à calore cohibet, ad unius drachmæ pondus, cum Frigida seu Cydoniorum succo assumptum, membrâq; etiam roborat.

DE SATIUIO LUPINO,

CAP. CXV.

NOMENCLATURA.

TARINVS, seu Arinvs, seu Tormus, Arabibus. Ôtomas Hÿspos, Græcis. Lupinus satiuus, Latinis. Lupinus, Officinis. Lupino, Italis. Lupinis, Gallis. Feigbo nen, Vuolffschoten, Vuickbonen, Germanis. Altramuz, seu Entremos, Hispanis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib. ii. cap. cxxxi.

Satiuus Lupinus notus est.

IVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Lupinus edi potest coctus, multis antè diebus per macerationem amaritudinem in aqua deposita. Fitq; tunc nutrimentum succi crassi: ceterum ut medicamentum ita preparatus ex genere est emplasticorum. At ubi natua etiam dum manet amaritas extergendi digerendiq; uim obtinet. Interficat lumbricos tum illitus, tum addito melle linctus, tum ex posca epotus. Quin & decoctum eius lumbricos eicere potest, tum etiam foris identidem persusum utiligines, achoras, pustulas, exanthemata Græci uocant, psoras, gangrenas, ulcera maligna, quæ cacoethe uocant, tuat, partim extergendo,

tergendo, partim citra mordacitatem digerendo siccādoq; expurgat recur & lienem cum ruta & pipere suauitatis gratia assumptum. Elicit menses ac foetum cum myrrha & melle inpositum. Porro lupinorum farina sine mordicatio ne digerit: nec enim liuida tantum, sed & chæradas et phy mata curat: sed tunc in aceto aut oxymelite, aut posca co quantur oportet, idq; pro laborantium temperamento & affectus diuersitate, quod ex usu est eligendo. Sed non est presentis instituti talia distinguere. Digerit item que liu ida sunt: & quecumque modo diximus prestare posse deco ctum, eadem omnia efficit & farina. Sunt uerò etiam qui eā ischiadicis cataplasmatibus modo illunt.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii. cap. cxxxii.

Ventris lumbricos eecat & pellit lupinorum farina cum melle linctā: aut cum aceto pota. Idem prestant & Lupini aqua madentes: sed amari aibuc. Bibitur eadem uti litate & euentu eorum decoctum pipere & ruta additis. Quam ob causam lienosis etiam prodest. Fountur eodem decocto etiam utiliter gangræna: bulcera que theriomata & æci uocant: incipientes scabies, nitiliginis, papularū eru ptiones, manantia capitis ulcera, & cutis uitia que spi los dicunt. Pæctus & menses trahit idem lupinorum deco ctum, additis myrrha & melle, facminis subditum. Purgat lupinorum farina catem, liuoresq; omnes: cum polenta & aqua inflammationes lenit. Ex aceto coxendicis dolores, & pannos mitigat. Strumas discutiunt in aceto elixi & il liiti lupini. Quinetiam carbunculos erumpunt. In celesti aqua decocti usque dum in succum lentescant, faciem exte runt. Et cam chameleontis nigri radicebus decocti quadru pedum scabies sanant, in quem usum tepido decocto illo ab luntur. Vrinam cit decocta in aqua, potaq; lupinorum ra dix. Edulcati tritici & cum aceto poti lupini, stomachi fa fridia leniunt, et cibi auiditatem excitant.

DE LUPINO AGRE STI, CAP. CXVI.

NOMENCLATVRA.

ΘΕΡΜΟΣ αγρίος, Græcis. Agræstis Syluestrisiue Lupinus, Latinis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii. cap. cxxxiii.

Nascitur & agræstis Lupinus, Satiuo similis, in cun ctis tamen omnino minor.

IVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Lupinus agræstis amarior est, et ad omnia ualentior do mestico, eiusdem genere cum ipso facultatis.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii. cap. cxxxvii.

Ad omnia ad que Satiuus utilis.

DE CHONDRO, SEV ALICA, CAP. CXVII.

NOMENCLATVRA.

CHANDAROS, seu Canderos, seu Candarus, aut Candarus, Arabibus Χόνδρος, Græcis. Chon drus seu Alica, Farûe, Latinis. Candarusum, Barbaris. Farro, Italis.

IVVAMENTVM, AC EFFIGIES.

EX GALENO.

Simp. Med. VIII.

Chondrus est sanè nutrimentum optimum scuti & tri ticum: sed huius instituti non est de nutrimento distinguere uerum ut medicamen emplastice facultatis est temperie tri tico similis, plus tamen illo uiscosus: quare sanè etiam illo plus nutrit. Estq; ceu materia quedam idonea excipiendis aceto, marina aqua, muria, & id genus alijs ualenter defic cantibus: proinde quidam ex genere admodum exciccatum esse et hoc semen autumant. Caterum chondrus ex nume ro est potius concoquentium, ut & triticum, que minime profecto desiccant. At ob exciccatum medicaminum admi sionem, cum quoddam ex illis compositum est, excicatorium sit, medicorū complures in errorem inducti sunt, ut falsò pu tarent desiccationem Chondro acceptam ferendam, ijs que admista erant præteritis.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii. cap. cxviii.

Fit Alica ex zea qua dicitur i. gemini seu duplcis grani uocant. Efficacior in nutrimento Alica quam oryza est. Aluum etiam magis adstringit, & stomacho magis ac commodata est. In aceto cocta & ex eo inuncta Alica, le pras tollit, scabros pellit ungues, & incipientes oculorum inter nares & maiorem angulum abscessus quos dicunt ægi lopus, sanat. Clystere etiam utiliter infunditur contra in testinorum cum dolore tormina.

DE ZEA, SEV SE MINE, CAP. CXVIII.

NOMENCLATVRA.

HAI S, Arabibus. Zæa, Græcis. Zea, et Semen, La tinis. Spelta, Biada, & Alga, Italis. Espelta, & de l'espeautre, Gallis. Speltz, S. Peters korn, Kinkorn, Dis zelkorn, Germanis.

GENERA, AC EFFIGIES.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii.cap.cxx.

Duo Zea genera, alterum simplex & unius tantū gra-
nit, alterum quod dicoecon, id est, gemini & duplicis grani
appellant, duobus utriculis coniunctum semen habens.

IVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Zea uniuersa sua facultate quodammodo in medio est
tritici & hordei. Itaque ex illis cognoscatur.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii.cap.cxx.

Nutrit magis quam hordeum Zea hec. Suavis in cibo
est. Panis tamen ex ea coëctus nunquam extritico nutrit.

DE ALTHEA,

CAP. CXIX.

NOMENCLATURA.

CHITINI, seu Chabmi, seu Chathmie, & Rosa
Zaeni, Arabibus. ΑΒΘα, ή η Βιοκας, ή Ε'Ε-
στος, Grecis. Althea, Ibsicus, seu Ebisus, Latinis. Altea
Barbaris. Maluauficus, Bismalua, & Euisus, Officinis.
Maluaufico, Italis. des Guimaues, Gallis. Ibsch, Heyluu-
urtz, Germanis. Maluarisco, seu Yerna Cannamera, seu
Marmaic, Hispanis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii.cap.cxxiii.

Syluestris malue genus est. Circinata folia orbicularis
herbe, quam cyclaminum dicunt, modo et languinosa habet.
Florem fert rose figura, caulem bicubitalem, radicem glu-
tinoso lentore mollem, intus candidam. Nomen illi à multi-
plici remediatorum parte & usu factum est.

IVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Ebisus, siue Althea: est autem malua a greffitis: facultate
digerendi, laxandi, ἀφλέγματος, hoc est phlegmone
lenandi, mitigandi, decoquendi difficiles coctu phlegmonas.
Radix porro eius & semen cetera quidem pari folijs mo-
do agunt, uerum tenuiorum partium, magisque exiccatorij,
ad hec magis exterosiam facultatem ostendunt, ut & ui-
tiligines detergant, & semen renum calculos confringat.
At radices decoctum ad dysenteriam, diarrhoeam, hoc est pro-
fluuium, & sanguinis reiectionem aptum est, nempe cium
adstringentem quandam facultatem possideat.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii.cap.cxxiii.

Siquidem in mulsis aqua aut uino decocta, aut per se tu-
sa, utiliter unguentibus imponitur. Imponitur & strumis,
& secundum aures abscessibus quos parotidas dicunt. Facit
ad abscessus alios, mammarum inflammationes sedis do-
lores, contusiones, omnes oculorum tumoribus similes ex-
crescentias, et distentiones neruorum: dissentit. n. maturat,
erumpit, & ad cicatricem perducit. Eadem ut prae monstra-
uimus elixa, tum sullo asserinoe adipe aut terebinthina
resina subacta, contra praeclosos inflammatosque feminaria
locos utiliter apponitur. Praestat idem & decoctum eius
quae à puerperio naturae ordine purganda sunt ducens. Bi-
bitur & cum uino radices decoctum prodest, contra urne
angustias, calculos, cruditates, dolores coxendicis, tre-
mores intestinorum tormina & rupta. Collauntur radi-
cis eiusdem in aceto decocto utiliter in dolore dentes. Ex-
terit utiligines & emendat Altheae semen, uiride siccumque
tritum, & ex aceto in sole inunctum. Idem ex oleo inungi-
tur ad praecauendas omnium quae iclu aut morfu uenenum
relinquant, iniurias. Facit ad intestinorum tormina, san-
guinis excretiones, fluores alui quos diarrhoeam uocant
in quem usum bibitur decoctum eius. Bibitur praeterea in-
posca aut uino contra apium, uesparum, aliorumque uenena-
torum ictus. Quinetiam solia eius ex exiguo oleo utiliter
morsibus & ambusis emplastris modo imponuntur. Coagu-
lat postremo aquam trita radix aqua mixta, et per noctem
sub dio habita.

EX MBSARVGH.

Lentor Mucilagoë ex Althea non obscure refrige-
rat, sitim aufert, Aluumque emollit.

DE ALCEA,

CAP. CXX.

NOMENCLATURA.

ALKEA, Grecis. Alcea, Latinis. Altea sylue-
stris, Bismalua, Simconis herba, Barbaris, ac Offi-
cinis. Bismalua, Malua saluatica, Buon uischio, & Malua
uischio saluatico, Italis. Bimauue, seu Guimaue fauage,
Gallis. Stigmundz Vuurtz, Signarz kraut, Simons Vuur-
tzel, Hochbleuchten, Germanis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii.cap.cxxiii.

Syluestris Maluae & hec genus est. Folia habet Verbe-
nae modo incisuris diuisa, Caules tres quatuorue, cortice
Cannabi similem habentes. Florem exiguum Rose similem.
Radices candidas, latas, quinq; sexue, longitudine cubitali.

IVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Porrò huius generis est, et eaque anadenron malache nuncupatur, sed efficacissima comprehensarum in digerendo.

EX DIOSCORIDE.

Lib. III. cap. XIII.

Radices in Vino aut aqua potæ, ruptis & intestinorum torminibus medentur.

DE EUPATORIO,
CAP. CXXI.

NOMENCLATURA.

CAFAT, seu Cistif, seu Gafet, Arabibus. Ευπατοριον, ή ημεριδιον, ή ΗΨΑΤΙΣ, Grecis. Eupatorium, seu Hepatorium, seu Epatisis, Latinis. Agrimonia, Officinis, ac Italis. Aigremoine, Gallis. Agrimoni-en, Odermenig, Leberkleetz, Germanis. Eupatorio, Hispanis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib. III. cap. XIII.

Fruticosa herba est Eupatorium. Singularis exit ex eo virga, gracilis, lignosa, recta, nigra, pilosa, cubitalis & ali quando maior. Folia habet per intervalla partibus diuisa quinque fere, aliquando tamen pluribus, quinquifolij can nabisic folijs similia. Nigricant & hæc etiam serræ modo in extremitatibus incisa. Semen fert singulari illi virge de inceps adnascens, in terram annuens, adeo asperum & hirsutum, ut vestibus siccatum hereat. Argemone Eupatorium aliqui uocauerunt, uerum decepti & falso: alia, n. dicitur, ut præmonstrauimus, argemone est.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA,

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Eupatorium herba ipsa tenuium partium, incidendi extergendiq; facultatem circa manusq; caliditatem obtinet: quocirca obstructions icteris expurgat. Inest itidem ei et adstrictio quædam, per quam robur uisceri addit.

De Theriaca ad Pisonem.

Patienti etiam Iecinorisepe Eupatoria herba perstre nuè auxiliata est.

EX DIOSCORIDE.

Lib. III. cap. XIII.

Medentur Eupatorij folia concisa, suilloq; adipe coacta, mox imposita, difficile cicatricem contrahentibus bulceribus. Bibitur uero semen herbæq; ipsa cum uino utiliter icinorosis, intestinorum torminibus, & serpentium morsibus.

EX RASE.

Absinthium, ueluti experimento patet, Iecinori quidem ualentius Eupatorio medetur.

EX M B S E A.

Febribus diurnis probe auxiliatur.

DE AGARICO,
CAP. CXXII.

NOMENCLATURA.

GARICVM, seu Garichum, Arabibus. Αγαριον, Grecis. Agaricum, Latinis, ac Officinis. Agarico, Italis. Agaric, Gallis. Dannen-scham, Germanis. Agarico, Hispanis.

GENERA, EFFIGIES, ELECTIO,
AC LOCVS.

EX DIOSCORIDE.

Lib. III. cap. I.

Radix fertur laserpitio equali Agaricum esse: non tamen densa laserpitij modo superficie: tota siquidem rara est. Genere differt Agaricum, estq; in eo alterum mas, alterum femina. Bonitate antecedit femina, rectas intus pectinum modo uenas & diuisiones habens. Masculum in seipsum cõ uolutum rotundumq; & undiq; concretum est. Eundem hæc bet utrumq; gustum, à principio dulcescentem, mox quum diffundi per os ceperit, amarum. Nascitur syluestribus et incultis Sarmatiæ locis. Feruntq; aliqui plantæ radicem Agaricum esse: quidam in truncis arborum ex corruptione fungorum modo fieri. Nascitur & in Galatia Asia Cili ciaq; in arboribus: uerum friabile & infirmum.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Agarici radix, hoc est quæ trunco innascitur, primo quidem gustu dulcis, sed paulò post subamara apparet, & acrimoniae quandam speciem temporis spatio inducit, leuiculaq; adstrictio. Est & consistentia laxa. Ex quibus omnibus mansesum esse, si quid quæ superius dicta sunt meminimus, & medicamentum hoc compositum est ex substantia aëria & terræ à caliditate extenuata. Porrò minimum habet essentie aqueæ. Hac ratione & digerendi uim habet, & crassitudinem incidendi, tum infarsus uiscerum expurgandi: proinde regio morbo laborantes sanat, eos utique qui sic ab infarsu icteris laborant. Iuuat & morbo comitiali obnoxios eadem facultate: tã rigores per circuitum recurrentes, ut crasis aut uiscosis humoribus natos sanat. Iuuat et morsos à bestiis frigore ledentibus, aut compactos, tum foris in affecta parte impositum, tum intro in corpus sumptum pondere drachmæ unius cum uino diluto. Est & purgatorium.

IO. SER APIONIS, DE SIMP. MEDIC.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. cap. i.

Habet Agaricum adstringendi uim, calefacitq;: facit ad tormina, cruditates, rupta, conuulsq; obolorum duorum pōdere: Datur q; in febre cum mulsā aqua, ubi febris abstet, cum mulsō. Datur idem utiliter drachmā pondere iocinorosis, suspiriosis, suffusis felle, intestinorum torminibus, re nunc cum urinae malo aliquo doloribus quos nephrum uo cant, urinæ angustijs, strangulatu uulnæ procidentibus, et sine manifesta causa decoloratis & pallidis. Datur & tabidis, cum passio: lienosis, cum aceto mulsō: & cibū non continentibus in stomacho, ut est commandacatum & potum, nullo alio addito liquore. Datur pariter & acida ructantibus. Sifit Agaricum sanguinis excretionis trium obolorum pondere cum aqua sumptum. Facit & ad coxendicis articolorumq; dolores, & comitalem morbum, pari pondere cum aceto mulsō sumptum. Trahit idem menses & cōtra muliebriū locorū inflāmatioēs fœminis utiliter datur. Februm cum tremore algores ante accessiones datum soluit. Aluum unius alteriusq; drachmæ pondere cum mulsā aqua potum purgat. Aduersatur præterea uenenis drachmæ pondere in diluta uini potione pariter. Serpentium istibus & moribus pondere trium obolorum cum uino potū egregie succurrit. Omnibus in uniuersum interioribus uitij accomodatū est, pro uiribus & etate sumentium datum: alijs cum aqua, alijs cum uino, alijs cum aceto mulsō, alijs cum mulsā aqua.

EX PAVLO AEGINETA.

Lib. vii. cap. iiii.

Agaricum in euacuando comparat Colocyntidū uires obtinet, lentè efficaciam suam exerēs, neque Stomacho admodum hostile. Propinquent denarij duo triti in Melicrato. Est autem Agaricum candidissimum, ualde friabile, nō admodum lignosum, & teredinibus minimè corrosū.

EX BEDIGORA, ET ALCHANZI.

Crassam potissimum, uisfeldamq; Pituitam, nec nō atram Bilem euacuat.

EX RASE.

11 Omnes ferè, noxios prolicere humores, uno ore affirmant.

EX HVNAYM.

In Theriacali bello,

Humores tum à Nervis, tum Cerebro mirifice educit.

EX ABEN MESVAL.

Pituitam maximè prolicet. Venenatisq; egregie succurrit. In eius autem præparatione medullium eligitur, purgatur, conciditur, ac liquore maceratur. Fœmina est laudabilior, interius maximè candicans, & fragi facilis. Pondus est ab una quidem drachma, ad duas.

EX ABIGE.

Agaricum Bilem, ac Pituitam unā euacuat. Antidotis

quoque admiscetur, ut ea potissimum roboret, uim siquidè medicamenti in uniuersum corpus belle deducit. Venenatis etiam aut per se epotum, aut Antidotis, letalibus aduersantibus, permixtum, auxiliatur.

CALIDA, ET HUMIDA
PRIMI ORDINIS.

Nux Henden.	Musa.	Aphace.
Cicer.	Halimus.	Secacul.
Smilax hortensis.	Sesamum.	Satyrium.
Amygdala.	Zizypha.	Satyriū rubrum.
Buglossum.	Medica.	Cynosorchis.
		Orchis Serapias.

DE NUCE HENDEN.

CAP. CXXIII.

NOMENCLATURA.

I EVZ HENDEN, seu Giauzi Haden, Arabibus. Nux Henden seu Handen, Nux Columbarū, Adeps terra, & Petra terra, & Tuber mellis, Barbaris.

EFFIGIES, AC LOCVS.

EX RASE.

Adeps terra, & Petra terra nuncupatur. Est enim Tuber quo cum ex Melle Vinum apparatur.

EX ISAAC BEN AMRAM.

Nux Handen est Tuber rotundum, magnitudine cicerae alba non excedens, colore subglauco. Ex Barcha, & Coarsceni aduebitur. Mel etenim magnificè roborat, ac Tuber nuncupatur.

EX SALOMON BEN HAHASEN.

Nux Henden in Perside est Tuber mellis, uigorem siquidè ac uitam Mellis egregie adfert. Ex Kermen conuehitur, uomitionibus non inutile.

ELIBRO DE TALSAMETH.

In Barbaria Nux Columbarum uulgò nuncupatur, in Damascho autem Nux Handen. Pugillum cuius in decem Mellis libras, calidæq; aque uncias octo, iniectum, ac exegitatum, uase probè obturato, Vinum confectum efficitur, quo Barbari utuntur.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA,

EX ALCHANZI.

Impinguat, genitaleq; Semen adauget.

EX MESARVGIE.

Nux Handen ob insitam gustus suauitatem semen auget, corpusq; impinguat, nonnihil etiam caliditatis habet.

EX

EX ATABARI.

Vim excalescendi habet, gustu non insuauis. Venerem stimulat, corpusq; impinguat. In cibo etiam Dentium torpres corripit.

EX RASE.

In Colectancis.

Nux Handen uim habet excalescendi ac humectandi. Semen auget, impinguat Malum quod Κίττα Græcis, Pica Latinis dicitur, profusus auerit.

EX ISAACBENAMRAM.

Nux Henden tum excalescendi, tum humectandi uim habet, Semen adauget, Venerem excitat, Corpusq; impinguat.

DE CICERE,

CAP. CXXIIII.

NOMENCLATURA.

CHEMPS, & Hamos, seu Alhamos, Arabibus. *Ἡπέβοβος*, Græcis. Cicer, Latinis, ac Officinis. Ceci, Italis. Ciche, uel pois Chiches, Gallis. Kichern, seu Zysfern, Germanis. Garuanzo, Hispanis.

GENERA, TEMPERAMENTVM,
AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Cicer, legumen est satiuum, copiosi nutrimenti aluo mouende habile, cienda, urina idoneum, lactis & semini generando aptum proliciter uerò & mensis. Porro quod uocatur erium, hoc est arietinum, ceteris efficiatius urinam prouocat. Decoctum eius calculos renum confringit. Reliqui autem cicerum genus (uocant autem orobianum) eadem uil pollet, puta attrahendi, digerendi, incidendi, extergendi. Sunt enim calidi, & modicè sicci: participes item sunt amaritatis: cuius uil & lienem, & icterum, & renes expurgant, porrasq; & lepras, & lichenes extergunt, tum abscessus post aures prouenientes (Παρόττος Græci uocant) & testes induratos discutunt. Tum etiã ulcera, quæ cacothæ uocant, cum melle sanant. Erebinthus agrestis ad omnia efficacior domestico est, hoc est tum calidior, tum sicciior, quantò & acrior & amarior.

EX DIOSCORIDE.

Lib. ii. cap. cxxxv.

Bonam facit aluum satiuum Cicer. Vrinam idem cit, sed in stationes facit. Cutis color em commendat, foetus & mensis trahit, & lactis abundantiam facit. Imponitur emplastri modo cum erio coctum Cicer contra testium inflammationes, & quas in uerrucarum genere formicas nominant. Cum bordeo autem & melle contra scabies, manantia capitis hulcera, impetigines, cancrecentia, & quæ malefica seu dolosa hulcera appellat. Est & alterum cicer

arietinum appellatum. Datur ad ciendas urinas utriusque cum rosmaryno decoctum contra fellis suffusionem & cutem subeantes aquas. Renes tamen & exulceratam uescim ledunt. Contra formicas uerrucasq; iubent aliqui singulæ earum capita singulis Ciceribus nona luna tangere, obligatq; ilintolo femina illa in tergo post se icere, ita cadere eas arbitrantur. Nasitur & slyuistre cicer folijs satiuo simile, acri odore, semine differens, si idem omnibus utile quibus & satiuum.

EX ATABARI.

Cicera per noctem Aceto macerata, ac ieiunio assumpta Stomacho, nec ullo ante meridiè cibo præsumpto, Lumbricos enecant. Alum deiciunt. Urinas prouocant. Lumborum doloribus, ac stupori medentur. Emplastri modo imposita Cancrescentia curant. Siquado etiam in aqua prius macerata assumantur, Venerem stimulant.

EX MESARVGIE.

Pulmonem mirè enutriunt, quare cum lobos fibrasia habet exulceratam pellem farinae Cicerum cum Lacte per coquatur, ac potetur.

DE HORTENSI SMILACE.

CAP. CXXV.

NOMENCLATURA.

LVBIA, Arabibus. Σμίλαξ κηρωία, Græcis. Smilax hortenfis, Latinis. Feseli, Barbaris, ac Officinis. Fagioli, & Fagioli Turchesci, Italis. Fesoles, & Faves painctes, Gallis. Fafelen. Vuuld oder Vuelsch Bonen, Bunde Tuerkisch, Bonen, Germanis. Iudiuolos, aut Pesoles, Hispanis.

EFFIGIES, TEMPERAMENTVM,
AC IUVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iii. cap. cxxxv.

Hortenfis Smilax est, cuius semen lobia (id est diminuta siliquis uocæ siliquis Græci appellant, ab aliquibus hæc ipsa etiam asparagus uocatur. Hederæ folia habet, molliora tantum, graciles caules, & in caulibus capreolos propinquis fruticibus se implicantes, tanto undiq; incremento ut scenas etiam et tentoria inuambrent. Siliquis fert foeno greco similes, longiores tantum crassioresq;, in quibus semina renibus animalium similia, nec colore uno, uerum ex altera parte leniter ruffa. Coquitur oleum modo ad cibum siliquis cum semine, asparagi modo elixir: estq; illi natura & uis urinam ciere: sed grauis facit insomnia.

EX ADAMASCO.

Excalescendi, humectandiq; uim habet, primo nimis abscessu, flatu mirè excitat. Mensesq; proliciter.

EX ARMASIOS.

Inflat.

EX ABENMESVAL.

Smilax hortenſis tum calida, tum humida cenſetur, primo quidem exceſſu. Maniſeſta autem eſt Humiditas, quod cito putreſcat. Humorem generat craſſum & pituiſoſum. Stomacho aduerſatur. Rubra uero omnium maior exiſtit. Cum Sinapi oblata noxæ plurimum deponit. Alba eſt humidior, difficiliſſioris coctioſis, alimoniam tamen facile præbet, adhuc efferueſcens, ex Garo, Oleo, et Cumino ingeſta. Siliqua autem non aſſumenda. Sed etiamnum uirides cum Sale, Piperæ, & Origano, ad facilitateſ coctioſnem, comedatur, Vinumq; meracius inſuper ebibatur. Siquando cum aceto paretur ſubobſcurum ac modicū habet odorū, tardeq; ac difficilius concoquitur ob Aceti nempe ſiccitatem. Urinam & Menſes potiſſimum mouet. Thoraci ac Pulmoni non inuſitilis. Proprietate autem quædam turbulenta Somnia facit.

DE AMYGDALA,
CAP. CXXVI.

NOMENCLATURA.

IAVZ, ſeu KAUZ, ſeu LAUZI, Arabibus. Αμυγδαλή, Græcis. Amigdala, Latinis, ac Officinis. Mâdole, Italis. des Amandes, Gallis. Mandelbaum, Mandelkern, Germanis. Almendra, Hiſpanis.

GENERA, TEMPERAMENTVM,
AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. vi.

Amygdala, quæ quidem palam amara ſunt, omnino extirpandi uim poſident, quod & qualitas ipſa indicat, & experientia comprobat. Ac de amara quidē qualitate in quarto horum commentariorum proditum eſt. Ceterum duo experientia exempla proponi ſatis eſt, unde uim eorum poſſis diſcere. Siquidem ephelus expurgat, & excretionibus expectoræ pulmoneq; craſſorum lentorumq; humorum impediō conferunt. Porro hæc oſtenſa ſunt genere quidem incidentis, ſpecie uero d'exter gentis eſſe facultatis. Quin & quod per accidens facultatem item habeant ab obſtructione liberandi, & ipſum ſuprà demonſtratum eſt. Sed & experientia monſtrat. Nam in icore craſſorum uifcoſorumq; humorum in extremis uſis impactorum obſtructiones, abunde expurgant expediuntq;. Quin & laterum dolores ab huiſmodi cauſa natos, & lienis, & coli, & renum ſanant. Porro & ipſa arbor ſimilem fortita uim eſt. Nam huius radices coctæ atque illitæ ephelus purgant. Quotquot uero ſunt amigdala dulcia, & ipſa leuicilam amaritudinem poſſident, quæ tamen dulcedine ſuperante occultatur: ceterum id temporis ſpatio clarum ſit. Demonſtratum autem retrò eſt, qualitatem dulcem moderatè eſſe calidam.

EX DIOSCORIDE.
Libri, cap. cxxviii.

Conciſa decoctaq; amara amygdalæ radix, aſperam & diſcolorem ceu à ſole faciem emendat. Præſtant idem & nuceſ ipſe illitæ. Apoſita eadem menſeſ euocant. Capitis doloribus ſuccurrunt, fronti temporibuſque ex aceto, aut roſaceo illita. Contra epinyctidas ex uino, contra excedentia hulecra, & quos herpetas dicunt, canisq; morſus, ex melle illinantur. Sono dolorem leuant in cibo ſumptæ, alium molliunt, ſomnum conciliant, urinam cient, & contra ſanguiniſ excretionibus cum amylo & menta ſanantur. Bibuntur eadem in aqua, aut cum terebinthina reſiſſa. Linguntur in renum cum urina malo aliquo doloribus, & pulmonum inflammatione quam peripneumoniam dicunt. Calculoſis cum poſſo & urina anguſtiſis proſunt. In ecleſmate auellana nuceſ magnitudine, additiſ melle & lacte, tocinoroſis, tuſſicentibus, & maioris inteſtini, quod colon dicunt, inſtationibus opitulatur. Arcent ebrietatem quin queſuæ in cibo præſumptæ, Vulpes ſi cum aliquo eas comederint, eneant. Adſtringit & calefacit arboris gummi & contra ſanguini� excretionibus utiliter bibit. Ex eodem idem ſummæ cutis impetigines tollit, medetur & diutinis tuſibus in diluta uini portione ſumptum. Bibitur & contra ueſicæ calculoſ in poſſo utiliter. Dulceſ & quæ edendo ſunt amygdalæ nuceſ, minus efficaçes quam amaræ: Extenuant tamen & ipſe, & urinam cient. Virides cum uiridi ſummo operimento ſuo in cibo ſumptæ, ſtomachum humentem emendant.

EX ARCHIGENO.

Dulceſ & quæ edendo ſunt Amygdalæ nuceſ, calidæ, & humidæ ſunt primo abſceſſu.

EX ABEN MESVALI.

Dulceſ ſummo cum operimento ingeſtæ, Gingiuaſ reprimunt, firmantq;, ac etiam quæ in ore exedantur compeſcunt, ob illarum adſtinctionem, atque aciditatem. Cum Saccharo autem ſumptæ facilitateſ ſunt concoctioſis. Siquando uero adurantur, Stomacho ſunt accommodatiores, Amara calidæ, & ſiccæ ſunt ordine ſecundo.

EX SINDAXAR.

Amygdalæ quæ edendo ſunt, uim excalfaciendi ac humeflandi habent, primo nimirum exceſſu. Semen adaugent, ac luti Iuglandæ, ac Ponticæ nuceſ, & Piſtacia, aſſumptæ autem oris affectionibus ſunt accommodatæ.

EX ALBVGERI G.

Gummi in uſu habetur, non ſecus ac Arabicum, & Prunorum.

DE BVGLOSSO,
CAP. CXXVII.

NOMENCLATURA.

LISEN

LISEN ALTHAVR, seu Lesan althaur, Arabibus, Βουγλωσσον, Græcis. Buglossum, Bubula lingua, Bouis lingua, Latinis. Borrage, Officinis. Borragine, Italice. Borache, Gallis. Burrech, Germanis. Borrage, Hispanis.

EFFIGIS,

EX DIOSCORIDE.

Lib. III. cap. cccviii.

Verbasco similia folia habet, & in terram decidua, aspera, nigrioraq; bubule lingue similia.

TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. VI.

Buglossum humide calidq; temperie est. Itaque unius iniectum, Letitiæ hilaritatisq; causa esse creditum est. Sed & ijs qui ob supremi gutturis (pharyngæ Græci uocant) asperitatem tussunt, coctum in melicrato conuenit.

EX DIOSCORIDE.

Lib. III. cap. cccviii.

Folia in nimium delecta, uoluptates animi & letitiam facere creduntur.

EX ALCANZI.

Frigide est temperaturæ. Cremata autem Folia infirmis Dentibus, Gingiuis, Aphthis, presertim Puerorum, Orisq; inflammationibus egregie medentur.

EX ABEN MESVAI.

Priuatim Bilem nimirum stauam prolicet. Cardialgia etiamnum à bile mirè auxiliatur. Cum Armenia autem terra, bolouë assumitur. Pòdus est à drachmis tribus ad quatuor que cum Saccharo, & lati Armenici drachma.

DE M V S A,

CAP. CXXVIII.

NOMENCLATURA.

MAVZ, siue Mauzi, uel Muzi, Arabibus. Misfa, Barbaris.

TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA.

EX ABEN MESVAI.

Excalsciendi uim habet, in medio nimirum primi abscissus, humectandi uero in eius sine. Pauci est alimenti. Priuatim tamen Thoracis, Pulmonis, ac Vesicæ ardoribus medetur. Alum emollit. Liberalior autem eius usus Stomacho aduersatur, ac teur insarcit. Ceterum in frigidiori temperatura, à copiosiore siquidem eius usu, Melicratorum misceam aquam, Oxymel, coaditumie Zingiber, assumenda.

EX SINDAXAR.

Foetum in utero fouet, ac alit.

EX ALCHALEHEMEN.

Thoraci, ac Renibus mirè auxiliatur, Urinasq; prolicet.

E' VETERI MEDICINA.

Venerem stimulat. Stomacho autè nò parum aduersatur.

DE HALIMO,

CAP. CXXIX.

NOMENCLATURA.

MOLOCHIA, Arabibus. Atriplex Marini, Barbaris. Α'λιμος, Græcis, Halimus, Latinis.

EX ALBATARICH.

Atriplex marinum uocitatur. Frutexq; uenalis apud Aegyptios habetur, uendentesq; per Urbem clamitant, MOLOCHIA, MOLOCHIA.

EFFIGIES, AC LOCVS.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. cap. cxxii.

Frutex sapiendo aptus, rhamno similis Halimos est, sine spinis, folijs oleæ. sed latioribus. Nascitur maritimis sepius.

TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA,

EX GALENO.

Simp. Med. VI.

Alinum: hec planta frutex est, plurimo in Cilicia præcipue prouentu, ubi & germina eius recentia existant, & reponunt quoque in posterum futura usui. Semen pariter & lac planta ipsa generat, esq; gustus salis & subadstringentis. Ex quibus omnibus palam est ipsam esse dissimilarem. Maior autem pars eius calida est temperatè, cum humiditate inconfecta, & leuiter statuosa.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. cap. cxxii.

Coquantur folia eius olerum modo in cibos. Lenit radix tormina, drachme pòdere in mullsa aqua pota. Còmissis eadem & ruptis prodest, & lactis abundantiam facit.

DE SESAMO,

CAP. CXXX.

NOMENCLATURA.

SEMSEM, seu Sensesa, Arabibus, Σησαμω, Græcis. Sesamum, Latinis, ac Officinis. Sifamo, Italice. de Sesama, de la iugioline, Gallis. Leindotter, Germanis.

K ij

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. viii.

Sesamum non parum in se continet viscosum & pingue: quare emplasticum est & emolliens, ac modice calidum. Eiusdem facultatis est quod conficitur oleum: et herbe quoque decoctum similem vim obtinet.

EX DIOSCORIDE.
L. lib. II. cap. cxxx.

Noctet stomacho sesamum. Animæ idem gravitatem facit quoties commanducatum inter dentes hæserit. Discit illi tum sesamum quæ in nervis crassiora cõneruerunt. Prodest contusis & inflammatis auribus, nec minus amblystis etiam, stellionum & cersætarum morbosus medetur. Cum rosaceo factos ab æstu solis dolores capitis lenit. Potest eadem in uino decocta herba, præsertimque contra oculo- rum inflammationes & grauissimos eorum dolores. Fit ex sesami femine oleum quo Aegyptij utuntur.

EX ABEN MESVAI,

Oleum ex Sesami femine, Stomacho potissimum aduersa tur, summeque noxium est. Atrabilarijs tamen ac supercutaneis fissuris remedio est. Cutem namque erugat, ac lenit, fissurasque ob siccitatem nimirum, ab atrabile, sanat, inunctum. Ex calefaciendi autem vim habere creditur, in secundo nempe receptis, humectandi uero in primo. Vomitiones etiamnum prolicit. Assatum insuper melius, ac salubrius reditur.

EX RASE.

Arsimon, seu Herisimum è Sesami est genere, verum imbecillius gustum mouet, longeq; minus etiam nutrit, facultatem tamen excellit. Sunt ambo semina calida, unde sitim potissimum excitant.

DE FRVCTV QVEM
SERICA APPELLANT.
CAP. CXXXI.

NOMENCLATVRA.

HVNEN, seu Zusalzef, seu Hanab, Arabibus, *Συριμα* & *Ζιζυφα*, & *Ζιζυφα*, Græcis. Zizypha Latinis. Iuube, Barbaris, ac Officinis. Giuggiole, & Zizole, Italis. Iuubes, Gallis. Rot bruckbeerle, Germanis. Iuuba, seu Azuscifa, Hispanis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.
Alimen. Facul. II.

Ne hæc quidem ausim affirmare, quidquam ad sanitatis utelam, aut morborum profligationem pertinere. Mulie-

rum enim atque Infantium effrenatorum est edulium: quo exigui est alimenti ac concoctum difficilis: & præterquam quod Stomachum non iuuat, paucum etiam alimenti corpori exhibet.

EX ISAAC EBEN AMRAM.

Fructus est calidus & humidus primo abscessu, verum caliditas excedit. Assumptum autem è Zizyphis apozema, Sanguinis effervescentiam reprimi. Tussimque, à calida inter perie, & inde natos Vesicæ, Renum, ac Thoracis affectus mirè iuuat.

EX ABEN MESVAI ET ATABARI.

Calidus est ordine primo. Biliofi potissimum Sanguinis acrimoniam frangit. Thoracem ac Pulmonem expurgat. Ventriculo autem summe relaxatur.

DE MEDICA HERBA,
CAP. CXXXII.

NOMENCLATVRA.

KODHAB, seu Alkugab, seu Cot, Alistiscat, seu Alaslet, Alfasfafa, seu Falsafa, seu Rathbe, Arabibus. *Μυδι*, Græcis. Medica, Latinis. Humida, Barbaris. Foin de Bourgoigne, & Fenacia, Gallis. Medischkraut, Burgundisch Heuu, seu Burgundisch Grafsz, Germanis. Alfasa, Hispanis.

EX ABOHANIFA.

Subrescens adhuc Kodhab priuatim nuncupatur, uiridis autem ac recens Alfasfafa, exiccata uero Aher, præsertim apud Persas.

EFFIGIES, TEMPERAMENTVM,
AC IUVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.
L. lib. II. cap. cxxxv.

Præstè trifolio similis Medica recens nata est: crescenti deinde contrahitur & angustius fit folium, profertque si miles trifolio caules, in quibus semen lenticulæ simile, inflexumque; corniculorum modo: quod, siccatum suauitatis gratia conamentario sali miscetur, id uiride emplastrum modo impositum, prodest his quæ refrigeranda sunt. Tota autem herba pro gramine utuntur, qui quadrupes & iumentum ta pascunt.

EX ISAAC EBEN AMRAM.

Medica in locis aqua inundatis nascitur, nec aestiuo nec Hyemali tempore arefcit, propterea HVVIDA uocatur. Semen & Folia in usu ueniunt. Calida est, ac humecta. Inflationes facit, genitalique; Semen adauget, ac ueneris cupiditates excitat, medicamen taque; Venerem similitud-

tia roborat. Semen uero magnis Antidotis admiscetur. Fo-
lia autem emplastri modo imposita, his profunt que refri-
geranda sunt. Herba tota utuntur, qui Pecora alunt.

DE APHACE,

CAP. CXXXIII.

NOMENCLATURA.

APAKI, seu Asaki, seu Albikia, Arabibus. Αφάκη, Græcis. Aphace, Latinis. Humida sylvestris, seu Vitis sylvestris, et Os mundi, Barbaris. Aphaca, Ita-
lis. Vese sauage, Gallis. Vuilde Vuicken, Vogels Vuickē,
et S. Christoff elskraut, Germanis.

EFFIGIES, AC LOCVS.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii, Cap. cxxxvi.

Exiguus frutex Aphace est. Nascitur in aruis, Læte ex-
celsior, tenui folio. Quæ nascuntur in ea Lente maiores si-
liquæ, terna quaternæq; semina inter se continent, in nigro
colore, Lentibus minorâ.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Aphace uim habet adstringendi, sicut et ipsa lenticula
(Φολκον Græci uocât.) Sed et similiter ut lenticule edi so-
let: ceterum ægrius quàm illa cõcoquitur: ualentius autem
desiccet, et moderati caloris est.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii, Cap. cxxxvi.

Adstringendi uim semina illa habent: ideoq; alui fluxio-
nes et stomachi rostra, et fracta, et Lentis mō elixa sistunt.

DE SECACVL,

CAP. CXXXIII.

NOMENCLATURA.

SCECACHVL, seu Secacul, et Licinium, Ara-
bibus, ac Barbaris.

EFFIGIES, LOCVS, TEMPVS, TEM-
PERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

Folia fert, Iulben profræs consimilia. Est enim herba q̄
Radices habet, pollicis indicis uē potissimum crassitudine,
longas, nec admodum in profundis terræ latebris recon-
ditas, sed instar radicum Scel, superficiei tenus serpentes,
geniculis plenas, circa quos Bisai (Alilubē maius uocât.)
similia foliola exeant, in summitate quorum etiamnum v̄

re ac singularior Mensum principijs, Flores erumpunt,
colore Violis nō absimiles, maiores tamen, quibus deciden-
tibus Semen nigrum, magnitudine Ciceris, succiplenum,
ac dulce apparet. GRANVM CVLCVL à nō-
nullis uocitant. Habent etiam Radices non ab similem Se-
mini dulcedinem. Nascitur herba hæc iuxta arborum radi-
ces locis umbrosis ac humectis. Colligitur autem tempore
mesis. Excalfaciendi ac humectandi uim habet, in primo
quidem recessu, humiditas tamen calorem longè superat.
Venerem arrecto ualenter pudendo miri cœcitat, genita-
lèq; Semen auget, ac promouet, presertim cū Melle cõditū.

DE SATYRIO HERBA,

CAP. CXXXV.

NOMENCLATURA.

GASI ALCHALEB, seu Chisi Altaleb, et
Tatarich, Arabibus. Σατύριον, ἡ Τριφυλλιον, Græ-
cis. Satyrium, Latinis. Testiculus Vulpis, aut Sacerdotis,
Barbaris, ac Officinis. Satyrio, et Satyrione, Italis. Sate-
rion, Gallis. Stendel Vuurtz, Germanis. Supinos de Rapo
sa, Hispanis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii, Cap. cxliii.

Satyriem, sunt qui à foliorum numero triphyllon. i. tri-
folium uocent: quoniam tribus plerumq; folijs fractis uir-
ret, runcijs liliæ similibus, minoribus tantum et ruben-
tibus. Caulem habet glabrum cubitali altitudine. Florem
lilij figura candidamq; Radicem bulbosam, pomo similem,
foris ruffo, intus candido oxi colore: gustu suauem, et in
cibo ori gratam.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Satyrium aut, Triphyllum humidum et calidum temper-
atura est: quamobrem gustu quoque apparet dulce. Atta-
men recrementitium et flatuosum humiditatem possidet.
Quocirca ad Venerem incitat. Hæc uero et herbe ipsius
radix præstare potest. Porro ut quidam aiunt, ex uino ni-
gro austero potum sanat opisthotonon.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii, Cap. cxliii.

Bibitur Radix in nigro austero uino in scapulas rigen-
tibus utiliter. Hac ipsa feliciter etiam utetur qui ad Vene-
rem mulieri congressi uoluerit, siquidem ferunt ad Vene-
rem sollicitare, et ad eam impetus augere.

DE ALTERO SATY-

RIO, QUEM ERYTHRON, ID EST, RV-
BENTEM VOCANT, CAP. CXXXVI.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

NOMENCLATURA.

ATRALICON TATARICH, Arabibus. *Σατυριον* ἑρπυβιον, *Græcis.* Satyrium Erythronium, seu Rubrum, Latinis.

EFFIGIES, LOCVS, AC IVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. cap. cxliij.

Lini femini æquale semen Satyriion hoc habet, maius tamen firmiusq; & cum leuore splendens. Fertur & hoc nõ minus quem terrestris crocodilus quem scingum nominat, ad coitum & Venerem stimulare. Est in Satyrii radice exterior cortex tenuis & rufus: Que uero cortice clauduntur, eandã sunt, grata in cibo, & dulcia uescentibus, Nasctur apricis montanis locis. Fertur de eo etiam, ad Venerem stimulare, siquis manu tantum radicem eius gestauerit: sed cum uino pota maxime id potest.

DE TESTICULO HERBA, QUAM GRÆCI ORCHIN DICVNT, CAP. CXXXVII.

NOMENCLATURA.

CHASI ALKEB, seu Chasi Alchelh, Arabibus. *Ορχις*, ἢ *Κυρὸς ορχις*, *Græcis.* Orchis, & *Cynoforchis*, Latinis. Testiculus canis, Barbaris, ac Officinis. Testiculus di Cane, Italis. du Couillon de Chien, Gallis. Knabenkohl, Germanis.

EFFIGIES, AC LOCVS,

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. cap. cxli.

Folia habet Testiculus herba circa caule, et in immã eius parte per terram strata, molli olea similia angustiora tantum longioraq;. E dilem dodrantali altitudine, in quo purpureus flos panditur. Radicem bulbosam, oblongam, duplẽ cem, matuo contactu coherentem oliã figurã: superiorem alteram, inferiorem alteram: & hanc quidem vegetam dissentamq; illam uero languidam et rugosam Nasctur plãta hæc petrosis & sabulosis locis.

TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Radici eius bulbosae de gemine uis inest, humidã & calidã, ac gustantibus dulcis uisula est. Ceterum maior radix multam uidetur habere humiditatem excrementitiam, & flatuosam: quapropter epota Venerem excitat. Altera uero, minor uidelicet, contra, nimirum admodum elaborata: ut sit eius temperamentum ad calidius & siccus uergens.

Itaq; hæc radix tantum abest ut ad coitum stimulet, ut etiã plancã contrã cohibeat ac reprimat. Eduntur bulborũ more toste.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. cap. cxlii.

Estur radix bulborũ modo elixa aut tosta: ferturq; maior illa uiris in cibo mares conceptus facere: minor uero feminis, alteri sexus. Ferũt præter hæc etiam mulieres in Thesalia ad excitandam Veneris libidinem cũ caprino lacte bibendam dare alteram: uegetam. s. dissentamq; illam orchis huius radicem: Languidam uero & rugosam illam, ad inbibendam: Aduersarij, alteram altert, inuicemq; potas inuicem se resoluerẽ.

DE ORCHI SERAPIONIS, CAP. CXXXVIII.

NOMENCLATURA.

ARCHIS SADACHIA, Arabibus. *Ορχις* *Σαπαχιας*, *Græcis.* Orchis siue Testiculus Serapias, Latinis. Raguuurtz, Germanis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. Cap. cxlii.

Sunt qui Serapiadem Orchim hunc alterum uocent, quẽ admodum Andreas medicus, ob multos radicis eius usus. Folia habet Porro similia, oblonga, latiora tantum pinguiusq; ex alarum cauis emittentia & inflexa. Cofilulos dodrantales & purpurascens flores. Radix illi est minimis Testiculis similis.

TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Orchis, quem & Serapiada nuncupant, sicciorẽ facultatem obtinet quam ut primi ordinis haberi mereatur, quo circa nec perinde ad Venerem accommodus est. Oedemata illius discutit. Ulcera forãda expurgat. herpetes sanat. Siccatus multo amplius desiccet. Nam & putrescentia contumaciãq; ulcera sanitati restituit: quippe cũ & subadstrin gens sit, ac proinde etiam uentrem ex uino potus sicit.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. cap. cxlii.

Potestq; emplatri modo imposita tumores discipere hulerã purgare, hulerã quos herpetas nominant, cohibere. Quinetiam fistulas eodem modo imposita, in aliam naturã habitum transferet & que inflammata sunt, lenit. Sicit sic ea eadem que pascendo serpunt, & in ore excedentibus & maleficiis hulercebibus medetur. Alium cum uino pota pectã.

pescit. Ferunt de hac etiam, quæcunque de superiore Te-
sticulo dicta sunt.

FRIGIDA, ET SICCA
PRIMI ORDINIS.

Myrtus	Ligustrum.	Rubus canis.
Myrtidatum.	Lapathum.	Auena.
Muscus.	Tribulus.	Arbutus.
Acacia.	Lichen.	Harundo.
Aster Atticus.	Pira.	Målum Punicum.
Eryngium.	Cistos.	Cytini.
Faba.	Hypocistis.	Malicorium.
Quercus.	Pisum.	Spina Arabica.
Fagus, ac Ilex.	Palma.	Hordeum.
Castanea.	Palma Thebaica.	Morus.
Spina alba.	Nuclei Palmulari	Malum.
Corallium.	Cortex Palmæ.	Cotone Målus.
Papyrus.	Medalla Palmæ.	Målã dulcia.
Milium.	Gramen.	Epirotica málã.
Ianicus.	Gramen barundi-	Målã Syluestria.
Panicum.	naceum.	Acetum.
Vlinus.	Gramen Parnasi.	Silique.
Labrum Veneris.	Gramen Cilicie.	Salix.
Myrobalana.	Lotus arbor.	Equisetum.
Empeltica.	Saderuam.	Glutinum.
Rofa.	Tragus frumenta-	Glutinum Pisciu.
Belezica.	ceus.	Gluc Similagine.
Rosei Pastilli.	Rubus idæus.	tinu Polline.
Mespila.		ex.

DE MYRTO,

CAP. CXXXIX.

NOMENCLATURA.

AES Domestica, seu Alas seu As, Arabibus. Μυρ-
την, ή Μυρτην, Grecis. Myrtus, Latinis. Mir-
tus, Plãta, semina nero, Mirtilli, Officinis. Mirto seu Mor-
tina, et Mortella, Italis. Meurte, planta, semina, Mirtilles,
seu Grain de meurte, Gallis. Semina autem, Vuelseh Heydel
beer, Germanis. Murta, seu Arayam, Hispanis.

GENERA, ATQ. ELECTIO.

EX DIOSCORIDE.

Lib. cap. cvii.

Medicine utilior sativa nigra Myrtus quam candida, et
in eo genere multo magis montana, semen tamen infirmius
fert.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Myrtus, ex contrariis substantiis hæc planta constat:
iunct tamen in ea frigidum terrenum. Habet verò etiã te-
nue quiddam calidum. Itaq; ualèter desiccatur. Porrò tum fo-
lia, tum germina, tum fructus, tum succus, nõ parum inter

se in adstrictione dissident. Folia item arida uiridibus plus
desiccant: miscetur enim uirentibus humiditas quæ eã. Por-
rò siccus non tantum ex uirentibus folijs exprimitur, sed
& fructu. Restringendi uim hæc omnia habent tum foris
imposita, tum intrò sumpta in corpus: q; scilicet non dũ ul-
lam deleteriam aut purgatoriam substantiam habeant admi-
stam.

EX DIOSCORIDE.

Lib. cap. cvii.

Adstringendi uis & Myrto & semini est: Daturq; se-
men uiride pariter & sicum in cibo sanguinem expuenti
bus, & cõtra uesicæ erosiones. Facit ad eadem ex uiridibus
baccis expressus succus, stomacho & ciendæ urinae accom-
modatus, phalangiorum morfibus, scorpionũq; ictibus idẽ
in uino utilis. Denigrat capillum feminis decoctum. Idem
in uino elixum, hulecibus in extremis membris illitum, me-
detur. imponitur præterea extorem inflammationibus, le-
nitq; eas. Illinitur & contra agiropas. Quod fit ex myrti
baccis uinum, sine nucleis expressis & quadantenus de-
coctis, (accsit. n. nisi sic curetur) ebrietatem præsumpti
& crapulam arceat: omnibus quibus & semen utile. Proci-
dentibus fuminarum locis, & sedi, muliebribus fluxioni-
bus insidentibus medetur. Furfures manantia capitis hul-
cerã, & pustularum eruptiones exterit, fluentem capillum
cohibet. Miscetur emplastris quas Greci liparas dicunt
quemadmodum & oleum quod ex eius folijs confectũ fue-
rit. Quinetiam insidentibus, ut præ hæc fractum est, prodest
foliorum decoctum, & præter hæc laxatis, & qui firmari
nequeant artuculis. Fouentur eodem etiam fracta ossa uti-
liter, lapidosam duritiem, quam poron Greci dicunt, non
inducentia. Vitiliginis exterit, contra purulentiã aures in-
stillatur, & denigrando capillo inspergiunt. Potest & so-
liorum succus eadem omnia. Folia itidem ipsa concisa &
ex aqua illita, humidis hulecibus profunt. Profunt & in
omnes corporis partes destillationibus caliacisq;, additis
acerbo oleo, exiguo uero rosæco aut uino. Profunt et sacris
ignibus, testium inflammationibus, conydomatis, epiny-
thidibus, & his quos a serpente herpetas accit. Siccata
eadem & in farinam trita, reduijs, digitorumq; ptervigijs
utiliter insperguntur. Insperguntur itidem humectibus ala-
rum & foemorum uisq;, sudoresq; in cardiacis cohibent.
Cruda eadem & crematorum cinis ambustis, digitorũ pte-
rygijs, & reduijs melentur. Colligitur ex folijs succus,
asperso uetere uino celestine aqua, expressus. Vvis eius
recentis admc est, cariosus. n. fit, qui arefcens inueterauit,
& uires amittit.

EX ABBN MESVAI.

Succus quidem Thoracis ac Pulmonum affectibus au-
xiliatur. Tussum inuat, Alui fluxiones à Bile cohibet.
Ventriculum roborat. Interrancorum ulceribus medetur.
Intestina firmat. redundantesq; Mensium fluxiones pro-
be sistit. Semen uero sanguinem tum à Thoreate tum Pul-
mone, expuentibus medetur. Adstringendi siquidem uis sto-
macho accomodat. Fluxus etiamnum biliosus, ac tussum ad-
iuuat, illq; adstrictione, ac dulcedine innata.

DE MYRTIDANO,

CAP. CXL.

NOMENCLATURA.

MANTIDABON, seu Bunchum, & Nabach, Arabibus. ΜΥΡΤΙΔΑΝΟΝ, Græcis. Myrtidanum, Latinis.

EFFIGIES, TEMPERAMENTVM
AC IUVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. cap. CLVIII.

Quod uerò myrtidanum dicunt, in æquale tumensq; adnatum myrto, & eodem illi colore est, truncum eius quasi manu amplectens, maiore in adstringendo uicq; myrtus est. Tunditur additoq; austero uino, in pastillos conformatur, siccaturq; in umbra seruator, multo efficaciore q; myrti semen & folia, potestate. Miscetur ceratis pessulis, insidentium fomentis cataplasmatissq; in quibus adstringi aliquid oportebit.

EX GALENO.

Simp. Med. VII.

Porro quod ramis & trunco adnascitur tuberosum, quam quidam Myrtada nuncupant, quanto dictis siccus est, tanto & desiccatur & adstringit uehementius. Quidam id tudentes reponunt, postea uino subigentes in Pastillos formant.

DE MUSCO,

CAP. CXLI.

NOMENCLATURA.

ΑΧΝΕΗ, seu usnea, seu Canianus, seu Asnea, Arabibus. ΒΕΨΟΝ, ἤσπιλα & ΨΥΧΟΝ, Græcis. Muscus, Latinis. usnea Barbaris, ac Officinis.

EFFIGIES, LOCVS, ATQ; ELECTIO.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. cap. XXX.

Inuenitur muscus hic in arboribus cedro, populo alba et quercu, habetq; primum bonitatis honorem qui ex cedro est, secundum qui ex populo alba: Laudaturq; maxime in utroq; qui odorator & candidior est. Dantur contra nigrescens.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA,

EX GALENO.

Simp. Med. VI.

Inuenitur autem in quercubus, & piceis, & populis albis uim habet adstringentem inualidam. Nec enim multum est frigidum, sed proxime ferme medijs, quia uidelicet & digerendi et emolliendi facultatis est particeps, maxime quod in cedrinis lignis reperitur.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. cap. XXX.

Habet adstringendi uim Muscus hic. Facit ad muliebrum locorum uitia in decocto eius insidentibus foemina. Miscetur idem balanino unguento, & alijs qua ungeto sint, ob spissandam uires quas habet. Vile præterea accommodatumq; acoporum confessionibus, et eorum que ad uaporations incenduntur.

EX CHOZI.

Per aliquot dies uino maceratus, Somnum ebibitus ua lenter conciliat. Adstringenti autem uino dilutus Stomachum tuat. Fluxiones Alui reprimat. Ventriculum roboret, ac Vomitiones cohibet.

DE ACACIA,

CAP. CXLII.

NOMENCLATURA.

ΑΕΧΑΧΙΕ, Arabibus. ΑΧΑΧΙΑ, Græcis. Acacia, Latinis. Acatia, Barbaris, ac Officinis.

LOCVS, AC EFFIGIES,

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. cap. CXXXV.

Nascitur in Aegypto Acacia. Spina est arbore scens, fruticosa, nec recta in altum crepans, flore albo, semine ceu lupinorum candido in siliquis clauso, ex quo succus exprimitur, siccaturq; in umbra, ex maturo niger, ex immaturo rufus. Probatum qui languido robore, & ut in Acacia esse potest, odoratus. Exprimunt aliqui etiam ex folijs una cum semine. Nascitur præterea ex spina hac, gummi.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. VI.

Acacie & planta ipsa acerbata est, & fructus, et succus, qui lotus quidem et imbecillior et minus mordax redditur, utpote acrimoniam quandam in lauatiōe deponens. Porro si parti alicui sane illinatur, protinus eam et siccior em, et contractam efficiet, nullum quidem caloris sensum inuehens, sed nec frigoris admodum ualentem. Vnde constat medicamentum id esse frigidum et terrosum, immixta quadam etiam essentia aquea. Et sanè coniectura est, non esse simile, uerum quassam in sese dispersas habere partes tenues et calidas, quæ in ipsa ablutione segregantur. Estq; et hoc tertij ordinis exiccantium, et secundi refrigerantium, ubi quidem elotum fuerit, illotum uero primi.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. cap. CXXXV.

Adstringendi refrigerandiq; uires Acacia habet. Oculorum medicina accommodatus est Acacie succus: prodest & sacris ignibus, perniciosis, hulericibus bis quos herpetas dicit, & digitatoris pterygij. Silit oris hulerca, pro oculisq; oculos, cõpescit & seminarum fluxiones, pro cadentes uulvas, fluidamq; aluum, potus aut clystere infusus: Cæpillorum

pillum idem denigrat : Lauatur in aqua ad oculorum medicinam identidem confricatus, abiectis continuae quae in summo spumarum modo cōcreuerint, donec pura relinquatur aqua, sicq; in pastillos confirmatur. Crematur et in cru- do fistili una cum tegulis in fornace. Torretur & in carbonibus continua ignis ventilatione. Focentur spine hu- ius decocto soluti artus utiliter.

E X H V N A I M.

In Thibatica libello.

Acacia quàm ualentissimè adstringit.

DE ASTERE ATTICO,

SIVE INGVINALI HERBA,
CAP. CXLIII.

NOMENCLATVRA.

ASTARATICON, seu Atratisus aut Astra- ticus, & Biniò, Arabibus. Ἀστὴρ ἄττικος, Βοῦ Βίνιον, Græcis. Aster atticus, Ingvinalis. Latinis. Centum capita, Barbaris. Aster attico, seu Stella d' Athene, & Ingvinalis, Italis. A/pergonotte, mineur, Gallis. Sternkraut, Germanis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iiii. cap. cxxx.

Lignosus caulis inguinaria herba est. Purpureum & luteū habet in summo florem ueluti chamæmali capitulum, undique per orbem incisus diuisum foliolis stelle simili- bus. Quæ uero circa caulem folia sunt, oblonga et hirsuta sunt.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Aster atticus. Alij Bubonium uocant, non ob id tantum. quod illium, sed etiam quòd suspensum bubonas sanare creditur: habet quiddam etiam digerens, habet uerò non mini- mè & refrigerans quiddam ac reprimens, ut misce sit po- tentie, uti rosa: uerum id non adstringit.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iiii. cap. cxxx.

Prodest astuanti stomacho emplastri modo imposita. Prodest & oculorum inflammationibus, in guinibus, pro- cidentiq; sedi. Ferunt præterea quod in flore eius purpureo scit, anginis cum aqua potum presidio esse: prodesse & co- mitialibus infantibus. Contra inguinum inflammationes re- cens utiliter emplastri modo imponitur. Siccæ eadem, quæ tamen sinistra manu eius qui remedium sibi querit decer- pta fuerit, inguini adalligata, dolores inguinum finit.

DE ERYNGIO,

CAP. CXLIIII.

NOMENCLATVRA.

KARSAHANE. Arabibus Ἐρύγγιον, Græcis. Eryngium, Latinis. Centum capita alba, Barbaris. Irin- gus, Officinis. Iringo, Italis. Panicault, Gallis. Brachendi- stel, Mansztreu, Radistel, Germanis. Cardo corrodor, Hi- spanis.

EFFIGIES, AC LOCVS.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iiii. cap. cxxiii.

In genere aculeatarum plantarum Eryngium est. Rec- tiantur nascentia aliorum olerum modo in cibos sale con- dita Eryngii folia: ea sunt lata, per ambitum aspera, gustu odorata. In pluribus quas habent per caules eruptionibus crescentia, spinis aculeantur. Spinis horrent etiam in sum- mis caulibus capitula, acurissimisq; per ambitum stelle mo- do radiatis: Estq; earum color modo uiridis, nunc pallidus, nunc candidus: idem aliquando cœruleus inuenitur. Radix illi longa, lata, foris colore nigro, intus candido, pollicis crassitudine & odorata est. Nasctur campestribus asperis locis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

Eryngium caliditate quidem aut parum aut nihil: quod temperatum est: superat: ceterum non parum habet siccitatem in tenui essentia consistentem.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iiii. cap. cxxiii.

Habet calefaciendi uim. Pota menses & urinam trahit. Tormina & inflationes dissicit. Bibitur cum uino utilitur iocinorosis, & cōtra uenenatorum morsus & epota ue- nena. Bibitur plerumq; drachme pondere cum sylvestris pestinacæ semine. Fertur præterea hæc eadem alligata po- tag; panos discutere. Quinetiam radix eius in dulci aqua comitialibus & in scapulis rigentibus eadem utilitate bibi- tur.

DE FABA NOSTRA

TE, CAP.

CXLV.

NOMENCLATVRA.

HACHILLE, seu Haballe, seu Bachale, Arabi- bus. Κβαλος, Græcis. Faba, Latinis, & Officinis. Faua, Italis. Fabue, Gallis. Bonen, Germanis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. p. Med. vi.

L

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

Faba in utroq; medijs temperamenti proximè est in exicando & refrigerando. Caro eius paulum quoq; abstergentis facultatis continet, sicut putamen nonnihil adstringentis. Idecirco medicorum nonnulli totam fabam cum oxycrato decoctam dysentericis, cœliacis, uomentibus, quos *ἔμμενος*, nominant, ex hiberunt. Porro ut edulium, flatulenta est, ac coctû difficilis, si quid aliud: excretionibus ex pectore & pulmone id onera. Vt medicamentum uerò foris imposita, desiccet innoxie. In podagricis ea sæpenumero usum sumus ex aqua decocta, & ita adipi sullo admista. Ad neruorum tum confusiones, tum uulne rationes, farinam eius cum oxymelite imposuimus. Ad eos quos ex ictu iam phlegmone occupauerat, cum polenta. Sed & testium & uentris aptum est cataplasma. Nam hæ partes cum phlegmone tenentur, moderatè refrigerari amant, maxime cum uera ex lacte in ipsi concreto phlegmone patiantur. Quin lac quoq; ab eo cataplasmate extinguitur, sicut puerorum pubes farina fabacea illius plurimo tempore glabra permanet.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii. cap. cxxvi.

In flat et uentris flatus facit faba: egre concoquitur. In somniosa est, tusi tamen & carnis incremento utilis. Decocta eadem in posca & cum cortice suo in cibo sumpta, in testinorum tormina, & cœliacas fluxiones sistit. Vitilis cœtra uomitiones etiam in cibo sumpta. Minus inflat diffusa in coquendo priore aqua. Viridis stomacho magis nocet, magisq; inflat. Farina eius per se & cum polenta, uulnerum inflammationes mitigat illita. Cicatrices ad reliqua cutis colorem perducit. Inflammatis & quibus in grumos coagulat lac mãmis prodest, idq; in eis extinguit. Strumas, qui secundum aures sũt abscessus (parotidas & æci uocat) & sugillata cum melle & fenogreci farina discutit. Cuius rosa, thure, & oui albo, proci dentes oculos, eorumq; uisus & tumoros compefcit. Vino eadem macerata oculorum suffusionibus & ictibus medetur: quin etiam sistendis eorum fluxionibus sine cortice commanducata faba fronti imponitur. Sanat eadem in uino cocta testium inflammationes: & puerorum imo uentri imposita impuberes diu seruat. Eadem præterea uirilignes extemit. Eunusos corpore pilos illiti fabarum cortices infirmos tenuesque rensci cogunt. Discutiant idem strumas cum polenta scissiliq; alumine ex uetere oleo illiti. Tinguuntur fabarum decocto lana etiam. Factas ab hirudinibus sanguinis eruptiones sine cortice faba bifida diuisione, qua se compactili nexu tenet, apposita compefcit.

EX BARBIO.

In dere Rustica libello.

Faba turbidos concitatq; Animorum motus excitat. Somnia impedit. Est enim flatuosa. Gallinæ quoque ex aspiduo Fabarum esu steriles euadunt.

EX COSTES.

Qui Fabis uescuntur, paiores ac turbulentos affectus incidunt.

DE QUERCY,

CAP. CXLVI.

NOMENCLATVRA.

CHVLLLOT, seu Hullet, seu Beluth, seu Albeluth, Arabibus. *ἄλβος*. Planta, fructus autem *Βελλόχο* uo, Græcis. Quercus, planta, fructus uero, Glædes, Latinis, ac Officinis. Quercia, fructus autem, Ghiande, Italis. une Chêne, Gallis. Eychre, glandes uero, Eycheln, Germanis. Robre, Hispanis.

TEMPERAMENTVM, AC IJVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. VI.

Quercus partes omnes adstringentis facultatis particeps sunt. Sed plus tamen habet que in trunci cortice membrana subest, tum que sub glandis ipsius calculo, ea uidelicet que fructus carnem conuefcit. Quamobrem ad profluuium muliebres, & sanguinis exspuitiones tum dysenterias & diuturnos uentris fluxus commodam esse credunt. Maxime uerò ea utuntur decocta. Si quidem que quodq; glutinasse me uulnus memini securi inflatum, cum nullum adfuset ad manum medicamen præter ipsius quercus folia: terebam ea in leui petra, & uulnus omnemq; uicinum locum contexi. Eandem folijs uim habet & fructus Roboris, eoq; medici nonnulla ad incipientes & crescentes utuntur phlegmonas. Nam que iam uehementes sunt, adstringentia respiciunt. Sed salia ad curandas potius rationem quam presentem tractatum attinent. Ceterum in presentia nouisse, quod eatenus adstringentem, quatenus dictum est, facultate quercus obtinet. Sufficit: ac proinde desiccandi, atque adstringendi: excalefaciendi autem paulò infra media, in genere scilicet eorum que (ut sic dicam) tepida sunt.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii. cap. cxliii. & cxxv.

Adstringenti uires Quercus omnis habet, idq; maxime potest, quod inter corticem & lignum membranæ simile clauditur. Nec minus quod inter corium glandis & carnem interpositum est. Datur earum membranarum decoctum cœliacis, contra intestinorum tormina, & cruenta spua utiliter: Pessulis præterea contra fœminarum fluxiones, membranis simile illud adicitur. Possunt idem & glandes. Vri nam præterea citius. Dolores capitis & inflationes in cibo faciunt: utiliter tamen eduntur contra omnia que morsu ictuue uenenum relinquunt: priuatimq; toxico subuenit, potum corti eis & glandium cum bubulo, aut humano lacte decoctum. Crude præter hæc & consicis glandes inflammationes leniunt illitis. Sanant cum sullo salso adipe maleficis durities, his & maleficis itidem bulceribus accommodata: Suntq; ad omnia Quercus ligna efficacia.

DE FAGO, AC ILICE,

CAP. CXLVII.

NOMENCLATVRA.

CHINAOS, seu Chiacas Arabibus. *ἄνθος*, Græcis. Fagus, Latinis. Faggio, Italis. Faus, Gallis. *hoo* ehbaum, Germanis. BARBE S, seu Carmas, Arabibus. *ἄβνος*, Græcis. Ilex Latinis. Elice, Italis.

TEMPE

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Valentius tamen adstringunt Fagus & Ilex, seu quis eas species esse Roboris velit, seu toto genere diuersas. Quin & folia harum plantarum tenella illita non instruunt desiccare valent, minus autem que sunt alterius Roboris, nimirum quanto minus fortita sunt adstrictionis.

EX DIOSCORIDE.

Lib. i. cap. cxvii.

Quinetiam Fagus & Ilex in Querno genere arbores, eisdem vires habent. Iligne radicis tantum cortex priuatim donec siccet in aqua decoctus, integram noctem illitus, Cimolia creta ante confictum capillum denigrat. Omnium tusa folia concisae tumoribus profant, & corporis infirmas partes confirmant.

DE CASTANEIS,
CAP. CXLVIII.

NOMENCLATURA.

SADIANALACH, & Castal, et Stebulot, Arabibus. Σαρδανία Βάλος, ἢ Δορσιον, ἢ Κόλοστρον, ἢ Μόρα, ἢ Διος, Βάλανος, Grecis. Sardiana glans, Castanea, Iouis glans, Nuxq; Castanea, Latinis. Castani, planta fructus uero, Castagne, & Marroni, Italis. Castaignes, & Marons, Gallis. Bastani, seu Keßen, Germanis.

IUVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. i. cap. cxviii.

Castaneae adstringunt, eademq; que Glandes possunt. Presertimq; que inter corium & carnem earum membrana subiecta est. Priuatim his qui ephemera hausserint, ac commodata caro earum est.

DE SPINA ALBA,
CAP. CXLIX.

NOMENCLATURA.

BEDEGVARD, seu Bedigard, seu Bedoard, & Seuehe albeida, Arabibus. Αχάδιον λευκόν, Grecis. Spina alba, Latinis. Bedeguar, Officinis. Spina bianca, Italis. Espine blanche, Gallis. Vveisz distel, Germanis.

LOCVS, AC EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iii. cap. xiiii.

Nascitur montibus & syluosis locis, folijs nigro chameleoni similibus, an gustioribus tantum candidioribusq; asperis & spinosis. Caulem altitudine supra duos cubitos habet humani pollicis crassitudine, crassior emq; aliquando, albescentem, intusq; concanum: In cuius summo aculeatum capitulum est, marino echino simile, oblongius tamen &

minus. Flores purpureos, in quibus semen enici figura est, sed rotundius.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA,

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Radix eius desiccatoria est, & modice adstringens. Quamobrem & coeliacos & dysentericos inuat, & sanguinis reiectiones cohibet, & edematq; illius contrahit, ac dentes dolentes inuat. Si decocto eius colluantur: semen tenuis essentiae & calidae facultatis est. Itaque potui dari ijs qui conuelluntur conuenit:

EX DIOSCORIDE.

Lib. iii. cap. xlii.

Pota spinæ huius radix, sanguinem expuctibus prodest. Prodest & cibum in stomacho non continentibus, coeliacisq;. Vrinam cit & contra tumores emplastrum modo imponitur. Colluantur eiusdem decocto in dolore dentes. Succurrit consulsis insantibus potum spinæ huius semen, succurrit & serpentium moribus. Ferunt etiam factio ex ea amuleto & ex collo suspeso, fugari uenenata omnia.

DE CORALLIO,
CAP. CL.

NOMENCLATURA.

BASSAD, & Mergen, seu Besl, aut Morgian, Arabibus. Κοράλλιον, ἢ Διόδωρον, Grecis. Corallium, Latinis. Corallus, Barbaris, ac Officinis. Corallo, Italis. Coral, Gallis. Coraln, Germanis. Corallos, Hispanis.

EFFIGIES, LOCVS, ELECTIO,
GENERA, AC IUVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. v. cap. cxxviii. & cxi.

Corallium Maris creditur planta esse: durariq; cum ex profundo maris ducta, & circumfuso nobis aere veluti candens ferrum aquamersum temperatur & solidescit. Inuenitur plurimum Corallium ad promontorium Siciliae Pachynum prope Syracusas. Probatissimum est quod rubet, sandaracheq; aut sandici colore simile est. fragile item rotatq; concretionem sua equale quod terram, muscum, algaq; si mul olet. Praeter haeramosum, cinnamomiq; modo fructo sum. Dantur contra quod lapidosum, concretionem sua scabrum, caernosum & inane est. Adstringit Corallium leniter & refrigerat: cohercet excrescentias, oculorum cicatrice exteri, concava explet, & ad cicatricem perducit. Contra sanguinis excretionem efficacissimum est. Conferunt urinae angustis: lienen praeterca minuit cum aqua potum. Quod autem Antipathes dicitur, corallium pariter estimandum est, specietantum diuersum: in nigro enim colore magis quam corallium arborescit, ramosisq; est. Eisdem habet antedictio corallio vires.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

EX PAVLO AEGINETA.
Lib. vii. cap. ii.

Valenter siccandi, & mediocriter constipandi uim obtinet. Quo quidem nomine sanguinem et ebullantibus, & intestinorum torminibus palchre conuenit.

EX ABEN MESVAL.

Contra quae claritati Oculorum officiant, mire pollet, Lachrymasque quam ualentissimè exccat.

DE POPYRO,
CAP. CLI.

NOMENCLATURA.

BVRDI, seu Berdi, Arabibus. *Πικύρος*, Graecis. Papyrus, Latinis.

EFFIGIES, AC IUVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.
Lib. i. Cap. cxvii.

Nota omnibus papyrus ex qua charta fit. Laxandis fistulis usum in medicina habet, in quem natio humore uuida in partes secta, mox lino circumligata & coercita, usque ad siccitatem duratur: sic enim contractior facta in fistulas demissa humore impletur, tumensque eas aperit. Habet radice eius aliquod quod nutriendo fit: Commanducantesque eam Aegyptij, sucum tantum deuorant, reliquum corpus expueunt. Vtuntur etiam papyri radicibus pro ligno incole. Postest crematae papyri cinis que in ore alijque partibus passcendo serpunt cohibere. Verumtamen in eo efficacior, facta ex eo crematae chartae cinis est.

EX GALENO.
Simp. Med. VIII.

Papyrus ipsa quidem per se in usum medicinalem haud ingreditur. At macerata aut usta utilis efficitur. Igitur oxyerato uinoque macerata recentia ulcera glutinat, maxime in circulum circumposita. Verum hic quidem est cea materia que medicamina sanantia accipiat: at ubi usta fuerit, medicamen est exicatorium uelut & chartae combustae cinis nisi quatenus infirmior est quam papyri.

DE MILIO,
CAP. CLII.

NOMENCLATURA.

IEVERS, seu Geguers, aut Giours, Arabibus. *Κεχροπος*, Graecis. Milium, Latinis, ac Officinis. *Miglio*, Italis. *du Millet*, Gallis. *Hirse*, Germanis. *Miio*, Hispanis.

GENERA, ATQUE EFFIGIES.

EX ISAAC BENAMRAM.

DORA, & IEVERS, apud omnes in medicina nimirum materia maxumopere exercitatos, ex Milij genere censentur. Paruum enim est granum, ualentissimè adstringens, coloris puluerulenti, omnesque Milium autumant.

EX ABOHANIFA.

Milij duo sunt genera, unum asperum, leue alterum. Ceterum leuers est Persicum, Milium nero Arabicum.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. vii.

Milium primo ordine refrigerat. Exccat uero tertio excoluto, aut certe secundo intenso. Paululum etiam habet tenuitatis. Ex hac tum consentia, tum temperatura esu quidem plane inter omnia serè frumentacea edulis minimum conferit nutrimentum. Sed & uentrem desiccet. Porro foris impositum in sacculis idoneum est fomentum ijs quae citra morsum exccari postulant: et cataplasmatibus, modo illitum exccare potest. Attamen admodum friabile est. proinde distilicis est eius in cataplasmatibus usus.

EX DIOSCORIDE.
Lib. ii. cap. cxviii.

Minus omnibus alijs frumentaceis nutrit panis ex milio factus. Confecta ex eodem plus aluum sistit, sed urinam cit. Succurrit idem presenti remedio torminibus, alijsque doloribus seruens inditum saccis & impositum.

EX PAVLO AEGINETA.
Lib. vii. cap. iii.

Refrigerat quidem Milium in distantia prima, arefacit in secunda, & subilitatis possidet perexiguum, extrinsecus in sacculis exalfectum, & cataplasmatibus modo impositum, exccat.

DE IUNCO,
CAP. CLIII.

NOMENCLATURA.

DIS, Arabibus. *Σκόλος*, Graecis. Iuncus, Latinis, ac Officinis. *Giunco*, Italis. *Ionc*, Gallis. *Bintzen*, Schmelten, Germanis.

GENERA, EFFIGIES, TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.
Lib. iii. cap. lxiij.

Duplex eius genus est: uocaturque alter à leuore leuis iuncus, alter uero oxychoenus id est acuminatus iuncus, in summo

summo cacumine acutus. Duplex itidem huius generis est. n. alter sterilis, alter uero semē nigrum circumatū fert. Crasiores huius culmi carnosioresque sunt. Est et tertium genus multo duobus illis carnosius & asperius, quod holochoenum uocant. Habet hoc etiam in summo cacumine semen antedictō simile. Vtriusque fruxum semen, mox in diluta uini portione bauslum, alium rubrasque feminarum fluxiones sistit, & urinam citius capiti tamen dolores facit: Quae autē ad radicem tenera illi folia sunt, phalangiorū moribus utiliter emplastris modo imponuntur. Qui uero Euripicus dicitur iuucos, soporiferum habet semen: ideoque in portione, ne soporem faciat, copiam eius uitare oportet.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Schœnos leia, quædam oxychoenos, alia oligoschœnos nuncupatur: gracilior duriorque, oxychoenos, crassior laxiorque oligoschœnos. Fructus oligoschœni somnum asferit. At oxychoeni due sunt species: altera sterilis cuius quidem in medicina nullus usus est: altera uero semen fert: conciliat uerō & huius semen somnum, sed minus quā oligoschœni, quamquam tamen hoc caput tentet. Vtrumque si frictum cum uino bibatur, uentris fluxus desiccet, & muliebri profluuium rubrum sistit. Ex quibus clarum est, quod composita eorum temperies est ex terrena uidelicet essentia leniter frigida, & aquæ leniter calidat: et in inferna de siccare possunt, & sensim frigidos ad caput uapores submittere, quibus somno lentos efficiant.

DE PANICO,

CAP. CLIIII.

NOMENCLATURA.

DOCHON, Arabibus. ΕΛΥκος, ἢ Μελιμυροῦ Μελως, Græcis. Panicum, Latinis, ac Officinis. Panico, & Panizzo, Italis. Paniz, Gallis. Pfenich, Heydel pfenich, Fuchschmuntz, Germanis.

EFFIGIES, TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Panicum ex leguminum genere est, milio specie simile, facultate certè pauci nutrimenti, & exiccatoria. Sicut quoque nonnihil uentris fluxus, eum ipsum etiam milium. Si uero foris illinatur, exiccet atque refrigerat.

Alimen. Facul. I.

Milio & Panico itē in pane nonnunquam utitur, uergete dictarum frugum penuria: panis tamen qui ex eis fit exitiui est alimenti & frigidus. Per spicuumque est quod præaridus est ac friabilis, nihil. n. in se habet, neque lentoris neque pinguitudinis, iure ergo alium humentem desiccet. Agri-

cole autem horum farinam coquentes, deinde adipe suillam aut oleum miscentes esunt. Porro Milium ad omnia Panico est præstantius, suauiusque editur, facile concoquitur, uenerè minus sistit, magis nutrit nonnunquam aut rursus farinam ipsorum lactinocostam mandunt non aliter quā tritici: unde liquet quod id edulium, ipsum perse sumptum, tanto est præstantius, quanto lac utriusque feminis naturæ ad boni succi procreatiōem, aliæque, omnia, excellit. Dico autem alia omnia, coactionem, uentris subductionem, distributionem, & ipsam in edendo dulcedinem, ac uoluptatem. Nihil. n. suauitatis feminibus ipsis inest, præsertim Panico, quod saltem in nostra Asia nascitur, nam apud alias gentes, ut in Italia, multo melius prouenit.

EX DIOSCORIDE.

Lb. ii. cap. cxix.

Numeratur inter frumentacea Panicum etiam, milio simile est, eademque Panificij ex eo ratione ipsidem quibus & milium accommodatum est, minus tamen quam milium nutrit & adstringit.

DE VLMO,

CAP. CLV.

NOMENCLATURA.

DIDAR, seu Dirdar, seu Derdar, & Luzach, Arabibus. Πτελέα, Græcis. Vlmus, Latinis. Arbor Cimicum, Barbaris. Olmo, Italis. Orme, Gallis. Vlmz, seu Ulmen, & Kuefster, Germanis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. VIII.

Vlmi folijs quandoque recens uulnus glutinauimus, conidentes adstringentem pariter et abstergentem inesse illis facultatem. Cortex amplius etiam subamarus est & adstringentior. Itaque cum aceto & lepram sanat. Porro uiridis etiamnum ac recens si uulneribus uinculi uice circumlegitur, ea glutinare potest. Radices eandem uim obtinent: nam & decocto earum quidam perfundunt fracturas, quæ topo sine callo inducto opus habent.

EX DIOSCORIDE.

Lb. i. cap. cxviii.

Adstringunt Vlmi folia, cortex, & rami. Medentur leprosis Vlmi folia concisa, & ex aceto illita. Vulnera eadem glutinant, multoque magis cortex, pro uinculo & fasciola uulneri circumuolutus, lentus. n. uitillium modo in uincula facile stetit. Crassior eiusdem cortex cum uino aut aqua, ambobusque frigidis, pondere uncie potus, uitam trahit. Solidescunt celerrime ossa succedente cicatrice quam porum dicunt, quæ foliorum radicumque corticis decocto fouentur fracta ossa. Humor qui in prima foliorū

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

productione in folliculis eius inuenitur, cuti nitorem inunctus offert, cum uero aruerit, in bestiolas Culcibus similes resoluatur. Pro oleibus noua etiam Vlmi folia obsonis decoquenda adijciuntur.

na seu Myrobalani, Latinis. Myrobalani, seu Mirabalani, Barbaris, ac Officinis. Mirobalani, Italis. Mirabolans, Gallis. Mirabelanes, Hispanis.

GENERA,

DE LABRO VENERIS, CAP. CLVI.

NOMENCLATURA.

DIBSACOS, Arabibus Διψακος, Grecis. Di-psacus, Labrum Veneris, Carduus Veneris, Latinis. Virga Pastoris, Spina, Cardusie Fullonum, Officinis. Cardo, Italis. Chardon à cardir, Gallis. Kartendistel, Gar denkraut, Buobensirel, Vueberharten, Germanis. Cardencha, Hispanis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. cap. xlii.

In genere sculeatarum hæc etiam plâta est. Caudem habet excessum, spinosum, caulēq; circūcomplexa folia laeteque similia, in singulis geniculis bina, oblonga, spinosa & ipsa: que que per medium dorsum ueluti bullas foris & intus spinosas habent, concavo qua se in geniculis coniungunt sinu, quo rores & pluuie aquæ continentur, unde et nomen inuenit. Habet & in summis singularum germinationum caulibus singula spinis echinata & oblonga capitula, quæ quum aruerunt, candido colore fiunt. Habent & capitula illa per longiudinem diuisa uermiculos in media medalla quosdam

TEMPERAMENTVM, AC IJVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Dipsaci spine radix ex secundo ordine exiccatoria est, habetq; nonnihil & absterforium.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. cap. xlii.

Rimis fistulisq; sedis medetur imposita Labri Veneris radix, in uino decoctâ, tum tusa, & usque dum sit cere crassitudo, subacta, oportetq; in ænea pyxide seruari medicamentum hoc. Ferunt præterea uerrucis & quas formicas uocant, mederi. Feruntur itidem uermiculi in capitulo eius inuenti, in aluta clausi, tum collo brachioe hominis adalligati, quartanas finire febres.

DE MYROBALANIS, CAP. CLVII.

NOMENCLATURA.

HALILIG, seu Dilegi, Arabibus. Myροβαλαν, Actuario & recentioribus Grecis. Myrobala-

Myrobalanorum quatuor sunt potissimū genera, Euxæ, Flaua nempe Luteæ seu Citrina, Nigra que etiamum Ἰνδικὰ ἢ δαμασκωνία uel malumus Indæ & Damascina uocantur, Κεραυλά, hoc est Cepula, aut Cebulea, seu Barbarum uoce, Kεbula, Syria seu cum Barbaris Sinia, aut & Seni.

ELECTIO, TEMPERAMENTVM, AC IJVAMENTA.

EX ABEN MESVAI.

Probatissima omnium que Flaua seu Citrina uocantur eo quod herbaceo colore flauescant, colore nimirum citrino in uiridem inclinante, ponderosa, carne multa densa, nec rugosa. Priuatim uero bilem flauam educunt, Ventriculum firmant. Pondus ex eorum diluto, apozemate uē est à drachmis septem ad unam supra uiginti, & Puluerē autem à drachmis tribus ad septem. Inda insuper Stomachum potissimum roborant, atramq; bilem detrahunt. Pondus est tum ex eorum decocto, tum ex diluto, à drachmis quinq; ad quindecim, & Puluere uero à drachmis duabus ad quinque. Cepula autem, laudatissima ex fusco rufescentia, ac ponderosa. Vim adstringendi habent uentriculum & obstant, ac firmiter coctionem adiuant, siccando excrementa partium humecta ualenter absorbunt, exilant rationalem uē anime partem uegetant, nec non Hemorrhoidibus summe commodant. Atrabilarijs etiam non inuitia, presertim aromatibus admixta. Verum atram quidem bilem modice purgant. Pondus est ex eorum tum decocto, tum diluto, à drachmis quinq; ad quindecim. Syria autem & Senie ex Oliuarum genere censetur, condita siquidem uentriculum non obscure roborant. Cepulis tamen prorsus imbecilliora.

EX ACHIM EBEN HVNAIM.

Recentiores autumant, Flaua citrina uē Myrobalana, facultatem habere summe adstringendi, modico nimirum cum amaro. Oculos enim ab humore multo laxiores adiuuat, delachrymationēq; cohibent, ac rubore suffusus mir & auxiliantur.

EX ISAAC EBEN AMRAM.

Flaua quidem seu citrina refrigerandi facultate habent, primo cessu, exiccandi autem secundo. Inda uero seu nigra tum refrigerandi tum siccandi potestatem obtinent, primo nimirum abscessu. Cepula autem probatissima ex fusco rufescentia, cute crassa, suauissima admodum, gustu siquidē ceteris omnibus longè præstant. Refrigerandi etiam, & exiccandi uim habent, ordine primo. Ano, Hemorrhoidibusq; mir & commodant. Ventriculum firmant, ac Gingiuas roborant.

EX MESARVGIE.

Inda nigra uē adstringendi uim habent, nec non ex frigida

gida ac modicè tum acri tum tenui substantia consistat. Ventriculūq; roborant.

EX BEDIGORA.

Inda Ventriculū firman.

EX IYDEO.

Nigra Inda^{ue} atræ Bili, Cardialgiæ summè opitulatur, coloremq; floridū reddunt. Cepula autem priuatim ventriculi villos repurgant, ac siccant.

EX DAMASCI.

Inda potissimum atræ bili sunt accommodata.

EX ABVGERIG.

Cepula aciditatem respiscunt.

EX ATABARI.

Syria è Sen^{ue} ex Myrobalanorum genere censentur, cortice tenui, nigro, colore in citrinū inclinante, Oliuæ forma. Omnium vi ac facultate imbecilliora. Condita autè ventriculū roborant, modicè tamen.

EX ARCHINDO.

In uniuersum Myrobalana, tum ex calcificandi, tum adstringendi facultatem obtinent. Aluum per inferna purgant. Vim Animæ rationalem uegetant, Memoriam auget, & sensus alios acuat. Lepræ, Colicisq; cruciatibus, diuinitisq; Hamorrhoidibus, Cephalalgie, cutemq; subeuntibus Aquis magnificè opitulatur. Nauſeam tamen, ac uomitiones quandoq; prolestant.

EX HVNAIM.

È Myrobalanorū genere sunt Cepula, Flaua, & Inda. Cepula autem proxima sunt frigori cum modico, ac temperato calore. frigiditas enim ualentior est ob innatum nimium acorem. Atrita siquidem aciditatem præseferunt, modicam tamen, ac subobscuram. Bilem potissimum atram eiciunt. Atrabilarios ac Pituitosos humores in uentriculo exiccant. Flauam etiam uim bilem proliciunt, nõ adeo quidem ualenter sicuti atram. Inda uero Cepulis sunt uiribus proxima, imbecilliora tamen. Medicorum nonnulli Myrobalana sanè Inda Flauis admixta in potu exhibent. Cepula in super Indis sunt frigidiora, Flaua uero minus frigida, flauaq; Bilem expurgant. Non sine errore quandoq; Phar macopæorum uulgus è Cepulis colore nigra, pro Myrobalanis Indis seu Nigris, uendit. Nigra siquidem uerè sunt Inda, ueluti omnes uulgò nominant. È Cepulis enim quedam colore flaua, quedam nigra inueniuntur, nigredo namq; mora que dum probè matureſcant, in arbore sit, cõtrahitur. Hæc colore flauis pinguiora, ac crasiora sunt. Ob moram uero quam in arbore contraxerunt, maiorem quidem induere amarorem. Ceterum dum adhuc immatu-

ra colliguntur, colore sunt flaua seu citrina. Cum uero in potu exhibentur, hunc in modū adparato: contrita primum effervescenti aqua macerentur, dein colo transfundatur, nec non diluto demum superiniiciantur Saccharum, Melq; rosicidum seu acryum, ad obtinendam nimirum eorū quam habent adstrictionem. Saccharum siquidè ad hæc probè superflua terget, medicamenta roborat, deiectionesq; humorum per inferna adiuuat, ni cuius abstersoria, aridis collyrijs etiamnum bellè admisceatur. Valentior erit quoq; facultatem habebimus, si Prunis, Myxarjis, ac Ziziphis incocta propinquetur, hæc enim medicamenta uisciditatem habent, qua cum Myrobalanorum uim frangunt adstringentem, unà etenim uisciditas & adstrictio commixta, medicamentum sanè redditur utilius. Ceterum si assumenda sunt in puluerem redacta, Saccharoq; ac oleo Amygdalarum dulcium adparata, pondus est à drachmis duabus ad quatuor, si autem elixata, pondus est à drachmis decem ad quindecim, quo pacto potissimum exhibentur Inda. Flaua autem in tenuissimū pollinem assumuntur, à drachmis quinq; ad septè, citra Saccharum ex more admiscendam: aqua uero effervescenti macerata, à drachmis decem ad quindecim. In uniuersum Myrobalana omnia siue liquore, siue pollinis assumpta, naturā admodum exiccant, effervescenti autem aqua macerata, interiori primum nucleo exopto, carneq; probè attrita, dein diluto in potu assumpto, innoxie Aluū, ac modicè purgāt. Medicamentum etenim omne tum simplex tum compositū, in tenuissimum pollinem per se assumptum, uentriculū mire fatigat. Natura enim maxumopere torquetur. Ceterum quādo uirtus siue maceratione, siue elixatione extrahitur, ac substantia proiectur, suauiora sunt admodum Natura, à uentriculoq; quāmodum oxyſine eiciuntur. Que etiam tria Myrobalanorum genera, commodè Oxyphœnicis Tamarindis uel ut uocant, admisceantur. Oxyphœnicis siquidem suam bilem restinguunt, Nauſeas, ac uomitiones cohibent, uentriculūq; à uomitione roborant, ac febrium ardorem mitigant uerum tussitentibus ob acorem quem habent, summè aduersantur.

DE EMPELITICIS, ET
BELETZICIS, CAP. CLVIII.

NOMENCLATURA.

EM BLEG, seu Amleg, seu Ambegi, Arabibus, ΕΜΠΛΙΤΙΚΑ, recentioribus Grecis. Empelitica seu Emblica, Latinis. Emblici Barbaris, ac Officinis.
BELLILEG, seu Belilegi, Arabibus. ΒΕΛΕΤΖΙΚΑ, recentioribus Grecis. Beletzica seu Beletzica, Latinis: Βελιρική, & Belitrici, Barbaris, ac Officinis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX ABEN MESVAI.

Empelitica necnon Beletzica, uim refrigerandi, exiccandi, adstringendiq; habent primo nimirum abcessu iam completo. Sanguinis acrimoniam obtundunt. Bilis nempe

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

flauæ ardorem extinguunt. Sitimꝫ ui refrigerat oria mulcent, uentriculum roborant Appetentiam inuitant. Aluum etiamnum ob insidentem eorum adstringendi facultatem, cohibent. Cæterum Empelítica priuati Capillorum defluuio, quos etiam denigrare tradunt, summè auxiliatur. Ano, uentisq; seitis sanguinem profundentibus, mirifice commodant, aqua macerata belle intumescunt, condita etiam Myribalibus conditis sunt uiribus proxima, modice tamen imbecilliora. Beletzica autem nonnihil Empeliticis sunt ualentiora.

EX BEDIGORA.

Empelítica potissimum uentriculum firman, ac tuetur.

EX IVDEO.

Empelítica Stomachum roborant, cibi Appetentiam excitant, Venerem stimulant, Sputa ac Vomitiones compriment, Sitimꝫ extinguunt.

EX ALFETIS.

Empelítica Sitim leniunt, Viscera quàm magnificè firman, ac Sensus etiamnum uegetant, & acuiunt.

EX KARCHINDO.

Vim exalfaciendi obtinent, ac medicamenta roborant infrenantue.

EX ABIGE.

Beletzica quiddè Flauis Myribalanis sunt uiribus proxima, Empelítica autem Cypulis. Verum omnia Myribalanorum genera unicum cum Empeliticis ac Beletzicis, nec nõ modico cum oleo Amygdalarũ dulcium, permixta, ac Melle excepta, Atrabilarijs Pituitosisq; offitibus presentisunt remedio. Coloremq; corporis bonam restituiunt. Capillos quoque iam canescetes nigro colore inficiunt. Ceterum Empelítica seu Emblica, in regione ubi suberescunt, à Lacte nimirum in quo quidem macerantur, passim Syemblica etiamnum cognominantur. Lacte siquidem ad extorquendam quam habent, adstringendi facultatem, uulgò macerantur. Sicuti Pitryna Efuluæ ut uocatur, Lacte etiam maceratur, ut ab insidente adstringendi facultate, oino denudetur.

DE ROSIS,

CAP. CLIX.

NOMENCLATURA.

NARD, seu Naron, seu Vard, Arabibus. Ρόδον, Græcis. Rosa, Latinis, Officinis, ac Italis. une Rose, Gallis. Rosen, Germanis.

TEMPERAMENTVM, AC INVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Rosarum uis atque facultas superioribus libris pluri

bus uerbis exposita est, nempe q; ex aqua substantia calida mishta duabus alijs qualitatibus, adstringenti uidelicet et amara, composita sit. Quinetiam cuius sit natura utraque amara scilicet & adstringens: in horum commentariorum quarto declarauimus. Flores earum magis etiam ipsis Rosis adstringit, ac proinde sanè etiam exicatorius est.

Simp. Med. II. cap. xxxvii.

Nunc autem ubi de Rosaceo ad ea que ab initio sunt dicta adiecerimus, orationem hoc in loco sistemus. Igitur dictum est, quòd neque odoribus, neque coloribus, neque alijs omnino accidentibus animam adhibere in expendendis facultatibus rationale sit, sed ijs que perspicuò apparent tum in sanis corporibus, tum in ægris. Osensum etiam est oleum ubi salis expert purumq; ad unguem fuerit, ex media esse materia. Consciendum itaque Rosaceũ, quod ex actum simul ac simplex, req; uera Rosaceũ erit, ex hoc uidelicet oleo, dandaq; olera, ne quid in se medicaminosum contineat, uti apparet uolent unguentarij, quò uidelicet tum magis daret, tum odoratus euadat, oleũ uidelicet prius quàm Rosas iniiciant: odoramentis præcedentibus. Ac præsterit fortassis, ipsis etiam nominibus ac distinguere quod ueteres fecisse constat. Oleum etenim Rosaceum nominare adsolent, quod absque odoramentis præparatum est: cui autem & horum aliquid inditum fuerit, non id etiã oleum, sed unguetum, cognominant. Itaq; cum oleum uelut materia quædam sit exalfaciendum refrigerantiumq; medicaminum, ex media uidelicet temperatura, consistet, ex oleo, & Rosis rosaceum, est utique & ipsum talis temperaturæ, qualis est Rosarum succus. Sanè uerò facillimum fuerit, non modo Rosarum succi per se, sed oleo quoq; Rosaceo confectio, in sanis pariter atque ægrotis (ut iam frequenter monuimus) uirum eius periculum facere. Experientis ergo eos qui adustione tentantur, ab eo refrigerari, protinusq; utilitatem aliquã percipere: qui uerò refrigerati sunt, omnes ledi, uti facile ex utroq; intelligas, uires eius refrigerare, magis quàm exalfacere. Non tamen ualida à Rosaceo apparebit refrigeratio, sed que proxima uideatur temperie medie. Voco autem id genus medicamentum, lucidioris odoris gratia, ex prima natura ordinèque refrigerantium: sicut rursus que paululum à media temperie ad calidiorem declinant, ex primo recessu & ordinè exalfaciunt. Atque hæc quidem in presentiarum de Rosaceo nouisse oportet.

Simp. Med. III. cap. ix.

In experientia quidem & iudicandi & dignoscendi consistit ratio. Licet medicorum pleriq; experientia posthabita, an rubra sit Rosa, an bene olens, considerant, negligentes ubi caput ipsis est affuati, coronis ex Rosa cõtextis, capitiq; impositis, aut succo eius, aut oleo rosaceo, sic uel ipsa experientia id quod res est discernere. Nam si exalfiant, magis etiam calida fuerit: sin refrigerentur, frigida quod perinde est atque refrigeranda humanæ nature facultate pollere. Nam id perpetuo memoria tenere oportet, quod tametsi sexcentis dicere non grauatus sim, tamen multi non sic.

quidem id capiunt: atque ignoscendum sanè illis est, ut quos sobrietas prolixis suis nugis peruerter ut. Et profecto experientia quidem ratio tam facilis est, cum in Rosis, tum in cæteris medicamentis omnibus. Nam Rosi sicut coronari liceat, aut eis contritis hominis æstantis os uentriculi illinere, aut succum earum expressum ebiberi, aut oleo aqua, ut mistis aliis quam corporis partem confricare. Sed qui hæc multi cum memoro, cum nonnulli mistum opobalsamo rosarum succum sub Canis aroribus refrigerij causa corporibus inungant, experientia uidelicet ipsa docti, abundè refrigeraret. At Herodotus medicus præ eximia uidelicet sapientia, ne mistum quidem aceto Rosaceum, quod proprie Oxyrhodinon uocant, refrigerare nos concesserit. Postea memor illo se uti in principijs morborum phreniticorum nec ignorans quantam sibi contradicentium turbam inde ciceret (quippe omnibus propè medicis concessum est, adeo ut uel Theballi sequaces, hominis impudentissimi, negare non audeant, repellendum refrigerandumque in principijs esse potius quam calfaciendum aut laxandum, non refrigerare ipsum inquit, sed adstringere. Atqui difficile sanè illi nequitiam fuisset, si quando æstu nimio affligebatur nam et homo erat, opinor, isdem obnoxius passionibus quibus et nos, caput oxyrhodinon perfundere sicq; experientia medica menti effectum cognoscere. Imo facilius puto fuerat refrigeratum eo uti, caput perfundendo, auribusq; instillando, ac naribus infundendo, totumq; adeo frontem perfricando quemadmodum amaricino, irino, cæterisque eius generis unguentis calidis uti assueuimus: cum non mediocriter quidè secundum cum calfaciat oxyrhodinon, ex duobus calidissimis scilicet confectum medicamentis. Ceterum si Herodotus eo uti ausus non est, æquum arbitror, ut qui nunc uiuunt, eius in sepe medicamenti periculum faciant, ubi aut algent, aut æstu laborant, uelut nos sepe in nobismetipsis experti sumus: aliorumq; complurium æstantium caput perfundimus. Præstat enim ipsos prius in sese que proferant expertos, ita denique ca nobis consulere, ac literis posteritati proderè.

Eodem libro cap. x.

Rosarum Succus non ex media existit temperie, sed ex frigidiore, non ita tamen multo, uerum ea loris est tepidi, exquisitè tenuis essentia cui rei indicio est, quod celerimè arefeat, nec quicquam obtineat uiscositatis, tum cæterorum unguentorum odores exoluat ac obscuret. Neque enim alia re efficere id uidetur, quam quod odoratus meatus opplere præoccupet. Nam cum transire ac penetrare illa cunctantur, antè ipse præoccupat, atque illos implet.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. cap. cxxxviii.

Refrigerant et adstringunt recentes rosæ: siccate efficitur adstringunt. Exprimendus ex recentibus rosis succus est, forsic prius defecto in gue, Sic enim appellatur in imo folio candida pars: tum in mortario terenda sic defecta folia exprimendaq; et in umbra siccanda donec densetur succus, qui ad oculorum circumlaciones seruabitur. Siccantur et in umbra folia continua uolacione, ne contracto

situ muceſcât. Cõfert quod ex siccis Rosiſ in uino decoctis expressum fuerit, capitis doloribus, aurium, gingiuarum, sedis, longanotis, intestinorum, uuluaq; sic ut aut penina inungatur, aut clystere infundatur. Ipse etiã Rose sine expressione aliqua tuse, moxq; illiæ, præcordiorum inflammationibus, humenti stomacho, et sacris ignibus medicatur. Siccatæ eadem tritaq; fœmorum intertriginibus inaspergatur, floridisque, et ulnerariis antidotis micentur. Crematur præterea Rose ad honestas cinere eo palpebras. Qui uero in medijs rosis flores i. lutei apices sunt, siccati, inasperguntur in gingiuis, desillatidies cõpescunt. Rosarum postremo pota capita fluētè alui, et sanguinis excreatiõis cõpescunt.

EX HACHIN EBBEN HVNAI.

Rosacea nempè aqua, Oculorum potissimum fluxiones compescit.

EX ATABARI.

Rosacea multis sorbitunculis assumpta, Syncopi auxiliatur.

EX HVNAI.

In thierice, Oculorumq; monumentis,

Rosa interanea roborat. Adstrictio cuius ob innatum amorem, profunda penetrat. Rosa adstringit, discutit, exiccataq;.

EX ABBEN MESVAI.

Rosa naribus admota, à flaua bile uexatis, nec non capitibus tum inflammationibus, tum doloribus: à bile excitis, emittitur, uapores calidos et acres reprimi, affectibus etiamnum à calore non inconuenienter, et renutamentaq; à calido cerebro excitat. Melle autem, Saccharouè admixta, Pituitam à Ventriculo expurgat.

EX RASE.

Amicorum quidam, Folijs Rosarum recentibus decem assumptis, decies itidem excreuit, quod Succus etiam efficere ualet. Rosa sicca minime educit, insitus namq; amaror est quod expurgat, exiccata enim Styptica, amaritudine resoluta, euadit. Rose autem siccatas exilis, ex adstringente scilicet quidem et amara substantia est composita, que Venenum cohibet, ac ualentissime purgat.

DE ROSEIS PASTILLIS, CAP. CLX.

NOMENCLATURA.

DIARODON, Arabibus, P'odides, Grecis. Rosi pastilli, Latinis. Trocisci diarodon, Barbaris.

FABRICA, AC INVALEMENTA,

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. cap. cxxxviii.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

Consciuntur hoc modo quas rhodidas id est, roseos pastillos dicunt: Sumito recentes rosas nullo alieno hamore madentes quam languere iam & areferecin coeperint, ponder & drachmarum quadraginta: sumito itidem nardi in dice drachmas decem, myrrhe uero sex: concisa dein simul omnia, in pastillos triobolares conformato: quum que in umbra siccati auerint, in fictili non picato uase undiq; obrurato, ne spirant, serabuntur: Adiciunt pleriq; etiā drachmas costi duas. Illirice iridis tantundem, & cum melle Chium uinum. Utuntur his mulieres, collo monilium uice, ad minuendum sudoris in gratum odorem, circumponentes. Utantur his etiam tritis & in unguentis à balneo statim ungentes inspergentes ue, quumq; in corpore auerint, frigida aqua lauantes.

DE MESPULO,

CAP. CLXI.

NOMENCLATURA.

ZAROR, seu Zarur, seu Alzarur, Arabibus. Μεσπίλον, ἢ Μεσπίλον, Grecis. Mespilus, & Mespila Latinis. Faciens appetitū, Barbaris. Nespelo, Italis. ung Nespier, Meslier, Gallis. Nespel, seu Nespelbaum, Germanis.

GENERA, EFFIGIES, AC IUVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. cap. cxxxii. & cxxxiii.

Arbor mespilus est, aroniam aliqui appellant, aculeata buxæ spine folijs. Pomum fert exigui mali figura & magnitudine, gustu amabile, in quo tria officula sunt, à quibus triloccus quasi trigrania dicta est, sero maturefcens. Adstringit in cibo mespilis, stomacho utilis, & aluum fistit. Est & alterum mespilli genus in Italia nascens, quod plerique epimelida appellant, nonnulli uero setanium: Arbor est malo similis folijs tantum minoribus, fert hæc rotundum pomum quod edendo est, latiore umbilico, leniter adstringens, & sero maturefcens.

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Mespilum, alij triloccum nominant q; tria intus in uni uersum gerat grana, quorum unumquodq; arboris est semen eui ea que in malis inueniuntur, ipsius mali: & nuclei, ipsius utis: & sicut, minuta illa grana quas cenchramidas Græci uocat. Arboris huius fructus admodum acerbus est, uixq; edii possit, uentrem strenuè coercens. Quin et in germinibus & folijs acerba hæc qualitas non pauca reperitur.

DE LIGUSTRO,

CAP. CLXII.

NOMENCLATURA.

KENNE, seu Henne, seu Hane, Arabibus. Κυνόπος, Grecis. Ligustrum, Latinis. Alcanra, Barbaris, ac Officinis. Ligustro, Ruuistico seu Guistrico, Oliueta, seu Oliuella, & Cambrossene, Italis. Duroesne, Gallis. Beinholtzlin, Münsholtz, Reinuuedem, Germanis.

EFFIGIES, AC LOCVS.

EX ISAAC EBEN AMRAM.

Ligustri flores, Myrteos probe emulantur, racemati tamen efflorescent, candidi, ad glaucinem uergentes, ac summe odorati.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. cap. cxxxvi.

Olea similia folia per uirgas profert, latiores tantum mollioraq; & magis herbaceo colore: Flores habet candidos, muscosos & odoratos, fructum fert nigrum sambuco similem. Nascitur probatissimum in Ascalone Iudææ, & Aegypti Canopo.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Cyprus, huius arboris folia summataq; germina in usum ueniunt, & facultatis, & qualitatis wise: habent enim quiddam digereis cum aqua substantia modice calida, habentq; etiam adstringentium quiddam ex terrena substantia frigida. Itaq; eorum decoctio quidam ambusta fouent. Utuntur uerò etiam aduersus igneas phlegmonas & carbunculos. Nam a hisq; molestia & morsu desiccant. Quinetiam spōte proueniuntibus in ore ulceribus apthodesis, & ipsis puerorum apthosis commansa accommodata sunt.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. cap. cxxxvi.

Est folijs adstringendū uis, eamq; ob causam commanducata oris huleribus, quas apthas dicunt, seruidisq; alijs collectionibus & carbunculis, illita opitulatur, fouentur decoctio eorum ambusta: Ruffant capillum concisa, succoq; lanarie herbe madentia & inuncta. Sedat capitis dolores concisus flos et ex aceto fronti illitus. Quod sit præterea ex Ligustro Ligustrinum unguentum, admixtis que calefaciendo sunt, calefacit, neruosiq; mollit.

EX MESEBAN.

Muliebres fluxiones non secus ac Achillea utiliter fouentur.

DE RUMICE,

CAP. CLXIII.

NOMENCLATURA.

HVMADH, seu Hunadh, seu Hamad, Arabibus. Δελπάδος, Grecis. Lapathum, Rumex, Latinis. Lapacium seu Lapatum, Barbaris ac Officinis. Lawazzo, & Rombice, Italis. de la Lampe, Gallis. Ampffer, Germanis. Ramaza, Hispanis.

GENERA, LOCVS, AC EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. cap. cxxxvii. & cxxxviii.

Plura sunt rumicis genera: inter ea oxylapathon quasi acuta rumex dicitur, palustribus locis nascens, duris & in cacumine

cumine caecutis folijs. Est prater hanc hortensis rumex priori omnino dissimilis. Est & tertia agrestis, brevis, plâ tagini similis, mollis, & in terra tacens. Quarta postremo est, quam quidam ab aciditate saporis *Οξυλιδος* appellant sunt qui eandem etiam *Ανοξυλιδος* aut *Αόξυλιδος* αργυρος, uocent (Oxalis nuncupata Latinis. Actofoja, Officinis, ac Italis. Orseille, Vinette, Salette, Gallis. Saur ampffer, Germanis, Azedera, Hispanis.) cuius folia tertio generi, id est agresti breuigi, & plantagini similia sunt. Eius caulibus non adeo grandis est: semen acuminatum, colore rubro, sapore acri, quod in caule & adnatis nascitur.

TEMPERAMENTVM, AC INVVA MENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Lapathum moderate digerentem sortitum facultatem est, at oxylapathum mistam: nam cum eo q. digerit, nonnihil quoque repercutit. Semen eorum manifestam quoque quandam adstrictionem obtinet, ut et dysenterias, & diarrhoeas siue profusiva sanet, & maxime oxylapathi. Porro hippo lapathum, quod in totum in paludibus prouenit, eandem di etis facultates obtinet, sed inbecilliores.

Alimen. Facul. II.

Licet cuiusvis ante diximus, Lapathum appellare betam agrestem, ut quod non gustu modo sed uiribus etiâ bete hortestis est adsimile: uerum cû beta Lapathum sit suauior, idcirco nemo est qui non ipsa Libentius uescatur.

Ibidem de Oxylapatho.

Vel nomen ipsum plantæ huius qualitatē ac uires indicat, est enim Lapathum acidum. Quod autē ad Lapathum attinet nemo est qui erudum ipsum mandat quemadmodum neq; betam, Oxylapathum tamen mulieres rusticæ pica laboratēs interdum & pueri quidā gulosis, erudum mandant Perspicuum autem est, quod olis hoc ex totum est genere quam non nutriunt, multo magis quam Lapathum.

De Theriaca ad Pisonem.

Lapathi folia, comestia Ventrem cient, semen autem assump tum adstringit.

EX DIOSCORIDE.

Lib. ii. cap. cxxxix. & cxi.

Mollit Aluum cuncliarum Runicum de coctum olus, Crudum idem meliceridas cum rosaceo & croco aliquam diu emplastrum modo impositum, discutit. Agrestis semē itēq; eius quam ab acuitis in summo folijs oxylapathon, & eius quam ab acido sapore oxalidem uocant, uulter in aqua ui no ue bibitur contra intestinorum tormina, celiacas alui fluxiones, & stomachi ex repletionē fastidia, & scorpionum ictus, & si preproto semine eius aliquis se munerit, nihil a scorpione percussus patietur. Sanant Runicum omnium radices in aceto coctæ crudæq; mox emplastrum modo inpositæ lepras, impetigines, scabrosq; unguēs: uerū oportet locum nitro acetoq; in sole consuscitū antea preparas se. Foenuleri & runicum decocto pruriginis uulterit ut in balneo eodem desstringuntur. Decoctus in uino etiam rumicibus in dolore dentes & aures uulterit colluuntur. Strumas eadem & secundum aures abscessus, quos parotidas dicunt, in uino elixæ & illis discutunt. In aceto autem lie-

nem minuunt. Utuntur quidam radicibus runicum etiam contra strumas uinculo albedo ex collo eas suspēdentes. Concise & feminis subditæ radices eadem, multibres fluxiones sistunt. Quineciam in uino decoctæ fellis suffusionē emendant: calculus in uiscis frangunt, menses ducunt, & scorpionum ictibus succurrunt. Est & que Hippolapathus, id est grandis rumex a Græcis uocatur. Grande olus, grâdis hæc rumex est. Nascitur in palustribus habetq; eandem antedictis runicum generibus uires.

EX SINDAXAR.

Hæmorrhoidibus, atque Ebrietati medetur.

DE TRIBVLO,

CAP.

CLXIII.

NOMENCLATURA.

HASACH, Haserh seu Hasel seu Daseh seu Hassech, Arabibus. Τριβύλος, ἢ Βουκίφραλος, ἢ Τριβύλος, Græcis. Tribulus, Latinis, ac Officinis. Tribolo, Italis. Maures, Gallis. Vuferri, se Germanis.

GENERA, EFFIGIES, AC LOCVS.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iii. cap. xvi.

Duplex eius genus est. Terrestris alter, portulacæ folijs tenuioribus tantū, uiculus per terrâ stratis, in quibus spine sunt duræ, sapore acerbō. Nascitur hic secus flumina & in domorū areis. Est & æquiuicus alter in fluminibus proueniens, comâ tantū supra aquæ extollens spinâ uero aquis occulens. Folia huic sunt latiora pediculo longo. Caulis in summo crassior quâ in profundo. Sunt illi & capillamenta quædâ spicariū forma. Fructus eodem quâ alteri soliditate.

TEMPERAMENTVM, AC INVVA MENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Tribulus ex humida essentia modicè frigida & sicca nō mediocriter & ipsa frigida cōponitur, in terrestri tamen superat terream frigiditatem, gstringens ostendimus in aquatico uerò aquē. Propter utraq; itaq; & cōtra phlegmonarū generationes, & omnino contra omnes influxus cōgruit. Porro terrestris ipsius fructus cū tenuium sit partium, potus lapides in renibus comminuit.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iii. cap. xvi.

Adstringit ambo refrigerantq; inflammationibus cunclis emplastrum modo imponuntur. Ex melle oris uitia quas aphthas dicunt, sossillas, & oris exedentia hucera & gingiuas sanant. Exprimitur ex utroq; ad oculorum medicinâ succus. Bibitur calculosis ut uulterit ex uiridibus expressus amborum succus. Terrestris uerò potus drachmæ pondere, & emplastrum modo impositum, uiperarum moribus priuatim succurrūt. Et alibus uenenis idē cum uino uulterit bibitur. Eneat pulices in persum eorum decoctum. Saginant Thracetis & Strymonis flauis acole uiridi tribulorum herba equos suos. Fructum uero dulcem & nutriendum apum sibi pūnant, pro pane uolentes.

EX SINDAXAR.

Vesicæ passionibus, necnon Urinæ si illicidio miræ auxiliatur, gentaleq; Semen adauget.

DE LICHENE HERBA;

CAP.

CLXV.

NOMENCLATURA.

HAZEZ *Asscher*, Arabibus. Αεχιν, ἢ Ερπον, Græcis. Lichen, Latinis. Epitica, seu Hepatica, Barbaris, ac Officinis. Fegatella, Italis. Hepatique, pourco rau, Gallis. Leberkraut, seu Steinleberkraut, seu Brunnen leberkraut, Germanis.

EFFIGIES, LOCVS, TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Lichē qui in petris nascitur, est velut muscus quidam sed recte ex plantarum censi genere potest. Porro ita nominatus videtur, quod leichenas curet: extergentem hebet ac modice refrigerantem facultatem, utraque vero resiccantem. Atque abstergentem quidem atque exiccantem a petra obtinet, refrigerantem vero ab humore aqueo, nascitur enim in humidis & rore per fuis saxis. Porro quod ex talibus componitur, aduersum esse phlegmonē (quod a phlegmōton vocant) nihil mirum est. Ceterum an hemorrhagias sistat, ut refert Dioscorides, id vero nequiquam dicere queam.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iii. cap. vi.

Muscus rosicidis petris adherens lichen est. Hic emplastri modo impositus sanguinis eruptiones sistit, inflammationes composcit & impetigines sanat. Inungitur idem utiliter ex melle suffusus felle: & in os linguamq; de stillationes cohibet.

EX PAVLO AGINETA.

Lib. vii. cap. iii.

Lichen herba veluti muscus est, petris adnascens, quæ ab stergerit, moderate refrigerat, & exiccit. Impetigines curat & inflammationes arceat, & (ut Dioscorides tradit) sanguinis eruptiones comprimit.

DE PIRIS,

CAP.

CLXVI.

NOMENCLATURA.

HVMECHTE, seu Cirmetre, seu Kemetri, Arabibus. Α Πιρι, Græcis. Pirū, Latinis. Pere, Italis. Mne Poire, Gallis. Byren, Germanis. Peas, Hispanis,

GENERA, TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA,

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Piri folia pariter ac turiones austera sunt: fructus dulcedinis quiddam obtinet aqueo, ex quibus clara quoque temperies est, inæqualis secundum partes. Nam pars una terrea est, alia aquea, secundum utraque hoc quidem frigidum illud verò temperaturum. Proinde si pira stomacho grata sunt, et sitim prohibent. Illita autem desiccant, & modice refrigerant. Nam ego ipsi illitis vulnus glutinasse me meminī, cum aliud ad manum esset nihil. Achrades uocatæ, magis quam pira reliqua & adstringunt, & desiccant, & proinde sanè maiora uulnera glutinant, fluxusq; repellunt.

EX DIOSCORIDE.

Lib. i. cap. lxxi. & c. lxx.

Multe Pirovū species. Adstringunt omnia ideoq; ad ea emplasmata quæ discutiendo sunt, utiliter illis unctur. Quinē sic eorum de coctum, & ipsa in cibo eruda, aluum sicut, ieiunius tamen sumpta nocent. Quæ uero à Græcis Achras dicitur, syluestris Piri species est sero maturæ scitis: adstringendi uires & hæc habet, sed multo efficaciores quam satiuæ, eamq; ob causam ad eadem utilis: adstringunt & huius folia. Omnium Pirovum ligni cinis fungorum strangulationibus manifeste succurrit. Ferunt præter ea aliqui, cum fungis cocto syluestri Piro, innocentes uescitibus fieri.

EX ABEN MESVA.

Pira tum Satiuæ tum Syluestria cum Fungis cocta, quæ habent Fungi strangulandi uim, potissimum auferunt. Ceterum magna sunt paruis ualentiora. Insuper alimentum exhibent Cydonijs copiosiores. Succus autem biliosam uomitionem, et deiectionem sedat, Ventriculūq; roborat. Pira uero priuatim Coli dolores excitant, uerum Oenomei minimum mulsam aromatis post exhibetur.

DE CISTO,

CAP.

CLXVII.

NOMENCLATURA.

KANIET, Alteis, seu Lhaie albis, Arabibus. Κιστος ἢ Κισσορον, ἢ Κισσορον, Græcis. Cistos, Latinis. Barba hircina, Barbaris. Lingua Canina, Senentium, ac Lucentium Rusticis, apud Italos.

LOCVS, EFFIGIES, AC GENERA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. i. cap. cxxviii.

Nascitur Cistos petrosi locis, frutex ramosus & foliosus, nec adeo grandis. Folia habet in orbem cincta, nigra & hirsuta, flores punice figura, sed in femina colore candido.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Cisthus aut Cistharus, frutex est gustu adstringens, omnibusq; particulatim operibus. Atam: folia & parua germina erita adeo desiccant adstringuntq; ut ulcera glutinare ualeant. At flores magis sunt efficaces, adeo ut cum uino poti dysenterias, uentris imbecillitates, fluxusq; ac humilitates sanent: cataplasmatibus ritu illita ulcerum putredinosa iuuant. Est enim facultas eorum non insigne desiccans, sereq; secundi excessus a temperatis absoluti. Adeo uero frutex hic frigidus est, ut tepidi caloris sit particeps.

EX DIOSCORIDE.

Libi. cap. cxxviii.

Adstringendi uim Cistos habet, ideoz; concisi et in uino austero bis per diem poti flores, intestinorum torminibus accommodati sunt. Compeunt idem per se illiti que pascendo serpunt, & cum cera ambustis, ueteribusq; ulceribus medentur.

DE HYPOCISTIDE,

CAP. CLXVIII.

NOMENCLATURA.

TARATH, seu Henfishides, seu Heinsfishidas, Arabibus. $\Upsilon\omega\kappa\omicron\upsilon\tau\iota\varsigma$, Grecis. Hypocistis, Latinis. Hipocystidos, Barbaris, ac Officinis.

LOCVS, EFFIGIES, GENERA,

AC FABRICA.

EX DIOSCORIDE.

Libi. cap. cxxxix.

Nascitur ad radices Cisti que Hypocistis dicitur: a ple risque eadem orobethrum & cytinus appellatur, punice cytinis quadantenus similis. Tria eius genera sunt, coloribus distincta, rufi, viridi & candido: Acacia modo succus ex ea colligitur. Sunt etiam qui siccant usamq; hypocistidem, quum in aqua maduerit, coquunt, nec secus quam in lycio cuncta alia faciunt.

IVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Porro hypocistis, quam uocant, multo est magis adstringentior quam folia, admodum officis remedium ad omnes fluxionum affectus: puta sanguinis reiectiones, profluvia mucoha, caliacos, dysentericosq; affectus. Quin si quam partem roborare consilium sit, que uidelicet plusculo humore, exoluta fuerit robur, ac firmitatem illi non insigne addit. Sic iam stomachicis epithematis hepaticisq; commiscetur, & ex uiperis confecto antidoto inditur, nimirum quocorpora confirmet ac roborat.

Compos. Pharm. $\alpha\chi\tau\alpha\tau\epsilon\tau\omicron\upsilon\varsigma$, iiii.

Que mediocriter adstringunt lippitudinibus commodis

sima existunt: conferunt autem & reliquis serè omnibus adfectionibus ulcerum, pustularum, et fistulionum. Sunt uero eiusmodi, Poliarum Rosarum, & Flores & succus, ericæq; fructus, & nardi spica, ampliusq; & malabatri folium, & crocus & Lycium et que Hypocistis appellatur.

EX DIOSCORIDE.

Libi. cap. cxxxix.

Habet Hypocistis easdem acacia uires, maiore tantu adstringendi uie et siccandi Prodece cæliacis intestinorum torminibus sanguinem expuentibus, & feminarum fluxionibus, pota, clystereq; infusa.

EX BEDIGORAS.

Hypocistis potissimam Alui profluvia, nec non sanguinis reiectiones cohibet.

EX PAVLO AEGINETA.

Lib. vii. cap. lxxx.

Hypocistis succus est eorum, que ad Cisti Cithariæ uocati radices subnascentur, ueluti Cytinorum, admodu efficace contra omnes fluidas affectiones remedium eximie desiccando, roburq; particulis indendo.

DE PISIS,

CAP. CLXIX.

NOMENCLATURA.

MES, seu Meisce, Arabibus. $\omega\iota\kappa\omicron\upsilon\varsigma$, uel $\alpha\epsilon\lambda\delta\omicron\upsilon\varsigma$, Grecis. Pisum, Latinis. Roblite, Barbaris. Piselli, Italis. Pois, Gallis. Erbsch, seu Erweyssen, Germanis.

EFFIGIES, AC LOCVS.

Granum est paruum maiori Eruo non absimile, colore subuiridi, non secus ac boriensis etiam Smilac oculatum, pupilla quidem inter albedinem nigra. Plantam ac Siliqua habet Smilac hortiensi non dissimilem in hortis legitur, et sicut Asia Legumina manditur. Radix autem in Syria ARTAM nuncupatur. Non sine errore etiamnum quamplurime, Pisis pro Smilace utuntur.

TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA.

EX GALENO.

Alim. Facul. i.

Pisa tota substantia cum Fabis, quandam habent similitudinem, eodemq; cum Fabis modo sumuntur. His duabus tamen rebus ab eis discrepant, tum quod non equè ac Fabe sunt statulenta, tum etiam quod detergendi facultatem non habent: ideoz; segniusquam ille per Aluum secedunt.

EX PARSALI.

Pisum refrigerandi habent primo recessu, humectan-

si autem dique exiccandi temperatē, ad siccitatem tamen propensius inclinant. Laudatissimos succos procreant, modice nutriunt, substantiamq; excrementariam habent, ueluti cetera omnia Legumina nec sunt admodum flatulenta. Contusis insuper ac ruptis emplastri modo imposita mirō auxiliantur.

R X A L B A S A R I.

Pisa refrigerandi facultatem habent, ordine primo, humectandi uero et exiccandi temperatē, ad siccitatem tamen potius uertunt. Priuatum contusis ac ruptis emplastri modo imposita medentur, et dolorem leniunt. Quorum aqua decoctum Aluum emollit, Optimi etiamm succi Alimen tum corpori exhibent.

R X H W N A I M X

Succus ē Pisīs, non secus ac ē Fabis extrahitur, qui de- stillationibus, nec non Tusis etiam summe opitulatur, citiusque per aluum secedit, ac concoquitur.

E X R V F O.

Pisa non similiter ac Fabe nutriunt, nec adeo iustant, et humectant, uerum exiccant.

D E P A L M A,

G A P . . . C L X X

N O M E N C L A T V R A.

M A C H L A Y seu Nachal, Arabibus. φοῖβή, sicuti fructus, Δάκτυλοι, ἡ φοῖβή, Græcis. Palma, arbor, fructus autem, Palmula, Latinis. Da-Hyl, Officinis. Palma, arbor; fructus uero, Dattoli, Italis. Arbre de Dattel, planta; fructus, Dattes, et Figue royalle, Gallis. Dattelbaum, arbor, fructus, Dattlen, Germanis. Dattli, fructus, Hispanis.

LOCVS, TEMPVS, AC EFFIGIES.

E X D I O S C O R I D E.

Lib. I. cap. 1.

Nascitur in Aegypto Palma; colligiturq; ex ea palmule autumno paulo ante q̄ maturifcere incipiunt, nascuntur in Arabia myrobalsis similes. Vtaturq; palmula hec acopia succi quo sitim arceat, poma, id est poculū, colore uiridis, ma li cotonei odore, eadem si usque ad totam maturitatem in arbore relicta fuerit, mutato colore et nomine phenicobalanus, id est punicea, siue mais, uermicula uocatur palmula.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

E X G A L E N O.

Simp. Med. VII.

Phoenix arbor adstringētorie facultatis omnibus suis partibus est particeps. Igitur ramorum succus austerus est, ex aqua substantia tepida et terrea frigida constans. At fructus eius, et maxime dulcis, non pteuam obtinet caliditatem.

Ceterum cum edendo sit, multo est usui, non tantum foris impositum, ubi quid roborare et desiccare, contrahere, stipare, densareq; consilium est: sed et itaquam cibis sumptis et simul cum alijs et per se. Sed et radix plantę desiccatorie circa morsum facultatis est, adiunctum habes et ipsa adstringētorie quippiam.

E X D I O S C O R I D E.

Lib. I. cap. 1.

Est autem prior illa aceti bo sapore, et adstringēdi uim habet. Aluum et seminarum fluxiones sistit in uino austro pota: Sistit et hemorrhoidas, et uulnera conglutinat illita: quę uero a puniceo colore phenicobalani diē sunt maiore adstringēdi uim recentes q̄ sicce, capitis dolores faciunt: et si maiore copia edantur, inebriant. Sicce sanguinem expuentibus in cibo precipue profunt. Profunt et cibum in stomacho non continentibus, quos stomachiches uocant: et contra intestinorum tormina. Illinuntur utiliter eadem contra uescicę uitia, cum cotoneis malis et labra se floribus confectio oleo subacta cera: idq; presertim posunt que in palmarum genere a noxa et dolore capitis quem faciunt, caryotides dicuntur, que sanguinem asperitatibus cum pineis nucleis in cibo medentur.

D E T H E B A I C I S P A L -

M I S, C A P . . . C L X X I.

N O M E N C L A T V R A.

M O L E C H I L de Machi, et Bassar, Arabibus. φοῖβή θηβαϊκός, Græcis. Palma Thebaica, arbor fructus, Palmula Thebaica, Latinis. Bdellium de Mecha, Barbaris.

E F F I G I E S, A C L O C V S.

Palma Thebaica arbor est, unci instar suberescens. Palmule eius in regione Thebaica probe quidem maturescunt, ac comeduntur, quippe que dulces: in Hispania autem minime ad maturitatem perueniunt, maxumopere adstringētes, haud succi plene, et acerbo sapore.

I U V V A M E N T A.

E X D I O S C O R I D E.

Lib. I. cap. 1.

Thebaicarum uero decoctum, sitim in febre quā causam dicunt, sedat. Vires a ualerudine se recolligentibus acquirit cum uetero dulci aqua sumptum. Ipse etiam Thebaica palmule in cibo idem prestant. Fit ex eis præterea uinū quod eadem potestate et efficacia est. Potum præterea per se eorum decoctum gargarrissatumq;, egregie adstringit et resprimit.

R X A I E Y S E.

Vim adstringēdi, et refrigerandi habent. Aluum sistunt, uentriculumq; roborant. Encephalos autē seu cistilo, et est

est cerebrum uel seu medulla plantae arboris uel, ad eadem omnia faciens, ad quae & Palma.

DE PALMULARVM
NUCLEIS, CAP. CLXXII.

NOMENCLATURA.

SEDVMACTIMAS, Arabibus. *ἰνσφῆρες φοι-
νίκων*, Graecis. Palmularum Nuclei, Latinis. Nucleus
seu Os Dactyli, Barbaris, ac Officinis.

IVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. cap. cxi.

Cremantur in crudo siccili, quemadmodum & cuncta
alia. Palmularum nucleis, tum uno restituti lauantur: ho-
nestandis palpebris, & oculorum circumlitionibus aliorum
modo, quae pro cinerula, quam spodium dicunt, in usu sunt
utiles. Qui si non satis prima coctura cremati fuerint, iterum
cremantur erunt pariterque facienda omnia. Adstringē-
di uires hic cinis habet, glutinat, facit ad oculorum pustu-
las, uisus, & palpebrarum defluidia, quas milphas dicunt,
addita nardo. Carnium excrescentias ex uino reprimi, &
bubulcera ad cicatricem perducit. Vtilissimas autem in bos usus
ex Aegyptiarum nucleis cinis est eorumque maxime, quas hu-
miliores terrestresque Graeci chamezelas uocant

DE PALMAE CORTI-
CE, QVEM ELATEM, AVT SPA-
THEM DICVNT, CAP. CLXXIII.

NOMENCLATURA.

KAFRI, seu Lafri, Arabibus. *φοίνιξ ἢ ἐλάτη*, ἢ
ἄραβος, Graecis. Palmae cortex, Latinis. Cortex cacumē-
nis, Barbaris.

EFFIGIES, ELECTIO, AC IVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. cap. cxli.

Palmae cortex, quem elatem siue spathem aliqui appellat
floreantium albus palmularum fructus operimentum et in-
uolucrum est. Utuntur in spijsandis unguentis eo unguen-
tarij: Estque probatissimus qui odoratus, grauis, praclusus,
& pingui interiore parte est. Vires adstringendi habet,
sistendis his quae pascendo serpunt accommodatas, laxatos
confirmit nervos, concisus, malagmaticisque & his quae illi-
nuntur additus. Praecordijs, in infirmo stomacho, icorisque ui-
tjs prodest, congruentibus & accommodatis cataplasma-
tis admixtus. Denigrat capillum decoctum eius, si continue
eo abluatur. Potum idem uesciae renunq; cum urina malo
aliquo & interaneorum uitijs prodest. In aluum & in mu-
liebres locos destillationes sifit. Tener idem cum resina ce-

raq; impositus uiginti diebus, scabiem sanat. Qui intra eu-
claudatur fructus, elate etiam uocatur, a quibusdam uero
borassus, & ipse adstringendi uim habes, eade cortici huic
potestate, uerum ad unguenta inuili.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Porro quod elaten uocant, nempe tenerum illud palmae
germen, eandem cum cerebro eius facultate possidet. Quod
uero uelut tegumentum eius est, adstringentē & ipsum qua-
litatem habet, uerum plus quam dicta omnia exicat: utpo-
te, quod est essentiae consistentia illis siccius est, & minime
particeps est humiditatis. Itaque iure utuntur illo ad ule-
rum putrescentia, miscentque medicamentis articulos plus
iusto laxatos contrahentibus: ad haec facultatibus hepatici-
is et stomachicis, seu intro sumatur, seu foris admoneantur.

DE PALMAE MEDVLA,
CAP. CLXXIII.

NOMENCLATURA.

IVMAR, Arabibus. *Ἐγκέφαλος*, Galeno: *Ἐγκέ-
φαλος*, Dioscoridi, inter Graecos. caudicis truncusue Pal-
mae Cor, seu Cerebrum, Medullaue, Latinis. Cifilio seu Cy-
filio, Barbaris.

EFFIGIES, TEMPERAMENTVM,
AC IVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. cap. cxlii.

Quod praeterea cor siue Medulla trunci dicitur, candi-
do & ipsum colore, recens in cibo sumptum, decoctumque, ad
eandem omnia facit ad quae borassus.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Similis facultatis cum Palma e encephalos quem uocat,
hoc est cerebrum siue medulla esui aptus.

EX AHAMET EBBEN DAVID.

Encephalos est Cerebrum, Corue, siue Medulla trunci,
candido intus colore.

EX ABEN MBSVAL.

Medulla Cerebrum e frigidum est in calce primi recep-
sus, siccum autem in illius medio. Bilem & Sanguinis tum
effruescant tum acrimoniam extinguit. Ventriculo ta-
men aduersatur. Aliu cohibet, estque pauci nutrimenti. Cete-
rum Stomachi doloribus potissimum auxiliatur.

EX RASE.

Cerebrum Corue siue Medulla, Sanguinis eruptiones

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

fistit, Vetriculiq; inflammatione iuuat, egrè tamen uentriculi fundū pertingit, ceterū Zingibere condito, alijsq; aromaticis excalfaciētibus ē Electarijs, ad coctionem probè iuuatur.

DE GRAMINE,

CAP. CLXXV.

NOMENCLATVRA.

VEGEM, seu Negen, et Thel seu Kel, seu Negil, seu Negien, Arabibus. Ἀγροστίς, Græcis. Gramen, Latinis, ac Officinis. Gramigna, Italis. Dent de chien, Gallis. Grasse, Germanis. Grama, Hispanis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

L. lib. III. cap. xxxciii.

Conoscitur ab omnibus gramen. Geniculatæ Gramen viticole sunt, per terram serperentes, et ex ramulis suis dulcibus et geniculatis radicibus seipias radicantes. Folia habent acuminata dura, lata, parua. harundinis modo, boues iumentaq; alijs nutrientes.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Gramen esculentā habet radicem, ubi mollis fuerit, dulcem quidem in star aqua, sed acre quiddam exiguum et sub aerbum obtinentē. Hæc herba plane aquea gustantibus est. Ex quibus apertum est, radicem modicè esse tum frigidam tum siccam, ac proinde cruenta ulcera glutinare. At ipsa herba illita non uehementer refrigerat, in medio constituta humiditatis et siccitatis. Porrò mordacitas et tenuitas que radici inest, exigua est quidem, sed interdum tamen la pides frangere assolet, si quis eam decoctam ebibat. At semen alterius quidem imbecillum est.

EX DIOSCORIDE.

L. lib. III. cap. xxxciii.

Glutinat uulnera Graminis radix concisa et emplatri modo imposta. Facit ad tormina potum decoctū eius. Prodest idem urine angustijis et lapidosa uesicæ excrementa frangit.

DE HARVNDINACEO

GRAMINE, CAP. CLXXXVI.

NOMENCLATVRA.

Κλαραμαγροστίς, Græcis. Harvūdinacēū Gramen, Latinis.

EFFIGIES, IUVVAMENTA AC LOCVS.

EX DIOSCORIDE,

L. lib. III. cap. xxxciii.

Gramine in cunctis maius hoc gramē est. Iumētā in cibo enecat, præsertimq; in Babylōe fecus uias et itinera nascēs.

DE GRAMINE PARNASI,

CAP. CLXXVII.

NOMENCLATVRA.

Ἀγροστίς Παρνασσῶν, Græcis. Gramen Parnasi, Latinis.

LOCVS, AC EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

L. lib. III. cap. xxxciii.

Quod uero in Parnaso nascitur gramen, multo alijs ramosius, folia fert hedera similia: Florem candidum odoratumq;: Semen exiguum, non tamen inutile: Radices quinq; aut sex crassitudine digiti, candidas, molles, dulcesq;.

IUVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Semen uero eius que in Parnaso nascitur, urinam ciet, et fluxus uentris et stomachi reficit: uis enim eius est excicatoria, tenuium partium, et subacriba.

EX DIOSCORIDE.

L. lib. III. cap. xxxciii.

Radici succus cum uino et melle que satis sint, de coctus, additis myrrhe dimidia totius portione, piperis uero et thuris tertia parte, egyptium oculis medicamentum facit: Faustumq; in aenea pixide seruatur. Facit earum decoctum ad ea que herba. Egrege urinam ciet Parnasij graminis semen. Vomitiones et fluidam aluum reprimat.

DE CILICIAE GRAMINE,

CAP. CLXXXVIII.

NOMENCLATVRA.

Ἀγροστίς Κιλίκιας, Græcis. Gramen cilicia, Latinis.

LOCVS, AC IUVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

L. lib. III. cap. xxxciii.

Quod nascitur in Cilicia gramen, quodq; incole Cinā uocant, frequens in cibo recens, sumptum, boues urit.

DE LOTO ARBORE,

CAP. CLXXXIX.

NOMENCLATVRA.

SADAR,

SADAR, seu Sedar, seu Alsedar, seu Alsedar, ueluti fructus, **NABACH**, Arabibus, Λωτὸς ἄδιδρον, **Græcis**. Lotus arbor, **Latinis**.

purgat, caloremq; refinguit. Pondus est à triticis ad seldram cum Saccharo.

GENERA.

EX ABOHANIFA.

Loti arboris duo sunt genera, unū Afri, alterū Adhal, Afri uero spinas haud acutas habet. Cæterum folia tum Afri, tum Adhal sunt latorā, & rotundiora. Fructus autē ex Adhal sunt minores, ac laudatiorē. Principibus dono mittuntur, ut pote dulciores, & odoratiorē. Oris nāq; ha litium assumpti, Vāstrerq; ut alia aromata, mirē odorant.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. cap. cxxxii.

Grādis planta est Lotus arbor, fructum pipere maiore fert, dulcem, grāuiter odoratum.

TEMPERAMENTVM, AC IVMAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Lotus arbor non ita multa adstriciorē qualitatē est, & exicatorē. Itaque lignorum assūs dērasē muliebri ac commodatiorē profuūto, & dysenterijs, & caliciis affectibus. Deoquantur uero interim in aqua, interim uino, nimirum prout usus poposcerit, nec infunduntur tantum, sed & bibuntur. Quinetiam quōd pilos defluētē cohibeat, non mediocre signum est ipsum adstringētē esse cuiusdam, similiter medicorēter desiccantē facultatis. Dicitum quippe est & in sermone de Ladano eiusmodi esse facultatis oportere, quōd fluentes capillos esset cohobitūrum.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. cap. cxxxii.

Fructus stomacho non inutilis. Aluumq; adstringit. Deoquantur ramenta ligni, bibiturq; et clystere infunditur decoctum id contra intestinorum tormina & seminarum fluxiones. Ruffat capillum præterea, & fluidam aluum compescit.

EX MESEAH.

Fructus Loti arboris recens, est frigidus ordine primo adstringens, fluidam compescit Aluum, & stomachi erosiones extinguit. Estq; parum nutritus. Siccatus autem est frigidior, & siccior, uerum siccitas & frigiditas est temperata. Assumptus ante cibum est laudabilior. Humorem tamē generat crassum.

EX ABENGVEIT.

Fructus est dulcis, Bilem à Stomacho, & intestinis ex-

EX ALBASARI.

Fructus est frigidus ac siccus primo abscessu. Aluum cohibet, Bilem extinguit, estq; concoctus difficilis, cæterum haud prauum succum progignit.

EX ATABARI.

Inuicem Fructus dissilet, præsertim quando est exiccatus aut recens, dulcis aut acidus subacerbis aut probè maturus. Succus uero uim habet summè adstringendi, Aluum enim ualentissimè cohobet, ueluti recens, & probè maturus quamquam imbecillius præsertim ob aqueam substantiam innatè adstriciori reluciantem. Maturus autem dulcis minus alijs adstringit, facilius tamen à uentriculo ob dulcedinem amplexatur. Inuicem uero singuli frigidis & sicci habentur primo recessu, & adstringentes,

EX RASH.

Fructus est frigidus & siccus ordine primo, Aluum sistit. Bilem; obtundit, dulcis tamen imbecillius. Largior autem assumptus nauisam efficit.

EX ISAAC EBBENAMRAM.

Fructus Loti arboris in adstricione, & frigiditate Sorba emulatur, exiccata tamen ualentius. Laudabilior autem cibum assumptus, appetentiam enim efficit. Nonnulli autem hunc in modum ualentissime sicca, humores in stomacho, atque intestinis repertos protrudere, Aluiq; profluuium excitare.

EX ABEN MBSVAI.

Loti arboris Fructus, Bilem extinguit. Folia uero contra atque emplastri modo imposita effervescentes prole gonas emolliunt, atque expellunt.

DE SADERVAM.

CAP.

CLXXX.

NOMENCLATURA.

SADERVAM apud Persas Nigrum Cadaha uocatur. Induētē sliquidem Cadaha, appellant Res nigras, Saderuam, & Cadaha.

GENERA, EFFIGIES, TEMPERAMENTVM, AC IVMAMENTA.

Est nigrum medicamentum, quo cum Lina in Hadamā inficitur. Est etiamnum Herba Succus uē niger me dicamentis summè odora ingrediens, & Zebetha, Algalia nimirum odoratissima, nec non medicamentum a quo sanguinis fluxiones cohobent, aduersusq; capillorum defluuia pollutē, ac consimilia.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

EX ABE MESVAI.

Est Indum nimirum medicamentum frigidum & siccum in tertio abscisso, & adstringens. Sanguinem profluvia cohibet, capillorumq; defluvio mirè auxiliatur.

EX BEDIGORAS.

Privatim Capillos roborat.
EX RASE.

Frigidum est, & adstringens. Sanguinem sistit, Capillosq; deciduos firmat.

DE TRAGO,

CAP. CLXXXI.

NOMENCLATURA.

SVLT, Arabibus. Τρῶγος, Græcis. Tragus frumētaceus seu cerealis, Latinis. Duple Turguet, Gallis. Hamelhorn, Germanis.

EFFIGIES, AC INVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii. cap. cxiij.

Ferri similis figura tragus est, longe minas tamen quàm Zea nutrit, ob multam quam habet glutinosam ariditatem, ideoque non facile in stomacho conficitur. Ad molliendam aluum natura illi tamen & vis est.

EX PAULO AGINETA.

Lib. vii. cap. iii.

Tragus frumentaceus Zeæ similis est, concoctioni magis resistit, & Aluum emollit.

EX ISAAC BEEN AMRAM.

Est frigidus, humidus, ac viscidus, aluum emolliens, inflammationes atque ructus progignens, parum nutriens. Ceterum maxime accommodus viscidis humoribus tum Pulmonis tum Thoracis, nec non Thufsi uehementiori, pulticulis atq; eclegmatis ex eo paratis. Urinam trahit. Renes ac Vesicam expurgat.

DE RVBO,

CAP. CLXXXII.

NOMENCLATURA.

BVLEICH, seu Halcich, Arabibus. Βόττος, fructus uero, Βάττω καὶ Βάττω Græcis. Rubus, aut Sentes, sicuti fructus, Mora uaticana, & Vacinia, Latinis. fructus, Mora bacci, Officinis. Ronou, Fructus. Mort, Italis. Ronce, Gallis. Bramen, et Kratzen, Fructus, Bramber & Katerber, Germanis. Carza, Hispanis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iiii. cap. xxxix.

Vulgò omnes nouerunt.

TEMPERAMENTVM, AC INVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Rubi solia, germina, flos, fructus et radix qualitate adstringente participant, eaq; non obscura. Sed hoc inter se differunt, quòd solia mollia & recens nata plurimum in se habeant substantiæ aqueæ, paucum uerò adstrictionis. eadè ratione & germina. Itaq; si mandantur, aphthas & alia oris ulcera sanant. Quin & alia uulnera glutinare ualent. Est enim eorum temperies & ex terrea frigida essentia, et aquæ tepida. At fructus, siquidem maturus fuerit, non parum habet succi calidi temperati, qui dulcis est, uti monstrauimus. Itaque ob hoc & ob modicam adstrictionem esui non insuauis est. At immaturus à frigida substantia terrea uincitur, ac prouide acerbus est & ualde exicatorius. Et sanè uterq; redonditur ualidus quàm recens desiccans. Sed & flos eandem uim fructui immaturo possidet: utraque ad dysenterias, & uentris profluium, tum robur deperditum & sanguinis expuitionem idonea remedia. Porro radix præter adstrictionem non paucam habet substantiam in se se tenem, per quam & lapides renum comminuit.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iiii. cap. xxxix.

Adstringenti uim habet, & siccandi. Capillū denigrat. Bibitur ad sistendam aluum & amorem eius decoctum. Muliebres idem fluxiones cohibet. Præster morsibus prodest. Gingiuas confirmat, & oris sanant ulcera quas uocant aphthas, commanucata eius solia. Compefcunt eadem quos herpetas uocant. Capitis manantia ulcera, & proci dentes oculos sanant. Sanant et condylomata hemorrhoidasq; emplastri modo imposita. Cibum in stomacho non continetibus cardiacisq; concisa mox imposita profunt. Quinetià succus ex salijs caulibusq; expressus, mox in sole densatus, prædictis omnibus efficacius medetur. Fructus præterea succus in integra maturitate expressus, ad oris medicamenta accommodatus est. Sistit præterea aluum in media maturitate in cibo sumptus. Potus postremo flos eius in uino aluum sistit.

DE RVBO IDÆO,

CAP. CLXXXIII.

NOMENCLATURA.

BATOS Ἰδαῖα, Græcis. Rubus Idæus, Latinis. Framboise, Gallis. Himpre, Germanis.

LOCVS EFFIGIES, AC INVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iiii. ep. xl.

Quoniam

Quoniam multus in Ida monte nascitur hic Rubus, montis eius discrimine appellatus est. Multo tenerior antedicto hic est. Spinis habet breues. Inuenitur & sine spinis aliquando. Potest antedicto eadem omnia: & hec amplius: Anungitur ex melle utiliter oculorū inflammationibus tritus flos eius. Sacros ignes idem extinguit, daturq; cum aqua sorbitione, cibum in stomacho non continentibus.

DE SENTE RVBOVE CANIS, CAP. LXXXIIII.

NOMENCLATURA.

SENT, seu **Set,** Arabibus. **Κυνοβατος,** Græcis. **Cynobatos,** sētis **Rubus** Canis, Latinis. **Eglätier sans odeur,** Gallis. **Hanbitten, Vuickdorn, Strauch,** Germanis.

EFFIGIES, AC IUVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.
Lib. I. cap. cccv.

Frutex est rubo longe maior, arborescit enim, foliaq; habet longe quam myrtus latiora. Spinis in uirgis durissimas, florem candidum, fructum oblongum, oliuæ nucleo similem, quum maturescit rubentem, intra quem lanis similia sunt. Aluum sistit, siccatus eius fructus, in uino decoctus et potus, sic tamen ut sine interioribus lanis illis sumatur, sanis cibis enim & arteriis nocent.

EX GALENO.

Huius fructus fructus non segniter adstrictorius est, foetida uerò mediocriter. Itaq; particularis eius usus haud ignotus est. Cauendum ab eo quod in fructu eius lane speciem habet, seu arteriam uitians.

DE AVENA, CAP. CLXXXV.

NOMENCLATURA.

CARTAMVM, seu **Churtal,** Arabibus **Βρωμος,** Græcis. **Auena,** Latinis, ac **Officinis.** **Vena,** Italia. **Auoyne,** Gallis. **Habern,** Germanis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.
Lib. I. cap. cccv.

Culmum habet Auena geniculis interfectum, tritico folijs similibus, & in summo pendentes parvulas ueluti locustas, duplici crure diuicatas, in quibus semen est.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. vi.

Auena ut medicamentum similem hordeo uim obtinet. Nam illitum desiccat & digerit mediocriter, et sine morfu. Temperiem autem habet paulò frigidior em. Nonnihil etiã adstrictionis obtinet, ut uentris profluvia iuet.

EX DIOSCORIDE.
Lib. I. cap. cccv.

Semine ad cataplasmata non secus quam hordeo utiliter utuntur. Puls etiam ex eo fit cohibendæ aluo accommodata. Datur præterea farine eius cremor utiliter in sorbitione tussientibus.

DE ARBUTO, CAP. CLXXXVI.

NOMENCLATURA.

HATIL Adib, Arabibus. **Κουρίπος,** Græcis. **Arbutus,** Latinis. **Ficus Lupi, Barbaris, Albatro, Italis.** **Arboucer, Gallis.** **Madronno, Hispanis.**

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.
Lib. I. cap. clxxvii.

Cotoneæ malo similis arbutus est, tenui folio, fructu prunorū magnitudine, sine nucleis, quem Memecylon nominant, ruffo aut rubente in maturitate colore. Is quum manditur, ueluti palearum acis lingue & dentibus representat.

IUVVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. vii.

Arbutus arbor ipsa qualitate acerba unã cum fructu est. Eum memecylum nuncupant. Et autem hic et in sensu stomacho, & capiti dolorem commouens.

EX DIOSCORIDE.
Lib. I. cap. clxxvii.

Fructus stomacho nocet, & capiti dolores facit.

DE HARVNDINE, CAP. CLXXXVII.

NOMENCLATURA.

CASAB, Arabibus. **Καλαμνος,** Græcis. **Harundo,** sine **Arundo,** Latinis. **Canna, Barbaris,** ac **Italischung, Roseau,** Gallis. **Kor,** Germanis.

GENERA, AC EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.
Lib. III. cap. xxxviii.

In Harundinibus Nastos, id est toto internodio concretæ & piens, quædam uocatur, ex qua sagitte fiunt: quædam contra fœminam appellatur, ex qua tibis lingue conficiuntur: quædam itidem syringias quasi fistularis dicta, carnosâ, densis geniculis, scribendis libris accommodata, crassior quædam etiam et concava, prope profucentes aquas nascens quæ donax dicitur, ab aliquibus autem cypria. Est & alia quam nallis sepibusq; utilem phragmitem Græci, nos uallarem, uel specularem dicimus, gracilis candidaq; omnibus notissima,

TEMPERAMENTVM, AC INVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Calami phragmitis radicem cum bulbis aculeos & stipes ex alto extrahere quiddam scripsere, seu trabendi quædam uis et inesse. Nos tamen eius rei periculum non fecimus: uerum quantum gustu licet conficere, abstergetem scilicet non possidet non paucam, minusq; acrem. Quinetiam folia ipsa abstergentis sunt facultatis, cortex uero eius cõbustus admodum tenuium partium, et digerentis facultatis efficitur, adiunctum habens absterforium quiddam, ut exciet & excalcificat tertio quodammodo ordine, plus tamen desiccet quam excalcificat. Vitandus est eius flos, quam antihelen uocant. Nam si in aures incidat, adeo tenaciter adherens affigitur, ut auelli non possit, audiuntq; uisus: quamobrem sepius exurdat.

EX DIOSCORIDE.

Libi. cap. cxi.

Radix Vallaris concisa per se, & una cum balbis illita furculos & cuspides extrahit, ex aceto autem, laxata & lumborum dolores lenit. Quinetiam uisa eius uiridia folia sacris ignibus inflammationibusq; alijs imposita, medentur. Corticis eiusdem cinis capilli desluas, quas alopecias dicunt, ex aceto illitus emendat. Harundinum panicule lanugo, si aures intrauerit, hominem exurdat. Potest eadem omnia & cypria harundo.

DE PVNICIS, SIVE

GRANATIS MALIS. CAP. CLXXXVIII.

NOMENCLATURA.

KVMAN, seu Ruman, seu Roman, Arabibus. Põd u Põoc Græcis. Malum Punicum, Latinis. Malum Granatũ, Barbaris, ac Officinis, Pomogranato, & Melagrano, Italis. Pomer de Granade, & Mygrenes, Gallis. Granatbũ, arbor, Granatoepffel, fructus, Germanis, Granadas, Hispanis.

GENERA, AC INVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Malum granatum omne adstringentem qualitatem ebriæ, non tamen in omnibus ea exuperat. Sunt enim inter ea quædam acida, quædam plus dulcia quam austera, & sanæque ab unoquoq; eorum procedit utilitas, secundum uim centem eueniat qualitatem necesse est. Dicitur autem in quorũ horum commentariorum esse super dulcis sapore, austero, & acido. Itaque ex illis de malorum puniceorum differentia liceat colligere. Porrò succi ipsius acinũ adstringentiores, tum exicantiores sunt.

EX DIOSCORIDE.

Libi. cap. ciii.

Boni succi & stomacho accommodatum Punicum omne malum est, idem tamen non nutrit. Stomacho utiliora quæ in puniceorum genere dulcia sunt, in febris tamen uitanda, quod stomacho calorem aliquem afforant, & inflant. Quæ acida sunt, stomachi aridiores profunt, maioresq; ad reprimendum uires habent, & ad cõtendendam uirinam, efficaiores: eadem ori ingrata, gustum adstringunt: Vinosa medias habent uires: Acidorum acini in sole siccati, tum obsonijs concocti, inasperis sœ tritorum puluere, aluum & in stomachum destillationes sistunt. Iidem celestis aqua madentes sanguinem expuentibus utiliter bibuntur: quinetiam infusibus contra intestinorum tormina & fœminarum fluxiones profunt. Utilissimum præterea quod expressum est puniceorum acipis fuerit, addito melle, contra oris, genitaliũ sedisq; hinc: utile & contra digitorum pterygia, quæ pascendo serpunt, excrescentias, dolores aurium, & nauis uitia: in quo usus præfertur omnibus, quod ex acidis expressum fuerit.

EX RVFO.

Mala Punicia Acida Synopsi ab insensibili perspiratione medentur. Dulciora uero facilis sunt concoctionis.

E VETERI MEDICINA.

Mala Granata Venereas abscondunt cupidines.

EX ABEN MESVAL.

Acidum ebibitum Stomachi fluxionibus à Bile, & Synopsi auxiliatur. Urinas prolicet ob aciditatis tenuitatem. Oculorum Pterygia uinguiæ conducit in fustillatum. Granatorum aqua potissimum lecinoris inflammationibus à liberaliori Vini meracioris potu medetur, eorum præsertim quæ acerbâ sunt, et acida. Succus uero cum Lactucis assumptus Bilem ac Pituitam iuuat, Ventriculum roborat, Aluum cõboret, Appetentiam excitat, Vterq; gerentibus optulatur. Alphito non autem potentia Bilem extinguit, Ventriculũq; corroborat, & Aluum coerct, Appetentiamq; efficit, ob insitam quidem aciditatem. Sympus uero præsertim simplicissimus, Stomachi aridiores, Febris, Vomitionibus, Alui fluxionibus, lecinoris, inflammationibus, Vterq; gerentibus maximo pere auxiliatur. Quod autem ex dulcibus & acidis est expressum unã cum interiori carnositate, Bilem expurgat, stomachũq; roborat sua adstrictio-

ne. Pondus est, Selibra nimirum, cum drachmis decem Sacchari.

DE CYTINIS,

CAP. CLXXXIX.

NOMENCLATURA.

KYTINI, Græcis. Cytini, & Punicorum Granatorum Flores, Latinis. Balauſtia, Barbaris, ac Officinis.

EFFIGIES, AC IUVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

L. lib. cap. ciii.

Punicorum Flores, quos Græci priuatim cytinos uocant & ipsi adstringendi, siccandi, reprimendiq; uim habentes, eruenta glutinant uulnera: omnibus quibus, & mala, acco modati. Decoctio eorum mobiles uiliter colluuntur dentes & sanguine humentes gingiue. Ad continendos intestinorum rantes idem cataplasmatibus utiliter adduntur. Ferunt quidam nullam oculorum lippitudinem sensurum eo anno hominem, qui quantumuis exiguus tres punice flores deuorauerit. Exprimitur hypocistidis modo ex floribus puniceorum succus.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Asimilem Malicorio uim habent Cytinif: sic enim Granatorum appellantur flores.

DE MALICORIO,

CAP. CXC.

NOMENCLATURA.

ΣΥΔΙΑ, Græcis. Malicorium, Latinis. Cortices Granatorum, Officinis.

EFFIGIES, AC IUVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

L. lib. cap. cii.

Punici mali cortices præterea, quos priuatim aliqui malicorium dicunt, eadem adstringendi uim quam habent, cum eis quibus & flores acco modati sunt. Radicum punice decoctum, lumbrosos latos pellit potum, & enecat.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Acinis etiam n agis tum adstringentiori, tum exiccantiori uim prædita sunt Putamina: uocantur autem Sidia.

DE ARABICA, SIVE

ÆGYPTIA SPINA, CAP. CXCI.

NOMENCLATURA.

SUCAHA seu Suchaha seu Suchahar seu Aegale, Arabibus. **ΑΓΓΥΡΑ** & **αγο ΒΙΝ**, Græcis. Arabica siue Aegyptia Spina, Latinis.

EFFIGIES, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO

Simp. Med. vi.

Spina Aegyptia, quidam Arabicam uocant: similis autem est spinæ albæ nostrati, uerum facultate ualidius adstringente pariter & desiccante. Itaque profluxum muliebris radix eius inuat, & alia quæcumq; quibus auxilium est, quæ apud nos nascitur spina: sed effracius tamen omnia inuuant tum radix, tum fructus ipsius. Hic uerò & columelle prodest, & ijs quæ in sede inflata sunt: tum ulcera ad icatricem ducit mediocrem habens & non molestam adstrictionem.

EX DIOSCORIDE.

L. lib. cap. xv.

Albæ spinae similis esse hæc creditur, adstringitq; similiter, ideoq; contra muliebris fluxiones, sanguinis excretiones, et in alias corporis partes destillationes alias uulnibus radix eius est.

DE HORDEO,

CAP. CXCII.

NOMENCLATURA.

ΣΑΗΑΕΡ, seu Shair. Arabibus. **Καβι**, Græcis. **Hordeum**, Latinis. **Ordeum**, Barbaris, ac Officinis. **Orzo**, Italis. **Orge**, Gallis. **Gersten**, Germanis. **Canada**, seu **Ordio**, Hispanis.

TEMPERAMENTVM, ELECTIO AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Hordeum primi est ordinis in exiccando & refrigerando, habet etiam paucillum abstersionis. Paulo etiam plus desiccatur quam farina fabacea, cui non insunt cortices: cetera uerò similia sunt foris utentibus. In cibo autem hoc fabis præstat, quod flatuosam naturam exuat: fabis, quantum unquam coxeris, flatuosa natura remanet, sunt enim crassioris essentie quam hordeum: quamobrem eo plus etiam alunt: porro quoniam utrunque paulum modo à medio recessit, multò sunt uisui. Nam talia medicamenta multis alijs miscentur cum materie quædam: itaque etiam cera & oleum non paucis medicamentis coniunguntur. Alpiton uerò, hoc est polenta, multò plus hordeo desiccatur.

EX DIOSCORIDE.

L. lib. cap. cvii.

Probatissimum Hordeum quod candidum mundissimq;

Minus nutriendum est Hordeum quod triticum: quae tamen ex farina eius Pisansa facta est, ob expressum in coctura succum, magis nutriendum quod ex eodem hordeo polenta est. Facit hordeacea Pisansa ad acrimionis omnes, saccum asperitates, et exulcerationes, quibus triticea accommodata est: maiore in nutriendum, et ad ciendam urinam potestate. Proritat et lac hordeacea Pisansa cum feniculi femine cocta et in sorbitione data: Urinam eadem euocat, abstergit: inflat tamen et stomacho nocet. Tumores praeter haec etiam maturat. Discutit hordeacea farina cum fisco et mulsis aqua elixa tumores collectionesque omnes. Cum pice, resina et colubino fimo, durities mollit. Cum Campana fertula et papauerum uasculis in lateris dolore indolentiam facit. Illiniuntur et contra intestinorum inflationes, cum lini semen grecicis femine et ruta. Eadem cum liquida pice cerasque et impubis pueri urina addito oleo strumas maturat. Cum myrti bacis uinoque, aut syluestribus piris, aut rabo, aut malicorio ad ni fluores compositi. Cum cotoneis malis et aceto pota grae inflammationes lenit. Cum acerrimo aceto decocta, eodem, quo ex cruda hordeacea eadem farina et hyarela confecta malignata, modo, calensque imposita lepris medetur. Expressum cum aqua hordeaceae farinae succus, mox cum pice et oleo coctus suppurationes adiuuat: Ex aceto autem pariter expressum decoctumque, cum pice destillationibus, in articulos prodest. Quae ex hordeacea farina Polenta facta est, alium sinit et inflammationes lenit.

DE MORO, CAP. CXCIII.

NOMENCLATURA.

TVT seu Thut, Arabibus. Moptex, seu *Συκκιννα*, fructus aut *Συκκιννα*, Graecis. Morus, arbor, Morus, fructus, Latinis. Morus celsi, arbor, fructus uero, Mora celsi, Barbaris, ac Officinis. Mori: et Moroni, Planta, Celsi fructus, More, et Moroni, Italidis. ung. Merrier, et une Merre, Gallis. Maulberbaum, et Maulber, Germanis. Mora, Hispanis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

L. lib. cap. cxxxix.

Nota omnibus arbor Morus est.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Mori fructus maturus quidem uentrem subducit, immaturus uero ubi auerit, admodum restringit. Itaque ad dysenterias accommodatus est, et affectiones coeliacas, et quascunque alias fluentes: contunditur autem, ac obsonijs comiscetur, uelut rboi fructus. aut sicui ita uideatur, ex aqua aut uino bibat. Porro quod maturorum succus ad stematica medicamenta sit utilis, propter eam uidelicet quae inest illi ad-

strictionem, neminem latet. Praeterea ad alia complura particularia, quae mediocrem possunt adstrictionem competiti. At immatura mora praeter acerbitatem et aciditatem sortita sunt: et tota adeo arbor in omnibus suis partibus mistam aliquam vim obtinere uidetur ex restringente et purgante compositum. At tamen in radicis cortice purgatoria cum quadam amaritudine exuperat, adeo ut et latum lumbricum interficiat. In alijs autem partibus restringens uincit: in folijs tamen et germinibus quodammodo mediocriter temperies est.

ALIMENTA. Aliment. Facultis. Cap. cxi.

Morum nomen uulgo est cognitum: si non alia de causa, saltem ob medicamentum *Τροχιστρον*, id est ori gratum, quod *διὰ τροχίτων* appellatur, quod eorum succum recipit. Quosdam autem ex fructibus autumnalibus, quos deinceps recensuimus, plerique homines ignorant, quo nomine ante annos sexcentos ab Atheniensibus fuerint appellati. Animaduertunt enim huius temporis Atheniensis, fructus omnes non alio nomine appellare, quam quo reliqui Graeci appellant: sed et Mora ipsa, sycamina, nihilominus, quam Mora nominare: item persica, nuxes, praecociae in summa, reliqua omnia pro aliorum Graecorum consuetudine. Neque enim detrimenti quidquam ipsis ex utriusque appellationum ignorantia accidit: si facultates ipsorum exploratas habuerint. Satis enim fuerit scire, ex his cibis qui subducuntur, posteriores quidem sumendos qui tarde permeant: omnium autem primos, qui celeriter quidem permeant, corrumpuntur tamen, si in uentriculo morentur diutius, quam ipsorum nomenclaturae nosse. Non tamen omnino ignorare homines mihi uidentur, qui ordo in his quae mandant, sibi seruandus: quandoquidem ipsos uideas in plurimis cibarijs cum seruari. Praesumunt enim radicias, oliuas, et saenum huius graecum ex garo: post haec, malus, betam, et alia id genus olera cum oleo et garo. Etenim, si uel tantillum mentis habeant, diuturna experientia docet eos facultates eorum, quae quotidia cibi gratia sibi praeparant. Quorum uero multo interuallo usus atque experientia incidit, ea soli homines solertes obseruant, ac memorie mandant, sycamina igitur celerissime pertransiunt, cibusque alijs praeeunt, si in uentriculum puram inciderint, et sumpta primis epulis. Quod si sumpta post alios cibos fuerint, aut etiam prauum succum in uentriculo offenderint, celerissime una cum alijs cibis corrumpuntur, nouo quodam corruptionis genere, et quod uerbis explicari nequeat, ut in eucurbitis accidit. Omnia enim haec, si modo celeriter in corrupta subsederint, cibus fugacibus minus sunt noxia: si minus, corrumpuntur non aliter quam pepones: quanquam huiusmodi, si celeriter subducantur, nullam magnam noxam afferunt. Tempus autem utendi, ut peponibus, ita et Moris est, cum corpus uentriculi squalore egest, quo tempore necesse quodammodo est, hepatis quoque idem accidere. Cucurbitis quidem et cucumeri, tum maturo, tum ante maturitatem, ad haec et melopeponi nulla adstringens qualitas inest: sycaminis uero, et potissimum cum nondum admodum maturauerint, qualitas huiusmodi, conspicuae inest: immaturioribus autem inest simul et acida. Proinde nonnulli

ab arbore ipsa detrahentes ac siccatas reponunt, medicamentum ad dysentericæ, ac diuturnæ diarrhœæ curationem utile sibi futurum. At nunc nobis non est propositum medicamentorum facultates exponere. Rursus igitur ea repetamus, quæ sycamina ipsa ut alimentum possint agere. Quod quidem celeriter subducatur, dictum nobis prius fuit: quod eis accidit forte propter solam substantiæ humiditatem ac lubricitatem: forte etiã propter admixtam qualitatem quãdam acriorem, quæ deiectioni excitandæ satis esse possit: quandoquidem qualitas adstringens, non modo ad subductionem confert, uerumetiam sapienter naturæ uentrem constipat. Didicisti autem ex commentarijs de simplicium medicamentorum facultate, pleraque esse corpora, quæ facultates habeant contrarias. Coniecto igitur Mora exiguam in se ipsis habere facultatem eiusmodi, qualis magna medicamentis purgantibus inest, cuius beneficio non modo facile secidunt, sed corrumpuntur etiam, si diu in uentre manserint. Quod si corrumpantur dixi non fuerint, omnino quidem humescant, non tamen omnino refrigerant, nisi sumpta fuerint frigida. Alimentum autem corpori præbet minimum, quo modo pepones, non tamen, ut ij, uomitus exciãt, neque stomachum ledunt.

De cibis boni & mali succi.

Mora itidem si cito perficiantur, & prius quàm corrumpatur, transierint, innoxia sunt, nisi ijs quispiam liberalius utatur.

EX DIOSCORIDE.

Lib. cap. cxxxviii.

Aluam soluantur poma eius, facillime corrumpuntur, & stomacho inimica sunt. Præter eadem expressus ex eis succus. Idem tamè in æneo uase decoctus, aut in solutus, adstringendi uim & naturam acquirit, additque illi exiguo melle, facit ad destillationes, ad ea quæ nascendo serpunt, & tonsillarum inflammationes. Augentur autem remedij huius uires additis alumine scissili, galla, myrrha, & croco: itèq; tamaricis semine, iri dis radice, & thure. Tunduntur sicca acerba mora, & pro coriario fructu quæ rhi dicant, obsonijs presenti in calicis utilitate inaspergantur. Decoquitur in aqua etiam radice mori cortex, soluitque alui potum id decoctum: Lumbricos lato pellit, & contra potum aconitum succurrit. Medentur ambustis coërsa mori folia, & ex oleo illita. Decoëta eadem in celestis aquæ cum uitis & nigre scii folijs, capillum denigrant. Bibitur cyathi pondere contra phalangiorum morsus, ex folijs expressus succus. Corticis & foliorum mori decocto colluuntur utiliter in dolore dentes, Colligitur per messem præterea liquor circoëssa & secta radice arboris inuenturque sequenti die in ea concretus. Vtilis hic contra dentium dolores: Panos præterea discutit, & alium purgat.

DE MÏLO,

CAP. CXCIII.

NOMENCLATURA.

T V F F A, siue Tufaha, Arabibus. Μυλλια, arbor, fructus, Μυλλον, Græcis. Malus, arbor, fructus, Mili, Latinis. Poma, Barbaris, ac Officinis. Meli & Pomi, arbor, fructus, Mele & Pome, Italis. ung. Pontier, & une Pome, Gallis. Apffel, seu Opffel, Germanis.

GENERA, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Malus non omnis eiusdem naturæ est, uelut nec eiusdem fructus. Quippe quedam mala dulcia sunt, quæ ad auctera, nonnulla acerba, nonnulla acida, alia extremè exoluta & aquea: & sanè in istis aqueum exuperat: ut temperies eorundem sit tum humidior, tum frigidior: in acerbis autem terrenam frigidum. In austeris uero tum istud, tum aqueum frigidum, sicut in dulcibus aqueum temperatum. Sic quoque succi cortices foliaque arborum inter sese dissident. Itaque si austeriora sint atque acidiora, uulnera illis glutinare possis, tum in phlegmonarum principio inflexionem repercutere, ac stomachum uentremque exolutum, ac languidum roborare: at aquosioribus mediocres phlegmonas incipientes & gliscites remittere. Sed hæc iam ad curandi rationem attinent: proinde ea citius etiam relinquenda. Porro quæ plurima pomis omnibus recrementis frigidamque insit humiditas, uel hinc liqueat, quod eorum omnium nullus omnino succus durare, ac metuitatem ferre possit, uerum æscant, corrumpunturque uniuersi. Solus enim cydoniorum et frutiorum (ut pote quæ propter uincentem adstrictionem minus ceteris sunt humida) succus coctus cum melle durare potest, tamen si ipso per se non ita durare queat.

EX DIOSCORIDE.

Lib. cap. cxcvi.

Adstringunt malorum omnium folia, flores, coliculiq; Adstringunt & poma, sed acerba: matura enim non adeo id possunt, quæ per uer maturitatem suam abfoluunt, bilem auget, neruis omnibus in utilia sunt, & inflationes faciunt.

DE COTONEA MALO,

CAP. CXCVI.

NOMENCLATURA.

S T A F F A R G E L, seu Safargel, Arabibus. Κυδωνια, Μυλλια, Græcis. Malus Cotonea, & Cydonia, Latinis. Citonia, Officinis. Mele Cotogne, & Cotogne, Italis. Coting, Gallis. Quitten, seu Kuttlen, Germanis. Membrillo, seu Coëlon, seu Marmello, Hispanis.

IUVAMENTA, GENERA, ATQUE ELECTIO.

EX DIOSCORIDE.

Lib. cap. cxcvii.

Cotonea stomacho accommodata sunt, & urinam cient. Tosta eadem mitiora sunt. Cellacis, intestinorum tormi-

ribus sanguinem excreantibus, & cholericis utilis, prefer-
tius; cruda bibitur utiliter contra in aluum & stoma-
chum destillationes cotoneorum dilutum. Prodest crudo-
rum succus, in difficultate spiritus non nisi recta ceruice
spirantibus. Aspergantur & eorum decoctio utiliter pro-
cidentes femininarum lociet in utroque sexu sedes. Que in
melle fuerint condita & seruata cotonea, ipsa quidem uri-
nam citem, Mel autem contra in se corum ui, in adstrin-
gendo spissandoque uires acquirit. Que in melle coquantur,
stomacho utilis, & uescendo grata sunt, uerum in adstrin-
gendo minus possunt. Cruda cataplasmatibus ad adstrin-
gendum aluum contra stomachi subuersiones, ardoreque man-
uarum inflammationes, duros lienes, & condylomata mi-
scentur. Fit preterea ex cotoneis nimum, iulis expressisque,
& ut perenet, sexdecim succi sextarijs, uno mellis adiecto:
acefcti enim nisi sit fidat: predictis omnibus utile. Fit & un-
guentum ex cotoneis, quod a malis Melinum uocatur, habetque
usum quum oleo indigebimus quod adstringendo fit. Proba-
tur que uera cotonea sunt, talia autem que parua, rotunda,
odoratissimaque erunt. Que struthia uocatur, grandiaque sunt,
minus utilis. Virides scicij arboris flores cataplasmatibus
utilis, ad ea que adstringi oporteat, & oculorum inflama-
tiones. Bibuntur ijdem cum uino contra sanguinis excreta-
tiones, alui fluores, & mensum abundantiam.

EX HYNAIM.

Cotonea urinam citem, per accidens quidem, ob Alui ni-
mirum adstrictionem.

EX ABEN MESVAI.

Cotonea Malis sunt adstrictione ualentiora. A ulni po-
tu sumpta, uapores ne cerebrum petant, comprimunt. Libe-
ralius uero ingesta, quam celerrime cibos ante coctionem
per inferna protendant. Copiosior tamen eorum usus Coli-
cos parit cruciatos, ac Nervorum dolores. Succus autem
simplicissimus Biliofo uentriculo est maxime accomodus.
Conditum in super ex Cydonijs uentriculum firmat, robo-
ratque, uomitique sedit pituitosum. Vinum uero Cydonite sim-
plicissimum impermixtum ue nemp absque Melle, Bilem ex-
tinuat, bilio sanguis uum uomitioem tum adiectionem, ac
sitim etiam sedat. Cotonea autem cum Melle assumpta, pitui-
tosas uomitioes iuuat, ac stomachum calidiorum efficiunt.
Cidonia tamen condita uentriculum, lecurque, roborant.
Xylos uero succago nemp, lentor ue ex Cotoneorum
feminibus cum Saccharo asperam lenit arteriam, cuiusque
siccitatem humectat.

DE MALIS DULCIBUS,
CAP. CXCVI.

NOMENCLATURA.

MELOMELLA, & Galopomella, Arabi-
bus, & Barbaris. Μελίμηλα, ἢ Γλυκίμηλα.
Græcis, Melita Dulciaue Mala Latinis.

IVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Libi, cap. cccii.

Que uero a sapore mellis in malorum genere Melinela
dicuntur, aluum molliunt, uentris lumbricos pellunt, stoma-
cho nocent, stituculosa estuosaque sunt. Eadem a quibusdam
facto a malis & dulcedine nomine, Glycymela uocatur.

DE ORBICULATIS

MALIS, CAP. CXCVII.

NOMENCLATURA.

ATYROPITA seu Atyrotopa, & Arnicata,
Arabibus, ac Barbaris. Ἐπιρωτικὰ Græcis.
Epirotica, & Orbiculata, Latinis.

IVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Libi, cap. cccxiii.

Que ab Epiro Epirotica nomen habent, a Romanis ue-
ro, orbiculata appellantur, stomacho accommodata aluum
cohibent, urinam proritant, cotoneis tamen ignauiora
sunt.

DE SYLVESTREBVS

MALIS, CAP. CXCVIII.

NOMENCLATURA.

ΑΓΡΙΑ Μάλα, Græcis, Syluestria Mala, Latini-
s.

IVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Libi, cap. cccxv.

Syluestria uernis similia, adstringunt, oportetque in his
que adstringenda sunt, acerbis uti malis omnibus.

DE ACETO,

CAP. CXCIX.

NOMENCLATURA.

CHAL, Arabibus. Οξος, Græcis, Acetum, Latinis,
ac Officinis, Aceto, Italis, uin acre, Gallis, Esig,
Germanis, uin acre, Hispanis.

TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Acetum in primo horum commentariorum misse esse sub-
stantie,

stantia, nempe frigide pariter & calide, eiusq; utriusque tenuium partium demonstratum est. Ceterum calidam frigidam exaerat. Porro magnam desiccandi facultatem obtinet, adeo ut sit tertij ordinis desiccantium iam completi, utique cum ualidam essiterit.

Simp. Med. i. cap. viii.

Sed ad reliqua nunc liquidorum medicaminum transimus inter que uel maxime est dubitatum de aceto, alijs frigidum alijs contra calidum addituentibus: nonnullis calorem quidem querendam illi concedentibus, sed querendam etiam auferentibus, uelut qui acetum uinum esse mortuum asserunt. Na hi propriam uini caliditatem perdidisse quidem, uerum ex putredine assumpsisse aliam querendam contendunt. Atq; ego sane non multum abeo, quin illorum eandem sententiam, in eamq; prompte accedam, proq; hac assertionem atque opinionem pericula omnia subeam si quam machinam aut artem inuenire queam, sicut in lacte contrariarum partium separationis, ita hic quoque. Nunc autem quod lac uniuersum non sit homogeneum & simile, neque undequaque sibi idem, clare monstrat coagulatio excogitata uide licet multis hominibus ratione, qua partes caseose a serosis separari possint neque tale quid reperitur est, neque manifeste demonstrare possis, quod quantum eius est tenue, atque exacte humidum, hoc refrigeret: quoad uero secundum facies substantiam in eo desertur, uelut in uinis, calefaciat. Nam ea solum ratione aperte quis probauerit, ex contrarijs facultate ipsum partibus consistere, sicut lac. Sane in omnibus liquidioribus, quos expressis fructibus conficiunt, crassum de ferunt quippiam, quod temporis spatio subsidit: fex uocatur in uino, in oleo autem amurca. Sed & in omnibus alijs inest quod illis proportione respondeat, tamen si proprium nomen sortitum non sit, quod uelut fex est in illis. Vtique & in aceto est eiusmodi quippiam, & forsitan ipsum est quod caloris est particeps: quod uero frigidus, id quod tenue est. Fortassis uero & in ipso tenui exiguum quidam desertur multo tempore preparatum, alterius naturae quam ipsum sit totum. Nam quod maiori parte frigidius sit, quam calidius, liquidum ijs apparere arbitror, qui uere facultatem eius expendunt.

In lib. Hipp. de uis. rat. in Morb. acut. commen. lii.

Quod Acetum suapte natura Neruos offendat, testatur Experimentum, & Ratio demonstrat. Nempe exangues sunt, & ideo frigidi, faciliq; ab ijs que refrigerant simul, & tenues habent partes, afficiuntur medicamentis. Leduntur praeterea & a reliquis refrigerantibus omnibus: sed substantiae Aceti quod tenuium est partium in eorum mergitur profundum: atque in omnes ita irrumpt partes, ut ne minimum quidem ex eis illesum maneat.

EX HIPPOCRATE.

De uis. rat. in Morb. acut. lii.

Vt autem in summa dicatur, que ab Aceto est acredo, Picrocholis magis quam Melancholice prodest. Amara si-

quidem dissoluntur desiccantq; in Pituitam cum ab Aceto in sublimi attolluntur. Nigra autem fermentantur, attolluntur, & multiplicantur. Nempe atra educit Acetum.

Mulieribus autem longe magis quam uiris aduersatur Acetum. Nam ueterum dolore afficit.

EX DIOSCORIDE.

Lib. 7. cap. xxvii.

Adstringit & refrigerat acetum. Sanguinis eruptiones omnes potum & insidentibus compefit. Idem cibarijs concoctum, alui fluxionibus utile. Pluenter ex uulneribus sanguinem sistit, & inflammationes aueret: in quem usum succida lana aut spongie inspergitur & imponitur. Compefit procedentes fexinarum locos, & in utroque sexu sedes, acetum. Compefit idem diffusiles & sanguine manantes gingiuas. Facit ad ea que pascendo serpunt, sacros ignes, hucera quos herpes dicunt, lepras, impetigines, digitorum pterygia cum aliquo eorum que his malis accommodata sunt mixtum. Quinetiam si continue eo foueantur phagedenica sistit hucera, & que pascendo serpunt. Fouentur eodem calido addito sulphure podagra utiliter. Melli misetur acetum, delenturq; inuncta eo sugillata. Contra capitis ardores addito resaceto in spongia aut succida lana imponitur. Vaporantur calente aceto cutem subbeuantes aqua, aurium granitates, sibilusq; & sonores eorum. Necat instillatum aurium uermes. Panos reprimit, si tepido eo foueantur, aut si in spongia imponatur. Lenit idem pruritus. Fouentur calido aceto uenenatorum morsus qui cunq; refrigerant: frigido contra quicumque incidunt. Facit praeter haec ad uenena letalia omnia calidum potum, mox uomitionibus redditum, praecipua opis & auxilij ni contra opium, cicutam, sanguinis & lactis grumosas in stomacho concreciones, fungos, ixiam & taxum cum sale. Pellit haustas hirundines potum acetum: ueterem tussim lenit, recentem proritat. Bibitur calidum contra non nisi reeta ceruice spirandi difficultates. Reprimit gargarissatum in fauces destillationes. Prodest anginis, aciecha oris columelle, & dentium doloribus si calido colluantur.

DE SILIQUIVIS,

CAP. CC.

NOMENCLATURA.

CHARNVB. Arabibus. Κεράττα, ἢ Κεράττα, ἢ Ἐλοκίττα, Graecis. Silique, & Xylocaryata, Latinis. Xilocaracta, Barbaris, ac Officinis. Carobe, & Carobole, Italis. Carouge, Gallis. S. Iohans brot, Germanis, seu Gerrossas, Hispanis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

Ceratonia exiccantis est & adstringentis facultatis, sicut et fructus eius, quæ Ceratia uocant, nonnihil etiam dulcedinis continens. Accidit autem istis quiddam simile Cerasis. Nam si humidæ sumas, magis uentrem subducunt: sicca uerò magis fistunt: ut pote cum humiditatem expirent, & quod essentia est crassioris, tantum reliquum habeant.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. cap. CLX.

Stomacho inuitiles in cibo recentes silique, & aluum foeluant: sistunt contra siccitatem, stomacho tunc utiliores fiunt, & eiciendæ urinæ accommodatæ, maxime autem quæ ex Passo conuaduntur.

EX RASE.

Recentes Silique, Verrucas (sicuti experimento cognouimus), extirpant illis.

DE SALICE,

CAP. CCI.

NOMENCLATURA.

BULEF, seu Bhyllus, seu Saffas, seu Chalis, Arabibus. Ἰριξ, Græcis. Salix, Latinis, ac Officinis. Salice, & Saleio, Italis. Saule, Gallis. Vneid, Germanis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. cap. CCXCVIII.

Salix arbor est omnibus nota.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Salicis folijs ad eruenti uulneris glutinationem uti possunt: uerum floribus eius maxime propè omnes utuntur medicis ad exiccantis emplastri præparationem, est enim uis eorum ita desiccatoria, ut morsu abstineat, habet uerò etiam quandam adstringentem. Sunt uerò etiam, qui succum ex ea expraesum, medicamentum seruent mordacitatis expertes, et exicatorium, ad multas res utile. Haud enim inuenias quid aliud plures res uiliosum medicamento citra mordacitatem exiccantes, paulù et adstringat, sicut in opere De medicamentorum compositione, exactius docebimus. Porro arboris cortex similem facultatem obtinet tui floribus, tum folijs, nisi quod temperaturæ sit siccoris, uelut omnes profectò cortices, sed hunc quidam cõburrunt, eiusque cinere utuntur ad ea omnia, quæ ualenter desiccare oportet. Nam clausos quos uocant, callos (Græci τρύλους uocant) myrmeccia tollunt, aceto ipsum macerantes. Nonnulli autem dum floret salix corticem eius incidunt, & succum quandam colligunt, utuntur que ad quæ pupillas offuscant, extergente uide licet simul-

que tenuium partium medicamine, uti uerò ad alia multis quis possit, si quidem talis fuerit.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. cap. CCXXVII.

Adstringunt salicis folia, semen, cortex & succus. Bibuntur ileosis uiliter cum exiguo pipere & uino concisa folia. Per se etiam in aqua sumpta conceptus prohibent. prodest potum semen sanguinem expuentibus. Præstat idem & cortex, qui etiam in cinerem crematus, tum aceto maceratus, clausos & callos illitus pellit. Foliorum præterea et corticis succus in malicorio cum rosaceo calefactus, aurium doloribus succurrit. Eorundem decoctio podagræ utilissime fountur, quin etiam surfures exteruntur. Colligitur ex salice succus inciso quum floret cortice, qui ex interiore eius parte concretus inuenitur. Estque illi uis extergendi quæcunque claritati oculorum officiant.

EX BEDIGORA.

Salix priuatim haustas Hirudines eicit, cruentaque uulnere adglutinat.

EX ABEN MBSVAI.

Folia Salicis sumpta, præstant Mulieribus ne concipiant profuntque sanguinem expuentibus. Lachryma autem, quæ manat ex ea, claritatem Oculorum efficit.

EX ATABARI.

Lachryma est Salice uim est floribus depilatoriam habet.

EX ONASIM.

In medicamento et Salice, luxta Hunal feruntur.

Salicis semina, foliaque, sine mordicatione adstringunt, ac latenter exiccant. Decoctum uero Chysteribus infunditur ad tormina cruentamque dysenteriam, necnon in hæcque purulentas instillatur. Vlceræ permagna glutinat, hæcque ualentius ex uino nigro dulsero. Folia autem recentia, emplastri modo imposita, omnem Hemorrhagiam inibent.

DE EQVISETO HER-

BA, CAP. CCII.

NOMENCLATURA.

DHENBEN Alchail seu Dhenib elcbi, seu Dhenb alchail, Arabibus. Ἴριξ οἰσῖς, Græcis. Equisetum Herba, Salixie equinalis, Latinis. Cauda equina, Barbaris, ac Officinis. Afferella, & Coda di Cavallo, Italis. Queue de Cheual seu Prela, Gallis. Scaffibocum, Kofschuanantz, Pferdschuanantz, Kofz uindel, Katzenwedel, Katzenzegel, Kantenkraut, Taubenrocken, Germanis.

LOCVS, ACEFFIGIES.

EX

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii, cap. xlvii.

Nascitur aquosus locis et fossis. Coliculos habet inanes, modice rubentes, duros, leniter asperos, geniculos inuicem insertis dissectos: & circa coliculos illos folia iunctorum figura densa graciliq;. Augetur in altitudinem propinquas stirpes ascendens: pendetq; ex illis circum amplexa multis ni grisq; comis eum equina cauda. Radix illi lignosa est & dura.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Hippuris adstringentem cum amaritudine facultatem possidet, ac proinde ualentem, simulq; citra mordacitatem exiccantem. Itaque uulnera uel maxima conglutinat etiam si profectos esse ueneros contigerit: praetera uocatas ente rocleas glutinat. Ad haec ad sanguinis reiectionem, ad profluum muliebrem, potissimum rubrum, ad dysenterias & reliquos uentris fluxus strenuum ac generosum est remedium herba ipsa, aut ex aqua, aut ex uino epota. Sunt qui de ea a scriptum reliquerunt, quod nonnullam etiam mesicæ, actenuium intestinorum uulnera sanauit. eius uero succus prodest etiam profluo sanguinis prorumpenti ex naribus, tum fluxui obnoxii in uentre passionibus ex austerorum uinorum quopiam potus: ac si febre teneantur, ex aqua.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii, cap. xlvii.

Adstringit herba, ob quam causam sanguis ex naribus eruptiones sicut succus eius. Bibitur idem cum uino utiliter contra intestinorum tormina & urinam cit. Glutinât ex uenta uulnera trita & impensa folia eius. Succurrit ra dix & herba pariter tustientibus, non nisi recta ceruice spirantibus, & ruptis. Quinet intestinorum diuisiones, mesicam dissectam, et intestinorum ramices glutinare feruntur folia cum aque pota.

EX ABIGE.

Equestri uim habet refrigerandi in primo recessu, exiccandi autem in secundo. Est etiam maxime adstringens. Ventriculi et locinoris phlegmonas, cutemq; subentes Aquas iuuat, siue emplastris modo imposita, siue ebibita.

DE GLVTINO,

CAP. CCIII.

NOMENCLATVRA.

ZIRE, seu Gara, Arabibus. Κολλη, ἢ Ζυλοχολα, ἢ Ταυροχόμα, Grecis. Glutinum, seu Gluten, Latinis. Colla, officinis, Italis. ac Gallis. Leim, Germanis.

ELECTIO, FABRICA, AC IUVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii, cap. ci.

Collam plerique quod in ferruminanda materia eius sit usus, Xylocollam quasi ligni glutinum uocant, aut quod ex boum corijs excoquitur. Tatrocollam quasi taurinum glutinum. Probatissimum Rhodium est: Ex boum corijs conficitur: estq; hoc colore candido, & lucem transmittit: nigrum deterius. Potest solummodo aceto glutinum hoc impetiginis et summe cutis lepras extere. Non sinit idem in ambustis excitari pustulas, si calida aqua in qua resolutum fuerit inungantur. Habet idem in uulneribus usum melle & aceto solummodo.

DE PISCIVM GLVTINO,
NO, CAP. CCIIII.

NOMENCLATVRA.

ΙΧΘΥΟΚΟΛΛΑ, Grecis. Piscosum, Piscium, uel Glutinum, Latinis. Gluten Piscium, Barbaris.

EFFIGIES, ELECTIO, AC IUVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii, cap. cii.

Que uero a piscibus Ichthyocola, id est, piscosum Glutinum dicitur, cetaceorum piscium alius est. Probatur natione Ponticum, colore candido, modice pingue, nec scabrum, quodq; celerrime liquefit. Vtile hoc emplastris que in usum capitis, & his que contra lepras, & his que ad nitorem leuoremq; uultus conficiuntur.

EX PAVLOAGINETA.

Lib. vii, cap. iii.

Glutinum piscosum opplendi & exiccandi uim obtinet. Inditur magna commoditate emplastris conglutinatorijs, & his que lepra curande, & que ad faciei erugationem, Lenociniumq; faciunt.

DE GLVTINO EX SIMILAGINE, AC POLLINE,

CAP. CCV.

NOMENCLATVRA.

ΚΟΛΛΑ ΕΧ ΤΗΣ ΣΕΜΙΔΑΛΕΩΣ ΚΑΙ ΤΥΡΕΩΣ, Grecis. ex Similagine & Polline Glutinum, Latinis. Gluten ex Simula, & puluere molendini, Barbaris.

IUVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii, cap. cvi.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

Quod fit glutinandis librorum chartis aptum ex simi-
lagine & polline gluten sanguinem excreantibus prodest
cochlearis mensura liquidum tepensque in sorbitioe datum.

EX GALENO.
Simp. Med. vii.

Gluten quod ad libros preparatur ex Similagine, & polline, Emplastice. Concoctioque facultatis est, quibus scunque ipsum paribus illinas.

FRIGIDA, ET HUMIDA,
PRIMI ORDINIS.

Pruna.	Intyba.	Atriplex.
Spinaceum olus.	Condrilla.	Glycyrrhiza.
Viola nigra.	Nymphaea.	Beta.
Platanus.	Cerasia.	Malua.

DE PRUNIS,
CAP. CCVI.

NOMENCLATURA.

ANAS, seu Avas, seu Agias. Arabibus. *Κοκκινάνα*, ἢ *Κοκκινάνα*, arbor, *Κοκκινάνα*, ἢ *Κοκκινάνα*, fructus, Gracis. Prunus, arbor, Pruna, fructus, Latinis, ac Officinis. Pruno & Succino, planta, fructus uero, Prune, & Succine, Italis. Prunier, arbor, fructus, une Prune, Gallis. Pflaumen, Kriechen, Germanis. An drinas, aceto sa, alia autem, tum Mongis, tum Zaragocis, ἢ Porcales, Hispanis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.
Libi. cap. cxxxvi.

Prunus arbor est nota.

GENERA, TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. vii.

Pruni fructus ventrem subducit, recens quidem plus, aridus minus. Ceterum haud scio cur Dioscorides pruna damascena siccata ventrem sistere dicat, cum & ipsa palam et subducant, minus tamen quam quae importantur ex Iberia. Siquidem damascena magis adstringit: at quae Iberia fert, dulciora sunt. Quin & ipse arbores fructibus proportione respondent. Minus enim adstringunt quae in Iberia nascuntur, magis uero quae Damasci. Ceterum ut in summa dicam, quorum in folijs aut germinibus adstrictio quaedam inesse apparet manifesta, ijs decoctis phlegmonae in columella aut tonsillis existentes idonee colluntur. Porro agrestium fructus euidenter adstrictorius est, uentremque sistit. Nominatur autem haec planta in Asia prunum. Gum

mi autem arboris sunt qui dicant cum uino potum lapides confringere, cum aceto, puerorum sanare lichenas. Ac si id praestat, clarum est incidendi illi facultatem inesse.

EX DIOSCORIDE.
Libi. cap. cxxxvi.

Manduntur quos ea fert fructus, stomacho tamen nocet & alium mollit. Syriaca, praesertim, in Damasco genita siccata pruna stomacho accommodata sunt, & alium cohibent. Coquuntur in uino arboris folia, collunturque atiliter decocto illo & gargarisuntur in uiam gingiuaeque & tonsillas desillationes. Possunt idem et silyestrum prunorum, quum maturauerunt, siccati fructus. Quinetiam in sapa decocti stomacho utiliores, & ad cohibendam alium aptiores sunt. Glutinat prunorum gummi, frangendis uesciae calculis cum uino bibitur. Idem sanandis puerorum im petiginibus, ex aceto inungitur.

DE SPANACHIA,
CAP. CCVII.

NOMENCLATURA.

HISPENACH, seu Asfanach, Arabibus. *Σπράχ*, ἢ *Σπράχ*, recentioribus Graecis. Spinacia, seu Spinaceum olus, Latinis. Spinachia, Barbaris, ac Officinis. Spinace, Italis. Espinars, Gallis. Spinet, seu Spinnat, Germanis. Espinaca, Hispanis.

TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA.

EX ABEN MESVAI.

Refrigerandi ac humectandi uim habent, primo quidem recessu iam completo. Aluum emolliunt. Affectus tum Plethoris tum Pulmonis a sanguine obortus adiungunt. Bilio sis ac Sanguineis passionibus etiamnum probe medentur.

EX MESBA.

Laudabilis Atriplice suppeditant alimentum, in ceteris autem, Atriplicem facultate profusae emulantur.

DE NIGRA PURPUREA,
REAVE VIOLA, CAP. CCVIII.

NOMENCLATURA.

SENEFFIGI, aut Senofrig, seu Benefefegi, Arabibus. *Σενεφίγι*, ἢ *Σενεφίγι*, ἢ *Σενεφίγι*, Graecis. Viola nigra, & purpurea, Latinis. Viola, Officinis. Viole mammo le, Italis. Violetes, & Violes demarte, seu Carefme, Gallis. Veiel, seu Meritzen Violen, Germanis. Violeta, Hispanis.

EFFIGIES, AC LOCVS.

EX DIOSCORIDE.
Libi. cap. cxxxvii.

Folia habet minor a tenuioraq; hederæ, nigriora itidè nec dissimilia. Medij inter folia coliculi a radice exeunt, in quibus flosculi sunt egregij odoris, colore purpureo. Nasctur umbrosis & asperis locis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Viola folia aqueam & subfrigidam substantiam superant possident: proinde tum per se, tum cum potentia illita calidas phlegmonas mitigant. Imponuntur & ori ventriculi æstuantis, & oculis.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iiii, cap. cxxxi.

Refrigerandi vim habet. Succurrunt folia emplastri modo imposita per se & cum potentia æstuantis stomacho oculorūq; inflammationibus, & sedis procerditijs. Ferunt præterea quod purpureum in flore eius est cum aqua potum, anginis & in infantia comitialibus opulari.

EX ABEN MESVAI.

Bilem potissimum flauam eijcit à stomacho et intestinis, inflammationesq; ibidem ortas extinguunt. Cephalalgiam nec non Cynanchem anginam ut in Infantia, cum effervescenti aqua assumpta, iuuat. Pondus, ut Aluum moueat, est à tribus drachmis, ad septem.

DE PLATANO,

CAP.

CCIX.

NOMENCLATVRA

DVLB. siue Suffeire, siue Fuslet, siue Scotanum, Arabibus. Πλάτωνος, Græcis. Platanus, Latinis. Platano, Italis. Plaine, Gallis. Ahorn, Germanis.

EFFIGIES.

EX ISAAC EBEN AMRÄM.

Platanus est arbor proceræ, ramis longè protensa. Folia habet magna in humanæ manus effiem, Ricini folijs similia, minoræ tamen, apara gustu, & adstringentia. Cortice integitur tum crasso tum rubro. Lignum atamen in eisum est ex rubro glaucum. Florem fert paruum, leueme, colore glaucum: quo decidente, Piliæ confestim suberescunt asperæ, ex rubro glaucæ, superficietas puluerulenta & lanuginosæ uel, sicuti Ricini semina.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Platanus humidioris frigidiorisq; essentia est, non ita

multo q; symmetra. Proinde folia uiridia trita & illita, non obscure phlegmonas nascentes adiuuant. Cortex autem & pilule magis desiccantem vim obtinent, ut ille quidè in aceto coctus ad dentium adhibeatur dolores, pilule uerò cum adipe ad ulcera ambusta. Sunt autem qui cortice combusto medicamen desiccatorium & abstersorium efficiunt, ut cū aqua lepras sanet: per sese autem illitum, ob humorè nimium ulcera uetera & sordida. Vitandus est puluis folijs arboris infidens: alioqui si spirita attrahatur, arteriam offendit, ualentè desiccans & exasperans, uocemq; lædit, sicut sanè etiam usum et auditū, si in oculos aut auris incidierit.

EX DIOSCORIDE.

Lib. i, cap. cix.

Decocta in uino tum illita Platani tenerissima folia, oculorum destillationes compefcunt, eorumq; tumores & inflammationes leniunt, Corticis in aceto decocti dentes in dolore colluuntur. Potæ cum uino uirides platani pilule, omnium serpentiū morsibus succurrunt. Cum adipe eadem coacta, ambusta sanant. Noct foliorum & pilularum lanugo, oculis & auribus illapsa.

DE INTYBIS,

CAP. CCX.

NOMENCLATVRA.

DVMBEBE seu Hudebe, seu Endebe, Arabibus. Ξυπλις, Græcis. Intybum, Latinis. Reliqua quæ illi debentur Nomina, in Generum distinctione iam dicemus.

GENERA, AC EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib. ii, cap. diuili.

Duplex Intybi genus est, agreste & erraticum alterum ab amaritudine Ξυπλις & Κωκυπιον, Græcis appellatum, Picris, Cicorium, Amarago, & Ambubeia, Latinis. Cicorea, Officinis in Italis. Ciboree, Gallis. Væg uarten. Væg uueisz, Germanis. Chicoria, seu Camarroie, seu Almeironis, Hispanis. Taraxacon, (quamquam Taraxacon, Officinis sit, quæ latiore folio prodit, Hætypnois, Plinio, uulgo Dens Leonis, & Rostrum Porcinum, uocitata. Piscia al Letto, Grugno di Porco, Dente di Leone, Dente di Canne, Capo di Monaco, & Ambubeia, Italis. Dente de Lyon Gallis. Koerlkrant, Pfaffenroerlin, Pfaffenblatt, Germanis. Cerratia, Hispanis.) seu Altaraxacon, Arabibus, ac Barbaris. Latoribus folijs alterum, satium & in cibis gratius. Satius rursus duplex itidem genus, Lactuca similis alterum & latifolium, priuatim Ξυπλις, Græcis nuncupatum, Seris, & Intybum seu Intubum, & Intybus seu Intubus, Latinis. Endiuia, Barbaris, Officinis, ac Italis. Endiue, Gallis. Endiuien, Germanis. Endiuia, Hispanis. Angustifolium alterum, & quadamtenus amarum, diminutio à Seris nomine, Seriola, Latinis appellatū, Scariola, Barbaris. Scariola, Italis. Scariole, Gallis. Scariol, Germanis.

IO. SER APIONIS, DE SIMP. MEDIC.

TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA,

EX PAVLO AGINETA.
Lib. vii. cap. lii.

EX GALENO.
Simp. Med. viii.

Seris holus est subamarū, et magis q̄ agreste est, quod ob id ipsum Picrida, hoc est amarā quidam nuncupant, quidam vero Ciciborium appellant. Est autem ea sicca frigidaq; temperaturae, utruq; secundo excessu. porrō domestici ca magis etiam agrestis refrigerat. Sed et humiditas multae admixtio siccitatem extinguit: uerū utraque adstringentis qualitatis est particeps.

Com. Med. Κοκτα' τοπ'ους, Cap. VIII.

Cichoria itaq; et Seris cibarij generis existunt. Apud nos namq; rurales ambo haec edunt et cruda et cocta. Vt tur eis etiam Erassistratus abdicat in affectionum circa alium cura. Facultas horum olerum subfrigida est et subamara ac moderate adstringens, et propter has qualitates, optima pharmaca calidis intemperaturis ipsius hepatis existunt. Ultra hoc enim quod moderate refrigerant, amplius et robur uisceri addunt per adstringentiam facultate. Insuperq; commissuras oculorum uenarum in sima uisceris parte ad eas quae in gibba sunt, extergunt. Neq; uero frigidas intemperies magnopere laedunt, quemadmodum quae frigidam humiditatem absq; adstrictione aut amaritudine possident, facere solent. Inuare etiam uiscus talium olerum substantia potest, etiam si citra serosorum aut aliorum humorum uitiationem intemperies fiat per se, et cum humiditatis cuiuscunque complexu: ex mixtura enim mellis, humiditatem per urinam educunt. Quapropter etiam si sicca tusa quis potioni inspergat, itidem iuuant. Quae et decoctorum decoctum potatum multum comodi offert. Si uero non calida aliquid intemperies infestet, aut si obturatio quaedam sit circa uiscus, magnopere auxiliantur ex uino albo tenui potata cum his quae urinam ciunt. Vtilis autem non solum succus ipsorum est tum recens, tum exiccatus, sed et ipsa olera exiccata tusaq; ac trita potui insperga, et eorum decoctum in potu acceptum auxiliantur.

Alimen. Facul. ii. cap. xlii

Intybi facultatem habent Lactucis adsimilem: suauitate tamen, et alijs, quae supra de Lactucis fuerunt comprehensa, ab ipsis relinquuntur.

EX DIOSCORIDE.
Lib. ii. cap. c. lvi.

Adstrigunt, et stomacho accommodata sunt. Alium elixia siliunt. Eadem ex aceto sumpta, praesertimq; erratica, stomacho utiliora, ardores enim et infirmitates eius in cibo leniunt. Cardiacis eadem per se et cum polenta utiliter emplastrari modo imponuntur. Podagris et oculorum inflammationibus subueniant. Contra scorpionum ictus intybi radix et folia utiliter emplastrari modo imponuntur. Melētur sacris ignibus cum polenta, cum cerussa uero et aceto intyborum succo inunguntur quae refrigerari oportet.

Ciciborium holus subamarum est, frigidum admodum ac humidum temperamenti, sed adstrictoriae quoq; qualitatis est particeps.

EX ALCANZI.

Picris Ciciborium uel contra Scorpionum ictus mirē ualeat. Succus uero nubeculas albugines uel Oculorum exterit.

EX HVNAIM.

Ciciborium aduersus Scorpionum, Vesparumq; ictus epotum magnificē pollet. Quartanisq; medetur Febribus.

EX AEBEN MESVAI.

Aestate ualentius amarefcit additq; ad caliditatem, Heme autem contra. In uniuersum herba est particeps frigoris et siccitatis: minimum uero siue temperatum obtinet calorem, praesertim in Aestate.

EX ARIANIALIS.

Intubum frigidum est, ac humectum.

EX ARMASIO.

Est particeps siccitatis, et frigiditatis paucae.

DE CONDRILLA,

CAP. CCXI.

NOMENCLATURA.

CANDAREL, siue Cadaron, siue Amiron, Arabibus. Κονδριλλα, Graecis. Condrilla, Latinis.

GENERA, EFFIGIES, LOCVS, AC IVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.
Lib. ii. cap. clx.

Folia caulem et flores, ambueis id est agresti intybo, similia habet. Ideoq; agrestis intybi speciem aliqui esse eam dixerunt: tota tamen tenuior est. Inueniturq; in imis ramulis eius fabae magnitudine gummi mastiche simile, quod tritum et cum myrrha in linteolo oliuae quantitate foeminae subditum, menses earum ducit. Ovis uero ipsi sum una cum radice tusum, mox in pastillo cum melle conformat, additq; nitro dilutis aqua pastillis his utiligines extertur. Regla tinat etiam gummi illud palpebrarum pilos, Facit ad eadem et recens eius radix demersa in eam aqua, et palpebris cum humore illo adnota. Bibitur contra uiperas condrilla in uino. Alium si fit succus eius cum uino coctus et potus. Pro test et per se idem. Est et alterum condrille genus, solum habet neluti circumrosum, oblongum, per terram stratum, caulem liquore lactis madentem, radicem tenue et in micro nem desinentem, inane, rotundam, flauescentem, eodem li quore plenam. Adiuuant concoctionem caulis et folia. Sus

cus reglatinandi palpebrarum pilis utilis est. Nascitur Condriilla & hæc luteosis pinguibusq; & cultis locis.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Chondrilla, & hæc quidam Serin nominant. Est enim eiusdem ferè cum illa facultatis, nisi quòd gustu amariuscula est ac proinde facultate siccantiore.

EX PAVLO ARGINETA:

Lib. vii. cap. ii.

Chondrilla Seris species quam sit. Sabamaram quiddam in se complectitur, quo circa uiribus est quòd antenus sicca stioribus quàm illa prædita,

DE NYMPHÆA,

CAP. CCXII.

NOMENCLATURA.

NILOFAR, siue Niofan, siue Nilufar, Arabibus. Νύμφα, Græcis. Nympha, Latinis. Nenusar, Barbaris, ac Officinis. Tairarzo, & Tuiera de aqua, nõ nullis Italis. Blac d'eau seu Lauet d'eau, seu Lis de sang, Gallis. Seeblumen, uassemahen, Haruurtz, Germanis. Efeu dere seu Adarga, planta, flos autè, Higos de rio, Hispanis.

LOCVS, EFFIGIES, AGTEMPVS.

EX DIOSCORIDE:

Lib. ii. cap. cxi.

Nascitur in paludibus & stagnantibus aquis nymphaea. Folia habet Aegyptie fabæ similia, minorà tantum oblongioraq; quadratè super aquam emergentia. Aliqua tamè ex eis etiam sub aquis sunt plura ab una radice prodeuntia. Florem candidum lilio similem, in medio quod croceum sit habentem: Hic postquàm desloruit, rotundus & rotunditate pomo, aut pappaueris capiti similis, colore nigro fit, in quo nigrum clauditur semen, latum solidum, gustu glutinosum. Habet caulis leuorem, niger est, nõ adeo crassus, Aegyptie fabæ cauli similis. Radix nigra, aspera, & clauè alicuius modo nodosa. Effoditur hæc autino. Creditur nymphaea quondam sic dicta fuisse quòd aquosa amet loca. Inuenitur copiosa ad Elidem in flumine Aegypti & Alartio Bæotia.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Nymphaea tum radix, tum semen desiccandi uim habet contra morsum. Itaq; uentris pro fluxione cohibet, semenq; siue per insonnia, siue alio pacto inmodice profluens retinet. Iuuat porrò etià dysentericos. Cæterum nymphaea que candidam habet radicem, potentioris est facultatis, ut & mulie bri medeatur profusio. Verum & hæc, & ea quoque que

atram habet radicem, ex uino nigro assero bibitur. Porrò nonnullam habent quoque & abstergendi potentiam, itaq; & albos sanant, & alopecias. Cæterum ad albos mace rantur aqua, ad alopecias, pice liquida. Sed ad hæc aptior est ea cuius radix nigra est, sicut ad alia, cuius alba.

EX DIOSCORIDE.

Lib. ii. cap. cxi.

Radix siccata cœliaci utiliter in uino bibitur. Bibitur & in intestinorum torminibus: si enim minuit, stomachi & uesicæ doloribus emplatri modo imponitur. Vitiliginè ex aqua extertit. Capilli desluunt quas alopecias dicunt, cum pice imposta explet. Bibitur hæc ipsa etiam contra nocturnas Veneris per somnum imaginationes, eas enim compe scit: paucisq; diebus uirilitem hominis frangit, si cõtinua to eius potu utatur. Idem præstat & semen.

EX ABEN MESVAI.

Vinum è Nymphaea Tussitibus, ac Pleuriticis medetur. Aliumq; emollit. Nymphaea uero ualentiores habet quàm Viola facultates.

EX ALCHANZI.

Indicè Nymphaeæ radix Mandragoræ facultate emulatur.

EX ALBASARI.

Nymphaea frigida est tertio abscessu, humida autem secundo tenuium partium, profunda penetrans. Ortus à calore pigillias ardet. Crescit in Mirrie. Est et alia Nymphaea particeps acuitatis, caloris, ac tenuitatis, que siquid opus est calefacere, frigidis affectionibus mire auxiliatur. Scrupium uero è Nymphaea Pleuritidi, Pulmoni, Tussi, succurrit, Aliumq; excitat, emollit u.

EX RASE.

Nymphaea frigida est, Somnium concilians, Anodynus sedans, uel dolores. Oleum uero Nymphaeatum efficacia Violaceo.

EX ISAACE BEN AMRAM.

Nymphaea Nenusar uel ac si Apes enecans dixeris, uio laeis floribus facultate similis creditur, multo tamen frigidior, & humidior. Cephalalgiam à causa calida corrigit, Somniumq; conciliat, nec non effervescentes Phlegmonas emplatri modo imposta sanat. Semen uero in calida temperie ebibitum, corpus omnino perfrigerat. Que omnia è Oleum efficit Nymphaeatum, maxime illitum.

DE ALIA NYMPHÆA, CAP. CCXIII.

NOMENCLATURA.

Nύμφα, Græcis.

IO. SER APIONIS, DE SIMP. MEDIC.

EFFIGIES, LOCVS, AC INVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii. cap. cxlii.

Nasitur & alia nymphaea antedicta similis: Radicem tamen candidam habet & aspera florum luteum, & splendens, rose similem. Bibitur utiliter & radix & semen eius in nigro uino contra muliebres fluxiones. Nasitur in Thessalia ad Peneam fluium.

DE CERASIIS,

CAP. CCXIII.

NOMENCLATURA.

SARASIE, Arabibus. Κερασιας, arbor, fructus uero Κερασια, Graecis. Cerasia, fructus autem, Cerasia, Latinis. Cerasa, Barbaris, ac Officinis. Ciregi, planta, fructus, Ciregie, Italis. Cerisier, fructus, uene Cerise, Gallis. Kirschenbaum, arbor, fructus, Kirschen, Germanis. Cerezo, arbor, fructus, Cereza, Hispanis.

TEMPERAMENTVM, AC INVAMENTA,

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Cerasus arbor fructum fert non parvis adstrictionis in omnibus particulatim plantis participem. Nam & in haurum sicut etiam malorum granatorum, & malorum, quibusdam austera qualitas, in quibusdam uero dulcis, nonnullis autem acida exuperat. Quinetiam ipsorum dulcium ea que nondum coctae sunt ac matura, quaedam admodum sunt acerbata, quaedam similiter moris acida. Sed in moris immaturis acida qualitas acerbam exuperat, in cerasiis non semper. Ergo que dulciora sunt, magis que in intestinis sunt subducunt, sed minus grata stomacho sunt. Contra austera & quaecumque acida pituitosis excrementosisq; stomachis sunt apta. Siquidem austersis magis desiccant, & nonnihil etiam incidunt. Porro ipsius arboris gummi communem omnibus uiscosum & mordacitatis experibus medicaminibus facultatem obtinet, que et ad arterias exasperatas accommodata est. Proprie autem, siquidem quod quaedam subscribunt, uerum est quod cum uino bibitum calculis uexatos adiunat. Nam sic illi tenuium partium inest facultas quaedam.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii. cap. cxlii.

Bonam faciunt aluum recentis, siccata sistunt Cerasia. Vitale contra diuinam typhim in diluta uini portione haustu cerasorum gummi. Cutis colorem emendat: Facit ad claritatem oculorum, & appetentiam cibi excitat, prodest et calculosis in uino potu.

DE ATRIPLICI,

CAP.

CCXV.

NOMENCLATURA.

CATAPLEXON Caraf, Arabibus. ΑΤΡΟΨΟΨΙΣ, ἢ Ξευσολοκων, Graecis. Atriplex, Latinis, ac Officinis Trepefe, & Reppefe, Italis. Bónes Dames, Arroches, Bonnes Femmes, Follete, Gallis. Molten, seu Milten, Germanis. Armuelle, Hispanis.

EFFIGIES, AC GENERA.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii. cap. cxliii.

Notum omnibus olus Atriplex est. Duo eius genera sunt, & Gresse & hortense.

TEMPERAMENTVM, AC INVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Atriplex humida & frigida temperie est, humida quidem secundi ordinis a medijs, frigida uero primi, quam utique tepidam esse caliditatem posuimus: cuiusmodi rosis inest, non tamen adstrictionis est particeps, sed aquae est, & minime terrena, similiter malus. Quin & uentrem celeriter per meat, ut illa, ob lubricitatem. Porro paululum omnino eius est quod digerere ad obtinere potentiam. Hortensis autem atriplex & malua, quam agrestes tum humidiores sunt, tum frigidiores: Præinde phlegmonis & phygethitis incipientibus dissidentibus, & mollibus etiamnum, ac uelut feruentibus hortenses: uigentibus autem & declinantibus ac indurescentibus commodiores sunt agrestes. Semen eius abstergendum uim habet, itaque ad aurigenam ex lecoris infarctu progeneratam utilis est.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii. cap. cxliii.

Estru olerum modo elixum: aluum mollit, discutit panos illitum crudum & elixum: sanatq; suffusos felle potum cum malsa aqua atriplicis semen.

EX RASE.

Semen Atriplicis uomitiones ualentissime mouet. Unde hominem conspexi, qui duabus arachnis ex Atriplicis semine assumptis, tum per superna tum per inferna adeo copiose euomit, excreuitq; ut uniuersi corporis robur exolui penè uideretur.

DE GLYCYRRHIZA,

DVLCE RADICE, CAP. CCXVI.

NOMENCLATURA.

SVS, Arabibus. ΓΛΥΚΥΡΡΙΖΑ, Graecis. Glycyrrhiza, et Dulcis Radix, Latinis. Arbor Vulpis, Barbaris. Liquiritia, Officinis. Regolitia, Italis. Reclisse, & Regalisse,

Uffe, Gallis, Leckritz, Sueszboltz, Germanis. Regaliza, Hispanis.

LOCVS AC EFFIGIES,

EX DIOSCORIDE.

Lib. III. cap. vii.

Nascitur plurima in Cappadocia & Ponto, breuisq; frutex est, bicubitalibus ramulis, in quibus folia sunt densa, lentisco similia pinguis, tactuq; glutinosa. Florem fert hyacintho similem: fructum pilularum platanis magnitudine, asperiorum tamen, siliquas lentis figura breues rufasq; habentem. Radices illi sunt longae, buxo colore gentiana modo: sapore leniter acrobo, sed dulci, ex quibus lycij modo succus exprimitur.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Huius fruticis radicem succus in primis utilis est, similiter ut eius radices dulcis, simulq; leniter adstringens. Proinde asperitates lenire potest, nec modo in arteria, ne vumetiam vesica scabiosa, idq; temperatam mediocritate. Quocirca fuerit sane natura eius familiaris nostrae temperaturae: nam tale monstratum est esse dulce: sed cum adstrictio quaedam adiuncta sit, uniuersum eius temperamentum, quantum ex caliditate & adstrictione est, tepide potissimum caliditatis fuerit, quam proximè accedens ad symmetricum suae temperaturae. Porro quoniam temperie quoque est humidum id quod modice est dulce, iure saepe etiam sit congruens medicamentum est nimirum modice humidum simul & humana natura frigidius. Refert Dioscorides, radicem siccam ad leuorè redactam, pteryriorum seu unguinum oculorum idoneum esse illius remedium.

EX DIOSCORIDE.

Lib. III. cap. vii.

Succus est radice asperis faucibus utilis: quem quidem lingua subditum oportet sensim in fauces salina diluere. Prodest idem estuanti stomacho, pectoris uitij & icoris, vesicae itidem scabris, remouitq; cum urina malo aliquo doloribus in quos usus cum passo bibitur. Arcet idem sitim lingua subditus, & in ore sensim liquefcens. Quin etiam uulneribus utiliter inungitur: & commanducatus stomacho prodest. Decoctum praeterea radicis adhuc recentis ad eadem facit. Siccata tandem radix & in puluerem trita, oculorum pterygijs utiliter inspergitur.

DE BETA,

CAP. CCVI.

NOMENCLATURA.

DECKA, seu Celb, Arabibus. Τέτλον, ή Βέτλον, Graecis. Beta, Latinis. Siela, Barbaris, (C)q;

privatim Σιελικόν, Thophrasto inter Graecos, Sicelica, aut Sicula cum Plinio, Latinis, Candida uocetur.) Beta, Officinis. Bietola, & Manegolde, Italis. Porree, Gallis. Mä golt, seu Pieffen, Germanis. Acelga, Hispanis.

GENERA, TEMPVS, TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Beta nitro se facultatis particeps est, quantum digerit tñ extergit & per nares purgat. Ceterum cocta nitrostratem omnè exiit, sitq; facultatis apblegmata, hoc est phlegmonis aduersè leniter digerentis. Porro ad detergendum digerendumq; validior est beta alba. Nam nigra adiuncta habet adstrictionis quippiam, & magis in radice quam alijs partibus.

Allimen. II. cap. xliii.

Succus betarum tergendum uim habet manifestam: adeo ut ventrem ad excernendum excitet, & stomachum interdum mordicet, praesertim quibus natura sanis exactione est praeditus: ob idq; edulium id stomacho est noxium, si largius sumatur: corpori autem ab ipsa, ut ab alijs oleribus, paucum alimentum accedit. Verum obstrictum hepar beta magis, quam malua, aperit, & multo magis, si cum sinapi, aut omnino saltem cum aceto mandatur. Lienosis item eodem modo sumpta, utile est medicamentum potius, quam alimentum dixerit. uidemusq; homines ferè omnia eiusmodi, obsoniorum non alimentorum uice esitare: quemadmodum etiam interdum porrum mandunt, & pulegium, thymum, origanum, cepam, praeterea & allium, & cardamum, & alia id genus.

EX DIOSCORIDE.

Lib. III. cap. clix.

Duplex Betae, genus est, nigra altera quae tñ lenite cocta alium efficacissime cõpescit, multoq; magis radix: caëda altera est, quae bona facit alium. Ambe ob nitrosam q̄ habet uim mali succi sunt, ideoq; caput purgat a naribus carum succus cum melle instillatus. Prodest idem & doloribus aurium. Quinet radicem foliorumq; de cocto, surfures & lentes capitis abstergitur. Fouentur eodem perniciosè etiam. Cru dis folijs uirilignes, capilli destitua quales alopecias dicunt, & quae pascendo serpunt ulcera, utiliter emplastri modo illinuntur. In uiriliginibus tamen nitro locum antea confricasse oportet: in alopecijs autè unguibus feruicasse. Sanat elixabeta papularum eruptiones, ambusta et sacros ignes.

EX ABEN MESVAI.

Quamcelerrime nutrit, si cum Fabis cocta mandatur.

E VETERI MEDICINA.

Colicis mirè subuenit cruciatibus.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

EX DE RE RVSTICA LIBELLO.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii.cap.ccllii.

Succus Pedicularis interficit, capiti illitus. Impetigines, Ozenae nariumque ulcera, Capilli que defluvia quas Alopecias uocant, utiliter etiam illinantur.

Est quidem Hortensis magis quam syluestris edendo, stomacho tamen inutilis, bonam facit alium, multoque magis eius caules. Ipsa intestinis et uesicae utilis est. Restituunt in integrum oculorum fistulas quas egilopas dicunt cruda Maluae folia commanducata, et cum exiguo sale addito melle emplastri modo posita: uerum in inducenda cicatrice sine sale utendum ea est. Prodest eadem eodem modo imposita contra apium uesparumque ictus: et si cruda concisaeque ex oleo antea se unxerit aliquis, nullas eorum insectorum iniurias sentiet. Emendat furfures et manantia capitis huiusmodi ex urina hominis emplastri modo imposita. Am bustis sacrisque ignibus medentur elixa concisaeque Maluae folia, et ex oleo imposita. Est Maluae decoctio uis insipientium foeminarum locos fouendo mollire. Idem contra intestinorum, uuluae, scidisque erosiones utiliter infunditur. Decocta cum radicibus suis maluae uis, letalibus uenenis omnibus accommodatum est: sed oportet bibentes continuis uomitionibus quod biberint reddere. Phalangiorum moribus itidem prodest et lac foeminae prouitat. Semen praeterea eius admixto syluestris loci semine in uino potum, uesicae dolores lenit.

DE MALVA,

CAP. CCXVIII.

NOMENCLVATRA.

CHVBEZE, seu Cubeze, seu Chabazi, Arabibus. Μαλάχη, Graecis. Malua, Latinis, Officinis, de Italis. Malue, Gallis. Pappel, Germanis. Malua, Hispanis.

GENERA.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii.cap.ccliii.

Duplex maluegenus est, hortensis altera, syluestris et incultis locis nascens altera.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Malua, agrestis quidem, asperantis paululum et emollientis leniter est facultatis: hortensis uero quantum plus habet aquae humiditatis, tanto facultate imbecillior est. Fructus eius tanto ualidior est, quanto et sicior.

EX ABEN MESVAL.

Malua frigida est, ac humida primo abscissa, praesertim hortensis, stomacho aduerfatur, recens autem uesicae utilis. Semen uero ualentius est atque efficacius: asperis faucibus, Pulmonis, et uesicae Scabritij utile. Folia autem conterita, emplastrumque modo imposita, contra uesparum ictus magnifice ualent. uesicae, ac Renum inflammationes, praesertim oleo Rosaceo incocta, necnon effluuescentes Phlegmonas mirè iuuant, imposita.

LIBRI

SECUNDI,

EX DIOSCORIDE.

FINIS.

I S.

IOANNIS SERAPIONIS DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM

HISTORIA.

LIBERTERTIVS.

INTERPRETE

NICOLAOMVTONO

MEDICO MEDIOLANENSI.



CALIDA ET SICCA.
SECUNDI ORDINIS.

Latinis, ac Officinis. *Ortica, Italis. Ortie, Gallis. Nessel,*
Germanis. Ortiga, Hispanis.

GENERA ACEFFIGIES.

V rtica.	Fœnum græcum.	Napum.	
Abrugi.	Ebenus.	Ocimum latifo.	Cyperus.
Salvia.	limum.	Aplenon.	
Anagallis.	Iesiminum.	Colchicum.	
Ocimum Caryo-	Bitumen.	Hermoadactylus.	
phyllatum.	Naphtha.	Mel.	
Ocimum.	Thus.	Ambarum.	
Buphthalmos.	Cortex Thuris.	Agallochon.	
Terebinthus.	Manna Thuris.	Marrubium.	
Lentiscus.	Fuligo Thuris.	Feleng.	
Mastiche.	Chamepitys.	Fagre.	
Balsamum.	Chamedrys.	Aloe.	
Nux moschata.	Canchanum.	Cnicus.	
Nuces.	Meon.	Atractylis.	
Auellanz.	Garum.	Sifer.	
Vomica nux.	Mofcus.	Cucumis sylue-	
Nux mechil.	Nascapthou.	stris.	
Poliium.	Nersin.	Elaterium.	
Pastinaca.	Narcissus.	Calamus odoratus	
Vifcum.	Lilium.	Rha Ponticum.	
Strigmenta.	Iris.	Camæ Satina.	
Virz.	Ephemerum.	bis. Syluestris	
Aristolochia.	Iris syluestris.	Ficus.	
Zedoaria.	Gladiolus.	Sycomorvus.	
Crocus.	Sperganion.	Leucoion.	
Crocomagma.	Seseli.	Asphodelus.	
	Rapum.	Ricinus.	

EX DIOSCORIDE.

L. lib. liii. cap. ccliii.

Duplex Vrtice genus est. Alterum enim agreffioribus
birsutioribus, latioribusq; & nigrioribus folijs, semine
lini semini simili, ueruntamen minore. Alterum (quod
Κνιδιον Greci uocant, Romani uero urticam mollem: exi-
ti semine, sed non adeo ut antedictum asperum.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Vrtica: & huius herbe tum fructus, tum folia (nam hæc
potissimum sunt usui) admodum digerentis sunt facultatis,
adeo ut & phymata & parotidas sanent. Sed & quiddam
flatuosum obtinent, quo & uenerem extimulant, & maxi-
mè ubi cum multo semine bibitur. Porro quod non uehem-
ter calfaciat, sed multum tenuium sit partiu, testimonio est
crassorum uiscosorumq; humorum expectore pulmoneq;
eductio, quod partes quas contigerit pruriant. Porro fla-
tuosum eius, cuius esse particeps dicta est, dum concoquitur
nascitur: non enim actu flatuosa est, sed facultate. Ventre
autem modicè subduci duntaxat abstergendo, ac ueluti ti-
tillando, non purgando. Et gangrenosa, & cancrofa, &
in totum que exicari citrà mordicationem possulant et
conuenienter sanant: nimirum cum subitilium partium sit,
& temperate & sicca, non tamen tantum habens calidita-
tis, ut iam mordicat.

EX DIOSCORIDE.

L. lib. liii. cap. ccliii.

Mententur utriusq; folia, addito sale emplastri modo im-
posita rabidorum canu moribus: in gâgrenas tractis.

P ij

DE VRTICA,

CAP. I.
NOMENCLATURA.

HVNIVRE, siue Vraith latum, siue Angiara,
Arabibus. *Ακκλήφω, ή Κνιδίω, Grecis. Vrtica,*

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

maleficis & dolosis, canescentibusque & sordidis hule-
ribus: laxatis, panis, post aures abscessibus quos parotidas
uocant: furunculis & abscessibus. Lienosis imponitur cum
cera utiliter urtica. Sanguinis per nares eruptiones, com-
pescunt concisa urtica folia, mox cum suo succo naribus
indita. Menfes eadem cient concisa & cum myrrha apposi-
ta. Procidemem uulnam resiliere cogunt admoda recentia
urtice folia. Venerem simulat semen in esse potum. Idē
foeminar un locos aperit. Cum melle in pocollimate in spiri-
tus difficultate non nisi recta ceruice spirantibus prodest.
Prodest & laterali dolori quem pleuritum dicunt pulmo-
narijsq;. Excreatione peccus purgat. Miscetur emplastris
que exedendo sint. Alum mollunt urticae folia marinis
conchulis concocta. Inflationes solunt, & urinam cient.
Cum ptisana decocta eadem excreationes adiuvant. Ducit
foeminas praeter ea menses foliorum urticae decoctum addi-
ta exigua myrrha potum: & inflammatam oris columella
reprimat gargariatus urticae succus.

EX RASE.

Urticae Oleum discutit ualentius quam Chnicinum, inui-
cem facultatibus tum Urticae tum Chnici comparatis.

EX ABEN MESVAL.

Semen cum Cepis & Oui luteo assumptum, Venerem
simulat, tritumq; canescentibus ulceribus medetur im-
positum: nec non uiscidam Pituitam priuatim expurgat.

EX ABENGVEIT.

Urticae semen cortice nudatum, tritum, Melle excep-
ptum, & assumptum ualentissime purgat. Cauendum
tamen ne linguam, si & οραρον q; contingat, nimium enim
adurit. Pondus est a granis uiginti, ad triginta.

EX ISAAC EBEN AMRAM.

Semen Urticae uiscidos purgat humores, Urinam elicit,
Renum doloribus medetur, Veneremq; cum Cepis, Ono-
rumq; luteis sumptum extimulat. Cum Oxymelite autem
ebibitum, Lien, & Laterali dolori quem Pleuritum nomi-
nant, mirifice prodest.

DE EBENO,

CAP. II.

NOMENCLATURA.

ABANVS, seu Abenus, Arabibus. EBENVS, Grae-
cis. EBENUS, Latinis. EBANUS, Barbaris, ac Offi-
cinis.

ELECTIO, LOCVS, EFFIGIES GE-
NERA, ET ADVLTERIA.

EX DIOSCORIDE.

L. lib. cap. cxxxci.

Probatissima Ebenus aethiopica est, nigra, nullis peccini
bus, leuore suo cornu leuigato similis, spississima in fran-
gendo soliditatis, quae gustum mordaci erosionem tentat, &
teniter adstringit, prunisq; imposita, iocundo odore & sine
fumo uaporatur. Recens pinguitudine quam habet accendi
tur, & flammis igni admoda agit, eadem in cote atrita, ruf-
se fecit. Est & alia ebenus Indica, candidis & rutilis inter-
currentibus lineis, similibusq; crebris maculis, probatissi-
ma tamen prior illa. Videntur pro beno quiddam sine In-
dice, aut mori, fallente similitudine, materiam. Deprehen-
duntur tamen quod fungosa et inanis illarum materia est,
& in exigua fragmenta colore purpureo scinduntur: ni-
hilq; quod mordeat in gustu habent: nec accensa odorem
ex se mittunt.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA,

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Ebenus ex ijs lignis est, quae trita cum aqua in succum
resoluuntur, ut ex lapidibus nonnulli. Vis ei inest excales-
cendi, extergendi, & tenuium partium. Quamobrem quae
pupillas offuscant uitia extergere creditur: miscetur alijs
remedijs ocularibus, quae ad ulcera uetera, fluxiones, et bul-
las siue pustulas accommoda sunt.

EX DIOSCORIDE.

L. lib. cap. cxxxci.

Est Ebena egregia uis in extendis his quae claritati ocu-
lorum officunt: Facit praeter ea ad eorum destillationes &
pustulas. Siquis etiam atrita in cote Ebena ad oculorum
collyria utatur, efficacius malis illis medebitur. Curatur
praeter ea Ebenus ad oculorum medicinam ramentis scobe
ue eius integram cum sua nocte diem in uino Chio madenti
bus, tum diligenter concisis & in collyria conformatis:
quidam Ebena ramenta & scobem antea trita eribrant, &
reliqua deinceps pariter faciunt: Sunt etiam qui pro uino
aqua utuntur. Crematur Ebenus in crudo sicili, donec to-
ta in carbones transferit: lauiatq; cremati plumbi modo.
Vtilis haec contra oculorum aridas lippitudines, & sca-
bies.

EX ALKANZI.

Vesicae Calculum atterit.

DE ABRUGI,

CAP. III.

NOMENCLATURA.

ABRONG, seu Abrugi, Arabibus, ac Barbaris.
EFFIGIES, GENERA, TEMPERAMENTVM,

AC IUVAMENTA.

GRANUM

Granum est paruum, maculis tum nigris tum candidis inspersum, rotundum sicuti grana e Pisis, inodorum, e Syria aduectum, gustu amarum. Vim excalescendi, & siccandi habet, primo quidem abscessu. Aluum emollit. Lumbricos praesertim Ascariides eicit. Pituitosos humores ab intestinis quoque protrudit.

DE ELELISPHACO, SALVIAE, CAP. IIIII.

NOMENCLATURA.

AELISFACOS seu Elifacos, Arabibus. *Elat Nos-
paxov*, Graecis, Salsua, Latinis, Officinis, ac Ita-
lis. *Saulz*, *Galles*. *Salbey*, Germanis. *Saluia*, Hispanis.

EFFIGIES, AC LOCVS.

EX DIOSCORIDE.

Lib. III. cap. vi.

Frutex est oblongus, ramosus, quadrangulis uirgis et albicantibus. Folia illi sunt cotonei mali figura, oblongiora tantum, angustiora, pauloque crassiora, exoleta attriteque uetris modo aspera, abscissentia, uehementer cum grauitate odorata. Semen in summis caulibus agrestis orminij modo habet. Nascitur asperis locis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Elelisphacos euidenter excalescit, ac leuiter subadstringit.

EX DIOSCORIDE.

Lib. III. cap. xl.

Bibitur ad ciendam urinam foliorum, ramorumque eius decoctum. Menfes et factus idem trahit. Pastinace marinae iectibus succurrit. Capillum denigrat. Vulneribus utilis herba est, comescendo sanguinis apta. Purgat hucera quae ab asperitate therioidae, id est ferinae, Graeci uocant. Finis genitalium pruriginis foliorum ramorumque saluae cum uino decoctum, si eo abluantur.

DE ANAGALLIDE, CAP. V.

NOMENCLATURA.

ANAGALLIS, Graecis. *Anagallis*, Latinis, *Morsus Gallinae*, Officinis. *Morgeline*, seu *Mowron*, Gallis. *Gauchbeyl*, Germanis.

GENERA, AC EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib. II. cap. cccix.

Duplex diuerso floris colore Anagallidis genus est. Haec enim altera caeruleos, quae femina est; altera quae mascula, puniceos flores. Breues sunt Anagallidis frutices, in terra iacentes; folijs in quadrangulo caule paruis, et modice rotundis, helixines figura. Semen habent circumatum.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Anagallis utraque, tum ea quae caeruleum habet florem, tum ea quae purpureum, admodum extergentis sunt facultatis. Habent uero nonnihil etiam caloris, et quandam trahendi facultatem, adeo ut infixae corpori extrahant. Succus earum ex naribus purgat eadem de causa. In summa autem, desiccandi uim habent citra mordicationem: quamobrem et uulnera glutinant, et putrida adiuuant.

EX DIOSCORIDE.

Lib. II. cap. cccix.

Leniendi uis utriusque est. Inflammationes arcent. Surculos extrahunt. Cobibent quae pascendo serpunt. Gargarisatus earum succus, capitis pituitas per os purgat. Purgat et naribus instillatus. Idem dentium dolores sinit a contraria naue instillatus. Purgat cum melle Attico oculos albugines. Prodest hebetibus talem oculis. Bibitur utiliter etiam contra uiperarum morsus cum uino. Succurrit et rennum cum urinae malo aliquo doloribus, iocinorosis, et euentem subeuntibus aquis. Ferunt Anagallidem cui caeruleus flos est, proidentem sedem comescere: cui uero puniceus, proritare.

DE OCIMO CARYOPHYLLATO, CAP. VI.

NOMENCLATURA.

BERENGEMISCH, Arabibus. *Ozimum gariosifolium*, *Barbaris*. *Ocimum Caryophyllatum* seu *Caryophyllatum*, non inepte Latinis.

EFFIGIES, TEMPVS, TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX ISAAC ABEN AMRAM.

Ocimum Caryophyllatum folia habet parua, colore ex uiridi glauco. Planta uero in uniuersum Caryophylla odore emulatur. Caulem profert quadrangularem, ac folijs concolorem. Semen etiamnum paruum ac nigrum, lunio autem mense carpitur. Excalescendi siccandi que facultatem habet, secundo nimirum abscessu iam completo. Frigidiori uetriculo medetur, crassaque alimenta ad coctionem inuitat. Iocinori Cordi que mirae opitulatur: Cardialgiam ab atrabilarijs, pituitosis humoribus adiuuat. Tristitiam, Curamque omnem longe admodum arcent. Oris suae uolentiam efficit.

IO. SER APIONIS, DE SIMP. MEDIC.

Obstructa tum cerebri tum narium à phlegmate, suffitum ac odoratum liberat.

EX ABEN MESVAI.

Excalscificandi siccandiq; uim habet, ordine secundo iam completo. Cerebrum ab infarctu liberat. Cardialgie tum à pituitosis tum atrabilaris humoribus maxumopere auxiliatur. Narium insuper obstructa, siue assumptum siue odoratum recludit.

EX SINDAXAR.

Bilem flauam adauget. Hæmorrhoidibus tamen non obseruè medetur.

EX ALKALAMEN.

Symmetrum temperaturæ uis magis est Sampsiacho, ac Sifymbrio, nec facultatem adeo exiccantem obtinet.

DE OCIMO,

CAP. VII.

NOMENCLATURA.

BERENDAROS, seu Bedarog, Arabibus. *ωκυμω*, si *ωκυμω* καὶ βασιλικον, præsertim recetioribus, Græcis. Ocimum siue Ozimum, & Basilicum, Latinis. Ozimum commune, seu non gariofilatum, Barbaris. Basilicum, Officinis. Basilio, Italis. Basilie, Gallis, Basilien, seu Basilgram, Germanis. Albahaca, Hispanis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

L. lib. ii, cap. clxix.

Nota omnibus, & uulgaris herba est Ocimum.

L. lib. iiii, cap. lxxviii.

Solanum Hortense frutex est cibus idoneus, exilis, ac pusillus, multis concanis alis. Folia autem nigra habet. OCIMO maiora, latioraq;.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Ocimum ex secundo est ordine calfacientium, habet autem recrementam humiditatem, proinde nec comodum est quod in corpus sumatur. Cæterum fors illitum, ad digerendum & concoquendum idoneum est.

Alimen. Facul. ii, cap. lvi.

Pleriq; hoc quoq; utuntur ut obsonio, cum oleo & garo ipsum mandentes: uitiosi autem est succi: quæ res impellit quosdam, ut falsa de eo prodiderint, affirmantes ipsum ce-

terrimè paucis diebus scorpiones generare, si tritum in ollam inanem immitteretur, & potissimum, si quis quotidie ollam ad solem calsecerit: uerum id quidem falsum est, uere autem ipsum dixeris olas stomacho esse noxiùm, prauisq; succi, & concoctu difficile.

EX RVFO.

Incidentem habet exiccandi facultatem, quamq; ocysimè in Bilem mutatur, Thoracis tamen humiditates expurgat.

EX DIOSCORIDE.

L. lib. ii, cap. clxix.

Aluum idem mollit, inflationes facit, urinam cit, lac pro uocat, & agrè in stomacho mutatur. Cum farina polenta rosaceoq; & aceto implastri modo impositum, pulmonum inflammationibus, mariniq; draconis & scorpii scibus, per se autem ex uino Chio, oculorum doloribus medetur, Oculorum caliginis abstergit ocimi succus, eorumq; destillationes exicat. Potum ocimi semen, quibus atra bilis nocet, angustijs urine, & inflammationibus accommodatum est. Ol factus per nares attractum, copiosa excitat sternutamenta. Potest idem & ocimi herba: uerum oportet pruriente sternutamento oculos comprimere. Abstinent ocimo quidam propterea, quod comanducatum & in sole positum uermiculos creat. Lybes hoc addiderunt, afferentes, si a scorpio ne uulnerentur, in columes euadere qui ocimum comederūt.

ALIMENTA, EX HVNAIM.

Quum ueterum Naturam scrutantiù aliqui Aluum cohibere, aliqui uero subducere Ocimum affirmant, id plane est, ex contrarijs constare facultatibus, ueluti Brassica. Nã ualida facultate expultrice inuenta, Aluum subducit: Rete netrice autem nõ debili, adstringit. Quam ob rē duas easq; contrarias, in sese facultates obtinens, hæc omnia quambel libisimè efficit.

Idem, de Ocimo, & Napia.

Cruda quidem Stomacho aduersantur, ob insitam nimis acrimoniam.

Idem de Ocimo.

Sanguinem perurit, ac ualentissime exiccant.

Idem.

Ficus, Vne, aliq; fructus immaturi, caro Citri, Ocimū, Napum, Pastinaca, aliq; omnia holeraea, & eorum radices, uinung; crassum recens, permultas recrementitias obtinent superfluitates, qua re succi eis illis, ob innatas superfluitates, probe extorquentur.

EX ABEN MESVAI.

In Saturia.

Saturia uisum quam efficacissime roborat. Quam ob rem cum Ocimo, ac Raphano assumitur.

DE BUPHTHALMO,
CAP. VIII.

NOMENCLATURA.

BIHAR, Arabibus. Βούφαλαυα, Græcis. Buphtalum, seu Bouis oculus, Latinis. Cotula, Barbaris. Cotula non factida. Officinis. Occhio di Bue, Italis. Oeil de Boens, aut Camomille sauvage, Gallis. Kuoecang, Kindse Kuoedill, Germanis. Oio de uaca, & Manzanilla loca, Hispania.

EFFIGIES, AC LOCVS.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii.cap.cvi.

Coliculos proferit teneros gracilesq; folia fœniculo similia. Flores luteos, chamæmali floribus maiores, oculorū figura, unde & nomen inuenit. Nasctur in planitie circa oppida & urbes.

IUVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp.Med.vi.

Buphtalum sic appellatum est à floribus, qui figura quidem bouis oculis uideantur adsimiles, colore autem anthemidis floribus similissimi sunt, sed multo illis tum maiores tum acriores: proinde & vehementius digerunt, adeo ut et durities sanent creato misti.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii.cap.cvi.

Buphtalmi flores cū cera subacti, tumores duritiesq; discutunt. Ferunt preterea a balneo statim potam ad aliquod tempus herbam suffusis selle coloris bonitate reddere.

DE TEREBINTHO,
CAP. IX.

NOMENCLATURA.

BATON seu Boton, seu Botin, seu Albotin, sicuti eius Resina, Halch alambat, sicuti & fructus, Hab alchadara, Arabibus. Τερινθος, Græcis. Terebinthus, Latinis. Terebintus, & Arbor grani uiridis, sicuti eius fructus, Granum albotin, seu Granum uiride, Barbaris.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib.i.cap. xciii.

Terebinthus uulgo cognita at bor.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA,

EX GALENO.

Simp.Med. viii.

Terebinthi tum cortex, tum folia, tum fructus adstrictiorum quiddam obtinent. Sed & secūdo ordine excalcaciūt. Itaque quod etiam desiccant manifestum est: recentes quidē etiamnum humidisq; modice siccī uerō, ordine secūdo. Ceterum fructus aridus propinquus est etiam tertio ordīni desiccantium. Est enim adeo calidus, ut mandentibus protinus eius caliditas percipiatur. Itaque etiam urinam prouocat, & lienibus prodest.

EX DIOSCORIDE.

Lib.i.cap.ciii.

Eius folia, fructus & cortex, adstringendū ni quam habent, ipsam omnibus quibus & lentiscus preparata pariter & sumpta, utilia sunt. Estur fructus eius, stomacho tamen nocet, ciende urinae & calefaciendo aptum: Venerem idem adiuuat, & contra phalangiorum morbus utiliter in uino bibitur. Que ex terebintho destillat resina ex Petraea quidē Arabia asfertur. Nasctur tamen & in Iudæa, Syria, Cypro, Aþrica, & Cycladibus insulis: que una bonitate alias uincit, magis translucida, candida, colore ad uitreum & cyaneum inclinato, odore terebinthi. Antecedit resinas omnes alias terebinthina: post hanc lentiscina est, quam mastichen nominant, tum que ex picea destillauerit & abiegna. Post has numerantur que ex teda fluxit, & pinea. Mollit resina ois, calefacit, desiccit, collectiones repurgat. Terebinthina autem Tusciensis & tabidis in eclegmate per se, aut cum melle accommodata, peccoris uitia etiā purgans. Urinam eadem cit, maturat, & alium mollit, glutinādis balbebris utilis est. Et contra lepras cum erugine, atramento sutorio & nitro inicitur. Contra saniem uero destillantes aures, & naturalium pruriginis ex oleo & melle, miscetur eadem emplastris, malagattis & acipis. Quin etiā lateris doloribus succurrit per se inuncta et imposita.

DE LENTISCO,
CAP. X.

NOMENCLATURA.

DARV, Arabibus. Λένισκος, Græcis. Lentiscus, Latinis, ac Officinis. Lentsico, Italis. Lentsique, Gallis. Mata, Hispania.

LOCVS, EFFIGIES, TEMPERAMENTVM,
AC IUVVAMENTA.

EX ABOHANIPA.

Lentiscus est arbor montibus potissimum proueniens. Planta autem (sicuti à Mauritano quodam accipi), magna assurgit modo roboris, procerior tamen longe ut pulcher ymā. Folia habet in summitate ad rubedinem inclinantia, maxime lubrica lenia. Fructum promit racematim nempe coherentem, non secus ac Terebinthi: quo probe maturescēte, unā cum folijs quoq; rufescit. Ceterum Folia

pruātīm in aqua coquuntur, & ubi abunde cocta, refrige-
rataq; sunt, folia abiciuntur, aqua denuō coquitur, donec
Mellis habeat crassitudinem: aduersus nimirum Thoracis
aspera, & Tussim, ac Aurium dolorē: cui siquidem adstrin-
gendi mirē insignitur. Gummi ex Lentisco resudans, initio
quidem subobscurē apparet, indices tamen adeo augetur ut
ferē ad Peponum magnitudinem quoq; accedat. Lenti-
scus etiamnum Lachrymam tum viscidam tum nigram emit-
tit, ueluti & Laurus. Ex Lentisco autem Resina est sum-
me odorata, suauolentibusq; admiscetur medicamentis,
Ceterum ob similitudinem quam habet cum Terebintho,
constanter Lentiscum nonnulli (quamq; temere,) Terebin-
thum esse asseruerant.

EX DIOSCORIDE.

Lib. i. cap. xci.

Nota arbor lentiscus est: tota adstringendi uim habet:
siquidem fructus, folia, ramorumq; & radicum cortex
aequali potestate sunt. Exprimitur succus ex radice corti-
ceq;, & ex folijs in aqua ad multum tempus decoctis, tum ā
coctura refrigeratis & abiectis, rursusq; ad crassitudinē
mellis decocta aqua. Bibitur utiliter ob adstringendi uim
quam habet contra sanguinis excretaiones, fluores alui,
intestinarum tormina. Bibitur itidem pari utilitate contra
sanguinis ex feminariū locis profluvia, procidentēsq;,
uuluas & sedes, licetq; in uniuersum pro acacia & hypocy-
stide eo uti. Potest eadem & ex folijs expressus succus. Fo-
untur eorum decocto etiam ut impleantur quae non imple-
tur, & durentur in os quae non durantur. Feminariū flu-
xiones composit: auerit quae passendo serpunt, urinam
cit, utiliter mobiles dentes eo colluuntur. Viridibus ex len-
tisco dentrificijs pro harundinea ac u frictione dentes uti-
lius externerunt. Fit praeterea ex lentisci femine oleum qd
adstringendo est, his quae adstringenda erunt praecipue ac-
commodatum.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Schinus frutex hic ex aquae essentia leuiter calida, &
terrena frigida non pauca compositus est, ob quam & mo-
derate adstringit. Desiccatur igitur secundo ordine completo
aut tertio incipientē: in caliditatis differentia quodammo-
do est mediū & symmetrus. Similem omnibus sui partibus
adstrictionem, obtinet in radicibus, ramis, extremis turio-
nibus, germ inibus, ac folijs: praeterea fructu, & cortice, ac
si succum ex folijs eius uiridibus exprimas, similis hic ordi-
nis est, moderate adstringens. Itaque bibitur & per se, &
cum alijs medicamentis, quae dysenterias & alui affectus
sanant: quin & ad sanguinis exspuōnes: sanguinisq; ex
utero eruptiones, tum sedis uuluaeq; procidentias idoneus
est, utpote ad hypocystida nonnihil propē accedens.

DE MASTICHE, RE-

SINAVE LENTISCINA,

CAP. XI.

NOMENCLATURA.

MESTHC, seu Mastiche seu Mastoche, Ara-
bibus. ΠΑΤΙΝ ΣΧΙΝΩΝ, ἢ Μασοτήκη, Graecis.
Resina Lentiscina, & Mastiche, Latinis. Gluten Romanū
Barbaris. Mastix, Officinis. Mastice, Italis. Mastice, Gallis,
ac Germanis. Almasiga, Hispanis.

IVVAMENTA, AC ADVLTERIA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. i. cap. xlii.

Nascitur & ex lentisco resina quae ab arbore Lentisci-
na, à quibusdam uero Mastiche appellatur, poti contra san-
guinis excretaiones & diutinas tusses utilisima. Stoma-
cho ac commodata est & ructus mouet. Miscetur his quae
exterdās dentibus cōficiuntur, et circumlitionibus uultus
nitorem asserens. Glutinandis palpebris eadem utilis est.
Commanducata oris halitum commendat, & Gingiuarum
tumores reprimit. Plurima & probatissima nascitur Mas-
tiche in Chio insula, bonitateq; in ea antecedit quae pel-
cet, & Thyrrhene cere candore suo similis est, crassa, fria-
bilis & odorata: quae contra uiridis, deterior. Adultera-
tur Mastiche admixtis pinea resina aut thure.

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Mastiche candida quidem, et Chia confueto more cogno-
minata, quodammodo ex contrarijs composita facultatibus
est, adstringente uidelicet & emolliente. Proinde stomachi
uentris, intestinorum, iccorisq; inflammationibus compe-
tit, utputa secundo ordine excalscensq; desiccans. Ni-
gra uerò, quae Aegyptia cognominatur, tum magis hac de-
siccatur, tum minus adstringit: quamobrem aptior est ad ea
quae ualidiorē digestionem per halitum exposcunt hac ra-
tione furunculis bonum est remedium. Porro oleū unguen-
tumq; mastichinum ex Chia conficitur, non admodum sanē
est Aegyptia. Ceterum similis est & ipsum mastiche facul-
tatis.

EX HVNAIM,

In Theriacis libello,

Mastiche contra Stomachi inflammationes, atque Tus-
ses utilisissima.

EX ABVGERIG.

Pituitam commanducata ualentissimē educit. Quam ob-
rem Aloe potissimum admiscetur, ut facilius qui in capite
concreuerant, noxios humores eliciat.

DE BALSAMO,

CAP.

XII.

NOMENCLATURA.

BELESEM, siue Belesma, seu Belsan, Arabibus.
Βελεσέμων, Graecis. Balsamum, Latinis. Balsamus
Barbaris

Barbaris ac Officinis. Balsamo, Italis. Baisme, Gallis. Ba
sant, Germanis.

EFFIGIES, LOCUS, GENERA, ELECTIO,

ET ADVLTERIA.

EX DIOSCORIDE.

Libi. cap. xviii.

Arbuscula est Balsamum, que uiole aut lycij, quod pyx
cantha, id est, baxca spina etiam dicitur, magnitudine cre
scit. Rute folia habet, multo tamen candidiora, perpetuaq;
fronde magis uirgata. In ludæa eiusq; conualle quadam ta
tum & in Aegypto nascitur. Differt in suo genere asperita
te, longitudine & gracilitate: uocaturq; quod in eo tenuis
et comosumq; est, quia facile ob gracilitatem suam metitur, et
theriston, quasi facillime metris. Quod autem OTOBADA
et OXOPOR, id est, balsami liquorem dicunt, uidentem canis
est u excipitur, scilicet ferreis unguibus arbore: fluitq; exi
guus, nec copiosior quotannis sex septemue congijs colligi
gitur. Rependitur quo loco nascitur, duplo ad pondus eius
argento. Probatum recens balsami liquor, qui firmo & syn
cro odore sit, nec acido sapore sentiat: qui itidem citis
sime penetret, leuiorem habeat, & linguam leniter astrin
gat & erodat. Ad alterum multifariam balsami liquor:
Siquidem illi unguentum aliquod miscetur, quale terebin
thi, ligustri, lentisci, lili, balani, & metopium est: miscetur
& ex myrto lignastroue, ceram liquidam illi subigentes.
Verum tamen facillime deperhenditur qui uitiatus erit bal
sami liquor: Lanae enim uesti instillatus qui syncerus est,
tamen ablutus, nec maculam, nec macule uestigium relin
quit. Ad alterum uero inheret. Iam lacti instillatus, id coa
gulat, quod adulteratus non facit. Syncerus praeterea lac
ti aquae uel infusus, disciuitur quam primum, & lactis mo
do albescit: Ad alterum olei modo in summo fluitat, densa
turq; & stelle modo radiatur. Quinetiam syncerus uetu
state crassescens, bonitatem suam amittit, fitq; a seipso de
terior. Falluntur itidem qui syncerum balsami liquorem
eum putant esse, qui in aquam coniectus primum descendit
tum disciuit & sparsus, emergit, Arboris uero balsami
materia, quam Zuloβαλασμων id est, balsami lignum di
cunt, probatur recens, que gracili sarmento, rubens &
odorata est, exiguoq; liquoris balsami odore spiret. In semi
ne balsami Καρπὸν βαλασμων uocant (nam & huius ne
cessarius usus est) eligito rursus plenum, grande, pondero
sum, feruide in gustu mordacitatis, mediocri balsami liquo
ris odore. Ad alterum balsami semen semine hyperico simi
li, quod ex Petra Palestinae oppido affertur: deperhenditur
quod grandius, inane, inefficax, & in gustu sapore pipe
ris est.

TEMPERAMENTVM, AC INUMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Balsamum desiccatur & excoarscit secundo excessu: est au
tem & tenuium partium, adeo ut odoratum sit. Sed liquor

eius subtiliorum etiam partium est quam ipsa planta, non
tamen adeo calidus, ueluti quidam existimant, tenuitate par
tium falsi. Porro fructus eius per similes genere facultatis
est, ceterum longe in subtilitate partium inferior.

EX DIOSCORIDE.

Libi. cap. xviii.

Vires in tota balsami natura efficacissimas habet liquor
egregia ad calefaciendum potest: Exterit que claritatis
oculorum officium. Muliebribus refrigeratis locis medetur,
cum cerato ex rosa facto appositus. Trahit idem men
ses, secundas & foetus. Solut in anhus in accessionibus se
brium cum tremore algores. Sordida purgat balnea: pos
tus urinam ciet, maturat, & concoquit: angustij spiritus
accommodatus est. Subuenit & cum lacte his, qui aconitum
biberint, nec minus etiam uenenatorum moribus. Miscetur
idem acopis, malgmatibus & antidotis, habetq; in uni
uersum vires balsami liquor efficacissimas: post illum se
men, minimas autem lignum. Bibitur balsami semen utili
ter in laterali dolore, quem pleuritium Graeci dicunt. Bibi
tur eadem utilitate pulmonarijs, tussentibus, coxendicis do
loribus, comitialibus, uertiginosis, non nisi recta ceruice
spirantibus, torminibus, urinae angustijs, & uenenatorum
moribus. Suffiuntur eodem in ceno uulter fecmine, mu
liebresq; locos aperit insidentibus decoctum eius, & humo
res ea parte proritat. Habet lignum eadem semini vires,
minus tamen efficaciter: succurritq; in aqua decoctum, mox
potum, cruditatibus, torminibus, uenenatorum moribus,
& conuulsis. Vrinam idem cit. Capitis uulneribus cum tri
ta iride accommodatum est, osiumq; assulas extrahit, spif
santis postremo unguentis miscetur.

DE NVCE MOSCHAE

TA,

CAP. XIII.

NOMENCLATURA.

LEVZBAVE, seu Iusbaque, seu Giauzy ban,
Arabibus. Μοσχα ενον, η μοσχα καριδιον, η καρπον
αμυριστικον, η καρπον αρωματικον recentioribus Gre
cis. Nux Moschata, seu Myristica, Latinis. Nux Muscata,
Barbaris, ac Officinis. Noçi Moscade, Italis. Nois Musca
des, Gallis. Moscatnusz, Germanis. Nuex de especie, Hi
spanis.

LOCVS.

EX AARON.

EX India aduehitur.

ELECTIO, TEMPERAMENTVM,
AC INUMENTA.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

EX ISAAC EBEN AMRAM.

Laudatissima censetur rubra, pingues, & graues: improbantur autem nigrae, leues, siccae aridae seu exuccatae. Excalescendi sicandiq; uim habent. Aluum cohibent. Vētriculum summē odorant. Oris suauolentiam conciliant. fumidos à Ventriculo uapores comprimunt. Cibi coctionem adiuant flatulentos halitus dissolunt. Stomachum lecurq; roborant. Lentigini solus Græcis nuncupatur, nec non serpiginī mirē medentur. Lienem minuūt, lecurq; emolliunt in scirrhum induratum.

EX ABEN MESVAL.

Facultate quidem prorsum Caryophylla emulatur. Excalescendi sicandiq; uim habet ordine tertio. Stomacho lecinoriq; refrigeratis non incommoda.

EX MESBAHEN, ALBASARI, AC RASB.

Nux Moschata tum excalescendi tum sicandi potestatem habet, secundo nimirum abscēssu iam completo. Aluum coercet. Stomachum roborat. Orisq; suauolentiam efficit. lecinori Ventriculoq; imbecillis magnificē opitulatur.

DE NVCIBVS QVÆ

IUGLANDES DICVNTVR.

CAP. XIII.

NOMENCLATVRA.

IEVZ seu leuz seu Giuzzi, Arabibus. *كأضوخ* Bactriani *أضوخ* hinc *أضوخ*, Græcis. Nucēs tum Regiæ tum Persicæ, & Iuglandes, Latinis. Nucēs, Officinis. Noci, Italis. uue Noix, Gallis. Nusse, aut Vuelschnus, Germanis. Nuez, Hispanis.

IVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Carya arbor tum in folijs, tum in germinibus adstrictio nem quandam possidet, ceterum euidentem multamq; in nucis putamine recenti pariter & sicco: proinde tintores quoque uti solent. At nos eius expressi succo similiter ut mororum & ruborum, in melle decocto, uice Stomatici medicaminis utimur & ad omnia reliqua adhibemus ad quæ modo dicti succi consenire consentur. Porro ipsius nucis id quod edendo est, oleum est, & tenue: itaque etiam facile exprimitur: quo diutius reconditum fuerit, magis tale efficitur. Quamobrem oleum ex eo inueterato exprimere liceat. Tunc sanè admodum fit per halitum euaporatorium. Itaque quidam eo gangrenas & carbunculos, egilopas sanant, ac nonnulli ad neurotrota, hoc est neruorum uulnera utuntur. Ceterum si recens sit, adstringentis nonnihil qualitatis etiam obtinet. At quod imperfectum est etiã

dum, ac nondum siccum, ueluti reliqui fructus omnes qui uirides sunt, plenum est semio & humiditatis. Nucleus tamē eius aridus & ustus, tenuium partium et exicatorium est medicamentum, morfus expers.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. cap. cxxx.

Iuglandes nucēs quas pleriq; Persicās etiã uocant, egre concoquantur stomacho nocent, bilem argunt, dolores capitis faciunt, & tussitentibus inuiles sunt. Ad uomitiones iceniis utiliter in cibo sumuntur. Prasumptæ, & à cibo statim sumptæ, cū ruta & caricis, letalibus uenenis aduersantur. Quinetiam maiore copia sumptæ, lumbricos latos pelunt. Illinuntur eadem in abscessibus luxatisq;, & contra mammarum inflammationes, cum exiguo melle & ruta. Cum cepis saleq; & melle, ad canum hominisq; morfus faciunt. Sedant tormina cum putamine suo cremata & hominis umbelico impositæ. Crematum triung; iuglandium cum putamen, ex uino oleo in unctio capite, infansibus capillum nutrit, capillisq; defluuiis, quas Græci alopecias dicunt, explet. Sistiit mensēs crematū, tritumq; & ex uino appositum, quod intra nucēs clauditur. Veturarum itidem iuglandium interiores nuclei commaducati & impositi gangrenis, carbunculis, egilopis, et capillorum defluuijs, quas Græci alopecias dicunt, citissime medentur. Fit & ex iuglandibus nucibus oleum tussis expressisq;. Recentes stomacho, quod dulciores sunt, minus nocent; quam ob causam alijs ad auferendam eorum acrimoniam miscentur, & ad delendos linores utiliter illinuntur.

DE NVCIBVS AVEL-

LANIS. CAP. XV.

NOMENCLATVRA.

AGILEVZ, seu Bunduch, Arabibus. *كأضوخ* *أضوخ* hinc *أضوخ*, Græcis. tum Ponticæ, tum tenues paruae seu minores, tum Prænedine, tum Auellane Nucēs, Latinis. Auellane, Officinis. Auellant, Nocciuole, et Noelle, Italis. Noyssette, seu Melline, Gallis. Haselnus, Germanis. Auellane, Hispanis.

TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA,

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Est & aliud genus nucum minorum, quæ nimirum ponticæ nuncupantur, plus habens essentiae terrestri ac frigidae: itaque etiam gustanti austerior tum cortex, tum planta, tum fructus apparet: cetera magnè uici similes sunt, quæ à quibusdam uocatur, Græce *Καρυών Βασιλικόν*, Latine Iuglans.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. cap. cxxx.

Auellane

Anellanz nucez Stomacho sunt infestæ. Tritæ tamen et in misa aqua pot. e. diutius tustibus medentur. Crematæ eadem & cum exiguo pipere in cibo sumptæ, à capite in subiectas partes destillationem maturant. Totæ etiam crematæ, tum concisæ cum axungia urinoæ adipe, capilli defluvia, quas alopecias dicunt, expleant. Ferunt præter hæc aliqui cremato tritoque earum putamine, si quis ex oleo pueri sinciput inunxerit, cesium in pupulis oculorum colorem in nigrum mutari, eodem capillum etiam denigrari.

DE NUCE VOMICÆ,

CAP. XVI.

NOMENCLATURA.

LEVZ Alkeisen Alke, Arabibus. Nux Vomica, Barbaris, ac Officinis.

EFFIGIES, AC IVVAMENTA.

EX ABRAHAM.

Nux est colore in glauco candida, paulo etiamnum maior Auellana, ac in uniuersum quoque nodosa. Corticis cuius tum attriti tum per cribrum exocussis drachma, cum duabus Anethi feminisue Fœniculi drachmis in pollinem probe redactis, unâq; Melle exceptis, necnon effervescenti deum aqua assumptis, Vomitiones mirè efficaci, Biliosos ac Pituitosos humores deiciunt, per inferna etiam purgant, iuxta humorum tum facultatem tum naturam.

EX ABIGE.

Vomitiones quamvalentissimè elicit, siue per se siue cum alijs medicamentis, præsertim in tenuissimum pollinem redacta, modicoq; Sali admixta. SAL etenim Vomitiones magnificè præcitat, humores siquidem proritat, faciliq; admodum eos uomitione eiecit. Pondus, drachmæ duæ. Coquantur autem foliorum summitatumue Anethi iam exiccata drachmæ viginti, in Aquæ libra, donec dimidium absumatur, ac demum Mellis modicum inieciatur, quo cum medicamento prius Melle exceptum, admisceatur, ac potetur. Vomitiones siquidem quamfacillimè elicit, ac forsitan Aluid educit. Hunc in modum nanque probe apparatus, cumq; semine etiam Atriplicis.

DE NUCE MECHIL,

CAP. XVII.

NOMENCLATURA.

LEVZ Alrachaba, Arabibus. Nux Mechil, Barbaris.

EFFIGIES, LOCVS AC IVVAMENTA.

EX HAAMBT BEEM DAVID.

Rachabæ sicuti à Mauritano quodam ex sapientioribus

accepi, Jorbar est proceræ, Nucis non ab similibus, folio instar Ficulnei perquam magno, fructu ul minoribus malis Granatis magnitudine emulo, qui in folij sinu veluti Ficus nascitur, pediculo nimirum ob ponderis magnitudinem deorsum inclinato, ac copiosissimè colligitur. Cæterum hoc fructus lumauæz Ficus Pharaonis minimè dicimus. Non enim sunt Ficus sed Rachaba, Quorum ego maximam copiam in Oriente conspexi. Rachaba siquidem fructus est quemadmodum Ficus, pillicula crassa, uesitius, dulcis, suavis, ac odoratus, quo passim uescuntur tum delicatiores homines, tum etiamnum Pastores.

EX ANINEBETE.

Nux est Vomica, Attamen si quæ de Rachaba & Vomica nuce scribuntur, diligentius perpendantur, longe admodum ambo inuicem distidere omnino quidem apparebit.

DE POLIO,

CAP. XVIII.

NOMENCLATURA.

CHADE, seu Labade seu Giade, Arabibus. Πόλιον, Græcis, Polium, Latinis. Polium montanum, Barbaris, ac Officinis.

GENERA, LOCVS, AC EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

L. lib. III. cap. cxxviii.

Montanum in Polio alterum genus est quod Τεύδειον uocant, eoq; tantum utuntur. Exiguum & gracilis frutex est, colore candido, altitudine quantum à summo pollice ad extremum minimum digitorum explicita patet humana manus, semine plenus. Habet in summo corvmbi figura capitulum paruum, cano hominis capillo simile, grauitate cum suauitate aliqua odoratum. Fruticosius alterum, sed non tā ualido odore & uiribus, minus efficax genus est.

TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Polium amarum est gustantibus, & modicè acre: obstructiōne itaque liberat uiscera omnia, urinamq; & menses cieat: ac uiride etiamnā magna uulnera glutinat, et maximè species eius fructosa: aridū cū fuerit rebellia ulcera sanat illitum: & magis hoc præstat Polium minus, quo etiam utimur ad antilotos: nam & acris & amarus est hoc quam maius, adeo ut extertio sit ordine desiccantium, ex secundo autem completo excalescentium.

EX DIOSCORIDE.

L. lib. III. cap. cxxviii.

Bibitur contra uenenatorum morsus utiliter utriusque decoctum. Medetur suffusis felle et cutem subiectibus aquis:

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

ienosisq; cum aceto succurrit: capitis tamen dolores facit, & stomacho nocet. Alum. mensesq; idem trahit. Quinetia uenenata instratum pariter & incensum fugat. Postremo emplastri modo impositum uulnera glutinat.

DE VISCO, CAP. XX.

NOMENCLATURA.

DE PASTINACA, CAP. XIX.

NOMENCLATURA.

IEZAR, seu Gezar, seu Giezar, Arabibus. ΣΤΑΦΥΛΙΝΟΣ, Græcis. Pastinaca, Latinis. Baucia, Barbaris, ac Officinis. Pastinaca, Italis. Pastenades, Gallis. Pastiney, seu Pastnachen, Germanis. Acenoria, Hispanis.

GENERA.

Duplex Pastinaca genus. Vna enim satiu a est, syluestris altera.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. cap.lix.

Folia Gingidij habet Pastinaca nimirum syluestris, latiora tantum & subamara: Caulem rectum asperumq; & in eius cacumine anethi umbellam, in qua flores sunt candidi, exiguum quid purpure in medio habentes, quod tantum in croci colorem uariet. Radix illi est crassitudine digitali, ad drantali longitudine, odorata, & quæ cocta edendo est.

IVVAMENTA.

EXGALENO.

Simp. Med. viii.

Staphylinus satiuus imbecillior, agrestis ad omnia potentior est. Vrinae mensesq; prouocat cum herba quidem tota, tum maxime semen ac radix. Habet porro etiam abstersorium in se quippiam: quamobrem ulcerum phagedenica quidam folijs eius uiridibus cum melle, quo para reddant, illinunt.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. cap. lisc.

Erratica quidem Semen tum potum tum appositum Menses elicit. Vrinae angustijs, subeuntibus cutem aquis, & laterali dolori, quæ pleuritim dicunt, subuenit. Contra uenenatorum morsus illsusie utile est. Ferunt præterea non ledi ad uenenatis, qui id præsumperint. Conceptus idem adiuvat. Quinetiam radix ipsa urinam cit, & Venerem stimulat. Fœtus ex utero trahit apposita. Repurgant huc cerum phagedenas concisa & ex melle imposita folia. Magis edendo est hortenensis Staphylinus, quam satiuam pastinacæ Romani dicunt: ad eadem omnia, sed minore efficacia, utilem.

DABACH, siue Dibach, Arabibus. Ἰξός, Græcis. Viscum, Latinis. Viscam quercinum, Officinis. Vischio & Pania, Italis. Guy, Gallis. Mijfel, Affolter, & Vogel licim, Germanis. Liga de Roble, Hispanis.

ELECTIO, ATQ. FABRICA.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. cap. ci.

Probatum in quo leuor est, quod porraceo colore intus uiret, foris flauescit, et in quo nihil asperum furfurisumie occurrit. Fit estate ex fructu quodam in quercubus acinorum figura nascente, buxi folio. Tandem autem fructus is, tum luatur, post hæc in aqua decoquitur. Quidam etiã acinos illos commanducantes, uiscum conficiunt. Nasctur præterea Viscum in malis, pirisq;, & alijs arboribus. Inuenitur & quorundam fruticum radicibus adnatum.

TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA.

EXGALENO.

Simp. Med. vii.

Viscum ex plurima aerea & aquæ, paucissima terreus substantia constat. Nam acrimonia in eo amaritudinem excellit. Itaque etiam effectus substantiæ respondent. Siquid ualenter ex alto humore extrahit, nec eos tantum tenues, sed & crassiores, eosq; diffundit ac digerit. Est autem eorum genere quæ non protinus admota exalfaciunt, sed quæ tempus requirant, uelut thapsia: sed & supra communiuis, inese calidis facultate medicamentis, ubi largum continent humorem recrementitium.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. cap. ci.

Discutiendi uis & natura illi est. Mollit, extrahit. Pannos post aures, quas parotidas uocant, abscessusq; alios, resinae pariq; cere mixturæ, maturat. Epinyctidas sanat in splenio impositus. Cum thure uetusta hucera, maleficosq; abscessus mollit. Cum calce idem Gagatene, aut asio lapide decoctum, mox impositum, lienes minuit. Leuigat præterea unguens cum trito auri pigmento sandaracæue illitum. Idæ calci feciq; mixturæ uires acquirit & auget.

DE STRIGMENTIS

OMNIBVS, CAP. XXI.

NOMENCLATURA.

IASACH, seu Vahsach, seu Vsach, Arabibus. Πύρος, Græcis. Strigmenta, Sordesue, Latinis. Sordices, Barbaris.

GENE-

GENERA, AC INVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. cap. xxxviii. & xxxv. & xxxvi.

Calefaciunt itidem quæ in balneis olei strigmenta colliguntur, molliunt, discutiunt: sedis rimæ & condylomata utiliter eis iniunguntur. Quæ uero ex palestris admixtum concretum; puluerem habent, fordibus similia, articulorum in digitis concretionibus imposita profunt. Contra coxendices, malagmatis & siccis fomenti uice, pariter imponuntur. Nec minus etiam calefaciunt, quæ in gymnasiolorum parietibus, & quæ illic sunt statuis, unguinis sordes hæsunt. Panos difficile suppurantes, discutiunt. Desquamatis præterea, & uetustissimis h ulceribus accommodatæ sunt.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Strigmenta balnearum modicè emolliendi uim obtinent.

Simp. Med. viii.

Sordes in gymnasiolorum statuis, in quibus largum oleum inheret, digerendi emolliendiq; uim obtinet: In palestris autem, quantum accepit pulueris tantum etiam diuersa est. Hanc sordem πᾶτρον Græci uocant. Prior cruda phymata digerit: secunda optimum est phlegmones mamillarum remedium. Siquidem feruore earum ueluti igneum extinguit, & quod affluit repellit: denique & quod continetur halitu digerit. Constat enim ex puluere, oleo, sorde humana, & sudore: Ac puluis quidem emplasticum uim habet, & refrigeratorium, repercussoriumq;: oleum uerò emollit: porro sudor & sordes digerentia sunt. Cæterum quæ à statuis corraditur cum puluere non habeat, & ab ære eruginem quandam sumpserit, non iniuria acris est. Porro huic mentionem modo fecimus quod maxima sui parte ex Planta originem sortiatur.

Simp. Med. ix.

Sordes nascitur non tantum per totam corporis cutem sed & in auribus, sed ob paucitatem paratu difficilis est. Proinde de illa nihil scribitur, nisi quod paronychij congruat sordes aurium, quam sanè etiam solam per se licet accipere. Nam quæ in tota cute prouenit, & in balneis & in palestris deraditur, conferens nonnihil & ipsa ad patium quem uocant, de quo supra differui. Sed & generatio eius naturam indicat. Nam si sordes est crassum illud ac terreste, quod reliquum est eorum, quæ per latentem transpirationem euacuantur, sequitur ut desiccandi uim habeat cum nonnulla caliditate iunctam. Et tamen sordes quæ lanis ouium inheret & adnascitur, ex quâ αἶψον, quod uocat, conficitur, concoquendi uim habet similem butyro: paulum uerò quiddam etiam discussorium obtinens.

DE VIRZ,

CAP. XXII.

NOMENCLATURA.

VIRZ, Arabibus, ac Barbaris.

GENERA, EFFIGIES, LOCUS, ELECTIO.

TEMPERAMENTVM, AC INVAMENTA,

EX ALADMAI.

Sunt tres res quæ non inueniuntur nisi in Taeme seu Aliemen, quæ quidem regio in uniuersum abundat tum Cannabis tum Lacte.

EX ABOHANIFA.

Virz satiuum est, non autem syluestre, nec alibi eum uidere contingit, præterquam in Aliemen.

EX ABIMBENT ABDRAZACH.

Virz feritur, uigetq; ad annos usque uiginti, singulis etenim annis subrescit ac uret. Planta autem Sesamum æmulatur quæ quidem à maturitate exsiccat, eius siliquæ probe hiant, indeq; Virz colligitur.

EX IGNOTO.

Probatissimum est & recenti planta collectum, nuncupatur autem tum Alide, tam Absi ob insidentem nimirum nigredinem. Cæterum Absi colore Luteo priuatum insicit, Alide uero rubro. Adulteratur autem cum Virz Iuniperi, in cuius medullis non reperitur, sed in cortice duntaxat. Semen uero est Virz non absimile.

EX ABEN MESVAI.

Virz è laemen aduehitur. Cortex est enim arboris in laemen, qui iam collectus Crocum probe atrium emulatur.

EX ISAAC EBEN AMRAM.

Virz duplex est genus, Absi nempe & Indum. Indum uero, Arabicum quoque cognominatur, estq; colore rubro quam ob rem Curcuman eius radicem nonnulli esse autumant, ex Syri aduehitur & laemen, grana autem habet Pisi non absimilia. Laudatissimum est rubrum, pauca habens grana, colore violaceo, superficie rubrum, multi Toxici. Toxicum est enim res parua, minuta, minibus adherens cum eius tanguntur Siliquæ. Vitiliginem, Prurimum ac Pusculas adiuuat, illitum.

EX MESSAE:

Virz excalfaciendi seccandiq; facultatem habet, recessu nimirum tertio iam incipiente.

EX ALBASARI.

Virz tenuium est partium, & seccum. Vitiligini enim, ac Pruriti, & Pusculis medetur illitum.

EX ATABARI.

Virz excalfactoriam uim habet, & adstringentem, repurgat enim, ac faciei maculis summè auxiliatur.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

DE ARISTOLOCHIA,

CAP. XXIII.

NOMENCLATURA.

ZARAVND, seu Masmoera, seu Zaraued, Arabibus. Αριστολόχεια, Græcis. Aristolochia, Latinis. Aristologia Barbaris, ac Officinis, & Italis. Poterle, seu de la Sarrafine, Gallis. Holuurtz & Offerlucy, Germanis.

GENERA, AC EFFIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. cap. iiii. & v. & vi.

Aristolochia quæ itæo sic appellata est, quod puerperis egregie opitulatur, duo sunt potissimum genera: Rotundæ, quod Foeminam vocant: habetq; hederæ folia, cum acrimonia odorata, modice rotunda, tenera, pluribus ab una radice erumpentibus germinibus. Viticulae illi longæ sunt, flores cædidi, pileolis similes, in quibus quod rubet, graui odore sentitur. Quæ vero longa est, mascula appellatur: eadem dactylitis dicitur. (Sunt etiam qui à figura mali $\mu\alpha\lambda\acute{\iota}\nu\alpha\lambda\acute{o}\nu\alpha\pi\tau\omega\varsigma$ eam uocent: quidam $\tau\acute{\iota}\nu\epsilon\upsilon\omega\upsilon$, Romani herbam aristolochiam dicunt.) Longiora habet hæc quam rotunda folia, ramulos tenues, longitudine fere dodrantali. Florem fert purpureum, grauisime odoratum: qui quum debescere cœperit, pyro similis fit. Rotundæ aristolochiæ radix in globum rapi modo rotundatur: longæ uero, crassitudine digitali est, longitudine dodrantali, & aliquando maior. Buxus utriusque intus color est: gustu amare sunt, & uirido odore. Est & tertia quedam aristolochia longa, quæ clematis quasi samentaria uocatur. Ramulos habet tenues, folijs modice rotundis, minori sedo similibus plenus. Habet hæc rutæ flores, radices longissimas, tenues, crasso & odorato cortice uesitatas, unguentarijs ad unguentorum spissamenta expetitas.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Aristolochiæ radix multo est ad medicationes utilissima, amara & subacris. Sed ex illis omnium subtilissima est rotunda: aliarum uero duarum quæ Clematis appellatur, fragrantior est: itaque ad unguenta utuntur unguentarij: sed ad sanationes infirmior. At longæ minus quidem tenuitatis obtinet quam rotunda: sed nec ipsa inefficax est, uerû abstergendi atque excalescendi potentiam possidet, minus quidem quam rotunda abstergens ac digerens, sed non minus calfaciens, imo forsitan plus quoque. Itaque in quibus usus est modice absterfionis, commodior est longa patâ in ulceribus carne explendis, et fomentationibus uteri. At in quibus crassum humorem ualidius extenuare oportet, illic quis est rotundæ. Proinde dolores ab insartu aut crassitie crudorum spirituum natos magis curat rotunda, & spicula extrahit, & putredines sanat, & sordida ulcera re-

purgat, dentes & gingiuas candidas efficit. Auxilio est et asthmaticis, singultientibus, comitialibus, podagricis, si cû aqua bibatur: tum ruptis & conuulsis, ut si quod aliud medicamentum idoneum est.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. cap. vi.

Contra medicamentorum noxas alias omnes, utilis rotunda est. Contra serpentes uero & mortem facientia, alia quæ longæ cognomen habent, drachmæ ponderè utiliter cû uino bibitur, & emplastri modo imponitur. Pellit eadem quæ in muliebribus locis à puerperio supersunt, secundas & menses, pota, additis myrrha & pipere. Potest eadem subditus ex eadem feminis pessulus. Facit rotunda itidem ad eadem omnia ad prædicta, ampliusq; suspiriosis prodest. Prodest & singultientibus: ante accessionem februm cum tremore algoribus, lienosis, ruptis, conuulsis, & lateris doloribus: in quos usus cum aqua bibitur. Surculos præterea & cuspides extrahit, osiumq; squamas emplastri modo imposita, educit: exdentia circumscarfificat ulcera, sordida purgat: concaua, addito melle & iride, explet. Gingiuas et dentes exierit. Creditur & tertia quæ clematis quasi samentaria dicitur eadem præstare, minore tamen efficacia prædictis duabus illis est.

DE ZEDARIA,

CAP. XXIIII.

NOMENCLATURA.

ZVRVMBETH, Arabibus. Ζεδάριον, ἢ Ζεδάριον, ἢ Ζάδρα, recentioribus Græcis. Zedoaria, Barbaris, Officinis, ac Italis, Cretonart, Gallis. Zituen, Germanis.

EFFIGIES, AC LOCVS.

EX ISAAC ABEN AMRAM.

Zedoaria radix est quidam Aristolochiæ rotundæ emula, sapore & odore Zingiberis, quæ potissimum è Syria aduehitur.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX ABEN MESVAI.

Zedoaria excalescendi siccatiq; uim habet, secundo recessu, non obscure saginat, flatu dissipat, odorem Allij, Cephæ Viniq; tegit.

EX BEDIGORA.

Priuatim morsui ueneno resistit.

EX MESEABE.

Vim mirè discutientiendi habet. Crassis etiam flatibus, nec non morsu uenenum relinquentibus admodum aduersatur, Alumiq; coerct.

EX MESA RVGIE.

Tumores difficit, muliebrum presertim locorum, uomitiones inhibet, colicisq; flatibus summe opitulatur.

DE CROCO,
CAP. XXV.

ZAHAFARAN, seu Zafaran, Arabibus. Κροκος, Græcis. Crocus, Latinis, ac Officinis. Zaffarano, Italis. Safran, Gallis. Safran, seu Zamer Safran, Germanis. Azofran, Hispanis.

ELECTIO, LOCVS, ET ADVLTERIA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. cap. xxv.

Probatissimus in medicina usu Corycius ex Cilicia est, recens qui coloris sui bonitate rubet, & exiguus in capreo lis candido est. Qui itidem longus, integer, friabilis, squallidus & sine unguine, plenus, et quum madescit, manus inficiens: Qui tandem cariem non senserit humescat: odore incundo, & leni armonia fit. Qui enim talis non erit, aut in tempestiue testis fuit, aut etate bonitatem amisit, aut maduit. Secunde bonitatis a Corycio Cilicie croco est, qui ex agro ad Lyciam, & ex Olympo Lycie monte affertur. Tertie, deinde, qui ex Aegis Atolie urbe. Cyrenæicus aut & Sicilie Centuripinus: olerum modofatiui omnes & cunctis alijs in eadem Sicilia nitribus & potestate ignauior. Viruntamen ob humoris succiq; copiam & coloris bonitatem in Italia ex mortario ad infectiones eo utuntur, eaq; ob causam grandi precio uenit: in medicina tamen primus ille utilissimus est. Adulteratur Crocus admixto tuso crocomagmate, quod crocini unguenti sex & recrementū est. Adulteratur itidem defruo aspersus, adiecta ad grauitatē & ad pondus, argenti spuma, aut plumbagine. Verū fraudem indicat puluerulenta eius facies, & defruiti odor.

TEMPERAMENTVM, AC INVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Crocus paulum etiam adstringens quid obtinet, quod terreum frigidumque ostendimus: sed superat in eo calfaciens & qualitas, & facultas, ut tota eius essentia secundi sit ordinis excalfacientium, & primi exiccantium proinde concoquendi quoque uim quandam obtinet, adiuuante scilicet in hoc & pauca illa adstrictione: Quippe quibus medicamentis, cum non admodum excalfaciant, pauca adest adstrictio, ea parem facultatem habent essentis emplastis uocatis, quas cum iunctas esse caliditati non ueementis contigerit. pepticas, hoc est concoquentes esse ostendimus.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. cap. xxv.

Maturat Crocus, mollit, leniter adstringit, urinam cit,

& amabilem coloris bonitatem facit. Arcet idem crâ pulâ cum passo potus. Inungitur cõtra oculorum destillationes, sistitq; eas ex humano lacte inunctus. Miscetur preterea uti licet potionibus unctus. Miscetur preterea utiliter potionibus contra intrinsecos dolores. Miscetur & his que feminis priuatim ad locorum suorum, & in utroq; sexu scâis uitia subiiciuntur & illinantur. Venerem stimulat. Sacrorum ignium inflammationes inunctus lenit. Aurium remedijs utilissimus est. uerum ut facile teratur, friabilisq; fiat in sole calida ue picata testa torrendus antea est: sic tamen ut celerrime uersetur. Croci preterea bulbose radices urinam citent, cum passo potâ.

EX HVNAIM.

In Theriacis Libello.

Liquor e Croco stillatitius decoctum ue urinam prolicito, excalfacit, maturatq; Crocus uero Partum accelerat, Corq; non parum exhilarat, Cibi tamen inappetentiam potissimum efficit, repletq; cerebrum, ac etiam oculos hebetat aciditatem siquidem in uentriculo extinguit, que presertim appetentiam excitat.

EX COSTO.

Crocus potissimum letabundam aacritatem iucunditatem ue cõciliat. Sin uero præter modum utatur, letalis est, pondere nimirum trium drachmarum.

EX RASE.

Cuidam mulieri que per multos dies difficulter parcendo laborauit, in poti duâs Croci drachmas propinâui cõfestinâq; peperit. Quod postmodum multoties expertus, re semper sic esse comperi. Crocus etiam uino impositus, uehementer inebriat, necnon adeo exhilarat, ut insaniam maxime alacrem, letabundam ue pariat.

EX ABEN MESVAI.

Ciborum concoctionem efficit, uentriculumq; ac Iecur ob insidentem nimirum quam habet, ad fistionem, roborat. Cerebrum tamen infestat, Cibiq; tollit appetentiâ, urinam cit, coloremq; parit laudatissimum.

DE CROCOMAGMATE,

CAP. XXVI.

NOMENCLATVRA.

Κροκομαγνα, Græcis. Crocomagma, Latinis. Crocomagina, Barbaris, ac Officinis.

FABRICA, ELECTIO, LOCVS, AC INVAMENVA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. cap. xxvii.

Fit Crocomagma expressis crocini unguenti aromatis

in pessillo conformatis. Probatum in eo quod odoratissimum & mediocriter myrrhatum est, ponderosum itidem, nigrum, nec lignosum, & cum subigitur multo colore croci rubens: quod item amarescit, leuore nitens, dentesque & linguam ad aliquot horas permanente colore inficit. Huiusmodi est quod ex Syria affertur. Est illi vis & natura extereere quae claritati oculorum officium. Vrinam cit, molli, maturas, & calescit. Croco paries: aliquas vires trocognata habet, multum enim ex eo in se retinuit.

DE FOENOGRAECO,
CAP. XXVII.

NOMENCLATURA.

OLBA, seu Halbe, seu Hebbe, Arabibus, Τηλίσ, ἢ Βούλεπος, ἢ Ἀλυόλεπος, ἢ Κερατίν, Ceraeis: Foenogracum, Latinis Fenugrecum Barbaris, ac Officinis. Fienogrico, Italis, Fenigrec, & Senegrece, Gallis, Fenigrec, & Bockshorn, Germanis. A hollas, Hispanis.

TEMPERAMENTVM, AC LVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Trocnogracum calidum est secunda orationis, desiccatur primo: proinde feruentes phlegmonas irritat acerbatisque: quae uero minus sunt calidae, et magis durae, eas digerendo curat.

Alimen. Facul. cap. xxviii.

Inter manifesto calscientia censetur, eundemque hominibus in cibo usum praestat, quem lupini. Sumitur enim ipsum cum garo, alii subducende gratia: estque huic rei multo quae lupini accommodatius, cum nihil ex propria substantia habeat, quod transitum remoretur. Manditur autem et cum aceto & garo sicut lupini. Multi praeterea & foenum graecum & lupinos, ex uino, garo, & oleo sumunt: alij etiam panem addunt, eoque obsonio sunt contenti, quod ut uentre minus subducatur, caput certe, & ceu nonnullis faenum graecum ex garo, sacere solet) non ferit. Per aeterea Romachum non subuertit: nam id quoque faenum graecum in quibusdam efficit. Ad eundem autem modum quidam phaselis & erualis in cibo utuntur, de quibus mox communem omnium eiusmodi sermone adscribam. Vescuntur autem nonnulli sano graeco prius quam ipsius planta semen produxerit, aceto ac garo intingentes: quidam autem oleum adfundentes, eo obsonij uice cum pane utuntur: sunt qui cum aceto quoque & garo ipsum mandunt. Caput autem, hoc quoque sumptum copiosius ferit: quod faciet impeditus, si quis ipsum sine pane sumperit: quibusdam item stomachum subuertit. Succus autem elixi faeni graeci cum melle sumptus, ad omnes prauos humores, qui in intestinis habentur, subducendos est accommodus: suo quidem leniens, calore autem dolorem mitigas. Quod autem absterforia facultatis quoque sit particeps, intestina etiam ad excretionem instigat, sed parcius meli est admiscendum, ne mordacitas exuperet. In diuurnis ue-

ro thoracis citra febrem affectibus, pingues cum eo palmas elixare quidem oportet: ubi autem succum ipsum expressum, copioso melli miscueris, ac rursus super carbones ad mediocriter crassitatem coxeris, tum demum longe ante cibum uti.

EX DIOSCORIDE.

Lib. ii, cap. cxxviii.

Molliendi disciendi que vires habet fenograci farina. Facit ad collectiones que intus foris que colliguntur cum decocta mulla aqua subacta. Minuit lienem emplastri modo imposita eadem cum nitro & aceto subacta. Multebrum locorum purgationibus quae cum inflammatione praesensione cessant, fenograci decoctum insiditibus medetur. Capillum sursum & manantia capitis huiusmodi extertit ex decocto in aqua fenograci expressus succus. Pro pessillo apponitur cum asferino adipe, foeminarum naturalia molliens & apiens. Viride ex aceto fenogracum infirmis & exhalatibus feminarium locis accommodatum est. Facit itidem fenograci decoctum ad crebras & inanes egerendas alui cupiditates quas tinestimos dicunt, maleque olentia in intestinorum torminibus excrementa. Eiusdem fenograci oleum cum myrto palpebras, et in oculis cicatrices extertit.

EX ABEN MESVAI.

Oris halitum commendat, urinas prolicis, excrementorumque graueolentiam extinguit.

DE OCIMO LATIFOLIO,
CAP. XXVIII.

NOMENCLATURA.

NAMEHIM, seu Amechim, seu Selichis, Arabibus, ac Barbaris, Ocimum latifolium, Latinis. EFFIGIES, TEMPERAMENTVM, AC LVVAMENTA.

EX ISAAC EBEN AMRAM.

Est ocimum satium latifolium, Ocimum Habati in Syria nuncupatum, uirentes habet ramulos ac quadrangulares, flore caedido, semine etiamnum Ocimi semina emelate. Excalfaciendi ficeantibus facultatem obtinet, initio secundae recessus. Pituitosus non inuitile, Cerebri capitisque infarctus a pituita liberat, humectansque digestionibus medetur.

DE IESIMINO,
CAP. XXIX.

NOMENCLATURA.

ZAMBACH, seu Sambach, Arabibus. Iesemin, seu Iasmin, Barbaris, ac Officinis. Iesimini, recentioribus Latinis. Gelsimini, Italis. Iasemin, Gallis.

GENERA,

GENERA, EFFIGIES, AC LOCVS.

EX GALENO.
Simp. Med. xi.

EX ISAAC BEN AMRAM

Iesimini quidem tria habentur ex Florum colore disferi-
mina, ac genera candidum, Luteum, & Cera leum. Luteū
tamen in calore, siccitate, ac facultate etiamnum est candido,
nonnihil imbecillius, in Aegypto potissimum subcrefcens.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX ABEM MBSVAI.

Excitesciendi vim habet initio secundi recessus. Humi-
ditatibus, false pituitæ, frigidioris temperaturæ Senibus,
doloribusq; à viscido pituitoso humore, magnificè medetur
Luteum vero est admodum Candido infirmius.

EX MESARVGIE.

Folia Iesiminum recentia tum exiccata, Impetiginem,
faciēq; maculis repurgant, illita.

EX ISAAC BEN AMRAM.

Iesiminum siue recens siue iam exiccatum, Impetiginem,
faciēq; maculas probè terget, emplastrum modo impositum,
omnem etiam frigiditatem dissipat, destillationibus aduer-
satur, calidioribus etiamnum Cephalalgiam efficit. Oleum
autem Iesiminum, in Hyeme potissimum usum non inutile, ca-
lidioribus siquidem temperaturis liberalius odoratum, san-
guinis fluxiones à naribus mirè prolicat.

DE BITVMINE,

CAP. XXX.

NOMENCLATVRA.

HAFRAL, IEVDI, seu Cheser alibeud Ara-
bibus. Ἀσφαλτος, Grecis. Bitumen, Latinis.
Asphaltum iudaicum rubeum, Barbaris, Bitumen Iudaicum,
Officinis. Asphaltum, & Bitume di Giudea, Italis. Iudæ Leim,
Germanis. Pez delas gales, Hispanis.

ELECTIO, ADVLTERIA, LOCVS,
AC GENERA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. i. Cap. c. & cii.

Bitumen omne aliud antecedit Iudaicum. Probatur quod
purpure modo splendet, ponderosumq; & firmo odore
est. Dānatur contra quod nigro colore sordet. Adultera-
tur enim admixta pice. Nascitur in Phœnicie, Sidone, Baby-
lone & Zacyntho. Gignitur & in Sicilia Agrigentino-
rum agro liquidum, fontibus supernatans, quo ad lucerna-
rum lumina vice olei incolae utuntur, Siculum oleum falso
appellantes: siquidem liquidi Bituminis genus est. Vocatur
& quoddam Bitumen Naphtha, quæ Babylonij Bituminis
destillatio est, colore candidum: inuenitur & nigrum.

Bitumen, unum & ipsum est ex ijs quæ in aqua marina
proueniunt, & in aliis quæpiam quæ non est marina dissi-
milis, ut in Apollonio Epuri, & per alia id genus loca mul-
ta calidis aquis sponte nascentibus ceu spuma quedam inna-
tans hoc medicamen reperitur: & molle quidem est dum in-
natat, postea uero resiccatur pice sicca durius efficitur.
Plurimum uero ac optimum Bitumen in mari quod mortuum
uocāt, prouenit. Est autem id stagnum salsum in Cœle (hoc
est causa) Syria.

EX ALMASA HERODI.

In mari quidem quod mortuum appellatur, nihil immer-
gi potest, nullumq; etiam in eo animal inesse conspicitur.
Attamen in eum confluit à mari Tabario, marium Rastre,
contermino, IORDANIS amnis, cuius aqua per ma-
re ipsum diffuens adeo supermeat, ut non paruo intervallo
manifestam oculis seruet excursionem, à quo postremo ebi-
bitur, aquasq; laudatas perdit, marinis fluctibus admixtas.
Est autem IORDANIS fluuius longè maximus, qui
postquam mare mortuum subit, salisq; undis immiscetur,
rursus alibi hauquaquam exit, redditur uē.

EX BMBA.

Mare mortuum ut uocant, est tum nigro tum candido Bi-
tumine maxime refertum, nec alibi in uniuerso orbe uerum
ac optimum Bitumen reperitur. Est autem in Cœle cauaue
Syria, & iuxta maritimam oram Tabaræstæ, quod etiam
ambiant tergen, & mons, & Dailem, fons non tantum
Bituminis, uerum etiam perpetuo deslagrantis ignis. Ex
eo enim ad altiora montium cacumina per aera maximi ef-
flantur ignes, ad falsos potissimum fluctus excurrentes,
sic ut uel ampliori mille stadiorum spatio proscendantur.
Flammæ siquidem non minus hic quam in Aetnæ montibus
apud Siculos in Christianorum regione excitantur, ac nō
minus etiam quam in occidentali Africa plaga: nec alibi
maiores audiuntur exhalationum impetus ac fragores, nec
etiam fumus caliginos uenigriores, nec ardentiores igniū
biatus uisuntur, quam in regione Meberge, inde in De-
yadaburot, apud Asarmaueth, in terris de Sab, in Alimen,
& in Hamen: fragor cuius tonitrus instar multis stadijs
auditur, è medio fundo cadentes flammæ laminas, ignitos uē
carbones, necnon exusta atrag; lapidum frusta euomens,
quæ per aera sublimius eleuata ardoris in morem, quamplu-
rimis stadijs probè circumspicuntur, rursus uel fulmen in-
imū recidunt. Quod uel quoddam ardentiori euenire potiss-
imum deprehenditur summoq; etiam, ac maximo ignium ca-
lore.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. xi.

Est medicaminis ipsius uis tum resiccatoria, tum excal-
factoria in secundo ordine. Merito itaq; eo utuntur et ad
glutinationes uulnere uentorum, et ad alia omnia quæ
exiccari debent cum modica excaffactione.

EX DIOSCORIDE,

Lib. i. Cap. c. & cii.

Potesse omne Bitumen inflammationes arcerere: glutinat, discutit, mollit, facit ad melicribrium locorum in feminis strangulationes & prociديات: in quem usum apponitur suffitu, & olfactandum naribus admoetur. Suffitu idem comitiales quo lapis Gagates modo depræbentur. Bibitur ciendis mensibus cum uino & castoreo utiliter. Prodest diutinis tussibus, spiritibus angustijis, suspirijs, serpentium morsibus, coxendicis & lateris doloribus. Datur deglutitæ cum coxalicis, & ad disiciendum concretum sanguinem cum aceto utiliter bibitur. Clystere in funditur contra intestinorum tormina, cum pitana liquefactum. A capite in subiectas partes destillationes suffitu sanat: & dentium dolores circumlitum, mitigat. Quod in Bituminis genere concretum est, palpebrarum pilos glutinat, calens specillo impositum. Idem podagris, articularumque; doloribus & uterinosis, cum cera nitroque; & hordei farina hydreleo macerata, utiliter inungitur. Priuatim autem Naphtha trahendi ad se ignes tantam vim habet, ut ex intervallo etiâ ad serapiat, contra oculorum suffusiones & abugines efficax.

EX BEDIGORA.

Asphaltum nempe Iudicum discutit, Naphtha autem discutit potissimum ac emollit.

EX ATABARI.

Naphtha calida est, ac discutit. Flatus enim disspat, nec non uiscera aliorumque; membrorum frigiditatibus auxiliatur.

EX MESARVIA.

Bibitur ex Naphtha parum, contra uterum Tussim, anhelitus difficultatem, ac etiâ à frigiditate flatulentos uiscera spiritibus, contraque frigiditas articularum passionibus. Candida præsertim.

EX ALCHANZI.

Naphtha potissimum nigra, cum lana iniecta, ani, reliquorumque; intestinorum Lumbricis mirifice conducit.

DE THURE,

CAP. XXXI.

NOMENCLATURA.

RONDER, seu Conder seu Katch, Arabibus. *Al Baxos, xoi* *Al Baxotos*, Græcis. Thus, Latinis. Olibani, Barbaris, & quâdoque Officinis. Incenso, Italis. Encens, Gallis. Vucirauach, Germanis. Encienzo, Hispanis.

EFFIGIES.

EX RASE.

Lachryma est arboris quæ in Arabia nascitur Libani appellata.

LOCVS, GENERA, ELECTIO,

ATQ. ADVLTERIA,

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. Cap. lxxxii.

In Arabia quæ ob id thurifera dicta est, nascitur Thus. Primum bonitatis honorem masculinæ habet, quod Stagonia quasi stillicidiare uocant, natua gutte rotunditate, nullas duntaxat huiusmodi est, sectiones habet: candido præterea colore, fractumque; intus pingue est, & incensum quam primum ardet, indicum subrufo & liuido colore est. Rotundam opere & artificio humano Thus sussectum enim in qua-

drangula fragmenta, tum coniectum in fictile aliquod, multâ uoluntate donec rotundum fiat, circumagitur. Vetusitate quod tale fuerit, ruffescit: uocatque; id Stagero aut Entomō. Secundæ bonitatis est quod Orobia & Meliloti appellat: quantitate minimum, colore uero maxime ruffum. Vocatur & Thus aliquod Amomite, candidum quidem, sed quem fricatur, mastiches modo lentescens Adulteratur omne Thus pinea resina, & gummi artificioso conformatum, facillime tamen depræbentur: Gummi enim incensum, non agit flamas: Resina in fumam euanescit: Thus uero quam primum ardet. Indicat fraudem præterea & odor.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Thus exalfacit ordine secundo, desecat primo, habet quoque adstrictionem pusillam. Sed minimum manifesta adstrictio est: candido.

EX DIOSCORIDE.

L. lib. I. Cap. lxxxii.

Potesse Thus omnia hæc, exalfacit, adstringit, purgat quæ claritas oculorum efficiunt, concava explet hulecera, & ad cicatricem perducit: Cuncta glutinat uulnera, compescit omnia sanguinis profluvia, & ex cerebri membranis etiam. Lent sedis & reliquarum corporis partium malefica hulecera tussim, lineamentoque inspersum, tum ex lacte insertum, incipientes formicas & impetigines tollit additis aceto & pice, inunctum. Sanat idem ambusta, perioneseque cum sullo anferinoie adipe: Manantia capitis hulecera cum nitro exerit, reduuias cummelle, contusas aures cum pice. Contra reliquos autem eius partis dolores cum uino dulci instillatur. Prodest & feminarum mammis à partu inflammatis, cum cimolia creta ex rosaceo inunctum. Misceatur utiliter, faucium remedijs, & his quæ ad splanchna, id est interanea, consociuntur. Bibitur idem sanguine expuentibus utiliter. Verumtamen in sanitate potius furorē facit, quæ græci mania uocant. Quinetiâ si maiore copia cum uino bibatur, hominem perimit. Crematur Thus in purate sta positum, accendaturque; grumo eius ex lucerna accenso, do nec totum incensum sit: quo tempore operculandū est, usque dum extinguatur, sic enim non cinerescit. Sunt etiam qui si stili in quo Thus ardet, concavum aneum uas ad excipiendā simul Thuris fuliginem superponunt, ut mox de fuligine Thuris agentes dicemus. Sunt præterea qui Thus in crudum fictile coniectentes, lutoque; circumlinites, in fornace cremant. Friguitur et in noua testa ignitis carbonibus superposita, donec nullas agat bullas, nec pinguitudinem uaporemque; aliquem ex se remittat. Friatur facillime, nec minus etiam quod crematum non fuerit.

EX AVGBRIG.

Thuris arachna in aqua macerata, & singulo die ebibita, pituitæ auxiliatur, ac memoriæ; memoriâ enim amissam reparat. Sumentis tamen Cephalalgiam doloremque capitis, ac prauos uapores excitat, nec non sanguinem perurit.

EX ALFERESI.

Thus cibum concoquit, flatus discutit, atque ebrietati succurrit.

EX SECVNDO THIMEI.

Thus

Thuris flauius albo insalentijs terget, Hordeiq; instar abstergendi facultate insignitur.

EX ABBN MBSVAL.

Thuris pituitosa dissipat, trisibus, animiq; deliquio à cor de proficiscenti subuenit, atque memoriam adiuuat.

DE THVRIS CORTICE,

CAP. XXXII.

NOMENCLATVRA.

Θάρις Αἰθίοιον, Græcis. Cortex Thuris, Latinis. Cortex Olibani, Barbaris, ac Officinis. Cortecia d'Inceso, Italis. Escorce de l'Encens, Gallis.

ELECTIO, ADVLTERIA, CREMANDIQ; MODVS.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. Cap. lxxxviii.

Excellit bonitate in Thuris cortice qui crassus, pinguis, odoratus recensescq; est: in quo leuor sit, nulla scabrities aut membrane tenuitas. Adulteratur Strobili aut pini cortice. Verumtamen & hæc deprehendit ignis: Ceteri siquidem cortices accensi non ardent, sed sine odore in fumis euanescent: Thuris autem cortex accenditur, & cum sua uitate odoris ardet: Crematur cortex hic etiam Thuris modo.

TEMPERAMENTVM, AC IJVAMENTA

EX GALENO.

Sim. Med. vii.

Cortex Thuris euidenter adstringit: proinde sanè strenuè quoque desecat, ad us ex secundo sit ordine completo desiccantium. Est autem crassiorum partium quam ipsum Thus, & minimum habet acrimonia. Ob has ergo illi facultates, tum qualitates multus est eius usus apud medicos in homoptoicis, stomachicis, coeliacis, ac dysentericis, non tantum ijs que extrinsecus applicantur, ipsam admiscentes, sed & ijs que intro in corpus sumuntur.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. Cap. lxxxviii.

Thuris easdem uires habet, efficaciores tamen & maiore adstringendi uice: eam; ob causam sanguinem expuientibus bibitur. & cerninarum uero fluxionibus utiliter subijci tur. Facit idem ad oculorum cicatrices, concauq; & sordida eorum hincera. Frigitur idem contra palpebrarum scabrities utilissimum.

DE MANNA, SEV

POLLINE THVRIS, CAP. XXXIII.

NOMENCLATVRA.

Μάννα Αἰθίοιον, Græcis. Manna Pollenue Thuris Latinis. Manna d'Inceso, Italis. Poluo d'Encienzo, Hispanis.

ELECTIO, IJVAMENTA, ET ADVLTERIA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. Cap. lxxxviii.

Probatur Thuris Manna que candida, pura, & Thuris micis grumosa est. Thuri easdè uires habet, inefficaciores tantum. Adulteratur admixta ex pinea arbore resina, & sarina polline, aut tiso Thuris cortice: que omnia igne deprehenduntur. Neque enim adulterata pariter æqualique motu, sed fumosa & impura aeris uaporatione ardet: odoris præ ætrea sua uitas misto alieno halitu sentitur.

EX ABIGE.

Excalscit ordine nimirum secundo, desiccatur autem aliqui cum caliditate. Probatur que candida, nonnihil ad rubedinem uer gens, ac pura. Ventriculo imbecillo auxiliatur, atque aluum adstringit. Confert præ ætrea autem subuentibus aquis, ebibit, & emplastri modo uentri imposita. Medicamentis contra phlegmonas admiscitur. Errhina autem ex Manna drachma destillationes excitant, ac cerebrum emundant, crasso enim flatu inde dissipat. Oedemata sanat. Ad hæc medicamentum roborat, siquando potionibus atque errhina permiscetur; nec non in magnis etiam compositionibus, ob uim eius singularem, iniicitur.

DE THVRIS FVLIGINE.

CAP. XXXIII.

NOMENCLATVRA.

Ἄσξ, ἄν, ἄλυπος, Græcis. Fuligo, Latinis. Fumus Olibani, Barbaris. Fuligine d'Inceso, Italis.

FABRICA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. Cap. lxxxv.

Thuris fuliginem sic facit: Thuris grumos singulatim exiguo tenace apprehendens ex lucerna accendit, et in coeamum, picatum nouum; sitile accensos deinceps conijcit, tum supposito conuexo in medijs perforato, & diligenter exterso eneo uase, sitile illud operito, ex altera eius parte aut utriusque lapillos altitudine quatuor digitorum, illi subijciens, ut uideri possit, an Thuris grumi illi ardeant, & locus pateat unde alij subinde conijciantur. Antequam deinde primus penitus extinguatur grumus, alios superadijcit, donec satis fuliginis collegisse te credas. Continue etiã spongia ex frida aqua, terga & extimas atheni partes, abstergito, sic enim non magnopere calent atheni, firmius fuligo omnis heredit, que alioquin leuitate sua decidua, senuille Thuris inutilis facta miscebitur. Dersa igitur prima fuligine idem usque dum liberit facito: cremati Thuris cinerem eorum semper abijciens.

TEMPERAMENTVM, AC IJVAMENTA.

EX GALENO.

Sim. Med. vii.

† Nō. n. **fuligo** †. Pollēūe *Thuris* tum *ficioris*, tū *calidioris* est facultatis quā m ipsūm *Thus*, adeo ut ad tertium usq; excessum perveniat. Habet vero etiam *abstersorium* quiddam. Itaq; eo nomine et ex purgare & implere quae in oculis conspiciunt ulcera videtur, velut & *myrrhe*, & *styractis*.

EX DIOSCORIDE.
Lib. III. Cap. cxxxv. & cxxxvi.

Lenit *Fuligo* *Thuris* oculorum inflammationes, compescit eorum destillationes, repurgat eiusdem partis fordidā hūlcera, concava explet, et carcinomatā compescit. Conscituntur eodem modo & ex *myrrha*, *resina*, & *styractis fuliginis*, isfulim accommodatē & utiles. Ex reliquis praeterea lachrymis fuliginem pariter excipito.

DE CHAMÆPITY,

CAP. XXXV.

NOMENCLATURA.

HAMEFITHEOS, seu *Chamaefitibus* seu *Kamaefitibus*, Arabibus. Χαμαφιτις, Graecis. *Chamaepitys*, *Humilis* seu *Tervestris*, *pumila* parvaue *Pinnus*, et *Auge* siue *Abiga*, seu *lbiga*, Latinis. *Kanepitheor*, *Barbaris*. *Iua arthetica*, *Officinis*. *Iua*, *Ital*. *Iue Musca* te, aut *Arthetique*, *Gallis*. *Ye lenger ye lieber*, Germanis. *Xua arctica*, *Hispanis*.

GENERA, ATQ. EFFIGIES

EX DIOSCORIDE.
Lib. III. Cap. cxxxii. & cxxxiii.

Serpit per terram herba, *incensu* similis. Folia habet *minor* Sedo *similia*, multo tamen *tenuiora* *hirsutaque*, & *circa* *ramulos* *frequentia*, odore *Pini*: *flores* *paruos*, colore *luteo*: *radicem* *Cichorii*. Est & altera *Chamaepitys*, ramis *cubitalibus* *ancoratum* modo *inflexis*, *fruticosa*. *Similem* *praedictae* *comā* habet. *Florē* *tamen* *candidum*, *semē* *nigrum*, odore *Pini*. Est & *tertia* *quae* *mascula* *appel-* *latur*, *herbula* *foliolis* *tenuibus*, *candidis* & *hirsutis*. *Caulem* *haec* *habet* *asperum*, *candidum*: *flosculos* *luteos*: *semina*, *seus* *alatum* *cana*. *Pinum* & *haec* *oler*.

TEMPERAMENTVM, AC INVVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. viii.

Chamaepitys gustu quidem *amarum* *saporem* *validiore* *aeri* *obtinē*, effectu *vero* *ex* *purgat* *abstergitq;* *viscera* *plus* *quam* *calfacit*: *proinde* *auriginosis*, et *omnino* *quibus* *facile* *tecur* *obstruitur*, *bonum* *est* *remedium*. *Quin* & *mens* *seu* *decit* *tum* *potā*, *tum* *apposita* *cum* *melle*. *Sed* & *urino* *movente* *medicamen* *est*. *Sunt* *autem* *etiam* *qui* *exim* *ex-* *hibent* *decoctam* *in* *melicrato* *ips* *qui* *coxendicis* *doloribus* *torquentur*. *Herba* *porro* *ipsa* *viridis* *ulnerna* *magna* *con-* *glutinat*, & *ulcera* *putrescentia* *sanat*: *praeterea* *ulnerna* *durities* *disscutit*. *Est* *enim* *in* *secando* *ordinis* *tertij* *in* *cal-* *faciendo* *vero* *secundū*.

EX DIOSCORIDE.
Lib. III. Cap. cxxxii. & cxxxiii.

Sanant *suffusos* *felle* *folia* *prime*, *septem* *diebus* *in* *uino* *potā*: *Quadragesima* *vero*, *dolores* *coxendicis* *in* *dulci* *aqua*. *Dantur* *praeterea* *icocinosis*, *angustis* *urinae*, *renum* *cum* *urinae* *malo* *aliquo* *doloribus*, *pruatiim* *his* *malis* *utilia*, & *torminibus*. *Quinetiam* *pro* *antidoto* *haec* *utuntur*, *contra* *Aconitum* *in* *Heraclea* *in* *cole*: *decoctum* *eius* *propinquant*. *Vtilis* *praeterea* *contra* *praedicta* *macerata* *decoctio* *eius* *po-* *lenta*, *mox* *emplastri* *modo* *imposita*. *Eadem* *cum* *caricis* *in* *pi-* *tilas* *subacta*, *moderata* *saluum* *mollit*. *Cum* *melle* *vero*, *squama* *eris* & *resina* *cocta*, *purgat*. *Eadem* *ex* *melle* *ap-* *posita*, *multebres* *locos* *purgat*. *Difecit* & *mammarum* *du-* *miter*: *Glutinat* *ulnerna*, *ea* *quae* *serpunt* *compescit*, *ex* *melle* *emplastri* *modo* *imposita*. *Secunda* & *tertia* *uires* *ha-* *bent* *priori* *similes*, *non* *adeo* *tamen* *efficaces*.

EX HVNAIM,
in Theriaca libello.

Chamaepitys quidem *uim* *habet* *purgatoriam*.

DE CHAMÆEDRY, SI-
VE TRIXAGINE. CAP. XXXVI.

DAMEDERIO S; seu *Chamaedrys* vel *Kemaedrys*, Arabibus. Χαμαεδρυς, Graecis. *Chamaedrys*, *humilis* ac *terrestris* *Quercus*, & *Triaxago*, Latinis. *Kamedreos*, & *Quercis* *terre*, *Barbaris*. *Chamedreos*, & *Quercis* *minor*, *infima* *Quercus*, et *Serratula*, *Officinis*. *Querciuola*, *Calamandri* *na*, *Herba* *delle* *Fee*, *Ital*. *Chefnette*, seu *petit* *Chefne*, aut *Germandree*, *Gallis*. *Klein* *Bathegel* seu *Bathonien*, *Gamanand*, *Germanis*.

LOCVS, EFFIGIES, AC TEMPVS.

EX DIOSCORIDE.
Lib. III. Cap. ccc.

Nascitur *asperis* & *petrosis* *locis*, *estq;* *brevis* *frutex*, *altitudine* *quantum* *ad* *summo* *pollice* *ad* *extremum* *minimum* *digitum* *patet* *explicita* *hominis* *manus*, *folijs* *parvis*, *figura* *diuisuris*; *quernis* *similibus* *gustu* *amaris*, *purpurascē* *te* *florē*, & *ipso* *etiam* *exiguo*. *Carpenda* *est* *suo* *semine* *praegnans* *herba*.

TEMPERAMENTVM, AC INVVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. viii.

Chamaedrys *vincentem* *habet* *qualitatem* *amarā*: *est* & *quodammodo* *acris*. *Quocirca* *merito* *lienes* *colliquet* & *urinas* *ac* *menses* *provocat*, *crassitudinem* *humorum* *in* *dit*, & *viscerum* *obstructiones* *purgat*. *Ponatur*; *eam* *qu-* *spiam* *in* *tertio* *ordine* *excalcificationum* & *desiccantium* *de-* *ficat* *tamen* *calfacit* *quam* *desicat*.

EX DIOSCORIDE.
Lib. III. Cap. cccc.

Decoquitur *viridis* *in* *aqua*, *bibiturq;* *utiliter* *conu-* *lis* *deco-*

sis decoctum eius: Tus sentibus inidem duratis lienibus, urina angustis, & cutem incipientibus subire aquis. Menses eadem trahit & factus: Lienem minuit cum aceto pota. Contra uenenata cum uino bibitur. Potest idem emplastri modo imposta etiam. Quinetiam conca tritauit contra praedita in pilulas conformari potest. Purgat uetera ulcera ex melle. Contra oculorum caligines trita in pergitur, & ex oleo inungitur. Est autem illi calefacienti uis.

EX AVGERIGI.

Scrapium ex Triffagine paratur aduersus Tusim uetrem, atque iam deputatam coitionem, necnon aduersus aquam subeuntes aquas inter initia, atque conuulsiones. At Scrapium quo uetusius, eo ad iam praedita ualentius. Herba autem recens atrita Agilopis medetur. Decoctum uero suffusus felle auxiliatur.

DE CANCEAMO, SEU

LACHA, CAP. XXXVII.

NOMENCLATURA.

SAC, seu Luch, Arabibus. كحلون, u. كحل, Aethia srio inter recentiores Graecos. Cancamum seu Lacha, Latinis. Lacca, Barbaris, Officinis, ac Italis. Goma Locca, Hispanis.

LOCVS, GENERA, EFFIGIES,

TEMPERAMENTVM, AC INUMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. Cap. xxxvii.

Lachryma est in Arabia nascentis arboris, Cancamum: habet aliquam Myrrhae similitudinem, & uroso in gustu odore sentitur. Eam ad odorem incendant & uaporante Vestes additis myrrhae & styrace eiusdem fumo etiam odorant. Ferunt potu eius triobolari pondere cum aqua acetosae multo aliquot diebus, gracilescere nimia obesitate pingues. Datur pro eterea lienosis, comitialibus, suspuriosisq;. Menses cum multa aqua trahit. Hebetibus eadem medetur oculis, & eorum cicatrices celerrime exterit. Facit pro eterea quos uolueris aliud, ad excusis continuatae desillatione erodas gingiuas, & dentium dolores.

EX PAVLO AEGINETA.

Lib. vii. Cap. iii.

Arabici lingui Lachryma Cancamum est, myrrhae similis, & agrans, quam ad odorem incendant & uaporant. Virtus tenet habet obesos extremandi, detergendi, & ab infarctu mentiumq; obstructione uindicandi.

EX RASB.

E coelo supra ramulos foliose Messis, in maritimis Syriae cadit. Esq; calidum & siccum, obstructiones auferit & intestina roborat, iccinorosisq; doloribus, ac cutem subeuntibus aquis auxiliatur.

EX ATABARI.

Vin excalefacienti, siccandiq; habet. Iccinoris ac uentriculi obstructa liberat.

EX ISAKO EBEN AMRAM.

Cancamum Lachae res quaedam est rubra, tenuioribus plantarum surculis inherens. Gustu laudatissima. Percoquitur, ac inde panni lancae purpureo insistentur colore, quae nimirum infectio Cremes, Carmesinus ac uulgo nuncupatur. Cancamum uero hunc in modum abluunt, sint ligna probe contrita, aquae calidae, in qua Aristolochia, Schoenusq; anthos ebullierint, superinjiciatur, mox pistillo ualenter exagitantur. Inde cum refrigerit, aqua proiectatur, & in umbra excicetur, usq; utreco in usum referetur. Si autem prima uice non optime purgatur, haec iterum atque iterum perages.

DE MEO,

CAP. XXXVIII.

NOMENCLATURA.

MV, Arabibus. ميو u. ميو u. Baerwartz, Graecis. Meu, Latinis. Mea, Barbaris. Anethum slyuifre, Officinis. Meo, Italis. Baerwartz, seu Eberwartz, aut Hertz uurtz, Germanis. Pinillo, Hispanis.

LOCVS, AC EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. Cap. iii.

In Macedonia & Hispania plurimum nascitur Meo quod Athamanticum uocant, caule folijsq; Anetho similibus, crassius tamen Anetho est: bicubitali plerumque altitudine, radicibus in parteis distrahitis, hisque tenuibus, alijs in obliquum, alijs recta tendentibus, longis odoratisq; & gustu feruidis.

TEMPERAMENTVM, AC INUMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vii. A. X. X.

Mei Radices peruitiles sunt, calidae tertio ordine, sicca secundo: proinde uiranae mensesq; ciene uolentes hoc uentur pharmaco. Sed si plusculum sumatur, capiti dolorem mouet, ut pote cum plusculum sit calidum quam siccum quippe cum humiditate eradiusculam etiamum & flatuosam caliditatem ad caput deserat, atque ita ipsum afficiat ledatq;.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. Cap. iii.

Radices in aqua decoctae, & sine captura trite, contra adstricta renum ex uescico uita, utiliter bibuntur, urinae angustiae uiles, utiles & stomachi inflationibus torminae

bus, stragulatu uulue procidentibus, articularum dolori bus, & a capite in subiectis partibus destillationibus: cun- distq; his cum melle trite pro elegmate dantur. Decocto earum insidentibus, mensurus ducitur sanguis: infantibus etiam immo uentri et pectini emplastri modo illite, urinam cient: Dolores tamen capitis facit potum ultra quam de- ceat, Meon.

DE GARO,

CAP. XXXIX.

NOMENCLATVRA.

MVR I, seu Almiri, Arabibus. Γαρος, ἢ Γαρύ φος Græcis. Garum, Latinis. Salamuoia, Italis.

GENERA, TEMPERAMENTVM,
AC IJVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.
Lib.ij. Cap. xxxiij.

Sisit omne ex salsis piscibus itemq; animalium carni- bus Garum, quæcunque pascendo serpunt, si eo foveantur. Medetur idem rabidorum canum moribus. Inijicitur præ- terea & insunditur in intestinorum torminibus & dolore coxendicis: in illis quide, ut que exulcerata sunt, sistat & emendet: in his uero, ut que exulcerata non sunt, ad exulcerationem proritet.

EX GALENO.
Simp. Med. xi.

Garum facultatem habet multum & calidam & siccam ne proinde eo quidam medicorum ad ulcera usi sunt putre- scientia: tum dysentericis ischiadicisq; injiciunt.

EX PAVLO AEGINETA.
Lib. vii. Cap. iij.

Garum uim habet potenter calfaciendi et exiccandi, qua de causa medendis putrescentibus hulceribus foris quidam adhibent. Insunditur item utiliter his, qui intestinorum tor- minibus, & dolore coxendicis tentantur.

EX ABEN MESVAI.

Garum ex farina nimirum hordeacea paratum, uim ha- bet exalfaciendi primo absque, siccam uero secundò. Ex salsis autem piscibus facultatem habet calidiorem & ficiorem. Aluum emollit, pituitosa incidit, bibulum præ- terea aut iniectum eo cædicum doloribus duxiliatur. Prius- tim uero uentriculi humores abstergit Oris, halitum com- mendat. Estq; calidum ordine tertio.

EX MESARVIE.

Vim habet adstringendi, roborandi, & abstergenti. Papulis seu pustulis Εκοθινακτα Græci appellant, ne in facie erumpant, illinuntur. Sed si eruperint eas dissipat, & sanat.

DE RECENTIVM PI-

SCIVM ESCVLENTO IVRE,

CAP. XL.

NOMENCLATVRA.

Zωαὶς Ἰχθύων, Græcis. Ius Piscium, Latinis. Brodo de i. Pesci, Italis.

IJVAMENTA, AC FABRICA.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ij. Cap. xxxv.

Desicit aluum recentium Piscium esulentum ius per se pariter & cum uino potum, priuatim, in hunc usum, con- ficitur ex phycidibus, scorpicinibus, iulidibus, percis, & sa- xatilibus alijs teneris, nec uirus olentibus. Coguuntur au- tem in aqua simpliciter, additis tantum anetho, sale et oleo.

DE MOSCHO,

CAP. XLI.

NOMENCLATVRA.

MISCH, seu Mefsch, Arabibus. Μόσχος, Aetio et recentioribus Græcis. Moschus, Latinis. Mus- scus, Barbaris, ac Officinis. Muschio, Italis, Almsique, Hi- spanis.

LOCVS, ATQ; ELECTIO.

EX ABOHANIFA, ATQ; ABONASEV, EX SENTEN- TIA ABVLVH ASINI ALMALCHADI.
In libro Mineralium, Auri & Margaritarum.

Gazelle equidem ut uocant, capreæ non absimiles, que Moschum, præiustiosissimum odoris genus, ex umbilici uomi- cæ quodamnis expromunt, in conterminis Tumbasæ ac Se- nitarum plagis, potissimum apparent. Sunt tamen qui Mo- schum Tumbasæcinum antepant, odorisq; præstantiam Gazellarum Caprearumque pabulo serant acceptam, que Nardo inibi uescantur copiosa, ceterisq; odoratisimis her- bis. In Senitarum autem agro Gazelle capreæ uerbas odoratas pascuntur, sed odoribus impares. Aliam quoque metendi rationem caustantur Tumbasæini, hanc sapienter uo- mice folliculo non eruant, & blandiente cæli serenitate merum legunt. Sentie uero uomicæ uentriculorum exprimit & exclusa sanie adulteria permiscunt, nullo parumq; ar- ydentente cælo, & uasis uirreis recondunt; euntq; transmittunt ad Saracenos, ad Hamen, & Persida, & Habaræ, & ad alias, Babilionis regiones, ac si esset Tumbasæcinus. Ce- terum he peregrina Capreæ Gazelle, figura, colore, cornibus, ab alijs non dissident, sed dentibus tantum cani- nis discrepant, quos ueruum more exertos palmi longitu- dine gerunt. His uenatores in regione Bethel Tūbasæiue ac Senitarum, prætentis casibus aut laqueis insidias moluntur & interdum captant, aut sagittis uel missili- bus uomicæ folliculum decutiunt, & sanie que in sinu con- creuerat immatura tur gemem, præligant: Sed præcox ad- huc

huc is Moschus tetro & insuavi odore displicet. Verum ita
 tisp:pr libero aere suspendunt, dum ab aëo prorsus fetore
 maturuerit: his hac concoctione perfecta miram sibi concil-
 liat suauitatem. Simile quippian in arborum fructibus sic
 ri consuevit, qui praececos decerpti, tandem exuta acerbita-
 te, & dulces & suauolentes euadunt. In ijs uerò Capreis
 seu Gazellis, quae in montibus oberrant, & liberalius non
 capte uogantur, concepta sanies, antequam uomica rumpat-
 ur, suapte natura ad maturationem spectat: ad quam cum
 uentum fuerit, fera titillans humoris lacinatu noxio la-
 cescit, cotibus & saxis sese longo insolatu candentibus af-
 fricat magno oblectamento, donec facta uomice emissario
 tota saniei uis ad uentriculum supra lapides effundatur: non
 aliter quam abscessus pure cocto fractus disillit, ita utricu-
 lus maturo humore per naturam exaniat, ulcusq; postmo-
 dum ducit cicatricem, rursumq; ruens sanguinis impetus eò
 se recipit, impletq; umbilicum, dum abscedens in consimile
 uomicam extuberet. Ceterum è Thebeth seu è Tumbasco
 indigenae, qui loca ubi uersantur huiuscemodi feræ Gazel-
 le uè ad unguem norunt, saxa facile deprehendunt, quibus
 fusa colluuiis & candenti sole resiccata cohaesit. Hunc igitur
 Moschum ueluti probatisimum incolae metunt, & utri-
 culis ferarum earum esseruant, quas uenatu captauerant.
 Ille Moschus multi uenit, dignus quo Reges & Princeps
 exornentur. Quamq; autem in Thebeth seu Tumbasco per
 multas ciuitates existant, tamen omnis Moschus è Thebeth
 seu è Tumbasco affertur, quæ sanè ciuitas à tota regione sic
 denominatur.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA

EX ALCHALAHAMEN.

Moschus secundam excalefaciendi, siccandi uero tertiam
 sedem inuenit.

EX ABEN MESVAL.

Vim habet calfaciendi, siccandiq; cor ac membra inter-
 na roborat siue assumptus, siue emplastris admixtus ac im-
 positus.

EX ACHIMEBEN HVNAIM.

Calfacit exiccatq;. In oculorum collyrijs conijcitur, ex-
 terit enim nubeculas tenueritque albugines, quæ Nephelice
 Græcis nuncupantur, ac eorum humiditatem exiccat.

EX MESBHA.

Excalefaciendi siccandiq; facultatem possidet, tertio ni-
 mirum abscessu.

EX ATABARI.

Siccitate magis quam caliditate pollet. Cerebrum excal-
 facit, & siccat, naribus inditus, eumq; roborat.

EX MESARVGIÆ.

Calidus est ac siccus ordine secundo, tenuitateq; partiū

pollet. Imbecillas partes odore suo aromatico confirmat,
 diurnumq; capitis dolorem adiuuat, quia ab humiditate
 proficiscitur, ac cerebrum corroborat.

EX PERSIDAB MEDICIS.

Moschus ex oleo Cicino inunctus pudendo, uenerem ma-
 xime excitat. In eo siquidem ut dicunt humiditas quedam
 inest, quæ summo pere uenerem extimulat.

DE NASCAPHTHO,
 CAP.

XLII.

NOMENCLATURA.

NABACH, seu Nafahaten, Arabibus. Νάχα-
 φθον, ή Νάχαφθον, Græcis. Nascaphthū, seu Nar-
 caphthū, Latinis. Tigname, quod planè nil aliud est, quam
 Thymiana, Officinis, ac Italis.

LOCVS, EFFIGIES, AC IUVAMENTA

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. Cap. xxii.

Affertur & hoc ex India: quod torminibus subuenit.
 Corticis speciem & figuram habet. Aegyptie sicut libro si-
 milem. Incenditur per se ad odorem, misceturq; his compo-
 sitis quæ in eandem usum incenduntur & uaporantur. Idè
 adstrictis fecminarum locis suffitu proficiscitur.

EX PAULO ARGINETA.

Lib. vii. Cap. iii.

Nascaphthon, alij nacaphthon uocant, odoramentum est
 Indicum, aduersus contractiones muliebrum locorum, ad
 suffitus uaporatur.

DE NERSIN, SEV

AGRESTI MOSCHATA VE ROSA,
 CAP.

XLIII.

NOMENCLATURA.

NERSIN, seu Nefrin, seu Neferin, seu Nefrin,
 Arabibus, & Barbaris. Moschata, Agrestis seu
 Syluestris Rosa, Latinis.

EFFIGIES, TEMPERAMENTVM
 AC IUVAMENTA.

EX ISAACBEN AMRAM.

Arbustum est, rosarum plantis non ab simile. flores can-
 didos ferens, & nuncupatur Rosa Moschata, Agrestis uè
 seu Syluestris, & Rosa Seni.

EX ABEN MESVAL.

Narcissum emulatur, nec secus è Syluestri Rosa oleum

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

Latebris affectibus ab atra bile excitis, medetur, ac muliebrü locorum doloribus auxiliatur.

EX MESARVGIE.

Iesimino comparis prorsu s facultates obtinet, uerum ad tantam neq; caliditatem neq; siccitatem attingit, ut potè natura leniori.

EX RASE.

In Corsesceni nonnulli exhibebant ex eius folijs à drachmis duabus ad tres, aluumq; ad egerendum summpere mouebant.

DE NARCISSEO,

CAP. XLIIII.

NOMENCLATVRA.

NARCES, seu Nargies, Arabibus. Νολπιδος, καὶ Αειπιον, Græcis. Narcissus, Latinis, Narcissus, Barbaris. Narcisso, Italis. Vchtblumen, aut Hornungblumen, Zeitlosen, Germanis.

EFFIGIES, LOCVS, AC GENERA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. liii. Cap. clxi.

Folia habet porracea, multo tamen tenuiora minoraq; & angustiora. Caulis concavum sine folijs, alti tudine sua præ dodrantem, in quo cæcidus flos est, in medio croceus, in aliquibus autem purpureus aspectu. Radix illi intus candida, rotunda, bulbosaq;. Semen ceu in membrana clausum trigrum & oblongum. Nascitur probatissimus montanis locis, grato odore. Reliquum genus porraceum & herbe halitum ex se mittit.

TEMPERAMENTVM, AC IJVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Narcissi radix usque adeo exiccandi facultate pollet, ut & maxima ulcera conglutinet uel ad incisiones usq; que circa tædones accidunt. Habet uero quiddam abstersorium & attractorium.

EX DIOSCORIDE.

L. li. liij. Cap. clxi.

Cit uomitiones elixa, tum in cibo sumpta aut pota radix eius. Facit ad ambusta eadem ex melle trita. Nervorum præcisiones glutinat emplastri modo imposita. Luxatis talis, diutinis articularum doloribus ex melle itide emplastri modo prodest imposita. Quinetiam utililignes, asperaq; et discolorum ceu ab estiuo sole eutem, cum urtica femine & aceto repurgat. Cum eruo autem & melle hulcerum fordes, quiq; egre maturantur abscessus erumpit. Surculos præterea extrahit, cum Loliacea farina et melle emplastri modo imposita.

EX ABEN MESVAL.

Narcissus easdem quas Iesiminum facultates habet, non adeo tamen efficaces. Pituitosis doloribus subuenit. Oleum uero ex Narcisso paratum facit quoque ad hæc omnia.

EX MESEHA.

Excalfaciendi, siccandi, facultatem habet, secundo nimirum abcessu. Radix autem uulnera uel ad præcisionem usque neruorum conglutinat. Vimq; habet exterforiam.

DE LILIO,

CAP. XLV.

NOMENCLATVRA.

SVSEN, Arabibus. Κελιον, καὶ Αειπιον, Græcis. Lilium sine uionis Rosa, Latinis. Lilium album, Officinis. Giglio, Italis. Lis, Gallis. Lilgen, seu Gilgen, Germanis. Azucena, seu Lirio blanco, Hispanis.

TEMPERAMENTVM, IJVAMENTA, LOCVS ATQ; ELECTIO.

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Lilij flos temperaturam mistam obtinet partim ex tenui, partim ex terrena essentia, ex qua utiq; habet ut gustu sit amara, partim ex aqua, eaque temperata. Itaque etiam quod ex eo conficitur oleum & unguentum, citra morsum digerendi simulque emolliendi facultatem obtinet: unde fit ut uteri duritibus sit epistimū. Porro radix foliaq; per se trita desiccant & abstergunt, & digerunt moderate: proinde quoque ambustis competunt. Siquidem hæc quoque moderate desiccant extergentemque facultatem possulant. Radicem ergo tostam, ac deinde cum rosaceo contritam, ambustis quo ad obducatur cicatrix imponit: quippe cum alioqui & aliorum ulcerum omnium bonum sit inducense cicatrici remedium. Quin etiam uteros emollit, menseseque prouocat. Folia uero præcoquens, & ipsa ad obducendam usque cicatricem imponunt, non in ambustionibus duntaxat, sed alijs quoq; ulceribus, sed & sunt qui aceto ea cõdientes ad uulnera suo tempore utantur. Plus tamen inq; abstergentis facultatis in radice quam in folijs, quanquam temen nec in ea ipsa multum inest, sicut præ diximus. Nam primi ordinis abstergentium est medicaminum: itaque cum aut utililignes, aut psora, aut lepra, aut achoras, aut ali quid id genus exterege uolumus, commisscimus illi aliquid aliorum medicaminum ualidius extergentium, cuiusmodi est mel. Cæterum si id moderate illi ac conuenienter admisceatur, & ad neruorum diuisiones competit, & ad alia uniuersa que ualentur exiccari possulant absque morfu. Imposuimus uerò etiam quandoque & foliorum succum cum aceto & melle coctum. Quinque partibus succi plus ueroq; erat: eratque insignemedicamen ad omnia que exiccari possulant absque morfu, ceu uulnera omnia ingētia, & maxime que in capitibus musculorum eueniunt: tū ea que nimis mollia sunt, & diuturna, atque egre ad cicatricem

triciem perdūentur ulcera. Sed hec iam ad medicamentorum componendorum institutum attinent, à quo quantum licet abstinere in præsentiarum adiutor. Ceterum verū ipsarum natura se penumero ut attingam adigit: celeriter vero relinquenda sunt, atque ad propositum reuertendum.

EX DIOSCORIDE.

Lib. II. Cap. CXV.

Coronarius his flos est: ex quo unguentum fit quod lirinum susinmie dicit, mollendis neritis aptum, priuatimque coram muliebrium locorum durities utile. Serpentium moribus subueniunt emplastri modo imposita herbe folia: Medentur ambustis eadem decocta. Quinetiam sale in aceto condita vulneribus profunt. Expressus præterea ex foliis succus, decoctusque in aeneo vase additis aceto et melle, liquidum contra uersita hulcera nouaq; uulnera medicamentum fit. Creuata radix etiam & cum rosaceo coacta ambustis medetur: Mulieres locos mollit, menses trahit & hulcera ad cicatricem perducit. Coacta eadem cum melle, luxatis & præcis neruis medetur. Vitiligines, lepras, furfuresque exterit. Manantia capitis hulcera abstergit. Eadem emendat & erugat. Testiculorum inflammationes coacta ex aceto additis Apollinari herbe folijs & triticea farina composita. Contra serpentium morsus semen utiliter bibitur. Imponitur præterea sacris ignibus ex aceto coacta semen & folia. Ferunt quidam & purpureo colore fieri liliorum flores. Efficacissima autem ad unguenti confectionem in Syria & Pamplylicæ Pisiada nascuntur Lilia.

DE IRIDE,

CAP.

XLVI.

NOMENCLATURA.

ASMENI IVNI, seu Aiersa, Arabibus. Iris, Græcis. Iris, Latinis. Lilium caeleste, Barbaris. Ireos, Officinis. Giglio azzurro, aut Giglio caeleste, Italis. Glaien, aut Flambe, Gallis. Blauu Gilgen, blauu Schuuer-tel, & Veil Vuwertz, Germanis. Lirio, seu Lirio cardeno, Hispanis.

EFFIGIE, LOCVS, ATQ. ELECTIO.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. Cap. I.

Folia gladiole herbe similia ex se mittit, maiora tantū, latioraq; et pinguiora. Flores in summis caulibus, et in singulis singulos, recta paribusque inter se spacijs in altū surgentes in arcum flexos, colore in candidum, uiridem, luteum, purpureumque & cæruleum uariantes: ex quo, quoniam diuerso colore floret, reddita caelestis arcus imagine, ab eo nomen inuenit. Radices habet geniculatas, solidas, odoratasque, quæ in taleolas sectæ, siccæque, in umbra, tum siniculo traicte, pendentes in usus suos seruantur. Probatissima Iris Illyrica & Macedonica est, & ex utraque hæc gente, quæ densiore & quasi decurtata radice erit, non facile fragili, colore subrufo, quæ odoratissima in eadem erit, gustu seruido, sincero odore, nullo humore lentescens, et quæ

tunditur sternutamenta cūcis. Secunde bonitatis Lybica est, colore candidans, gustu amara. Vetiærescentes omnes teredinem sentiunt, odoratiores tamen tunc sunt.

TEMPERAMENTVM, IUVVAMENTA,

AC PONDVS.

EX PAVLO ARGINETA.

Lib. II. Cap. II.

Iris abunde calefacit, attenuat, abstergit, & concoquit. Quam ob rem rursi subuenit. Contumaces pectoris humores ductiles reddat, torminibus circa umbilicum medetur: hulcera sordida expurgat, alium cum aqua mulsâ sampta euacuat.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. Cap. I.

Natura uisque omnibus est calefacere, extenuareque: tussis utiles sunt, humores non facile excrecabiles extenuant. Purgant crassa & biliosa, pondere drachmarum septem cum mulsâ aqua potæ: Somnum conciliant, lacrymas cient, & torminibus medentur. Cum aceto eadem contra uenenatorum morsus utiliter bibuntur. Profunt lienosis, profunt conuulsis, & in accessionibus febrium, perfrictionibus, & cum trenore algoribus. Utiles & contra feminis incontinentiam. Ducunt menses cum uino potæ. Fouentur farinæ calido Iridum decocto, utiliter mulieres locos molliente & aperiente. Clystere idem contra coxendicis dolorem infunditur. Fistulas & sinus carne Iridis explent. Quinetiâ collyrij modo ex melle apposita, fetus ex utero conuellunt Strumas, ueteresque durities molliunt elixæ & illitæ. In farinam tuse hulcera explent, & cum melle purgant. Carnibus nuda ossa operiunt. Contra dolores capitis ex aceto & rosaceo inunguntur. Lentigines, & asperam discolorant, eum à Sole cutem emendant cū uerato albo duploque melle illitæ. Miscentur præter hæc pessulis, malgmatibus, & acopis. Habentque in uniuersum multiplices usus.

EX BEDIGORA.

Iridis radix, priuatim cutē subeuntibus aquis auxiliatur.

EX ABEN MESVAL.

Radices Iridis in farinam tuse collyrij modo. Pterygia curant. Succus autem ex eis triduo naribus infusus, grauedinem quæ Græcis κόρυθα uocatur, capitisque dolorem, atque hemicraniam sanat. Cutem potissimū subeuntibus aquis, humoribusque crassis, et atrabiliaris medetur, obstructisque tollit: non tamē citra molestiam: uerum innocuus redditur, medicamentis quæ obstructa liberant, iccurque roborant, admixtus, atque cum melicrato aqua uel mulsâ assumptus. Pondus est, ex decocto, à drachmis d' uabus ad tres, aut quatuor usque, ex farina uero pulueris ab una drachma ad duas, cum melle percoctio.

DE EPHEMERO,

CAP.

XLVII.

NOMENCLATURA.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

K I M A M, Arabibus. $\text{E}\pi\mu\iota\sigma\ \sigma\alpha\upsilon\tau\alpha$, in $\text{I}\rho\iota\varsigma\ \delta\gamma\gamma\iota\alpha$, Grecis. Ephemerum, Iris sylvestris, Latinis. Giglio saluatico, Italis. Lis sauage, Gallis.

EFFIGIES, AC LOCVS,

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. cap. lxxxv.

Caulem foliaq; lilio similia habet, tenuiora tamen. Flores candidos amarosq; semen molle, radicem unam crassitudine digitali, longam, odoratam, & adstringentem. Nasctur quercetis & umbrosis locis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Ephemerum non illud letale seu deleterium, sed alterum quod & Irin agrestem cognominant, folia & caulem lilio similem obtinet, radicem oblongam, non rotundam, ceu Colchicum, digiti potissimum crassitudine, adstringens, & boni suauisq; odoris. Ex quibus palam fit facultatis temperaturae esse mixta, nempe repellentis, & halitu euaporantis. Testificatur opera quae particulatim edit. Si quidem non inefficaciter radix eius in dentium doloribus collatur. Tū phymatum augmento & statui folia congruunt. Oportet autem ea in uino decocta prius quam pus moueas, illinere.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. Cap. lxxxv.

Radix dentium doloribus remedio est: in quem usum decocto eius colluuntur. Folij in uino decoctis, & emplastrum modo impostis, tumores panisq; nondum intra se collecto pure, discutuntur.

DE XYRIDE,

CAP. XLVIII.

NOMENCLATVRA.

CASORAS, Arabibus. $\text{E}\pi\upsilon\pi\iota$, Grecis. Xyris, Latinis. Spatula fendita, Officinis, ac Italis. Glaienil sauage, aut Sphatule puante, Gallis. Vuanätleufz, Kraut, Germanis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. cap. xxiii.

Folia iridi similia habet, latiora tamen & in summo acuminata. Caulem ex medijs folijs excurrentem, cubitalem, satiq; crassum, in quo triquetra sunt ueluti siliculae, & in triquetris illis purpureus flos; & in floris medio puncticus color. Semen infolliculis fabarum modo rotundum, rubens acreq;. Radix illi est crebris geniculis dissecta, longa, coiore ruffo.

TEMPERAMENTVM. AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Xyris: quidam xyrid. attenuum partium attrahorae, di gerendi, ac nimirum etiam desiccandi est facultatis cum radix, tum multo etiam amplius fructus qui quidem & urinā ciet, & lienes indaratos sanare potest.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. cap. xxxii.

Capitis uulneribus fractisq; in eo ossibus utilis. Surculos telaeq; omnia, addita eris floris tertia parte, centaury uero radices quinta & melle, sine dolore extrahit. Ex acco emplastri modo imposita eadem tumores inflammationesq; sanat. Bibitur praeterea contra conuulsas, rupta, dolores coxendicis, uesicae sicillidicae & alui fluores, quos diarrhoeam uocant in mulsio erita. Maxima ad ciendam urinam potestate semen obolorum trium pondere in uino bibitur. Bibitur & ad minuendos lienes eadem utilitate.

DE GLADIOLO,

CAP.

XLIX.

NOMENCLATVRA.

KASIELON, Arabibus. $\text{K}\alpha\iota\iota\omega\upsilon$, $\text{N}\epsilon\sigma\sigma\gamma\alpha\epsilon\upsilon\upsilon$, in $\text{M}\alpha\chi\alpha\upsilon\sigma\alpha\upsilon\tau\iota\omega\upsilon$, Grecis. Gladiolus, Latinis, ac Officinis. Xifion, Barbaris. Gladiolo, sicuti eius flores, Monacucce, Italis. Glais, aut Glaitel, Gallis. Schunertel, Germanis.

EFFIGIES., AC LOCVS,

EX DIOSCORIDE.

Li. l.iii. cap. xxx.

A foliorum figura Gladiolus dicta herba est: iridi enim simile folium habet uerumtamen breuius angustiusq;, & cultelli modo in mucronem desinens, uenosusq;. Caulem ex se mittit cubitalem, in quo purpurei flores sunt deinceps dispositi, & ase inuicem distantes. Semen habet rotundum. Radices duas, & alteram alteri insidentem, exiguoꝝ bulborum figura. Earum inferior gracilis est, superior uero crassior. Nasctur maxime in arvis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Xiphij radix, & maxime altera illa quae superior est, attrahentem, refrigerentem, & desiccantem scilicet facultatem etiam possidet.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. cap. xxx.

Potes superior radix emplastri modo ex uino addito Thure imposita, surculos & spicula trahere. Eadem cum loliacea farina, & dulci aqua panos discutit: eamq; ob causam in hunc usum conficiendis emplastris additur. Ducunt ambe menses apposita. Quinetiam superiorem radicem ferunt Venereum in uino potam excitare: inferiorem uero, sterilitatem facere: superiorem itidem pueris contra intesti norum ramices utiliter in aqua potione dari.

DE SPARGANIO

HERBA, CAP. L.

NOMENCLATURA.

SARARHE Ramon, Arabibus. Σπαργάνιον, Grecis. Sparganium, Latinis. Sparganio, Italis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iiii. cap. xxxi.

Gladiolo similia & haec folia habet: angustiora tamen quae in superior, & in terram magis inclinata. In summo caule ueluti pilulae sunt, in quibus clauditur semen.

TEMPERAMENTVM.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Sparganium & ipsum desiccantissimum est facultatis.

IVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iiii. cap. xxxi.

Bibitur radix eius & semen in uino contra uenenatum morbum.

DE SESELI MASSILIENSIS,

CAP. LI.

NOMENCLATURA.

SISALIOS, seu Sesalios, Arabibus. Σισαλιό το Μασσεώσωτων, Grecis. Seseli Massiliense, Latinis. Siseleos, Barbaris. Siler montanum, Officinis. Seseli, Italis. Sermountain, Gallis. Sesel, Vuelscher Steinbrech, Germanis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iiii. cap. ix.

Foeniculi folia habet, caulem tamen crassiores, & umbellam Anetho similem, in qua semen est angulosum, longum, & in cibo acre. Radice longa est & odorata.

TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Seseli & radix quidem, sed & fructus usque adeo excaecat, ut admodum urinam mouere queat. Sed & tenuium est partium, ut & comitiali morbo et orthopneis coepetat.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iiii. cap. lx.

Calefaciunt radice & semen, bibunturq; utiliter contra uescia stitlicidia, & in spiritus difficultate non nisi recta ceruice spirantibus. Profunt strangulatu uulue incidendibus. Profunt & comitialibus. Menses & factus ex utero ducunt. Faciunt ad interaneorum uitia omnia, & diutinis tussibus medentur. Adiuuat concoctiones potum cum uino Massiliensis seselis semen. Solut terminata. Febribus quae Graeci Epialos dicunt, utile est. Viatores contra frigora cum pipere & uino utiliter id bibunt. Datur ut partus adiuuet capris quadrupedibusq; alijs bibendum.

EX ABEN MBVAI.

Caldum est, ac siccum ordine secundo, humores crassos, lentos ac pituitosos incidit, extenuat, & abstergit, atque adeo obstructions auferit. Urinam, mensesq; prouocat. Anhelosis suspiriosisq; qui Graeci ἀσπυριστικοι uocantur utile est. Facit in uniuersum ad frigidas omnes pituitosas passiones.

DE SATIUIS

RAPIS, CAP. LII.

NOMENCLATURA.

SELIEM, seu Selgem, seu Selgiew, uel Alsegiem, Arabibus. Σαγγύλιον, ἢ Σαγγύλις, Grecis. Rapi, seu Rapa, Latinis, Barbaris, ac Officinis. Raps, Italis. Raue, aut Naucau blanc de Iardin, Gallis. Rucben, Germanis. Nabo, Hispanis.

IVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Gongilidis semen uenerem excitat, utpote spiritum flatuosum procreans. Sic & radix coctum diffucilis est, inflatq; & semen generat.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iiii. cap. cxxxiii.

Nutrit Rapi satini elixa radix, inflat, uenerem stimulat sed inutili & humore fluida carne uescientes auget. Foenetur decocto eius podagra utiliter & perniciosa. Conicia etiam eius caro issem prodest emplastri modo imposita. Si quis praeterea in excauata eius radice ceram rosaceo exceptam in seruanti cinere liquefecerit, exulceratis perniciosis medebitur. Sumitur in cibo etiam elixus vaporum in prima germinatione asparagis, ciende urine accommodatus. Semen in antiota additur, & his quae contra uenenata ad leuandos somno dolores consuecuntur. Succurrit & letalibus ueneris potum. Idem etiam uenerem stimulat. Minor nutriendi uis Rapis est in muria seruatis & in cibo sumptis: appetentiam tamen cibi excitant.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

DE SYLVESTRIS

RAPIS, CAP. LIII.

NOMENCLATURA.

ΤΟΥΤ'ΑΗ ΑΠΙ'Α, Græcis. Sylvestre seu Agreste Rapum, Latinis. Rauano magico, aut uagico, Hispanis.

LOCVS, EFFIGIES, AC IUVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii. Cap. cxxxv.

Nascitur in aruis agreste Rapum. Frutex altitudine cubitali, ramosus: cuius summe partes et folia leuorem habet longitudine digitali, et aliquando maiora. Semen in calculatis siliquis fert: dehiscentibusque seminum involueris bis, aliè intus caputem specie siliquæ inueniuntur, in quibus exigua colore nigro semina sunt: sed quæ fracta intus albicent. Admittit semen id his quæ ad exterendam faciem, reliquumque corpus lupinorum triticium aut Lolij aut erui farinis conficiuntur.

DE NAPIS,

CAP. LIIII.

NOMENCLATURA.

ΒΟΥΝΙΑ'Σ, Græcis. Napis, Latinis, ac Officinis. Nagoni, Italis. Nauet, Gallis. Stechruben, Germanis.

IUVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii. Cap. cxxxvi.

Inflat etiam Napi elixa radix, minus tamen quam Rapum nutrit. Letalibus uenenis aduersatur semen eius, præ potumque inefficacia ea reddit: antidotis ideo miscetur. Conditurque et seruatur Raporum modo, Naporum itidè radix.

DE CYPERO,

CAP. LV.

NOMENCLATURA.

SAHERADE, seu Shad, siue Iucha, Arabibus. ΚΥΤ'ΕΙΡΟΣ, ή ΚΥΠ'ΕΡΟΣ, Græcis, Cyperus seu Cyperus, quadratus, triangularis, et odoratus angulosus Iuncus, Latinis, ac Officinis. Cipro, Italis. Souchet, Gallis. Vuilder galgan, Germanis. Iuncia ouellana, Hispanis.

EFFIGIES, LOCVS, ELECTIO, AC GENERA.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii. Cap. liii.

Porri folia angulosus odoratus hic Iuncus habet, longiora tantum gracilioraque: Caulem cubitalem, et aliquan-

do maiorem, angulosum, odorato rotundo Iunco, quem Schoenum dicunt, similem. In summo cuius cacumine minuta folia se proferunt, inter quæ semen est. Radices, quarum usus est, oblongis oliuis similes habet, mutuo contactu sibi inuicem coherentes: habet et rotundas aliquando nigresque, et cum amaritudine aliqua odoratas. Nascitur cultis a quois locis. Probatur angulosi Iunci radix quæ maxime pòderosa, densa, crassa, non facile fragilis, aspera, et cum acrimonia aliqua odorata est. Talis Cilissa est Syriaca itidem, et quæ à Cycladibus insulis petitur. Fertur et altera angulo si Iunci radix in India nasci Zingiberi similis, quæ communè ducata anarescit, et luteum croci colorem reddat, et quæ primum glabrescunt inunctæ corporis pilosæ partes omnes.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EGALENO.

Simp. Med. vii.

Cyperî radices maxime usui sunt, excalficientes pariter et exiccantes absque mordacitate. Itaque ulceribus quæ præ nemia humiditate cicatricem difficulter admittunt, mirifice profunt: habent enim quiddam etiam adstringens: quapropter ulcers item oris conueniunt. Quin et incidendum quampiam illis inesse testificandum, quia et calculo uentris congruunt, et urinam mensesque prouocant.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii. Cap. liij.

Calfacit angulosi Iunci radix, uenarum spiracula laxat aperitque, urinam citi. Bibitur contra uesicæ calculos et cum tem subeuntes aquas utiliter. Bibitur et contra scorpionum ictus eadem utilitate. Refrigeratis præclusis uuluis calens imposta opitulatur, menses trahens. Siccatur eadem et in farinam trita, oris ulceribus, quæ pascendo serpunt, inspergitur. Malagmatis etiam, quæ calfaciendum sint, utiliter miscetur. Spissandis unguentis eadem accommodata est.

BXDAMASCI.

Gingiuus utiliter illinitur.

EX ABEN MESVAI.

Memoriam adauget, lapidem in renibus conerit, ac uentriculum roborat, colorisque bonitatem efficit. Hemorrhoidibus quoque succurrit, ac oris halitum commendat. Si quando cum oleo Lentiscio assumitur, renes excalfacit. Frigori potissimum uesicæ, ac urine stillicidio subuenit.

EX COLLECTANBIS.

Sanguinem adeo adurit, ut timor sit, ne ex eius nimio usu, quis elephantiasim incurrat.

DE ASPLENO,

CAP. LVI.

NOMENCLATURA.

SCOLOFENDRION, seu Sculufenarium, Arabibus. Ἀσπλιον, καὶ Σκολοπενδριον, καὶ Σπλην

Σπληνιον, καὶ ἡμιονιον, Græcis. Asplenum, & Scolopendria, & Splenium et Hemionium, Latinis. Scolopendria, Barbaris, Cetrach, Officinis. Aspleno, et Herba indorata, Italis. Ceterach, Gallis. Doradilla, Hispanis.

EFFIGIES AC LOCVS,

EX DIOSCORIDE.
Lib.iii. Cap. cxlix.

Scolopendrea uenenato insecto folia similia habet, plura ab una radice simul procedunt. Nascitur in petris parietibusq; opacis lapidibus fluminum confectis: sine caule, sine flore, sine semine polypodij herbae modo incisuris diuisa, ex inferiore parte aspera & flauescens, superiore autem uiridis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. vi.

Asplenium, tenuium quidem partium, non tamen calida est herba. Hac utique ratione & lapides frangit, & lienes liquat.

EX DIOSCORIDE.
Lib.iii. cap. cxlix.

Possunt folia eius liene minuere, in quem usum in aceto decoquantur, bibitur; decoctum id quadraginta diebus. Lieni præterea concisa eadem folia ex uino emplastri modo imponenda sunt. Quinetiam uesice stillicidio, singultui, & fellis suffusionibus subueniunt. Calculos uesicæ frangunt. Creditur sterilitatem facere Asplenon per se, & si cum muli liene corpori adaligetur. Iubentq; in hunc usum nocte effodi, silente luna.

DE COLCHICO,

CAP. LVII.

NOMENCLATURA.

SVRVGEN, Arabibus. Κολχικον, ἢ Εφίμπερον ἢ Βολβὸν ἀγρίον, Græcis. Colchicum, et Bulbus agrestis, Latinis. Hermodactylus, at perperam, Barbaris, ac Officinis. Colchico, Italis. Mort au Chien, seu Tue Chien seu Chiennee Gallis. Zeitelox, Vuilzaffran blaom, Germanis.

EFFIGIES, TEMPVS, LOCVS,
NOVMENTA, AC REMEDIA.

EX DIOSCORIDE.
Lib.iii. cap. lxxxviii.

Albicantem florem crocino similem autumni exitu pro fert Colchicum. Post florem folia Bulbo similia, pinguiora tantum. Caulem dodrantalem, ruffo semine. Radicem habet cuius cortex ruffo in nigro colore est: quæ cortice suo nudata, candida, tenera, dulcis & liquore plena inuenitur. Habet bulbos eius in medio diuisionem ex qua stros erumpit: Nascitur Colchicum in Messania plurimum et Colchis.

In cibo sumpta radix, fungorum modo enecat. Ne fallat pro bulbo sumptum, descriptum à nobis id est, ignari enim suauitate eius magnopere trahuntur. Remedio sunt his qui comederint, quæ contra fungos opem ferunt. Remedio itidem bubulum lac, tam presenti ope, ut ubi id sit, nullo alio remedio uti oporteat.

Lib. vi. cap. v.

Pruritus toto corpore sentit, nec aliter quam si scilla aut urtica urretur, si quis Ephemerum, quod Colchicum siue agrestis in bulbum aliqui nominant, hauserit. Erodentur illi præterea interanea, & cum ponderosa grauitate stomachi ardores adsunt. Inualefcit deinde malo, cruenta & aliquando strigentis carnis mixta per alium feruntur. Remedio sunt quemadmodum in salamandre potu diximus, uomitiones & clysteribus intestinorum inundationes. Priusquam inualefcit malum, foliorum quercus, aut gladium, aut malicorij, aut serpylli bibendum est cum lacte decoctum, aut tenerarum ferularum medulle, aut myrti cum uino succus. Quinetiam bacca ipse myrti tuse et in aqua madentes, potu earum diluto hoc profunt. Prodest pariter & castanearum media tuniula, cum aliquo prædictorum succorum pota. Prodest & origanus cum lixiua pota. ueruntamen egregie curantur qui Ephemerum hauserint, si nimum bubulum lac bibentes, & in ore continentes: tam efficaci remedio, ut presente hoc nullo alio opus sit.

DE HERMODACTYLO,

TYLO, CAP. LVIII.

NOMENCLATURA.

SVRVGEN seu Surengiam, Colchicum cum Hermodactylo cõfundentes, Arabibus. Ερμωδάκτυλος, recetio ribus Græcis. Hermodactylus, Latinis, Hermodatillo, Italis. Hermodatil, Hispanis.

TEMPERAMENTVM, IUVAMENTA, AC VSVS.

EX PAVLO AEGINETA.
Lib. vii. Cap. liii.

Hermodactyli radix facta ad purgationes per se, & decoctum ipsius est. Priuatim autem articulorum doloribus in ipso fluxus tempore dedicata, uerum stomacho nimium incommoda.

Lib. iii. cap. lxxxviii.

Quidam inter ipsas accessiones cuiusuis cruciatu articularis Hermodactylo ad alui subductionem utuntur. Ceterum attentione opus est, stomacho namque Hermodactylus officit: nam cibi fastidium ex repletionem inappetentiamq; excitat. In solis igitur his, qui negotijs incuitabilibus obstricti defatigantur, eo utendum: breui & cum plurimum post biduum omnis rheumatismus cohibetur, ita ut consuetudine obire possint mania. Noui ipse quempiam, qui substantiam Hermodactyli nunquam prebit, neq; quippiam ex eadem compositorum medicaminum: sed ipsius herbae elixationem,

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

eum aliquo non insolito medicamine, cuiusmodi est anisi, aut apii decoctum, potui dabit, & suspiciendo quodammodo uentre concitato, humoris impetum compeſcebat. Opera autem precium est, quoniam stomachum, cuiam pridem retuli, laedit, his que stomacho conducunt, & que robur inducunt, cum mediocri calfactione os uentris emendare, & a uitio contracto uindicare.

EX BEDIGORA.

Articulorum doloribus potissimum auxiliatur.

EX DAMASCI.

Podagricis doloribus auxilio est: quod quidem quam mentisime operatur. Liberalius autem assumptus in lapidis duritiam musculos cogit. Non parum tamen articulis conducit. Quam ob rem, is presertim est propinandus, qui articulos habent emollos, ac maxime humectos.

EX IGNOTO.

Hermodactylus quidem candidus, genitale adauget semē.

EX MESARGIE.

Candidus podagricis prodest, rubrus autem letalis est; non tamen tantam obtinet frigiditatem, ut sit narcotice, alioquin uim nullam purgatricem haberet.

EX AVGERIG.

Hermodactylus excalcificat ordine primo.

EX ABEN MSVAEL.

Rubeus letalis est, candidus uero podagricis medetur, peruetusque, ulcera excicat, & abstergit. Frigidus est, ac sic eius ordine secundo.

EX RASB.

Hermodactylus si ex genere esset excalcificantium, ulcera nimirum morſu tentaret.

EX ALKALHEMBN.

Hermodactylus non pauca quidem est caliditatis.

EX ABIGE.

Calidus est, ac siccus ordinis secundā initio. Privatim dolores lenit articulorum, atque podagra. Exanthematis quoque auxiliatur. Lapidatissimus tum in tatus tum extra candidus, haud frangi contumax, nec durus. Niger autem & rubeus ambo letales. Non sine errore tamen aliqui Lagia Syluestrem esse crediderunt, que ex Africa aduehitur. LAGIA enim mulieres maxime impinguat ebibita, sic eaque corpora humectat, macieque confectos ac graciles admodum reficit. Cum potentia etiam assumpta coloris decorem ac gratiam inducit. Estque summe calida, sanguinem adeo excitat, exacuitque, ut forsitan in potu assumpta retorridos calidos dolores faciat, cholericos nempe ac sanguineos:

maximūque no cumentum efficit, atque agritudines procreat, uelati ignem sacrum, quorūdas Græcis nuncipatur, tum in capite tum in facie, ac in alijs uniuersi corporis membris.

DE MELLE,

CAP.

LIX.

NOMENCLATV A.

HAEL, seu Hassel, Arabibus. Mēli, Græcis. Mel, Latinis, Barbaris, ac Officinis. Mele, Italis, Myel, Gallis. Honig, Germanis. Miel, Hispanis.

ELECTIO.

EX DIOSCORIDE.

Lib. II. Cap. CI.

Primam habet Mel Atticum bonitatis estimationem, & in hoc quod ab Hymeto eius regionis monte Hymetion appellatur. Probatior deinde est Cycladibus insulis, & ex Sicilia quod Hyblaum ab insule eius ciuitate Hybla dicitur. Probatius in omni genere quod dulcius, odoratius, & acre, colore rutilo, non liquidum, sed ponderosum firmiterque, & quod trahum, digitis sequaci lentore sequatur. Primam habet Mel uernum bonitatis estimatione, secundam estiuū, hyemale, quia crassius itaō deterius, ceragini faciendæ aptius.

TEMPERAMENTVM, AC INVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Mel desiccatur & excalcificat ordine secundo. Est autem simplicis, quoad fieri potest, tum facultatis, tum temperamenti, exter gentis, ut nobis appellare mos est, medicamento rum speciei existens. Porro coctum minus acre absterſiuū que redditur: itaque ad sinusorum ulcerum glutinationes eo utitur. Caterum si quod mel amorem est, ceu Sardoum clarum est, & ipsum modice esse facili atis, tanquam si nostrum quispiam ei Absinthium admisisset.

EX DIOSCORIDE.

Lib. II. Cap. CI.

Est Mellis uis & natura extere, aperire, & humores in summum proruarere: ideoque sordidis uulceribus & sinibus utiliter insundit ur. Decoctum idem & impositum solutes a continuate sua carnes & hiantes glutinat. Sanantur impetigines decoctis cum liquido alumine melle inunctis. Sanantur eodem & pedum clauī. Contra incertos aut ium sonores doloresque, cum tritito fossili sale tepidam insillatur. Pediculos & lendes inunctū necat. Appellatur, sed non ex circumscriptione, in integrum restituit melle emollos præputijs, presertimque; a balneo triginta diebus. Purgat que claritati oculorum officiat. Medetur & faucium uitijs mel, tonsillis & anginis: in quem uſum gargarissatur, & eo colluūt os. Idem urinum cit. Turſi & serpentium morſi.

bus

bus prodest. Prodest & his qui ex papuere opii viberint contra quod malum cum rosaceo calidum sumitur. Quinetiam contra fungorum maleficia & rabidi canis morsus bibendam, aut in ecclegmate delingendum datur. Crudum tamen omne Mel inflat, alium et usum prouitat: ob quam causam desumato uti oportet. Quod in Sardinia ab apibus Mel fit ex Absinthij pabulo amarum, asperam discoloreremq; ceu à sole cutem multusq; maculas omnes in unum emendat. Fit & in Heraclea Ponti ab apibus Mel tempore aliquo, quod propria quorundam florum potestate comedentes in furorem cum sudoris copioso defluxu agit: qui ad sanitatē deinde restituantur, rursus tynnorumq; falsae carnis cibi, & nulli potius: quoties ea sumpserint, toties uomitione reijciunt. Habet hoc Mel acrimoniam, sternutamentum olfactu ciens. Emendat cutis asperitudines à sole factas in quem usum addito coslo inungitur: cum sale autem liuores delet.

DE AMBARO, SEV
AMBRA, CAP. LX.

NOMENCLATURA.

HAMBRA, seu Hambar, Arabibus, *A' u' loq,* ἡ ἄμρα, recentioribus Graecis. Ambar seu Ambarum, Latinis. Ambra grisea, Officinis. Ambra, & Ambracā, Italis. Ambar seu Ambar gris, Hispanis.

LOCVS, ATQ. ELECTIO.

Ambarum in mari diuini, non secus atque in terra fungos nasci, sentientibus; procellis agitatum pelagus, cum prouolatis impetuose saxis expuit in litus Zing, uocatae regionis: tum homines qui praesentium maris insultus, ad uada se quam citatissimo cursu conferunt, unde & apud illos Michere seu ueloces, cursores uis appellatur, & quod eructarint Ambarum, congerunt, atque Halmabadite deserunt. Prae cellit igitur quod in insulis harum regionum, litibus eiecsum inuenitur, colore casto, in globi formam coactum, improbatum autem quod Struthiocameli oui more cādicat. Damnatur quoque Ambarum, quod è piscium uentribus exemptum fuerit, namque cetaceus piscis nimirum cuius huius Ambari, hoc est sibi necem consciscit, praesertim dum copiosus estur: At el uernaculo nomine uocant piscem: is mortuus fluitat, & undis maris emergit: tum insulam è Zing, coniectis unciis, & funibus extrahunt, Ambarumq; quamquam non satis laudatam, casto uentre eximunt, Officinis Persidae Mandi nuncupatam. Ead quod proxime spinam dorsii inuenitur colatissae, longe magis praesertur: ut potè quod & purius & syncerius tradatur, longioremq; moram in piscis uentre fecerit.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX ABEN MESVAI.

Excelsitandi, siccatidq; facultatem habet. Cerebrum & cor itidem roborat, omniq; sensus uegetiores efficit,

quam ob rem sensibus, ac temperie frigidioribus mirè auxiliatur.

DE AGALLOCHO,
CAP. LXI.

NOMENCLATURA.

HOAD, seu Agaloian seu Agaloian, seu Agalugin, seu Agalugen uel Agalugi, Arabibus, *Αγαλαχοχον*, antiquioribus, *Τόρον*, καὶ *Ζυλλάχον*, recentioribus Graecis. Agallochum, Latinis. Lignum Aloes, Barbaris, ac Officinis. Agalocco, et Legno Aloe, Italis. Paradies und Aloes holz, seu Heyligen Kreutzes holz, Germanis. Lin Aloe, Hispanis.

LOCVS, EFFIGIES, GENERA,
TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. i. Cap. xxxi.

Agallochum lignum est quod ex India & Arabia offertur, Thybie ligno simile, punctis distinctum & maculosum, odoratum, cum amaritudine aliqua gustum adstringens. Cortex corij similitudinem habet, colore uario. Commendatur ad oris & animae suauitatem. Decoctio eius itidem in eundem usum colluitur os. Cunctis idem corporis partibus sicum trituumq; in spergitur. Incenditur uice thuris etiam & uaporatur ad odorem. Radix eius potè drachmae pondere, stomachi aquosos humores siccatur, firmat eiusdem partis imbecillitatem, & ardores lenit. Succurrit preterea cum aqua potum Agallochum lateris doloribus iecorisque, torminibus itidem & intestinorum torminibus.

EX PAVLO AEGINETA.

Lib. vi. Cap. iii.

Agallochum lignum est Indicum, Thybie ligno non distimile, odore bene fragrant. Quod dum manatur, oris et animae suauitatem conciliat. Odoris gratia uaporatur, & ad suffimenta incenditur. Cuius radix in potu unius denarij pondo sumpta, aquosa stomachi uitia sicando, frastamq; eius imbecillitatem roborando sanat. Remedio insuper est iocinorosus, intestinorum torminibus oppressis, Pleureticeisq; hoc est, laterali dolore uexatis.

EX ABOHANIFA.

Ferunt Agallochum in Arabia haudquaquam subresecere. Ceterum inibi planta oritur, NEVI G nuncupata, quae Agallocho nonnihil adsimilatur. Laudatissimum tamè Agallochum est Indum. Quamquam autem in India permulta existant Agallochi genera, unum tamen sola nomenclatura est alijs duntaxat consimile; nec alio pacto dignoscitur nisi solo quidem nomine; ueluti in Myrobalaris, cum dicitur Myrobalaris nigra & Indica. Agallochum uero Indum, in India insula inuenitur, quae Fimia nominatur;

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

DE MARRUBIO,

CAP. LXII.

NOMENCLATURA.

FARASIO, seu Frasium, Arabibus $\rho\alpha\delta\sigma\iota\upsilon\upsilon$. Græcis. Marrubium, Latinis. Prassium, Barbaris, ac Officinis. Marrubio, Italis. Marrubin, Gallis. Lügekraut, Andorn, Marebel, Gottszerges, Germanis. Marruio, Hispanis.

EFFIGIES., AC LOCVS,

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii. cap. cxviii.

Frutex est ab una radice ramosus, hirsutus, abscens, quadrangulis caulibus, folijs humano pollicis similibus, paulominus qui in rotundis, hirsutis, rugosis. sapore amaro. Semen per intervalla in caulibus illi est. flores asperi verticillorum figura. Nascitur circa areas domorum, & inter radera.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Prassium sicut gustus amarum est, ita si quis utatur, conuenienter huic sapori actionem possidet, iecur ac lienem obstructione liberans, & thoracem pulmonemq; expurgans ac menses promouens, sed & illud detergit ac digerit: ponatq; ipsum quispian in caliditate quidem secundi ordinis, iam completis in siccitate tertij medij aut completi. Succus eius ad aciei oculorum claritatem utuntur cum melle. Quin etiam & per nares auriginem purgant, & ad aurium doleres inueteratos adhibent, utique in quibus obstructione discicere. meatumq; ipsum & ramos meningum seu membrarum expurgare est usus.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii. Cap. cxviii.

Dantur cum melle tabidis, tussicentibus su spiro si s;g; sicata Marrubij folia & semen, tum in aqua decocta, aut ex uiridibus expressus succus. Casus pectoris excreationes eadem adiunt, siccitate Iridis admixta farina. Dantur & mulieribus que non purgantur, ad duccendos menses secunda s;g;. Dantur & in difficili partu: Serpentium moribus, & bis qui letale aliquid hauserint. Vesica tamen & renibus nocent. Folia itidem tantum ex melle illita, forida purgant hucera. Cohibent digitorum pterygia, & que serpentes pascent. Lateris doloris leniunt. Facit ad eadem etiam ex folijs expressus, in sole densatus succus. Conserit idem oculorum claritati additis uino & melle inunctus. Eminent & suffusos felle, naribus infusus. Auribus etiam presenti utilitate per se & cum rosacco infunditur.

DE BALLOTE, SEU

MARRUBIO NIGRO. CAP. LXIII.

NOMENCLATURA.

Βαλλοτή

Probatissimum autem est nigrum, uersicolore, humectum, recensue, ponderosum, densum, crassum non albidum candidum, & admodum aduri contumax. Secunde bonitatis honorem habet Agallochum Monduni cognominatum, à Mondel Indæ ciuitate. Deinde Seisi Sapphicum, inter omnia Agallochi genera laudatissimum, aquis enim haud innat, sed ob eius ponderositatem ac grauedinem potius immergitur, ex quo maxime crassum ac humectum potissimum profertur. Postremò Alchumeri bonitate namque Seisi Sapphicæ cedit. Alchumeri tamen et Seisi nonnisi triudierum itinere distant. Ex Alchumeri uero præcellit nigrum, non album, ponderosum, flammisq; rebelle: Sapphicæ tamen seu Seisi, cedit existimatione & honore:

EX CHEALFETEBENI.

Laudatissimum Agallochum est quod ex India aduchitur, secundo loco Seisi seu Sapphicum, arenolum est enim, seu luto terræ inuolutum, aggere siquidem obruitur in regione Siu, Seisiu: inde Alchumeri, cuius duo sunt fastigia, quorum unum Kachile nuncupatur, honore præcellit, alterum Siofoi dicitur, admodum imbecillius: post hunc est Seni maxime humectum, Seisi Sapphicæ cedens tum bonitate tum existimatione: deinde Albel quod è regione Susfelle affertur, alijs Agallochi generibus præter Senitico non ab simile: postremò est Albabeli, quod in maiora frustra dissectum reperitur quam cetera Agallochi genera: Ex eo enim cõstantur pectines ac tabule. Feriant præterea Agallochum ab arbore dissectum, per annum aggere obrui, siquidem marcore sibi suauioreni adscescit odorem, rudi nimirum & insuauu cortice exuto. Reperiuntur etiam nunc quamplurima Agallochi frustra inter alia siuae oleentium aromatum genera. Aiunt insuper illis in locis fractos ex Agallochi plantis ramulos unâ cum fluminum lînâs per uarias regiones hinc inde deferri. AHERVMA etiam nunc eius arboris fructum autumant, colore nimirum purpureo rubroue, ac forma minuto Piperi non ab simile, que propter & Piperella nuncupatur.

EX ATABERI.

Excalsciant sicantq; & adstringenti uim habet. Alum enim siccit, interaneq; ob insitam adstringenti cum aromaticitate facultatem, roborat, humoresq; putridos qui in corpore coierunt, absunt.

EX RASE.

Vim habet excalsciant sicantq;. Medetur etenim qui bus uo lentore stomachus maxime languet.

EX IAACBBENAMRAM.

Excalsciant siccantq; secundo nimirum abscesu. Cerebrû ac interanea corroborat, aquosq; humores qui in corpore concreuerunt, exiccat. Pituitam etiam nunc a capite elicit suffitum ac euaporatum, præsertim quando id uentriculi uitio contingit. Flatus discutit, obstructa liberat, aluum cohibet, urinæq; Stillyciâo a frigore ac uesicæ imbecillitate, summè auxiliatur.

Bαλωτι, ή μελόν προΐσιου, Græcis. Ballote, Latine. Marrubium nigrum, aut Marrubiastrum, aut Prastium fetidum, Officinis. Marrubiastro, & Marrobio bastardo, Italis. Marrubin noir, Gallis. Schuauartz Andorn, Germanis.

EFFIGIES, AC IUVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. III. cap. cxi.

Caulis ex se mittit Marrubium nigrum quadrangulos, nigros, hirsutos, ab unaradice numerosos. Folia habet Marrubij, maiora tantum, hirsuta, per interualla in caulibus disposita, pene rotunda, apiastrum similia & graue olentia, ex quo apiastrum pleriq; id dixerunt. Quinetiam simul cum folijs candidi flores in orbē dispositi, caules amplectuntur. Medentur rabidi canis morsibus imposita emplastri modo cum sale folia eius. Reprimunt eadem in feruenti cinere & cocta, usque dum inarecant, seitis consylomata, & ex melle sordida purgant bulcra.

EX PAVLO AEGINETA.

Lib. vii. Cap. lli.

Baloten alij Marrubium nigrum uocant, ærem & detergentem habet potentiam. Cataplasmatim modo cum sale impastum, icibus rabie perciti canis opitulatur.

DE FELENG,

CAP. LXIII.

NOMENCLATVRA.

FELENG, Arabibus, ac Barbaris.

EFFIGIES, TEMPERAMENTVM,

AC IUVAMENTA.

EX ABEN MESVAI.

Semini Sinapis adsimilatur, miro odore redolens, quare spissandis suauolentibus unguentis admiscetur. Excalfaciendi, siccandiq; facultatem habet.

EX ATABARI.

Feleng excalfaciendi siccandiq; uim obtinet, ac etiam nū discuit, ut tamen quadam adstringendi insignitur.

EX RASE.

Ex albo est excalfaciendum, ac siccantium.

EX ISAAC BEN AMRAM.

Spissandis suauolentibus unguentis admiscetur, excalfaciendi siccandiq; potestatem habet. Capitis obstructa liberat, cerebrumq; roborat. Semini autem Sinapis prorsus adsimilatur, quæ nonnihil magnitudine excedat, ac parua quo que ac non dosa habet ligna. Præcellit magnitudine excedet, summeq; redolens, necnon magni ponderis. Improbatur uero nigricans, ac leuissimi ponderis, disciuit tamen, & nonnihil adstringit.

EX MBSBHANA.

Calefaciendi uim habet in secundo recessu: ex contrarijs autem constat facultatibus, discutiendi nimirum, & adstringendi.

DE FAGRE,

CAP. LXV.

NOMENCLATVRA.

FAGRE, seu Fagara seu Fagra, Arabibus, ac Barbaris.

EFFIGIES, TEMPERAMENTVM,

AC IUVAMENTA,

EX ABEN MESVAI.

Fagre ciceribus adsimilatur, calfacit siccandi; in secundo abscessu, Stomachicisq; inieitur medicamentis.

EX ISAAC BEN AMRAM

Fagre, Ciceri adsimilatur, semen etenim habet paruum, ac rotundum interius nigrescens, exterius autem rubescens. Succus cuius oris halitum commendat, collutus. Medicamentis etiam in puluere redactis, unguentisq; spissandis admiscetur.

DE ALOE,

CAP.

LXVI.

NOMENCLATVRA.

SEBER, seu Paber, seu Sabar, Arabibus. Αλδν, Græcis. Aloe, Latinis. Aloes, Barbaricæ, ac Officinis. Aloe, Italis. Aloes, Perroquet, Gallis. Alepatic, bitser Aloes, Germanis. Azibar, Hispanis.

EFFIGIES, LOCVS, SVCCI EIVS GENERA,

ELECTIO, ET ADVLTERIA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. III. cap. xxv.

Scille folia habet Aloe, crassa, pinguis, in rotundo modo late repandag. Habent utrinque folia ex obliquo spinulas curtas, & raris interuallis dispositas. Caulem profert albo similem, florem candidum, semē asphodelo equale. Tota grauisime olet, & in gustu amarissima Aloe est. Singularem mittit radice, ceu palo in terram defixo. Nascitur plurima in India, unde & liquor ad nos affertur. Nascitur & in Arabia Asiaq; et maritimis quibusdam locis et in sulis, at Andro. Sed ad exprimendum ex ea liquorem inuisilis, glutinandis uero uulneribus accommodata: in quem usum concisa tritaue emplastri modo imponitur. Duplex genus liquoris eius est, alterum arenosum, & ueluti purissime Aloe sedimetum, (Caballinum Officinis nuncupatum) alterum iocinoris modo coactū (Succotrinū, Hepaticumue Officinis appellatum) Eligito pinguem Aloem, sinceram, et sine calculis aut arenis, splendens, ruffo colore, friabilem, iocinoris modo concretam facile liquecentē, & que egrigia amaritudine sit. Reprobanda e diuerso que nigro colore est, nec facile liquecit. Adulteratur Gummi Aloe, uerum deprehenditur amaritudine in gustu, & odoris firmitate, quodq; friata dignis, non resoluitur usque ad minimum ramentum. Miscent illi etiam in adulterio aliqui Acaciam.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Hec herba non admodum apud nos prouenit: & que nascitur in magna Syria, aquosior est, & facultatis imbecillioris: attamen usque adeo desiccare potest, ut uulnera glutinet. At in regionibus calidioribus, qualis est Cælosy-

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

ria, & Arabia multo est melior. Optima autem Indica, cuius liquor est id quod ad nos importatur cognominatum Aloe, medicamentum ad plurimas res propter siccitatem mordicationis expertem utile. Est autem non simplicis naturae, sed ut est indicio gustus, adstringit simul et amaratur: adstringit quidem modice, sed fortiter amara est. Subducit et ventrem, ut puta ex numero medicamentorum, quae Graeci ab exercendo sicut core uocant, ἐκκορον πορνικόν. Itaque ex dictis patet (siquidem memoria tenemus quae in quarto libro sicut demonstrata) quod tertij sit ordinis execitatio calfacientium aut aut primi intensi, aut secundi remissi. Sed et ipsius facultatis misuram attestantur particularia eius opera. Nam et gratum stomacho medicamen est, ut siquid aliud: et sinus glutinat. Sana et ulcera quae egre ad cicatricem duci possunt et maxime quae in ano sunt et puendo. Inuatur et eorum phlegmonas aqua subacta, et uulnera eundem ad modum glutinat. Congruit similiter uenti et ad phlegmonas in ore, ac naribus et oculis. In summa, repellere et digerere simul potest, cum hoc ut paulum extergat, quantum uidelicet ulceribus puris non sit molestum.

Sanit. Tuen. vi. cap. 33.

Aloe nec ualde his conducit, quibus Pituitosus Succus a capite in frigidum naturam uentrem decurrit: cum ei Biliosus trahendi humoris facultas sit.

Comp. Pharm. κατὰ τὸ πρῶτον, viij. cap. ij.

Noxae operae pretium est, ad uentris subductionem illotam Aloem aptiorem esse: multum uero de medicamentaria in deponere lotam, quam etiam febricitantibus dare aliquis audeat, si non uehemens, sed ualde debilis sit febris. Quidam uero etiam esse illota Aloe pharmacum multis sit febricitantibus exhibuerunt, deinde quae nihil manifeste lessissent, in alijs rursus magnam experti sunt cladem. In febricitans enim Aloe, etiam lota, his qui citra uitiatos humores ex in temperie calida et sicca affliguntur. Proximam ab his eadem percipiunt, qui siccam intemperiem habent cum frigida tate implicata. Et in uniuersam qui ex sola qualitate particulam aliquam affectam ac laesam habent. Etenim in humoribus intemperaturae, pharmacia ipsas euacuantibus eget. Quae uero absque his consistunt, penitus in tabem deueniunt ex pharmaci huius ex Aloe constantis usu. Itaque ubi humiditas uitiatata tunicas uentris perrigat, Pica ex Aloe uilis est, expurgans humiditatem. Omnino autem sic affectus accessio nauisae plus aut minus adest. Euacuatio igitur affligentis, humoris per solam Aloem contingit, quae purgatoria uim non fortem habet, sed ut ea quae circa aluum sunt, quae etiam contingit, purgare possit. Est aliquando ampliori pondere exhibebatur, usque ad locos circa hepatis consendit. Non tamen totius corporis purgatoria Aloe exiit. Ceterum ex his quae ei admissentur, mastiche ut stomacho comoda et odora, et quae medicamentaria Aloes uim frangere queat, admiscetur. Cinnamomum uero eadem gratia, et praeterea quod tenuissimum partium est, ut aperire uentris meatus possit extergere, ac attenuare si quid uiscosum aut erassum in humoribus seratur. Crassos enim humores ob purgatoria facultatis imbecillitate Aloe trahere non potest. Quapropter biliosarum uentris affectionum optimi pharmaci

est, adeo ut in uno die sepe multos stomachicos creditos praestet. Inuatur autem et bos et alios omnes affectus ex uitiatas in moribus ortos cinnamomum admiscitur, ut pote quod alterantem habet facultatem uitiosarum qualitatum in id quod secundum naturam habet. Quare scire oportet affectiones in humoribus uitiatas circa uentrem et stomachum, maxime per medicamenta ex Aloe inuari, in maximum uero detrimentum peruenire ex adstringentijs eduliorum, potu, hac pharmaco rum usu.

Quod Animi mores Corporis temperaturae sequuntur, cap. 34.

A Substantia tot dicimus facultates, quot functiones haberit: uerbi gratia Aloem uim purgandi obtinere et stomachum roborandi, et eruenta uulnera glutinandi, plana ulcera ad cicatricem perducendi, palpebrarum humiditate sicca: re alia haud sanè ulla dictum quodlibet opus, praeter Aloe faciente. Ea enim est quae haec obit, ac quonia praesere ea potest, tot facultatibus, quot effectibus pollere dicta est. Aloe igitur purgare et dicimus posse, et robur stomacho addere, et glutinare uulnera, et cicatricem obtuere ulceribus, et humidos oculos resiccare, quasi purgare posse Aloe dicere, uel purgatoria potestate praeditam esse nil referat. Sic uero et siccare humidos oculos posse, idem atque exsiccandum oculorum uim obtinere significat.

Simp. Med. iii. cap. xv.

Aloe si accuratè lactury, aut debilitat aut planè nihil uentrem subducit.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iii. cap. xxxv.

Est Aloe uis et natura adstringere, somnum conciliare, siccare, corpora densare, aluum soluere, et stomachum purgare. Pondere coactarium duorum cum frigida aqua aut laetis sero pota, sanguinis excretionis coepit, felle iussibus emendat, triam obolorum potere in aqua, aut drachmae unius in sorbitione pota. Cum resina eadem aqua aëre, aut cocto melle excepta, aluum pota soluit: trium uero drachmarum pondere egregie purgat. Mixta praeterea Aloe alijs quae purgando sint, stomacho minus noxia ea reddat, siccatu et in sinum tusa uulnera glutinat: et bulcra ad cicatricem perducit coepitque. Pruriginem exulceratis genitalibus Aloe medetur. Glutina praeterea disrupta in infantibus praepicia. Medetur coxylomatibus itidem et fedis rimis cum passo mixta. Quinetiam sanguinis eruptiones ex hemorrhoidibus factas coepit. Digitorum reduias ad cicatricem perducit. Liuios et sugillata ex melle delect. Oculorum febiles, et in oculis angularum pruriginis lenit. Dolores capitis ex aceto et rofaceo finit, fronti temporibusque inuncta. Fluentem capillum ex uino coepit, et contra tonsillas, gingiuas, et omnia oris uitia, cum melle aut uino prodest. Crematur Aloe ad oculorum medicam in pura et candente testa, radiculaque subinde uersatur, usque dum tota et equaliter cadeat, mox lauatur, abiciturque: quod inutile est, si quid arenosum subsedit: quod uero pinguisimum est leuoremque habet seruatur.

EX ALFBRISBI.

In corporibus acridinem humorum adauget, articulo rum ac podagrae acoloribus medetur imposita: assumpta uero humores eorum egregie purgat.

EX ALOHANZI.

Arabica Aloe potissimum abscessibus illinitur, ad similia sanè accommodatior quam iccinoris modo coacta. Aloe namque iccinoris modo coacta, unguentis haudquam admiscetur, sicuti nec potionibus Arabica.

EX MBHERERIT.

Jecur nimiram ledit, ac etiamnum callosos sinus.

EX ABEN MESVAI.

Oculis auxiliatur, atq; corpus exiccat, scisurisq; maximum ex aqua medetur illita. Ventriculum potissimum, caputq; ac crasis humoribus, nec non intestina ad excrementis bellissime purgat. Aluum emollit, regioq; morbo succurrit. Sed tamen nocet, ac hemorrhoidas prorit. Verum non antea assumatur nisi Mastiche permixta, aut aromati decoctio egregie lota, nempe ex Spica, Mastiche, Asaro, ligno fructuq; Balsami, Cinnamomo, Casia, atque ex consimilibus. Assumitur autem in tenuissimum polinem probe redacta, ut facilius ventriculi illis adheret, ualentius enim purgat, humoresq; a cerebro educit, ob moram quidem in ventriculo contractam. Pondus est ab una drachma ad duas, pro sumentis habitu, ac viribus.

EX ABIGE.

Qui uim illius infrenare uolamus, primò assumamus ex Aloe probe contusa ac per cribrum excussa libram unam, mox ex Absinthio optimo tantundem, necnon ex Hieræ Picræ aromatis, singulorum quidem drachmas tres. Crocus tamen solus conteratur, Aromata uero reliqua buliant in duabus aque libris quoad media pars absumpta fuerit, dein colo traiciantur, & ius decocti uase uitreo adseruetur. Aloe uero super uitream marmoreamie tabulam imposta, ac ualenter in sole trita, moxq; in uitrea pyxide belle abstersa, iniecta, cum aromatum decoctio quatum satis fuerit, maceretur. Vase autem cum densò lintecolo egregie contexto, ad decocti consumptionem insoletur, idq; nedum secundo ac tertio, uerum quoad aromatum decoctum absorberit, sedulo peragendum; mox Croco iniecto, omnia belle amiscantur, uitreog; uase probe obturato adseruetur. Pondus est à drachmis una ad duas. Adhæc Aloe uetustate nigrescit utiq; imbecillior redditur, presertim si lota fuerit.

EX HUNAİM.

Aloe uim nimiram purgandam habet. Melle tamen excepta minus quidem purgat, & trahendi à remotis partibus potestatem non parum amittit.

DE CNICO,

CAP. LXVII.

NOMENCLATURA

KARTAM seu Chartum Arabibus. Κνίκος Graecis. Cnicus & Cneus, Latinis. Chartamus, seu Carthamus, & Crocus hortulanus seu hortensis, Barbaris, ac Officinis. Zaffarano Saracinesco, Italis. Saffrā bastard, seu Saffrā sauage, Gallis. Vuilder Saffran, gartē Saffran, Germanis. Cartamo, aut Simiente de Papagatos, semen, flos uero, Alazor seu Azafarromi, Hispanis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Folia habet Cnicos oblonga, inuisuris diuisa, aspera aculeatq;. Caulis cubitalis; in quibus capitula sunt magnitudinis gradus Oliuae. Florem Croco similem. Semen candidū rufumq;, oblongum, angulosum.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Cnici semine duntaxat ad purgationes utitur. Tertij est ordinis excofacientium, si quis foris eo uti uolet.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iiii. Cap. cccv.

Flore huius in obsonijs utuntur. Purgem autem tunc daturq; expressus ex eo succus ad purgandum aluum in aqua dulci aut gallinacci esculento iure; stomacho tamen nocet. Fiunt offeulenti ad molliendam aluum, amygdalis, nitro, aniso, & despumato mellis admixto liquore eius. Ante cenam sumere oportet in quatuor diuisas partes in glandis nucis quantitate, duasque tres sumpsisse. Eas hoc modo conficere oportet: Sumito candidi Cnici seminis sextarium. Ex Thsso insula amygdalarum quae cremate prius purgatq; sint cyabos tres, anisi sextarium unum, spume nitri drachmam, & caricium et ligni carni. Colgulat lac Cnici seminis succus: facit ad soluendam aluum efficacius.

EX MESARVGE.

Cnici flos, Crocus est hortensis: uimq; habet tū adstringendi tum excofaciendi, temperate tamen. Cum aceto tritus, impetiginem potissimum curat insanctus. Cum melle autem puerorum aphthis medetur illitus.

EX ATABARI.

Cnicus facultatem habet modice adstringendi.

EX RASE.

Excofaciendi uim habet, necnon impetigini et puerorum aphthis auxiliatur.

EX MEBHA.

Cnicos lac coagulatum eliquat, eliquatus uero coagulat.

EX ABEN MESVAI.

Cnicus retorridos crassosq; purgat humores stomacho tamen nocet. Aqua uero seu decoctum ex Cnico pituitam potissimum educit, necnon eius medulla. Pondus, drachmæ uiginti, inferuentis aquae scilicet probe macerata, deincolo traiecitæ, drachmis decem Penidiarum admixtis.

DE ATRACTYLIDE

COLOVERVSTICA, SIVE FVSO

AGRESTI, CAP. LXVIII.

NOMENCLATURA.

Ατρακτυλιδ, ή Κνίκος Αγρια, Græcis. Atractylis, Cnicus syluester, Colus rusticæ, seu Fusum agreste, Latinis. Chartamus agrestis, sylvæstis ac Barbaris.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. cap.vii.

Spina est Cnicus similis, multo tamen in summis uirgis minoribus folijs, nudo & sine folijs reliquo caule, quo mulieres ad fusos utuntur. Habet agrestis Fusus aculeata capitula florem pallidum aliquibus uero locis purpureum. Radix illi tenuis & inutilis est.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Atractylis aut Cnicus agrestis: haec planta ex spinarum est genere: facultatem habet desiccantem & modice excaesfaciendi.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. cap.vii.

Concisa eius solia, coma, semenq; contra scorpionum ictus cum uino pipereq; uuliter bibuntur. Sunt praeterea qui dicant a scorpionibus uulneratos, & ex uulnere dolorem sentientes, quamdiu agrestem hunc Fusum manu teneat, non sentire dolorem, deposito autem statim dolere.

EX ATABARI.

Cnicus syluestris urbano satiuo Cnico calidior est, et fierior.

EX ABBEMESVAI.

Cnicus agrestis urbano satiuo Cnico calidior est, & fierior: uiscidam pituitam ualentius tergens, uentriculorumq; ac peluis expurgans. Cum aceto autem tritus imperiginem emendat inunctus, ac puerorum aphthis medetur illitus.

DE SISERE.

CAP. LXXIX.

NOMENCLATURA.

CVLCA S. seu Fisarum, seu Eisarou; Arabibus ذراغون, Graecis. Sifarou, & Sifer, Latinis. Cuthassa, Barbaris. Sifaro, Italis. Cherny, aut Gyroles, Gallicis. Gierlin, seu Girgelin, Germanis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii. Cap. cxxxviii.

Sifer est notum omnibus.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Sisari radix cocta stomacho grata est, & urinam mo-

uet, secundo ordine excaesfaciens, adiectam habens amaritatem quandam cum leuicula aspritudine.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii. cap. cxxxviii.

Suauis in cibo ori elixa Siferis radice: stomacho utilis, urinam cit, & cibi appetentiam excitat.

EX ABBEMESVAI.

Sisari radix excaesfaciendi humectandiq; facultatem habet, necnon genituram se menie adauget.

DE SYLVESTRI CVCV-

MERE, ET ELATERIO, CAP. LXX.

NOMENCLATURA.

CHEFE ALLIMAR, seu Kate Albenei, seu Chethi alhamar, Arabibus. Ζύωσ & Ψύπος, sicuti expressus eius succus, ΕΑΤΨύπος, Graecis. Cucumis anguinus, Syluestris, & erraticus, ueluti succus, Elaterium. Latinis. Cucumer Asininus, sicuti succus, Elaterium, Barbaris, ac Officinis. Cocomero saluatico succus autem, Elaterio, Italis. Cocombre sauagege, Gallicis. Vtil Cucumer, siue esels Cucumer, aut Vuila springendat Kurbstlin, seu bundis Kurbstlin, Germanis. Cogambritto amargo, Hispanis.

EFFIGIES AC LOCVS.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iii. cap. cliiii.

Solo fructu a satiuo Cucumere differt, quem longe minorem oblongis glandibus similem fert. Folia tamen utriusq; satiuo similia sunt. Radix candida illi est & grandis. nascitur sibilosis locis, & in domorui areis interdum: totiq; frutex amarus est.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA,

ELATERIQ; FABRICA, ATQ; ELECTIO.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Cucumeris agrestis tum fructus ipsius succus, quem uocant Elaterium, tum non minime radicis et foliorum ad medicationes perutilis est. Elaterium itaque menses ciet, sextum interimit appositum, cum alia omnia amara & subtilium partium, maxime siquam habeant caliditatem, uelut ni mirum Elaterium summe siquidem amarum est, leuiter calidum: ut ex secundo si ordine excaesfacientium: porro tale protinus quoque digerendi animo possidet. Sic igitur eo angina laborantes inungunt quidam cum melle aut oleo ueteris. Bonum item est regio morbo affectis fusum cum lacte in uares. Sed et doloris capitis sanat hoc usum. Atque Elaterium quidem eiusmodi est. At radicis succus, ut & foliorum, licet Elaterio similem anim habeat, inbecilliorum tamen. Sed & ipsa radix ad similem facultatem possidet: abstergit namque, digerit, atque emollit. Porro cortex ea potentius desiccatur.

EX

Auribus in dolore utiliter foliorum succus infunditur. Veteres tumores omnes discutit radix eius cum polenta emplastri modo imposita. Eadem cum terebinthina resina imposita panos erumpit. Quinetiam in aceto elixa, mox emplastri modo imposita podagras discutit. In dolore coxendicis præterea chlystere decoctum illud utiliter infunditur. Eodem etiam in dolore dentes pari utilitate colluuntur. Sicca & diuerso tritæque utilitigines, lepras, impetiginosq; ex terit. Nigras itidem cicatrices uulsiq; maculas, quas Spiros Græci uocant, repurgat. Eiusdem præterea radices succus sequioboli pondere minima dispensatione datus, & corticis quartæ acetabuli parte pituitam purgant & bilem præsertimq; in subeuntibus cutem aquis, purgantq; nulla stomachi iniuria. Verumtamen in cutem subeuntibus aquis sumenda radices selibra est, duobusq; uini præsertim Libyci sextarijs miscenda, tum pondere cyathorum trium ieiunãdanda singulis diebus donec tumor satis subsederit. Quod uero ELATERION uocatur, ex fructu Cucumerum huiusmodi hoc modo fit: Sumito Cucumeres hos, eligitoq; tempestiuos: id autem erit cum solo tactu humor em ex se profundenter repositosq; per noctem dimittito. Martino deinde cribrum non ad eo densis, & angustis foraminibus crateri superponito: supinoq; cultro, id est auersa eius aciesi gillanti Cucumeres illos utraque manu mitens diuidito: & per cribrum in subiectum craterem humorem eorum exprimito. Super exprimito etiam quod carnosum ex eis cribro hærebit, ut illud etiam descendat. Quam uero totos expresseris, finito subiectum in craterem humorem: tum in paratam peluam expressa omnia conijcito: coaceruatissimam in cribro omnibus que inuisa antea fuerint, dulci aqua conspergito: & cum expresseris, abijcito quod supererit: liquorem uero in pelui miscens & subigens, linteolo operculatum in sole ponito: Quamq; subsederit, omnem supernatantem aquam cum eo quod in spumam concreuerit, ex colator facitoq; id sepius, quamdiu supernatabit aqua: quam cum excolaueris diligenter, conijcito in mortarium sedimentum terito, & in pastillos conformato. Quædam ut celerime humorem exicent, cribratum cinerem in terra sternunt cautumq; in medio excavantes tripliciter extenso linteolo, Elaterion cum suo liquore illi inpergunt, siccatumq; in mortario ut præmonstratum est terunt. Sunt etiam qui pro dulci aqua mare aspergunt. Quædam præterea ultima lotura missam adspargunt aquam. Creditur probatissimam esse Elaterium quod leuitatem simul & leuorem habet, gustu amarissimam esse: quodq; lucernis aënotum facile accenditur, alioqui quod uretice, asperumq; & turbidum aspectu est, melio inter eruum & cinerem colore, pondere sumq; improbat. Miscens aliqui etiam Cucumeris huius succo amyllum, ut candorem leuitatemq; eius imitetur. Bimiliumque ad decennium purgationibus accommodatum Elaterium est, integra & maxima in usu mensura integer obolus: minima, semibolus: infansibus æri duo: maiore enim æopia potum, periculosum est. Purgat per inserta pariter, & superna, bilon & pituitam trahens, purganturq; eo utiliter qui spiritus angustijs laborant. Quod si purgare

per alium uolueris, duplum salis misceto, sibiq; quantum satis sit, dilutasq; aqua erui magnitudine pilulas dato, facti tepide aque & cyathum superbibat. Ad uomitiones etiã aqua diluitur, pennaq; eo madente quam maxime intincto sub lingua loco inunguntur. Quod si ad uomitum difficilis qui curatur erit, oleo aut trino unguento diluatur. Accendi etiam à somno erunt qui curantur. Oportet, præterea his qui supra modum purgantur, uinum oleo mixtum continue bibendum dare, superaccellente enim uomiu, desinunt purgari: non cessante autem uomitione, danda frigida aqua, polenta, posca, pomag, & quæcunq; stomachum sensare possint. Ducit Elaterium menses, & foetus in utero necat, appositum. Pellis suffusiones idem emendat, uaribus cum lacte instillatum: quinetiam diuino capitis dolores finit. In anginis utiliter inungitur cum oleo melicis ex taurino felle.

EX ABEN MBSVAL.

Cucumis agrestis, potissimum cutem subeuntis, aquis & pituitam nulla stomachi iniuria purgat. Laudatur obolus ac summe amarus. Vim tamen illius emendatur, si cum malsa, aut passo assumitur. Pondus est à quatuor obolis ad quinque. Ex agrejii autem Cucumeris succus, asistim lem plantæ facultatem possidet. Probatissimus est candidus, leuis, amarus, quique igni admodum facile accenditur. Pondus est à duobus obolis ad tres, cum Amylo, aquaq; mellita.

EX ABIGE.

Calidus est ordine secundo, acriorq; Colocynthide, & magis amarus. Cucumeres autem ipsi ex planta quidã esstæte exenite & hyemis principio colligendi, citrini, carpiuq; faciles. Melior est planta que plurimos habet Cucumeres, quosq; pariter est succi plena. Cucumis autem ipse, cussiq; Succus quem ELATERIVM uocant, ambo equidem purgant. Elaterium itaq; crassos humores, atramq; bilem alio præsertim medicamentis admixtum, ac etiam cutem subeuntis aquas egregie purgat. Sunt sanè medicamina Elaterio admiscenda, Aloe lecinoris modo coacta, Centaurium utrumque, nempe minus & maius, Hermodactylus, Buzæden è Satyriorum censa, Chamæpitys, Costus, Mirrha, Crocus, Spica, Cinnamonum, Aristolochia rotunda, Asarum, Apij tum montani tum satii semina, Sagapenum, Tripolium seu Turbith ut uocant, Bellium, Sal Indum, Balsamum seu Granum Nil. Vniuersis namque aut aliquibus horum medicamentorum admixtum, doloribus articuloꝝ, podagre, coli, artretilis, Cynicæ consulsionis, pedum ac manuum frigiditati probè auxiliatur. Maximam sanè medicamentum, siue sunt inde emplastra, siue extapota. Cum autem ex Elaterio catapota formantur, nec Scamonium, nec Colocynthis sunt permiscenda. Catapota enim, pilule hæc celeriter dissoluntur, permiscantur uero sicq; diutius uis Elaterij uentriculo immoratur. Quam obrem si quando facultas aliqua medicamentorum ualent purgantium unã adheret, summè periculosum. Elaterium autem breui permittatur, ac dissoluitur, nec uentriculo diutius immoratur. Quare optimum censetur, medicamenta

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

uolenter purgantia cum Elaterio non esse in catapotis
 uerigenda: Naturam enim maxime per se ledere. Elateriū
 uero ad hunc modum paratur. Sumuntur Cucumeres nimi-
 rum dum adhuc plante insident, lutei citrinūque, ele-
 menterque sine compressione multa in mortarium exprimentur, na-
 uā eius femina contendantur: humor iā extractus, simulque
 carnosum in uas iniiciatur, quod ita pressum est. Subsistere
 sinitur. Liqueor inde effundatur, ac sedimentum firmo lin-
 teolo excipitur. sic; linteolum quoad super existens aqua
 liquefat, simulque carnosum purum referedit, suspendatur.
 Ad hęc sedimentum Elateriumque super cineres à lapillis
 expurgatos, cum linteolo quantum paululum exiccetur, in-
 spersgatur: mox linteolo ablato in umbra super tabulam
 diffusum, plane exiccetur. Postmodum colligatur, medicamē-
 tisque admisceatur, ueluti iam abunde monstrauimus. Ponderus
 robustiori nimirū, cū alijs medicamentis, cū à semiobolo ad
 integrum. Vim illius infrenabis, si quando illum in catapo-
 tia redigere placuerit, cum pari pondere Gummi, Arabici
 uocati, & parte mediaboli Armenice: necnon si quando Ele-
 ctarijs admisceatur, uim etiam illius emendabis. Elaterium
 uero, uim uisitate amittit, & nihilominus belle operatur.
 Ex medicamentis autem, que uim illius potissimum infren-
 nant, est Gummi Amygdalarum tum amararum tum dulcium.
 Elaterium insuper cum oleo Sesamino coctum, hemorrhoi-
 dibus medetur inunctum. Oleum uero Sesaminam ubi defue-
 rit, Liliaceum substituatur. Humoresque quamplurimos etiā
 à capite purgat, cum lacte naribus infusum.

DE CALAMO ODORATO, CAP. LXXI.

NOMENCLATURA.

HASABEL, Derrire, Darirheue seu Asabhen
 re, seu Cassab alsatira, Arabibus. Καλαμος ἄρωμα-
 τος, ἢ ἀμπεψιδός, Grecis. Calamus Odoratus, seu un-
 guentarius, Latinis. Calamus aromaticus, Barbaris ac Of-
 ficinis. Calamo odorato & aromatico. Italis. Calmus.
 Vuurtzel, Germanis. Calamo Aromatico, Hispanis.

LOCVS, ATQ. ELECTIO.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. cap. xvii.

Nascitur in India odoratus Calamus, estque in copro-
 tissimus, qui colore ruffo & crebris geniculis est, quique
 assulose frangitur, fistulis aranearum plenis, abscessens, &
 in commanducando glutinosi lentoris, adstricto sapore, nec
 adeo acer.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA,

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Calamus Odoratus leuicula quamdam adstrictionem,
 ac minimam acrimoniam possidet: magna ex parte essentia
 eius terrena est & aerea, in caliditatis frigiditatisque con-

iguatione temperata. Quamobrem moderatē urinam mo-
 uet, & facultatibus que tectori stomachoque imponantur, mi-
 sceri potest: tum in fomenta quoque utri, que phlegmone
 gratia, aut irritantis mensibus assumantur uiliter admi-
 scetur. Ponatur itaque habeaturque secundi ordinis eorum
 que excalesciunt & desiccant, ualentius tamen desiccant
 quam excalesciunt. Inest quoque ei quedam partium tenui-
 tas, uelut alijs omnibus odoratis, siue aromatis. Ceterū
 illorum compluribus, tenuium partium plurimum, calamo
 uerō non multum adest.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. cap. xvii.

Est illi uis & natura urinam citere, tamē ob causam
 eum gramine aut apij semine decoctus, contra cui in subcu-
 tes aquas, renum cum urina malo aliquo dolore, uescice fist-
 licidum & rupta, uuliterque bibitur. Ducit idem mensis, po-
 tus & appositus. Tussis per se, & cum terebinthina resina
 suffitu medetur, fumo in os per fistulam attracto. Decoquitur
 proeterea feminis ad insidendum. Quinetiam clystere
 infunditur. Misceatur idem malagmatis, & his que ad odo-
 ris suauitatem incendantur & uaporantur.

EX ABIGE.

Sugillata liuoresque emendat, & tumores discutit, empla-
 stri modo impositus.

DE RHA PONTICO, CAP. LXXII.

NOMENCLATURA.

RAUED, seu Rauend, Arabibus. Ρῶν ἢ Ρῆον, Grecis.
 Rha, Rheum, Rhaponticum, & Radix Pontica, Latinis.
 Reu, Barbaris. Reuponticum, Officinis. R. uipontico, His-
 panis.

LOCVS, EFFIGIES, ATQ. ELECTIO.

EX DIOSCORIDE.

Lib. III. Cap. III.

Nascitur locis supra Bosphorum, unde etiam affertur.
 Radix nigra, maiori Centauro similis, minor tamen &
 magis rubens: sine odore, fungosa, nec ponderosa. Proba-
 tissimum quod teredinem non sensit: quod in gustu glutino-
 sum cum leni astrictione lentescit, commanducatumque palles-
 cit, & luteum croci colorem aliquem refert.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Rheum, quidam id Rha nuncupant: missam habet tum ter-
 peraturam, tum facultatem: habet enim quidam terrestris
 frigidum, ceu indacio est adstrictio: & aduicta est quaedam
 soliditas: si quidem si plisculum mandatur, sub acre conspicit-
 tur.

tur. Quinetiam aere cuiusdam subtilis est
particeps, quod indicat tum laxitas, tum leuitas uerum
operatob id enim non tantum conuulsis, sed & ruptis
orthopnoæ prædesti: Sic quoque liuentia & lichenas sa-
nat illitum cum aceto. Porro quod adstrictiõis opera haud
instrenua sunt, hinc discere licet, quod sanguinem expuen-
tibus, cœliactis, & dysentericis conseruat: nec enim relictur
terrestri frigido tenui aere: immo eo quod deducatur, et
in altum perducatur ualentioris effectus causa existit.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii. Cap.ii.

Facit potum ad stomachi inflationes, infirmitates, dolo-
res omnes, conuulsas, ruptas, lienosos, iocinorosos, remum
cum urinæ malo aliquo dolores, tormina, peccoris uicisq;
uitia: præcordiorum item distentiones, & multibrium
locorum uitia: coxendicis dolores itidem, cruenta sputa,
suppuria, singultus, intestinorum tormina, cœliacos, cir-
cularium febrium ambitus, & uenenatorum morsus. Da-
tur agarico similiter in singulis prædictis morbis, eod-
dem pondere, in istem liquoribus, cum melle, ubi fe-
bris absit in febre, cum melle aqua: tabidis, in passo: lienosis
cum aceto melleo, non continentibus cibum in stomacho, qua-
le est commandacatum & potum, nullo superpotu liquore.
Emendat Rha Ponticū liuores impetiginosq; ex aceto inū-
ctum. Dissicit idem diutinas inflammationes omnes ex aqua
illitum. Est autem illi maxima & præcipua uis adstringen-
di cum calore aliquo.

DE CANNABE SA-

TIVA, CAP. LXXIII.

NOMENCLATURA.

SCEHEDENEGI, seu Canab, Arabibus. Κό-
ννη, Græcis. Cannabis, Latinis. Canaps, Barbaris.
Canapus, Officinis. Canape, Italis. Chanure, Gallis. Hanff
Germanis. Cannamo, ueluti eius semina, Cannamones, Hi-
spanis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii. Cap. xliii.

Multe utilitatis uita hominum, texendis ualidisimis
ex ea funibus planta est. Folia habet tria Media, id est,
Fraxino similia, & ingrati odoris. Caules lōgos inanesq;
semen rotundum.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Canabis semen flatus extinguit: ideoq; desecat, ut si plu-
sculum edatur, geniturum excitet. Sunt qui ex eo uiridi
succum exprimentes ad aurium dolores, ab obstructione,
opinor, natos, uentur.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii. cap. xlvi.

Semen maiore copia sumptum, ginituram extinguit. Ex
uiridi ea expressus succus contra aurium dolores utiliter
instillatur.

EX ABBN MBSVAI.

Excalscendi sicandiq; facultatem habet, tertio nimi-
rum abcessu. Canabinum autem oleum, humiditates aurium
potissimum excicat, instillatur. Largior tamen, eius usus,
dolorem capitis quem Κεφαλαλγίαν uocant, efficit. Fo-
lia uero Εΐνάσιον, capitis hæc ardorem extingunt.

DE SYLVESTRI CAN-

NABE, CAP. LXXIII.

NOMENCLATURA.

Κόνη, Bis ἄγρια, Græcis. Sylvestris Cannabis, & Termi-
nalis, Latinis. Canaps agrejis, Barbaris. Canape Saluati-
co, Italis. Chanure sauagge, Gallis. Vuillen Hanff, Ger-
manis.

EFFIGIES AC IUVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii. Cap. xlv.

Similes althæe uirgas profert, minores tamen, nigri-
ores crassioresq; astitudine cubitali. Folia habet satine simi-
lia, asperiora tantum & nigriora. Flores rubescentes hy-
chnidi similes. Semen uero & radices althæe. Lent inflam-
mationes, tumores discutit, lapidosas durities, quas Græci
poros dicunt, dissicit elixa Cannabis radix, tum emplastri
modo imposita. Quinetiam texendis funibus cortex eius
utilis est.

DE FICIS,

CAP. LXXV.

NOMENCLATURA.

SIN, seu Fin, seu Tin, Arabibus. Φύκον, fructus, au-
tem, Φύκον, Græcis Ficus, Latinis, Barbaris, ac Offi-
cinis. Fico, Italis. Figuer, Gallis. Feigen baum, Germanis.
Higuera, sicuti fructus, Higo, Hispanis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Ficus arida uim habent excalscendi ordine primo
etiam completo, aut secundo incipiente: habent uero etiam
partium tenuitatem quandam. Ex istis duobus idoneæ sunt
que tubercula dura concoquant, statim uero etiam ea dige-
runt. Atque ipse per se illis eiusmodi uim obtinent. Sed
& decoctum earum eiusdem uique nature est. Verum
ubi magis concoquere consilium est, miscenda est farina tri-

tice: ubi uero plus digerere, hordeacea: panis horum in medio. Sed hæc magis sunt propria tractatus De medicamentorum compositione, et rationis curandi: uerum in presentiarum hæc de ischiadibus nouisse sufficiat. Porro scire oportet, quæ pinguiora sunt, magis possunt concoqueri: quæ uero gustu acriores, magis tum extergere tum digerere. Ceterum quod ex ijs plurimum in aqua coctis efficitur, simile est meli non solum consistentia, sed et facultate. Porro ficus uirides comestæ propter admissam humiditatem facilius sunt imbecillioris: subducunt tamen aluum utraq; tum humide, tum sicca. Porro ficus caprifici acris & digerentis facultatis sunt: sic etiam domesticarum grossi, Græcis ἐλκιδόν nuncupati, inest enim illis nonnihil etiam succi ex sicca arbore. Acris enim sunt & discussorie facultatis propter succum totius arboris communem qui illis inest. Cocti itaque duros tumores discutiunt, crudi uero myrmecias et thymos eiciunt. Ficus autem arbor calide tenuiumq; partium temperaturæ est, ceu indicant tum liquor eius, tum foliorum succus. Valenter enim eorum uterq; calidus est. Itaq; non mordicat tantum, aut uehementer abstergit, sed & ulcerat, & ora uasorum reserat, & uerrucas quas myrmecias uocant, eicit, sed & purgare potest. Porro ficus agrestis, quam Brineum Græci (Latine caprificum) nominant, tum liquor tum succus ad omnia quam satius ualentior est. Sed & Crude eorum adeo sunt calide tenuiumq; partium ut carnes bubulas duras, si coquendis adiiciantur, friabiles ac teneras efficiant.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. cap. cxxxviii. & cxxxix.
& cxxxvi. & cxxxvii.

Fici maturæ recentiq; stomacho noxiæ, aluum soluant, sed facillime ab eis soluta cohibetur. Papulas & sudores prouocant: Sitim arcent, & calorem extingunt. Eiccat, (quas Caricas Latini uocant) corpus nutritum, calefaciunt, sitim afferunt, bonam faciunt aluum, in stomachum tamen et aluum desillationibus inimicæ. Eadem gutturi, faucibus, ue sicæ & renibus amicæ. Viles & à longa ualitudine malo cutis coloris, suspiriosis, comitialibus, & ualem subuentibus aquis. Decoquantur cum hyssopo. Caricæ purganturq; potio decocto illo pectoris uitia. Diutius tusibus, et antiquis pulmonum uitijs accommodatæ sunt. Aluum mollunt cum nitro & Cnicotise, & in cibo sumptæ. Gargarisatur uti liter earum decoctum contra faucium et tonsillarum inflammationes. Adduntur præterea malagmatis quæ farina hordeacea & hydreleo consciuntur. Adduntur & feminarum fomentis cum fœnogreco aut pitfana. Contra tormina uti liter clystere cum ruta decoctæ infunduntur. Quinetiam coctæ mox concisæ, ad discutiendas durities illinuntur. Strumas & quas Græci parotidas dicunt emolliunt, panos maturat, multoq; magis aditis radice iridis, aut nitro, aut calce, quinetiam crude, tuseq; cum prædictis, eadem præstant. Repurgant cum malicorio digitorum pterygia. Cum atramento futuro fluidis tiberum huleribus, maleficis, nec facile in cicatricem coeuntibus medentur. In uino decoctæ, aditis absinthio & hordeacea farina, utiliter contra tunc subueniens aquas illinuntur. Crematæ ceræq; coactæ, permixtus medentur. Crude eadem concisæ, aditis coactisq; si-

finaps aut nitro, mox auribus inditæ, incertos earum sonos sanant et pruritus. Syluestris et satius fici lac animalium coaguli modo, lac coagulat. Idè coagulat, aceti modo soluit. Est illi etiam exbulerandi & aperienti uis. Aluum soluit, feminarum locos laxat: in quem usum cum tritis amygdalis bibitur. Menses idem trahit cum gallinacæ uili luteo aut Thyrræna cera appositum. Quinetiam podagris cum fœno græci farina & aceto illinuntur. Lepras præterea extertit, impetigines sanat, asperam & discolorem ceu à sole cutem uiriliginis, scabies, manantia capitis hulcra, cum fœno cum polenta emendat. Succurrit & scorpionum ictibus uulneri instillatum, caninum morsibus, & omnibus que morsu icæuue uenenum reliquunt. Prodest dentium doloribus lana eo madente & uasis eorum indita: Formicæ in uerrucarum genere tollit, adipe prius omni uires eam caritæ circumlita. Potest eadem ex teneris caprifici coliculis expressus succus, in quem nondum erumpente gemma, quasi prægnantes sunt, in quem usum tunduntur & exprimentur, expressusq; succus in umbra siccatus feruatur. Est ius eo huic & lacti par in ulcerando usus. Caprificorum præterea summi coliculi, Κρόδοι Græcis nuncupati, bubulis carnis in coquendo additi, cocturam terram adiuant. Animalium lac etiam quod in coquendo pro rube ficulneo surculo miscbitur, maiores in soluendo uires acquirit. Fierorum uero & caprificorum grossi, aliquibus etiam uinum E pivo, id est caprifici uocitatis, densatas in corpore partes & strumas elixi & illiti emolliunt. In genere uerrucarum formicæ & thymos, aditis farina et nitro, illiti tollunt. Possunt idem & folia, quæ etiam ex aceto, addito nitro, illita, capitis manantia hulcra, furfures & epinyctidas sanant. Fricantur his etiam sicco & asperæ oculorum palpebræ. Illinuntur & uiriliginis albe, nigre fici folijs, summius coliculis, quos cradas Græci dicunt. Faciunt cum mele ad rabidi canis morsus, & ad hulcra quos fauos nominant. Extrahunt caprificorum grossi cum agrestis papaueris folijs ossa: cum cera strumas solunt. Cum eruo & uino, contra maris aranei morsus, & scolopendras, utiliter illinuntur. Fit crematis satius & agrestis fici ramis ex relicto cinere lixiua oportetq; cinere sepium eandem repetere, & repetitum inueterare: misceaturq; tunc apte his que uerendo sunt: in gangrenam transeuntibus prodest, repurgat enim & absunt que superabundant: naturæque spogiam ea madentem continne imponentes. Sunt & in quibus clystere eadem infundisse oporteat, ut intestinorum torminibus, & antiquis alui fluoribus, caniculosis & profundis hulceribus sinibus: purgat enim glutinam, & carne explet: nec minus concernit quam ea que uentris uulneribus imponuntur. Bibitur & contra sanguinem in grumos coagulatum, rupta conuulsisq; & his qui ex alto præcipitati fuerint, cum cyatho aque recens per colum trahita & addito exiguo oleo. Quinetiam collicis, intestinorumq; torminibus cyathi pondere per se data, succurrit. Inungitur præterea utiliter cum oleo conuulsis, & in neruorum doloribus sudores proripiens. Bibitur & contra epotum gypsum, & phalangiorum morsus. Præstant item & ex aliorum lignorum cineribus satie lixiua, præsertimq; ex robore: omnes enim adstringendi uim habent.

DE FICO AEGYPTIA,
QVEM SYCOMORVM AP-
PELLANT. CAP. LXXVI.

NOMENCLATURA.

MVMEIZ, seu Iumeiz seu Aliumeiz, seu Giu-
meizi, Arabibus. Συκώπων, ἢ Συκώμιον, Græ-
cis. Sycomorum seu Sycaminum et ficus Aegyptia, Latinis.
Sicomorus & Ficus Farosini, Barbaris. Sicomoro &
Fico d'Egitto, Italis.

EFFIGIES, LOCVS, GENERA,
TEMPERAMENTVM, AC INVAMENTA.

EX GALENO.
Alima. Facult. cap. xxxv.

Plantam Sycomori uidi in Alexandria unâ cum fructu,
parue Ficiu albe adsimilem. His fructus nullum habet acri-
moniam: exiguae tamen dulcedinis est particeps, estq; facult-
ate, ut mora humidior quodammodo, ac frigidior. Quin
potius in medio mororum ac Ficum iure quis ipsum collo-
cavit, insequi nomen ipsi arbitror esse positum. Ridiculi
enim sunt, qui fructum hunc ob id aiunt Sycomora fuisse
nominatum, quod paruis Ficubus sit adsimili. Ipsius autem
generatio ab alijs arborum fructibus, quodammodo est di-
uersa non enim ex surculis ac germinibus, sed ex ipsis ra-
mis hac stirpibus enascitur.

EX DIOSCORIDE.
Lib. i. Cap. cxxxviii. & cxxxix.

Fructum fert arbori cognominem, ideo Sycomorum ap-
ellatum, quod ignavi gustus & saporis sit. Grandis hec ar-
bor est, fico similis, multo lactis liquore abundans, magna
foliorum inori similitudine. Fructum fert ter quaterue an-
no, non ramis ut ficus, sed caudice caprificis similem, sicorū
grossulis dulciorem, & qui in interiore sarco nulla qua-
lia inficō sunt, frumenta habet, nec nisi unguibus aut ferro
scalpatur, maturescens. Nascitur plurima hec arbor in
Caria, Rhodo, alijsq; non adeo frugiferis locis, in carita-
te annonae, ob continuum quem profert fructum, utilis. Po-
nam facit alium fructus eius, noxius stomacho & minimi
nutrimenti est. Excipitur primo uere liquor ex arborē an-
tequam fructum proferat, lapidibus summo cortice leniter
contuso, nec destillat si alius contundatur & grauius. Col-
ligitur autem spongia lana ue profuens lacrima, serua-
turq; in picato uase siccata, & in pastillis conformata. Po-
test Sycomori liquor hic mollire, uulnera glutinare & que
egre maturatur discutere. Bibitur prætere et ungitur cō-
tra serpentium morsus, duratos lienes, stomachi dolores,
& in accessionibus febrium horrores. Celerrime teredinē
sentit. Nascitur & in Cypro Sycomorus alia, & à prædi-
cta specie diuersa. Vltius enim folia Sycomori habet, fru-
ctum fert pruno magnitudine equalem, sed maiore suauita-
te. Cætera omnia prædictis similia habet.

EX PAVLO AGRINETA.
Lib. vii. Cap. iiii.

Sycomori fructus nihil alimenti præstat, stomachoq; no-
xius est. Liquor uero Sycomori emollit, uulnera committit,
& tumores distrahit. Bibitur illiniturq; contra serpentium
ictus, duritie infestatos lienes, stomachi dolores, febriumq;
horrores.

DE VIOLIS, QVAS
GRÆGI LEVCOIA APPELLANT.
CAP. LXXVII.

NOMENCLATURA.

CHEIRI, seu Keiri, seu Alcheiri, Arabibus. Λευ-
κόϊα, Græcis. Leucoium, seu Viola alba, uel sim-
pliciter, Viola, Latinis. Cheiri uel Keiri, Barbaris, ac Offi-
cinis. Viola bianca, & simpliciter, Viola, Italis. Violettes,
Girofrees, Gallis. Gelb Violem, braun, uueyff, rodt, leib-
farb, neglin, Straszburger negel blumlin, Germanis.
Abelis seu Abelis, Hispanis.

EFFIGIES, GENERA ATQ. ELECTIO.

EX DIOSCORIDE.
Lib. iii. cap. cxxxvii.

Nota omnibus Viola est. Differentia generis in flore:
qui in aliquibus candidus, in aliquibus luteus, in aliquibus
caeruleus, in aliquibus purpureus uidetur. Probatissima in
medicinæ usu que luteum habet florem.

TEMPERAMENTVM, AC INVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. vii.

Leucoij frutex uniuersus extergentem facultatem possi-
det, ac tenuium partium, plus tamen flores, et inter hos qui
sint siciores magis etiam quam uirides, adeo ut & oculo-
rum cicatrices crassas extenuent. Tum menses quoq; deco-
ctum eorum mouet, & locos, partumq; emortuum elicit: ac
si bibatur, abortum facit. Est ergo id medicamentum, ut si
quod aliud, sanarum. Ac si quis uirium eius uehementiam
multa aqua admista retundat ac mitiget, aut certe id genus
aliquo, habebit & ad phlegmonem non malum medicamen-
tum. Sicut decoctum eius si non merum fuerit, uteri phlegmona
identidem persusum sanatur, potissimum que diutino tempo-
re ad scirrui modum induruerit. Sic cetero ulcera egre
ad cicatricem peruenientia curant. Sunt uero etiam qui cum
melle & ad aphthas adhibeant. Semen cum eisdem sit facult-
tatis, aptissimum est duarum drachmarum mensura potum,
tum mensibus cæcis impostum cum melle conuenire cre-
ditur, partumq; uiuentem interficere, ac mortuum eicere.
Radices similes quoque facultatis, nisi quatenus crassioris
sunt essentiae, et magis terrent: cum aceto lienes induratos
sanant. Nonnulli uero & phlegmonas in articulis indura-
tas ijs curant.

EX DIOSCORIDE.
Lib. iii. Cap. cxxxvii.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

Alimen. Facul. li. cap. lxxv.

Luteæ siccatae flores decoquantur: facitq; decoctum id ad muliebres locos ducunturq; insidentibus in eo feminis menses, & eorum locorum inflammationes curantur. Sanant idem sedis rimas cera excepti & impositi: & cum melle oris hulcera quas apthas dicunt. Ducit præterea menses secundas, & fetus semen ponderè duarum drachmarum cum uino potum, aut ex melle appositum. Quinetiam lenè minuunt, & podagris profunt radices. ex aceto emplastri modo impositæ.

EX AER MASIOS.

Fistulis medetur Leucoij flores extiecati ac inspersi. Vire phlegmonas identidem sanant, potissimum que diuino tempore ad Scirrhi modum induruerunt.

EX IGNOTO.

Phlegmonas omnes ad Scirrhimodum induratas probe curat.

EX ISAAC EBEN AMRAM

Cephalalgiam capitis seu dolorem inducit. Obstructioni tamen, atque repletioni capitis ex pituitosis humoribus auxiliatur. Oleum uero è Leucoijs Suchen non inconuenit, bisq; cauendum qui multam caliditatem habent, temperatis autem maxime conducit. Obstructos capitis meatus referat. Oleum siquidem Leucoij, omnis excessus planè in meo est, temperatum nempe, summeq; tenue, potissimum ex Amygdalino dulci apparatus. Ceruleum uero minoris caliditatis, sicuti candidum imbecillioris, ob innatam nimium humiditatem.

DE ASPHODELO,

CAP.

LXXVII.

NOMENLATVRA.

CHEVNCE, seu Bhunte, seu Birnach, seu Abg, seu Chanti, ueluti eius radix, Axeras, Arabibus. Ασφodelος, Græcis. Asphodelus, Albuicum, & Hassula regia, Latinis. Asfodillus, uel Aphrodili, Barbaris ac Officinis. Anfodillo, Italis. Aphrodiles, Gallis. Goldwuerztz, Heindisch, Germanis. Gamon, Hispanis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib. ii. cap. cccxxii.

Planta est omnibus ferè nota. Asphodelus. Folia habet grandi porro similia. Lenor toto caule est, qui in summo florem anthericum dictum sustinet. Radices illi sunt plures oblonge, teretes, glandibus similes, sapore acri.

TEMPERAMENTVM, AC IJVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Asphodelus. Et huius radix uili est, sicut Ari, Asari, & Dracontij, nempe extergentis & discussoriae siccitatis usque autem eius calidior, & atxicantior subtiliorq; ac digerere potentior efficitur, ac proinde & alopecias sanat.

Radix asphodeli & magnitudine & figura et amarore scille radice quodammodo est similis: si tamen, ut lupini, pareretur, maximam partem sui amaroris deponit: in eoq; scilla discrepat. Nam scille qualitas difficillime eluitur. Hesiodus certe asphodelum laudat, cum sic ait, Nec quanta in mala uia atque albuco sint bona norunt. Egidem noui quosdam rusticos, qui grassante fame, uix tantem compluribus elixationibus macerationibusq; in aqua dulci, & ualentiam ipsam reddiderint. Porro hæc quoque radix, quemadmodum & dracontij facultatem habet tenuandi atque aperienti. Proinde quidam pro summo remedio ipsius asparagum ihero laborantibus exhibent.

EX DIOSCORIDE.

Lib. ii. cap. cccxii.

Radices Albuicum & naturam habet calefaciendi. Bibuntur autem eiendis mensibus & urinis utiliter. Lateris doloribus, tusibus, conuulsisq; & ruptis drachme ponderè medentur in uino potè. Vomitiones adiuuant teresæ quantitate in cibo sumptæ. Dantur & contra serpentium morsus utiliter pondere trium drachmarum: Quinetiam folijs oportet radicesq; & floribus ex uino morsus illinre. Illinuntur iisdem sordida hulcera, que pascendo serpunt, mammarum quoque & testium inflammationes, tubercula, & in carnosjs partibus ex crassa materia tumidi abscessus, uini sece cum his simul elixa, contra recentes autem inflammationes cum polenta. Radices succus addito utere dulci uino, myrrhæq; & croco, simul decoctis omnibus, efficacissimum unguendis oculis medicamentum fit. Per se idem succus, & additis thure melle, uino & myrrha, purulentis auribus utiliter tepidus instillatur. Infunditur etiam per se à contraria aere in dolore dentium. Explet capillorum defluuia, quas alopecias dicunt, crematæ radices cinis emplastri modo impositus. Prodest inuicem exulceratis perinonibus & ambustis, in excavata Asphodeli radice decoctum oleum: surditati idem utile in aurem instillatum. Exterit utiligines albas in Asphodeli radice, linteolo prius sub sole diu confricata cute. Scolopendræ scorpionumq; iniurijs egregie aduersantur in uino poti flores, & semen, alium tamen turbant.

DE RICINO FRVTICE,

AC EIVS OLEO,

CAP. LXXIX.

NOMENLATVRA.

CHERVA, siue Kerna, sicuti eius Oleum, Oleum Kichas, Arabibus. Κηνη, ἢ Κρότων, Græcis. Ricinus, & Cici, Latinis. Pentadactylus, Palma Christi, Cataputia maior, Barbaris, ac Officinis. Mirafiole seu Girafiole, & Fagiolo Romano seu Fagiolo Turchiescho, Italis. Paulme Dieu, Gallis. Wunderbaum, & Creutzbaum, Germanis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iii. cap. clxliii.

Ricinus ob seminis ad animal illud similitudinem fructus hic dictus est: Arbor parue fici magnitudine. Felicia habet

habet platano similia, maiora tamen nigrioraq; et maiore leuore mollia. Caudicem uero ramosq; harundinis modo concauos. Semen in racemis asperis, quod cortice nudatum Ricino animali simile est.

CALIDA ET HVMI DA

SECVNDI ORDINIS.

Behen. Granum Culcul. Mihad.
Er uca. Lingua Auis. Nux Indica,

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. vii.

Ricini fructus quemadmodum expurgat, detergit ac digerit, sic quoque folium, sed undequaque debilius. Oleum quod ex semine conficitur, tum calidius est, tum tenuiorum partium quam est oleum commune, ac proinde potentius quoque digerit.

EX DIOSCORIDE.
Lib. iii. cap. cxi. lii.

Ex semine Ricini colligitur quod Ricininum oleum uocant, in nullo sanitatis & ciborum usus; atque tamen lucernarum luminibus & emplastris utile est. Purgant seminis huius triginta grana trita potaq; pituitam bilemque & aquas per inferna purgant. Vomitiones etiam eient: uerum tamen laboriosa ingratisimae; huiusmodi purgatio est: si machum enim ualidissime subuertit. Varos asperanque & ceu ab aestivo sole discolorum entem tusa eadem semina & emplastri modo imposita, emendant. Quinetiam trita folia cum polenta, oculos tumores & inflammationes finiunt. Feminarum praeterea mammae à partu copia lactis inflamas, & sacros ignes extinguunt, per se & ex aceto emplastri modo imposita.

Lib. i. Cap. xxxviii.

Conficitur Ricininum oleum hoc modo: Sumito quod satisfiore credideris maturos Ricinos cuiusq; eorum modo que in cratibus seccantur, in sole disposito, sinitoque in sole esse usque dum uestiens eos disruptus cortex ceciderit: tunc collectam eorum carnem in mortarium conicito, tu famq; diligenter in lebetem stanno ex interiore parte illitum, aqua plenum, transferto, & admoto igne, facito simul ferueant. Quum uero omnem quem habebant humorem iam remiserint, amoto ab igne lebeti illo, conchula colligito quod supernabit oleum, reponitoq; in Aegypto, quod maiore eius copia indiget ea gens, aliter conficitur Ricini oleum, purgatos enim Ricinos statim molis subiiciunt, teruntq; diligenter, tum farina eorum in sportas conijciantes, praeco exprimunt. Maturi autè Ricini tunc erant, cum ex uestientibus eos folliculis emerferint. Facit Ricininum oleum ad capitis manantia ulcera, scabies, scdis inflammationes, preclusos muliebres locos, in formes itidem cicatriees, & aurium dolores idem emplastris mixtum, uires & efficaciam illis addit. Trahit praeterea per alium aquas potum: & uentris lambricos pellit.

EX BRDIGORA.

Ricini fructus seu semina granatae uim potissimum astrahendi ac tenuandi habent, membraque roborant, ac si per fluitates incidunt.

EX DAMASCO.

Ricinus nervos relaxat, aluumq; subducit, ac uenas purificat, Leprosq; medetur. Oleum etiam quod ex semine conficitur, non minus ad haec omnia uisile.

ED BEHEN,

CAP. LXXX.

NOMENCLATURA.

IENDEN, seu Bemen, seu Bhen, Arabibus: Been seu Behen Barbaris, Officinis, ac Italis. Behenum, non inepte, Latinis.

GENERA, EFFIGIES, TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA,

EX ABEN MESVAL

Beheni duo habentur potissimum fastigia ac genera, purpureum nempe seu rubrum, et album. Radices autem sunt Pasiinacum paruum magnitudine equantes, quarum aliae ambizioso flexu contorta cernuntur, aliae in rectum exeunt. Ex Armenia deportatur suaui odore glutinosae scattentes humore, quae ex calcaciendi humectandiq; facultatem sortita sunt, quaeque genituram adagere creduntur.

DE ERUCA,

CAP. LXXXI.

NOMENCLATURA.

IERGIR, seu Ergir, seu Giargir, Arabibus. E'v'v'v' uov u' E'v'v' uos, Graecis. Eruca, Latinis, Barbaris, ac Officinis. Rucola & Ruchetta, Italis, Roquette, Gallis, Vuesiz, Sessif, Germanis. Oruga, Hispanis.

GENERA, TEMPERAMENTVM,

AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.

Alimen, Facul. li. cap. liii.

Hoc olus manifestissime calfacit, proinde solum ipsum mandere, nisi lactuca folijs miscetur, non est facile. Semen autem generare creditur, & coeundi appetitum excitare. Capiti etiam dolorem infert, praesertim si quis ipso solo uscatur.

EX PAVLO ARGINETA.

Lib. vii. Cap. liii.

Eruca quoque eiusdem cum rubia passiva temperamenti est, sed inflationes facit, quamobrem in Venerem stimulat. Semen lotium prolicat, sylvestris tamen multo, quam satia efficacior est.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii. Cap. clxx.

Stimulat Venerem multus crude Eruce cibus. Potest idem & semen, quod citius urinae accommodati est. Adiuuat concoctionem Erucæ, & bonam facit alium. Utantur & semine in condendis obsonijs seruantiq; id ut diutius perennet, aceto, lacteum maceratum in pastillos conformantes. Nascentur & agrestis Erucæ, præcipueq; in occidentali Iberia, cuius semine pro sinapi incolæ utantur. Estq; huius Erucæ semen satius illius semine acris. & ad citandam urinam multo efficaciore potestate.

EX HAAMECH EBEN DAVID.

Erucæ sylvæstris est abhæcæ.

EX ABEN MESVAI.

Recentis Erucæ succus felle bubulo admixtus ulcerum cicatricies aufert illius. Cum melle autem tum succus tum semen, lentiginibus quoque medentur.

DE GRANO SEMINE
NEVE CVLCVL VOCATO,
CAP. LXXXII.

NOMENCLATURA.

HABEL CVLCVL, Arabibus. Granum cascul, Barbaris.

TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA.

EX ABEN MESVAI.

Excalscificandi humectandiq; uim habet. Genituram efficit, præsertim Sisamo admixtum & cum melle Saccharoë candido, seu cum Penidijs apparatus, sic namque præcellit ac potissimum prius torrefactum. Liberalior tamen eius usus immodicam uentriculi perturbationem, infra & supra per uomitum factam, quæ Græcis Χοληρα nuncupatur, excitat.

EX MESARVGIE, MESBAHI
ET RASE.

Vim habet excalscificandi, humectandiq; secundo nimirum abcessu. Genitale semen adauget. Cæterum si inun postea superbibatur Cephalalgiam capitulæ dolorem efficit, præsertim si totum fuerit.

DE LINGVA AVIS,
CAP. LXXXIII.

NOMENCLATURA.

LISEN ASAFIR, seu Lesan Alasafir, Arabibus. Ορνιθό γλωσσον, recentioribus, Græcis. Lingua Avis, & Latinis, Barbaris, ac Officinis. Orneoglossò, & Orniello, Italis.

EFFIGIES, TEMPERAMENTVM,

AC IVVAMENTA.

Arbor est Ulmo non absimilis, folia tamen oblonga habet, sicuti Amygdalus: fructumq; profert qui Lingua Avis nuncupatur: prælonge. n. siliquæ sunt in sarcholori cacumine prodecentes Olesginis sanè folijs quamquam minores non absimiles, in quibus medulla inest Lingua avis similis exterius rubra intus ex candore in luteam uer gens, sapore acri, uellicante linguam cum nonnulla amaritudine. Ceterum uim excalscificandi habere in secundo ordine iam completo, unaq; humectare non immerito quis dicit, nulla siquidem mordicatio postquam præmansa fuerit, inde præsentitur.

EX ABEN MESVAI.

Lateris doloribus medetur, urinam prolicet, genitale semen adauget, ueneremq; stimulat.

EX BEDIGORA.

Priuatim genituram efficit.

EX DAMASCO, ET RASE.

Cardialgie probè auxiliatur, genitaleq; semen adauget.

EX ISSAC EBEN AMRAM.

Excalscificandi uim habet, nec insuauis est. Priuatim uero uenerem proirit ac genituram efficit. Cæterum ubi ad manus non fuerit, par pondus è nucè Mofehata substituitur seu dimidium ex purpureo rubroë Bebeno.

DE MIHAD,
CAP. LXXXIIII.

NOMENCLATURA.

MIHAD, Arabibus, ac Barbaris.

EFFIGIES, LOCVS, TEMPERAMENTVM,

AC IVVAMENTA.

EX ISAAC EBEN AMRAM.

Radices sunt Granati sylvæstris, in Sceni maritimis, atque in Corasceni, crasse, candidæ q;, & colliguntur in Halazinen: Cæterum eius mala Græcata dum erumpunt urbana cultuæ profusæ amulantur colore ex purpureo rubroë nigricantia, grana ferunt purpurea, rotunda, magnitudine Lentiscino semini equalis, cortice clausa obdacta, in quo ea tantisper sinunt, donec usus ac necessitas urgeat. Mihad autem uim excalscificandi humectandiq; habet in secundo planè recessu. Genituram facit, ueneremq; prolecat. Podagricis affectibus in tenuissimum pollinem redactum, ex acetoq; illitum, mire opitulatur, conuulsis remedio est, articolorumq; topheæ non obscure emollit.

DE NUCE INDICAE,
CAP. LXXXV.

E Nucē Indica oleum optimum est medicamentum, alium siquidem laxat, uesicaque malis opitulatur.

NOMENCLATURA.

NEREGIL, seu Dabig, seu Giauzi Albend, Arabibus. Καρύων Ἰνδικόν, recentioribus Graecis, Nux Indica, & Latinis, Barbaris, ac Officinis. Noci Indiane seu Noci d'Indie, Italis. Noix d'Indie, Gallis. Nux de las Indias, Hispanis.

EFFIGIES, AC LOCVS.

Fructus est palme cuiusdam, quae nascitur in insula sinus Arni uocati, & in insulis Zing, Neregilq; autumant, palmam de Mochol; quae nimirum insula Dabget nuncupantur, à quibus Dabig, quod est Neregil, aduehitur, inter quas remotior est insula Sarandib uocata.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX ARTRAM.
De Alimentorum Facultatibus.

Nux Indica nim excelsiendi habet in secundo recessu, humectandi autem in primo; Crassa est, stomachoq; grauis licet noxium succum non pariat, ea siquidem corruptioni citae est peropportuna. Praeclit recens, carnosus, summe candidus, melleoq; intus scatens liquore, dulcis siquidem insidens liquor, eam haudquaquam inueteratam sed recentem esse offendit. Ceterum candide exteriores tunica detrahenda, dura etenim sunt, stomachoque noxie, & coctioni rebelles: & quamquam aliquando digerantur, modicum tamen corpori prebent alimentum: Comeditur autem cum Saccharo albo, aut candidis Penitibus, praesentim ab ijs qui internam sentiunt excelsationem, sed pituitosis ex melle pauco deuoret, biliosis uero eius usus interdicitur, uerum qui internam sentiunt excelsationem, acetum mulsum superbibant, ut facile elabatur à stomacho, nec longam faciat inibi moram; pituitosi autem ieiune eam capiant, nec antea cibum assumant, quam à uentriculo discenderit. Inueterata uero prius tim lubricos alui quos Asearidas uocant, expellit. Oleum quod ex ea exprimitur, quum sentit uetustatem flatu discendit, lumborumq; & Genuum dolores mulcet. Sanguinem etiamnum à spiraculis uenarum fetis mananti medetur tum ebibitum tum illitum ex oleo, quod nuclei malorum persico rum reddiderunt, pari quidem omnium pondere, è singulis nimirum drachma aut sesquidrachma assumpta. Atqui oleo sus liquor, quem recens Nux pressa extillauit, longè meliorem praebet succum, quam ouillum uel bubulum Butyrum, quod stomachum butyri modo non laesat nec emolliat.

EX MESARVGIE.

Oleus est nucē Indica expressus liquor, excelsiendi facultatem habet, aluumq; sistit.

EX SINDAXAR.

FRIGIDA ET SICCA

SECVNDI ORDINIS.

Oxyacantha.	Rhamnus.	Gummi Arabicum.
Psyllium.	Galla.	Ramich.
Balaustum.	Hortense.	Ribes.
Tragacantha.	Soldum.	Vesicariū.
Plantago.		Somnificū.
Glancium.		Furiosum.
Rhus.		

DE OXYSCANTHA,
CAP. LXXXVI.

NOMENCLATURA.

AMirberis, seu Amyrbaris, seu Amiberis, seu Achisasa acsa, Achichis ne, sicuti eius fructus, Zaitab seu Alzarasch, seu Alzerfch, Arabibus. Οξυκαρύων, καρυὸν καρύων, Graecis. Oxyacantha, seu Acuta spina, Latinis. Berberis & Rubus tabens, Barbaris. Berberis, & Bugia, Officinis. Bagaia, Amperlo, Pane di Orzo, Barazzo bianco, Italis. Espine uinette, seu Berberis, seu Fustet, Gallis. Eis-selbeer, Erbsch, Saurich, Verfich, Germanis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.
Lib. I. cap. cxxxiij.

Agrési piro similis arbor Oxyacantha est, minor tantum, magisq; spinosa: fructum fert myrti bacis aequalem, confertum, rubentem, fragilem, nucleos intus habentem, multifidam radicem, & alius descendente.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. viij.

Oxyacanthus arbor ut piro syluestri similem habet speciem, ita & uires non dissimiles: quin & ipsi fructus: piri quidem syluestris, prorsum atque absolute amarus est: Ceterum Oxyacanthus & tenuium est prurium, & paulum quiddam inasium obtinet. Porro arboris huius fructus, piri syluestris fructui similis non est, uerum myrtis, scilicet rubens & rarus. Habet uero et nucleos. Porro non usus tantum, sed & bibitus affectus omnes fluxionum, quos quodam Graeci uocant, cohibet.

EX DIOSCORIDE.
Lib. I. cap. cxxxiij.

Sistit flores alui quos diarrhoeam uocant, & foeminarum fluxiones, potius & in cibo sumptus fructus eius. Ra-

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

Aix autem concesa & illita, cuspides & sareulos extrahit. Fertur hac ipsa etiam ter percussa alio leniter aut inun-
ctia, abortus facere.

EX ABEN MESVAI.

Oxyacantha fructus frigidus est, ac siccus ordine secun-
do, & paulum quiddam incisuum obtinet. Sitim retorrida,
extinguit, uentriculum hepatis roborat.

EX BEDIGORA.

Inflammatione priuatim magnifice mulcet.

EX ARMASIOS.

Oxyacantha fructus affectus omnes fluxionum, quos
ῥοδῶδες Graeci nuncupant, cohibet.

EX MESARVGIE.

Fructus eius frigidus est. Phlegmonas siquidem mire le-
nit, emplastri modo impositus.

DE PSYLLIO PVLI- CARI VE HERBA, CAP. LXXXVII.

NOMENCLATVRA.

BAZARA CHATHONA, seu Bezer co-
thume seu chotuna, Arabibus. ἄμμιον, Graecis.
Psyllium, herbae Pulcaris, Latinis. Psyllium Barbaris, ac
Officinis. Psillio, Italis. Herbe à paves, Gallis. Psilienkrant
seu Vuelscher floche samen, Germanis. Zaragato na, Hispanis.

EFFIGIES, AC LOCVS.

EX DIOSCORIDE.

Lib. liii. cap. lxx.

Folia cornicis pedi herbae similia habet, hirsuta sed lon-
giora dodrantalesq; ramulos. Tota autem herba fecni mo-
do foliosa furculosaq; est. Incipit coma eius à medio caule.
Capitula in summo habet duo triaue in angustum contra-
cta. Semen pulicibus simile, nigrum durumq;. Nascitur lo-
cis incultis & aruis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Psyllium semen habet admodum utile, ex secundo refri-
gerantium ordine: in desiccando uero & humectando me-
diu quodammodo est & symmetrum.

EX DIOSCORIDE.

Lib. liii. Cap. lxx.

Vis illi et natura est mollire, adstringere refrigeratq;. Prodest ex rosaceo acetoue aut aqua emplastri modo im-
pita, articularum doloribus, abscessibus secundum aures

quos parotidas dicunt, panis tumoribus, conuulsis & capi-
tis doloribus. Eadem ex aceto emplastri modo imposita, in-
testinorum ramices in pueris & proci dentes umbilicos fa-
nat. Oporiet aut tem acetabuli pondere usum, in aqua he-
minis duabus mader: quumq; densata concreuerit aqua illi
nire, egregie enim refrigerat.

EX ABEN MESVAI:

Mordaces alii dolores mitigat, asperaq; intestinorum
ulcera lenit, atque as fidam & inanem egerendi cupidita-
tem, quae τεινῶδῶς Graecis nuncupatur, egregie curat,
necon capitis doloribus à caliditate obortis auxiliatur.
Succus autem è folijs inter medicamenta quae leniendo pur-
gant, adnumeratur, ob innatam nimirum frigiditatem, ac
siccitatem. Noxa tamen emendatur medicamentis preser-
tim calidis & siccis.

EX ABIGE.

Psyllij semen facultatem habet recenti Coriandro nos
absimilem. Ex eo autem paululum assumptum flaua bilis in-
cendium sanguinisq; effervescentiam restinguit, adhaec acu-
tis auxiliatur febribus, seruore concitatis. XVII. dōs uero,
succagouē ac lentor, macillaginem nocent, medetur illorūq;
inexhaustam sitim extinguit, siquando in potu assumitur.
Semen insuper ebibitum, aluum subducit, incoctum, frictum
uero adstringit, ueluti Lini semen ac Marrubij, Myrti
bacca, Portulacaeq; semen & Ocimi, incocta enim subducit,
frixia aut adstringunt. Pondus ex Psyllio aqua uiscerato, ad
mucaginis eductionem, sunt drachmae duae. Mucosa aut po-
tio cū Saccaro albisimo, aut Zulapio, aut aceto mulso inde
assumatur. Psyllij uero folia, phlegmonas circa initio sedat,
emplastri more imposita. Si parum quoque ex Semine in
potu assumatur, morbis sanguinis seruore excitatis, opitu-
latur. phlegmonasq; refrigerandi uim habet, emplastri mo-
do impositum. Largius tamen sumptum, syncopen, obsiru-
ctionemq; in ore uentriculi facit, ac forsitan enecat. immo-
dicus enim eius usus, non secus ac uenenum, letalis est. Ad-
uersatur autem huic maleficio, remediōq; est, Mel aqua ser-
uescenti coctum ac ebibitum, necon siccatis Anethi deco-
ctum. Oleum uero ex Psyllio est graue admodum. Psyllium
aliquando quamcommode aqua maceratur ad mucaginis
tempē expressionem, moxq; tandū mucago illa insolatur,
donec probe exiceetur, sicq; belle adseruatur, & ubi opus
fuerit contusa omnino in usum reuocanda. Vin enim infi-
sam baudquaquam amittit.

DE BALAVSTIIS,

CAP.

LXXXVIII.

NOMENCLATVRA.

IVLINAR, seu Bulmar, seu Gjelnar, Arabibus.
Βαλαύστιον, Graecis. Balastium, Latinis, Barba-
ris, ac Officinis. Balastio, Italis. Balastres, seu Fluor de
pome Granadae, Gallis. Vuilde granat Oepffel blauosi, blue-
meue, Germanis.

GENERA

GENERA ATQ. EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. Cap. clv.

Sylvestris punice flos Balauftium est. Eius plura sunt genera, nomenclantur enim candido, rufo, & rosarum colore. Satiue punice cytino simile Balauftium est. Expromitur ex eo succus etiam hypocistidis modo.

TEMPERAMENTVM, AC INVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Balauftium flos est agrestis punice, sicut domesticarum cytini, valenter gustum adstringit. Et sane desiccantis & refrigerantis facultatis est, & nimirum etiam crasse essentie si quidem memores lunus eorum que in quarto horo commentariorum sunt prodita, ubi obediunt omne adstringens terre esse frigidum. Aliarum autem qualitatum nullius pre se fert indicium. Proinde ipsum quem censeat strenue & exicare & refrigerare. Si quidem non perperam in quarto horum commentariorum terreis frigidis corporibus adstringentem inesse qualitatem demonstratum est. Sane vero et euentus ipse comprobatur. Nam si intertriginibus & alijs ulceribus ipsum illinas celerime illa vulsibus cicatricem contrahere. Hoc sane nomine & a sanguinem resistentes, & ad dyentericos, tum ad uentris interit; profusua non est quispian medicorum qui curandi tractatus conscripserit, qui hoc non utatur medicamento.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. Cap. clv.

Vires adstringendi habet, usdem omnibus accommodatas, quibus hypocistis & cytini.

DE TRAGACANTHA.

THA, CAP. LXXXIX.

NOMENCLATURA.

CHITIRA seu Itica, seu Chareth, seu Aluted, seu Alchathad, Arabibus. Τραγακάνθη, Græcis. Tragacantha, Latinis. Dragagantam, Barbaris, ac Officinis. Gomma Draganti, Italis. Alqueira, Hispanis.

EFFIGIES, ATQ. ELECTIO.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. Cap. xciii.

Radix lata lignosaq; Tragacantha est, supra terram emergens, ex qua ramuli prodeunt humiles firmiq;, & in longum spatium se spargentes. In ijs numerosa tenuisq; foliola sunt, inter que aculei se proferunt foliolis illis operiti, colore candido, folioli se aduulnus in se ipsi. Vocatur Tragacantha etiam secta radice inherens Lachryma, in qua bonitate antecedit que pellicula leuorem habet, simalq; tenuis, pura & subdulcis est.

TEMPERAMENTVM, AC INVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Tragacantha similem gummi uim obtinet emplasticam quandam, & que acrimoniam obtundit. Et sane similiter illi desecat.

EX DIOSCORIDE.

Lib. III. Cap. cxxii.

Gummi equales uires Tragacantha habet, opplet enim usus eius in oculorum medicina uetere tusi, asperis faucibus, retusa noce, destillationibusq; in eclemate cum melle. Subiicitur lingua paulatim; liquecere cogitur. Bibitur & drachme pondere in passo liquesfacta contra renum dolores, uescicæ; & siones, additis ceruini cornu cinere eloto, & exiguo scissili alumine.

EX AVGERIG.

Tragacantha uim refrigerandi obtinet, necnon insidete quadam humiditate alium subducit. Tusi etiam, ac oculorum tum ulceribus tum inflammationibus auxiliatur. Medicamentorumq; purgantium acrimoniam maxime obtundit.

EX MESARVGLIE.

Vesice erosionibus ulceribusq; ac faucibus asperis egregie medetur.

EX ABIGE.

Vim habet modice tunc excaesciendi, tum et humeflandi. Alium mouet. Tussi, ulceribusq; pulmonis opitulatur. Intestinarum ulcera glutinat, quancquã pululium subducit. Oculorum tum ulceribus tum inflammationibus, aqua nimirum macerata, aut in tenuissimum pollinem redacta, collyrii instat illita, medetur. Ad hæc medicamentis molestè purgantibus quamcommode adiuuetur, uim enim illorum infrenat, ac præcauet quominus medicamenta naturam ledant.

DE PLANTAGINE.

CAP. LXXV. LIB. III. CAP. XC.

NOMENCLATURA.

LISEN seu Lesan ALHAMEL, Arabibus. Α γόγγυλιος, καὶ πάλυμπος, Græcis. Arnoglossum, & Plantago, Latinis. Lingua arietis, Barbaris. Plantago, Officinis. Plantagine, & Centinerbia, Italis. Plantain, Gallis. Vnegerich Scafszungen, Germanis. Llantem, Hispanis.

GENERA, EFFIGIES, AC LOCVS.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. Cap. cxi.

Duplex Plantago maior & minor est. Habet minor Plantago, (πύραυλος, Græcis. Quinque nerua, Latinis. Lancicola, seu Lancicola, Officinis. Lanciuola, Italis.

Plantain petit, Gallis. Klein seu Spitziger Vuegerich, Germanis. Llanté minor, seu Laxolada, Hispanis. Angustiora, minor, molliora, tenuiora, & maioris leuoris folia, coliculos angulosos, in terram inclinat, flores pale scentes, & in summit caulis semen. Maior (Επιτοξα) Plantain, Græcis, septineruia, Latinis, æ Officinis. Græd Plantain, Gallis. Groffer, seu Breyter Vuegerich, Germanis. Llantem maior, Hispanis. Contra crasios Speciosiorq; est, latiore folio & oleris figura. Angulosus etiam plantaginis huius caulis est, modice rubens, altitudine cubitali, ex medio usque ad summum cacumen paruo femine uestitus. Radices illi sunt teneræ, pilosæ, colore candido, crassitudine digitali. Nasçitur plantago humentibus locis prope lacus fepes, & uliginosa loca. Efficaciorum meliorq; usum maior habet.

TEMPERAMENTVM, AC IVMAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Arnoglossum, miste et hoc est temperatius: habet enim quiddam aqueum frigidum, habet uero & austerum quiddam, id quod terreum est, siccum, frigidum, itaque refrigerat simul & desiccatur, & in utroque secundi excessus à medicis est. Porro medicamentum quæ cum hoc quod refrigerat, unà etiam adstringit, ita et ad ulcera rebellia omnia, & ad fluxiones & putredines conueniunt, ac proinde & ad dysenterias. Nam & sanguinis profusioa sistunt, & si quid aduratur refrigerant: tum sinus quoque glutinant, & alia ulcera recentia simul & uetera. In omnibus ferè id genus medicamentis prima tenet, aut certè nulli secundum est. Arnoglossum, idq; temperaturæ symmetria & conuenientia. Nam siccitatem obtinet morsus experient, & frigiditatem quæ nondum obtusæ facit, & fructus & radix similis sunt facultatis, nisi quòd tam siccioris, tum minus frigide. Sed & semen subtilium est partium, radices autem crassiorum partium, & ipsa herbe folia exsiccata tenuiorum partium, & minus frigida facultatis: nempe distillato ex eo ac digesto excremento aqueo. Hac ratione & radicibus utuntur ad dentium dolores tum collutionibus ipsorum incoquentes: præterea ad iocinoris & renum obstructions non has tantum adhibent, sed folia quoque, & multo magis semina. Hæc enim omnia quandam in se abstergenti facultate obtinent: quam & in herba uiridi inesse satis conijci potest, uerum ab humiditatis copia deijci.

EX DIOSCORIDE.

Lib. ii. Cap. cliii.

Siccandi adstringendique uim folia plantaginis habent: ideoq; utiliter maleficis dolosisq; huiusmodi cunctis, et his quæ ad elephantiæ accedunt, itemq; destillantibus & sordidis illinantur. Siftunt sanguinis eadem eruptiones, cohibet que pascendo serpunt, Carbunculos, epinyctidas, & in genere huiusmodi quos à serpendo herpetas appellant. Vetus itidem in æquidiag. huiusmodi ad cicatricem perducit plantago. Sanat & que Chironia nominatur. Sinus eadem glutinat, & eorum morsibus subuenit. Prodest inflamma-

tionibus, abscessibus secundum aures quos parotidas uocant, panis strumis etiam, oculorum fistulis quas ægilopas dicunt, cum sale emplastrum modo imposta. Facit in aceto cum sale elixum ad intestinorum tormina, & cæliacas fluxiones in cibo sumptum plantaginis olus: Datur & pro beta cum lentis decoctum olus idem, contra resoluentes se in aquæ naturam solidas corporis partes, quod malum Græci hydropen anasarca uocant, sic ut prius sicca sine potu commedant, & medium cibus olus id interuenit, Datur & comitialibus visperio usq; utiliter. Foliorum succo continua collutione purgantur oris huiusmodi. Cum cimolia creta ceruisiæ sacris ignibus medetur. Prodest & fistulis insusibus contra aurium dolores & oculorum huiusmodi in eodem malo eadem utilitate idem instillatur succus & in collyria additur. Bibitur et contra putrescentes sanguines gingiuis sanguinis reiectiones. Clystere contra intestinorum tormina insusuntur. Bibitur & contra tabe quam phthisim dicunt, in lat. stragulatu uulæ precipitibus apponitur. Apponitur & contra muliebrium locorum fluxiones. Potum præter hæc in uino plantaginis semen, alui fluores & cruentas excretaiones sistit. Decoctio eiusdè radice colluuntur utiliter in dolore dentes. Commanducatur in eodem malo eadem utilitate eadem radix. Dantur contra uescicæ reni, exulcerationes in passo radix et folia. Creduntur postremo plantaginis integræ radices tres in unum cyathis tribus et pariaque potè, tertianas, quatuor uero quartanas febres soluerè. Utuntur et plantaginis radice aliquid contra strumas e collo eam suspenses, sicut strumas arcentes et discitentes.

EX ALEXANDRO.

Si quando ebibitur, aut clystere iniicitur, alui fluores compescit. Succus uero in potu assumptus, tertianas febri bus medetur.

DE GLAUCIO,

CAP.

XCI.

NOMENCLATURA.

MEITHE, Arabibus, Borbaris, Officinis, ac Italia. Γλαύκιον, Græcis. Glaucium, Latinis.

LOCVS AC, EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iii. Cap. c.

Nascentis ad Hierapolim Syria succus herbe Glaucium est. Habet ea cornuti papaueris folia pinguiora tantum humiliaq; odore tetro, et in gustu amara. Succo eadem abudat qui croceo colore est.

TEMPERAMENTVM, IVMAMENTA, SVCIQ; EXTRAHENDI MODVS, ATQ; ELECTIO.

EX GALENO,

Simp. Med. vi.

Glaucium

Glaucium adstringit cum quodam sustidio. Tum ad eum signiter refrigerat, ut solum se per erysipelata, utique si ualentia non fuerint, curare possit. Mijtura eius composita est aqua terreaq; substantia: utraque sanè frigida, uerum non summe, sed eae aqua fontana.

BX DIOSCORIDE.
Lib. I. cap. c.

Eius folia incolæ in ficile coniecta in furnis non adeo calentibus usque dum calore inarefcant, calefaciunt: mox tandem succum exprimunt, utunturq; in oculorum medicina à principio: habet enim refrigerandi uires.

Ex Libro de simplicibus Medicaminibus, qui attribuitur
GALENO.

Glaucium succus est herbe eiusdem nominis, humilis, & foliose: quæ folia similia sunt papaueri, nascitur autem locis planis & humidis: hæc ipsa folia siccat, & calido cinere opprimit, ut sic succum remittat. Alij hanc herbam tantummodo in olla noua addunt: & sic ollam luto undiq; circumluniant, & in furnum feruentem mittunt. & sic solijs maceratis succum eorum exprimunt, & siccatam in Sole in pastillos redigunt. Alij ex aqua dulci coquant, quousq; aqua croci colorem habeat, & tunc colant: & similiter siccant. Est autem optimam Glaucium, quod recentissimum, & tinctum croci colore, quasi similiter inficiens croco mûdo: odore graui, & defrutato, gustu amaro. Vires autem habet stypticas. Unde resolutum in aqua, & inunctum prius impetus lippitudinis, et lacrymas stringit.

D E R H V,

CAP. XCII.

NOMENCLATURA.

SVMACH, seu Adurion, seu Rosbarsadisticos, aut Rosadicos. Arabibus. **POVS, XOU** E **puðpòs, XOU** Μαγρεπιος, XOU **Βυροσδελ, XOU.** Græcis, Rhus tum obsoniorum, Erythrusæ seu rubens, tum coriariæ seu sutorius, Latinis. Sumach, Barbaris, ac Officinis. Somacco, Italis.

EFFIGIES, AC LOCVS.

BX DIOSCORIDE.
Lib. I. Cap. cxviii.

Plantæ semen est, quæ coriariæ Rhus appellatur: nominq; id inuenit, quod coriarij spissandis coriis eo utuntur. Est autem arbuscula in perosis nascent, altitudine fere cubitali, in qua oblongiora sunt folia, leniter rubentia, per ambitum serrata: fructus illi racemosus, densus, terebinthi magnitudine, in latitudinem se porrigens, in quo quod eum uelut corticosum, utilisimum est.

TEMPERAMENTVM, AC INVAMENTA. 2

BX GALENO.
Simp. Med. viii.

Rhus fruticosâ planta adstringit, desiccât. Nam & coriarij ad desiccandum & adstringendum planta utuntur: ac proinde **Βυροσδελ, XOU** Græce, (Latine Excoriaria) appellata est. Porro medicis in usu sunt in primis fructus eius & succus maltum austere qualitatibus. Confectaneus est usus particularis ipsi gustus sensui. Fuerit itaque & hoc medicamen ex tertio ordine exiccantium, ex secundo uero refrigerantium.

EX DIOSCORIDE.
Lib. I. cap. cxviii.

Adstringendi uires folia habent, omnibus utilia quibus & acacia. Denigrantur eorum decocto capilli: contra intestinorum tormina idem clystere infunditur. Bibitur præterea, & infidentes utiliter in eodem malo fouentur. Infunditur præterea purulentis acribus. Compescunt digitorum pterygia, gangrenasq; illia ex aceto aut melle folia. Quin etiam in aqua decocta eius folia, mox expressa, iterumq; ad crassitudinem mellei decocto eo liquore, ad eadem ad que lycium faciunt. Potest eadem & semen, obsonijs in persum, coeliaci & intestinorum torminibus accommodatum. Idè ex aqua illitum, cõsuis, desquamatis, lumentibusq; inflammationes arceat: lingua & asperitatem ex melle leuiga. Albas fœminarum fluxiones sistit. Sanat hemorrhoidas cum trito querno carbone impositum. Denaturat præterea decoctum feminis dilutum, semine ipso efficiaciis. Fert gammæ etiam Rhus, quod cauis dentium contra eorum dolores utilisij me uidetur.

EX ABEN MESVAL.

Acidus est instar aceti, quamquam Acetum tenuium sit partium. Gallinæ alijsq; carnis incoctus alui adstringit, non secus etiam emplatri modo impositus. Biliosiq; fluxionibus in uentriculum, hepate, ac intestina auxiliatur. Erixus uero ualentius aluum cohibet. Aqua quidem Rosacea maceratus oculorum inflammationibus circa initia medetur. Decoctum quoque illius, abscessus reprimat impositum. Polenta autem ex Rhu aluum sistit, uentriculum roborat, ac eius immodicæ perturbationibus circa supra per uomitum factæ, **Χολήρα** Græcis uocatur, mirifice conuenit.

D E R H A M N O,

CAP. XCIII.

NOMENCLATURA.

NAVISG, seu Nausegj, Arabibus. **Ροΐμω,** Græcis. Rhamnus, Latinis ac Barbaris. Marruche, Italis.

EFFIGIES, LOCVS, AC GENERA.

EX DIOSCORIDE.
Lib. I. Cap. cxxx.

Frutex Rhamnus est: nascitur circa sepes, rectis uirgibus & Acute spinæ modo, quæ oxyacanthâ dicunt, aculeatis. Folia habet parua, oblonga, mollia, modice pinguia. Est præter hæc & alia Rhamnus candidior, necq; tertia, nigrioribus latioribusq; cum rubore aliquo folijs, quæ ramos candidum fere quinq; longitudine profert, spinosiores quidem, uerum infirmioribus nec penitus integris spinis, fructu lato, candido, tenui, folliculi figura, uerticillo simili.

TEMPERAMENTVM, AC INVAMENTA.

BX GALENO.
Simp. Med. viii.

Rhamnus desiccât & digerit excessu secundo, refrigerat in primo completo aut secundo incipiente: proinde herpetes sanat, & erysipelata non magnopere calida. Cæterum ad hæc tenentis utendum est folijs.

BX DIOSCORIDE.
Lib. I. cap. cxxx.

Faciunt illita omnium folia ad sacros ignes, et quæ serpunt. Fertur præterea Rhamnus, appositus pro foribus fenestris uel ramis eius, omnium ueneficorum arceat maleficia.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

DE GALLA,

CAP. XCIIII.
NOMENCLATURA.

HA F S, seu Hafus, Arabibus. *KWī's*, Græcis. *Galla*, Latinis, *Barbaris*, *Officinis*, ac *Italīs*. Noix de Galle, Gallis. Galloepffel, Germanis. Agalla, Hispanis.

GENERA EFFIGIES, ATQ. ELECTIO.

EX DIOSCORIDE.
Lib. i. cap. cxvii.

Fert Quercus Gallam. Vocaturq; in Galla genere Omphacitis, id est, immatura, quæ exigua et articulorum in digitis magnitudine est. Solida, nec perforata; altera leuore, leuitate, et foraminibus differt. Praferenda omnibus Omphacitis seu immatura est, efficiatior enim.

TEMPERAMENTUM, AC INIVVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. v. lib. viii.

Galla quæ Omphacitis nuncupatur, admodum acerbum est medicamentum, pleraque sui parte essentia terrene & frigida, per quam desiccatur & repercutit fluxiones: ad hæc constringit contrahitq; partes laxas ac languidas, omnibusq; fluxionum affectibus strenue resistit. Eæo uero tertij in desiccando, secundi autem in refrigerando ordinis. Altera autem Galla flaua illa & magna laxaq; & ipsa desiccatur quidem, sed tanto minus, quanto minus acerba qualitas est participes. Cocta itaque per se, ac deinde trita, cataplasma est non infrenuum sedis phlegmonum, ac prociuentiarum. Porro coquenda est, si modico opus sit adstrictione, in aqua, sin uehementiore, in uino. Ac si augere insuper adstrictionem sit opus, uino utare iussit. Hanc rustici nostrates *κουκκιδε*, quasi uinigallam dicunt, nominant. Deniq; gallæ combustæ sanguinis reprimendi facultatem acquirunt, ac nimirum etiam calorem & acrimoniã ex uisione assumunt; suntq; ijs quæ ignem expertæ non fuerint, tum subtiliorum partium, tum maiore desiccandi potestate. Ceterum cum ad sanguinis suppressionem preparare eas uoles carbonibus impositis dum undequaque candeant, aceto aut uino extinguere oportebit.

EX DIOSCORIDE.
Lib. i. cap. cxvii.

Adstringit magnopere utraq; Carnium excrescentias trita ambæ reprimunt, & in gingiuis oris, columellam destillationes. Reprimunt & oris hulceras quas aphthas dicunt. Medius utriusque Galla nucleus cauis dentium inãtus, dolores eorum sedat. Cremata in carbonibus usque diu concepto in se igne candente Galle, tum uino acetone aut oxhale restringit, & sistendo sanguini utiles te accommodata sunt. Decocto earum insidentibus utiliter fomentur prociuentes muliebres loci, & in eos destillationes factis. Denigrant eadem capillum in aceto aquaue madentes. Cæliaci & intestinorum torminibus utiles in uino aquaue trita & illite: quin etiam in hanc usum utiliter bibuntur. Utiles et in cibo obsonijs mixtæ, aut integræ in aqua prius

coctæ, in qua coquendum aliquid sit, malis his accommodatum. Est in uniuersum Galla utendum, ubi adstringendum, siccandumq; aliquid fuerit.

DE SOLANO HORTENSIS,

S I, CAP. XCV.
NOMENCLATURA.

HAMEB ATHANALEB, seu Hameb Alchabaich, seu Hanab alihaleb, Arabibus. *Στην Χρος ή τριχως κωνιδος*, Græcis. Solanum Hortense, & Maurella, Latinis. Vna uulpis, Barbaris. Solerum, Officinis. Solatryo et herba Morella, Italīs. Morelle, Gallis. Nafsch schatt, Germanis. Yerna Mora, Hispanis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.
Lib. iii. cap. lxxxi.

Non adeo grandis frutex est Solanum quod edendo est. Alarum caua multa habet. Folia nigra ocimo maiora latioraq;. Fructum rotundum, ante maturitatem herbaceo colore: equum maturuit deinde, rufum nigruq;.

TEMPERAMENTUM, AC INIVVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. viii.

Solanum esculentum quod in hortis nascitur, notum est omnibus, utunturq; ad omnia ea quæ refrigerari adstringiq; postulant. Potest enim hæc duo ordine secundo.

Simp. Med. v. cap. x.

Medicamenta indurantiã, frigida sint oportet, & humida, uelut semper uinum, portulaca, psyllium, lenticula palustris, Solanum: aut hoc quod certe non est temperamentum humidum, sed medium, absolute humectantis & exiccantis, expugnatisbus fsculatibus compositum, exiccante uidelicet et humectante: nimirum cum & duplicem in se habeat substantiam, terrenam & aqueam.

EX DIOSCORIDE.
Lib. iii. cap. lxxxi.

Innocens in cibo est refrigerandi; uires habet. Eamq; ob causam folia emplastri modo imposita, sacris ignibus et hulceribus quæ a serpendo hey petas uocant, cum polente & polline accommodata sunt. Conciã etiam & per se oculorum in maiore angulo fistulas quas dicunt ægilopas sanat. Prosumt eodem modo imposita & capitis doloribus. Stomachi ardoribus subueniunt. Abscessus secundum uires quos parotidas nominant, discutiant: in quæ usum concisa cū sale emplastri modo imponuntur. Facit & succus ad sacros ignes, & quæ a serpendo hulceras herpetas uocant, cum cerussa, rosacco, & argenti spuma. Facit & ad oculorum fistulas quas ægilopas uocant, cum pane impositus. Inasperguntur eodem utiliter, addito rosacco, in fames in capitis ardore cum syriasm dicunt. Quinetiam pro aqua quonæ collyrijs contra acres oculorum destillationes factis, ut coïnungantur, miscetur. Auribus in dolore utiliter instillatur. Sisti muliebres foeminarum fluxiones in Lana appositus. Contra oculorum in maiore angulo fistulas quas ægilopas uocant, itidem cum gallinarum rubente fimo subigitur, & lacrimæ micibus utiliter imponitur.

DE SOLANO VESICARIA, QUAM HALICACABVM VOCANT, CAP. XCVI.

NOMENCLATURA.

KEKENGĪ, Alkekengū, seu Kekenegi, seu Kakemb, seu Keleb, veluti eius fructus, Lebu, Arabibus. Αλικωνιας, ἢ φουσαλις, Græcis. Halicacabus, seu Vesicaria, Latinis. Alkekengi, Barbaris, ac Officinis, Alechachingi, Italis. Coquerets, seu Beguenandes, Gallis. Iudenbuetlin, Doklin, Iudenkirsen, Schlutten, Boberellen, Germanis. Bexiga de Perro, Hispanis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. Cap. lxxxi.

Est & alterum solanum, quod priuatim Halicacabum, quidam vero Vesiculam appellant: folijs aut editho simile, latioribus tamen. Eius coliculi cum creuerunt, per terram sternuntur. Fructum fert in folliculis rotundis, vesicis similibus rubentem, & cum leuore rotundum, uuarum acinis similem, quo coronarij utuntur in coronis textentes.

IUVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Halicacabum igitur in foliorum facultate hortensi solano simile est, fructum habens ciende urine, idoneum: proinde compluribus facultatibus compositis, que ad icur, ad vesicam, & renes accommodantur miscetur.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. Cap. lxxxii.

Vires usque hortensi solani, præterquam in cibus, easdem habet. Potestque fructus eius, ciende urine aptus, fellis suffusiones potius emendare. Exprimitur ex utriusque solani huius herba succus: siccatique in umbra, in eodem reponitur usus.

EX ABIGE.

Halicacabi duo habentur genera, unum domesticum uulgareū, alterum syluestre seu montanum. Estque syluestris montanusue Halicacabus candidus necnon aspectu ac facultate hortensi Solano non absimilis. Vulgaris autem emedicamentorum albo censetur, ex quibus uiginea succus elicitur. inflammationibusque tum interioribus tum exterioribus priuatim medetur illitus. Fructus uero, renum ac uescicæ exulcerationibus, assumptus auxiliatur. Syluestris tamen seu montanus est ualentior.

DE SOLANO SOMNIFICO, CAP. XCVII.

NOMENCLATURA.

Στηβύλον ἢ πικτυόν, Græcis. Solanum somnificum, somniferumue, seu soporiferum, Latinis. Solatro sonnifero, Italis. Morelle marine, Gallis. Schlafberlin, Germanis.

EFFIGIES, AC LOCVS.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. Cap. lxxxi.

Frutex est. Ramulos habet numerosos, densos, succulosos, lentore suo difficile fragiles, pinguibus folijs plenos, cotonei mali folijs similes. Florem rubentem, grandem. Semen in siliquis rubro colore croci. Radicem rubente cortice grandemque. Nascitur in petris non procul a mari.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Solani uero hypnotici seu Somniferi cortex radice si cum uino bibatur. somnum accersit drachme pondere sumptus. Sed & ad cætera quoque papaueris succo per similes est, nisi quod hætenus imbecillior est, quod ipse tertij habetur ordinis refrigerantium, cum hic postus sit in quarto. Huius solani semen urinam ciendi potestatem habet. Ceterum si plus duodecim corymbis hauseris, dementiam quoque adsciscet.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. cap. lxxxii.

Somnificus radice eius cortex est drachma pondere in uino potus. Lenius tamen quam papaueris liquor sopit. Egrege urinam cit semen eius. Danturque corymbi eius fere duodecim contra eum subeuntes aquas: uerum maiore numero potiorem quem dicunt Eclasiem, faciunt. Remedio est copiosa mulla aqua potui data. Miscetur & his que somno dolorem leuant pastillisque, cortex eius & succus. Quinetiam contra doloris dentium in uino coctum solanum hoc utiliter cum melle eadem utilitate inungitur.

DE SOLANO FVRIOSO, CAP. XCVIII.

NOMENCLATURA.

Στηβύλον μαυρόν ἢ πικτυόν ἢ ἡβρόν, Græcis. Solanum furiosum, Latinis. Solatro fariale seu maniale, Barbaris: Solatro Furioso, Italis.

EFFIGIES, AC LOCVS.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. cap. lxxxiii.

Eruca folio Solanum hoc est, maiore tamen ad acanthi quæ Pæderota uocant figuram accedente. Caules à radice exeunt proceriores, decem duodecimue numero, altitudinè quantum protensa hominis utri inque brachia ab altero summo medio digito ad alterum traiecta per pectus longitudine patent. In quibus oliuarum figura superposita sunt capitula pilosiora, ueluti in plantanis pilula, uerum maiora latioraque. Florem fert nigrum, & post florem racemosum fructum, rotundum, nigrum, decem duodecimue acinorum numero, hederarum corymbis similem, & uuarum modo mollem. Radicem habet candidam, crassam, concavam, cubitalem. Nascitur montanis & uento perflatu locis. Nascitur & in litoralibus petris.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. viii.

Solanum uero furiosum ad medicationes quæ intro in corpus adhibentur inutile est. Nā si quatuor eius drachmæ offerantur, mortem inferent: si pauciores, saltem insaniam. Vna certe innoxie sumitur, cæterum nec ipsa utile quid obinet. Verum si foris corpori emplastri modo illinatur, ulcera cacoethe, & nomode, siue epascentia curat. Sed ad talia radice cortex præfertur, deficiens secundo ordine iam completo, & tertio incipiente, refrigerans secundo incipiente.

EX DIOSCORIDE.
Lib. iiii. cap. lxxviii.

Potest radix eius drachmæ pondere in uino pota non illepidas rerum species & imagines uanas animo & menti representare. Duplicatum id pondus in triduum, Ecstasim facit: perimunt autem quatuor drachmæ. Aduersatur huic maleficio remediōq; eji, maiore copia pota mulsæ aqua, mox somnitionibus reddita.

EX MESEHA.

Refrigerandi exiccandiq; facultatem obtinet, tertio nimium abcessu iam completo. Viniq; adstringendi habet, quavis herba maiorem. Non omnino ad medicationes (siquæ do opus fuerit), inutile. Ignem quoque reslinguit calorem. Frustris autem eius perpetuo furorem mentis uæ alienationem affert. Quamobrem prorsus ab eo cauendum.

DE GUMMI ACACIAE, QVOD VVLGO ARABICVM VOCANT. CAP. XCIX.

NOMENCLATVRA.

SANIG, seu Hanig seu Sanag, seu Samag, Arabibus. *Κόμμι, ή Κομμυδιον, αραβικον*, persæpe A Suario, in ter Græcos. Gummi Latinis. Gummi Arabicum, Barbaris, ac Officinis. Gomma Arabica, Italis. Goma Arauige, Hispanis.

EFFIGIES, ATQ. ELECTIO.

EX DIOSCORIDE.
Lib. i. cap. cxxxiii.

Ex Acaciæ Aegypti spina nascitur manatû Gummi: Excelleat autem bonitate in ea Gummi quod lumbricorum figura est, uiri modo pellucidum, nec lignosum. Probatûr ab hoc deinde quod candidum est: quod resinofum & sordidum, inutile.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.
Smp. Med. vii.

Gummi lachryma est congelata concretâq; in truncis arborum ipsam producentium, uelut resina quoque in multis

uistur, quæ resinam proferre possunt. Cæterum quòd exicatori, e emplastricâq; potentia sit, constat. Præterea asperitatibus medetur.

EX DIOSCORIDE.
Lib. i. cap. cxxxiii.

Est Gummi Acaciæ uis opplere & obstruere. Idem medicamentorum quibus misceatur acrimonia retundit, & cũ ouo inunctum, bullare ambusta non permittit.

EX BEDIGORA.

Arterie asperitatem lenit, aluumq; cohibet.

EX ABVGERIG.

Aluum silit, intestinaq; roborat. Fractis ossibus non inutile, emplastri modo impositum. Facitq; ad tabem quam Græci *ϕβίρι* dicunt. Est autem frigidum, & siccum.

EX ABIGE.

Frigidum est, ac modice humentum. Aluiq; fluores, crebrasq; & inanes egerendi uoluntates egregie silit. Ossaq; fracta, emplastri modo impositum, instaurat. Adhæc tussis et tibus, illineta assumptum, aut medicamentis quæ tussim sedant, B *ηχμω* Græcis nominata, admixtum, necnon Tabidis etiam, ebibitum medetur. Oculorumq; inflammationibus nõ inutile. Medicamentorum quoque purgantium quibus ammiscetur, uim infrenat, acrimoniaq; retundit. Vomitiones etiam, à sumpto purgante medicamento silit. Pondus ad tussim & aluum cohibendam, drachma una, alijs autem medicamentis admixtum, semidrachma.

DE RAMICH,

CAP. C.

NOMENCLATVRA.

RAMICH, seu Alramech seu AlKimech, Arabibus, ac Barbaris.

FABRICA, TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

Miscella quædam est, ex qua compositio, GALLIA nūcupata, probe apparatus.

EX ALBASARI.

Ex multis sanè simplicibus medicamentis bellè confarctatur, quandoque enim ex Gallis, quandoque ex præcociibus Palmulis immaturis uè Dactylis, & aliquando ex Punicis mali corticibus, nec non ex alijs asperis seu adstringentibus herbis. Quæ omnia uel quædam refrigerandi & adstringendi insignita cernuntur, quæq; uel materiae compositionis, GALLIAE nominatæ, exsunt. At siquando ex his GALLIA apparatus, anà quoque & aromata quædam et

Moschus admisceatur. Ceterum ex maiori & minori tum Moschi tum aromatum iniecta quantitate, uim etiamnum maiorem & minorem excalfaciendi sortietur, eritq; medicamentum ex contrarijs facultatibus insignitum, ut primum adstringendi, moxq; excalfaciendi, quam sibi priuatim ex iniectis tum Moscho tum aromatum sylvia, demum peperit.

EX ISAAC EBEN AMRAM

Ramich ex Gallia, apparatus: uimq; refrigerandi habet in secundo recessu iam completo. Naturam cogit, ob facultatem nimirum quam habet adstringentem. In sita etiamnum frigiditate calori magnifice aduersatur. Ex Ramich quoq; GALLIA conficitur, adiectis tum Moscho, tum reliqua aromatum sylvia, ex quorum miscella uim sibi non obscuram excalfaciendi acquirit. Conficitur autem hoc modis: Summa tur ex Gallis primum in tenuissimū pollinem reida Etis libræ decem, deinde ex passulis libræ tres, que in aqua diu ac multum coquantur, sint autem pro singulis Passularū partibus due supra dimidia aque partes, à coctura uero subinde exprimantur, & colentur, proijciendo Passularum substantiam ut uocant, deinceps passularum decocto iam per colum transfuso, mellis libræ due adijciantur, quibus inuicem sic mixtis, singulis eorum decem libris admisceatur libra olei Kadini, quo non presente substituatür Sesaminū diuq; ac multum inuicem ebulliant semper rutabulis exagitantio, quoad perfecte concocta esse apparuerint: cauendum tamen ne nimirum passularum decoctum absumatur, sed aqua est superinijcienda, ne medicamentum aduratur. Demum sumatur ex Rosis, Cinnamomo, Caryophyllis, atque ex castis folijs seu ligno illis non presensibus, & in tenuissimū pollinem probe redigantur, & singulis decem Galle libris horum aromatum libra una adijciatur que omnia cum passularum ac mellis decocto in feruētī uase misceantur, atque lento igne ebulliant, continuoq; exagitetur. Postquam autem belle percolata fuerint, ab igne amoueantur, & tabulis sparsim imposita insolentur, & in passillos, qui Τροχισκοί Grecis dicuntur, conformentur, soliq; donec probe aruerint, cribris inuisa, exponantur, sicut in usum seruabuntur.

DE RIBE,

CAP. CI.

NOMENCLATURA.

RIBES, Arabibus, Barbaris, ac Officinis.

EFFIGIES, LOCVS, TEMPERAMENTVM,

ACIUVVENTA.

EX ISAAC EBEN AMRAM.

Ribes planta est, que capreolos habet nuper prodeuntes, colore è rubro in uiridem languescens, folia autem magna, lata, rotunda, & uiridia, fructum uero profert sapore subacidum. Refrigerandi exiccandiq; potestatem obtinet, in secundo nimirum abscessu: ueluti ex eius insidenti tū aciditate, tum adstringenti facultate prorsus colligere li-

quet. Quam ob rem bellissime astuantem stomachum refrigerat ac roborat, sitim restinguit, aluiq; profluium, ac uomitiones cohibet. Porro succus eius medicatus, quem Rob Mauritanii appellant, cardialgie, uomitioni, aluiq; profluuio quod bilis attulit, magnifice auxiliatur, appetentiamq; excitat, estq; subacidus, nulla adstrictione insignitus: e contusis autem ac probe tritis, & presis capreolis colligitur, nec non consueq; percoquitur, donec crassam uasus fuerit ac densam consistentiam.

EX IGNOTO.

Vim habet tum refrigerandi tum exiccandi in secundo recessu. Nasctur autem hec planta in frigidis ac niuosis montibus, in magnis aestibus ad situm refrigerandum uirifice confert, biliosumq; alui profluium sistit. Morbillis ac uariolis que Εξελθουαττα Grecis nuncupatur, alijsq; tumoribus sponte in cute flore nitibus summe oppulatur. Serapium autem eius, non secus ac ex acido citri succo apparatus, refrigerandiq; ex exiccandi facultatem habet.

EX RASE.

Ribes uim refrigerandi & exiccandi obtinet alium sitit & bilis acrimoniam domat, sanguinisq; feruorem demulcet.

EX MEBEHA.

Ribes tum refrigerandi tum exiccandi in secundo nimirum abscessu potestatem habet, & adstringenti. Quam ob rem uentriculum roborat, alium cohibet, ac sitim quoque extinguit. Planta est sane gustu non insuauis, nec dentium susporem efficit.

EX ABEN MESSAL.

Refrigerat & exiceat ordine secundo. Sitim restinguit & bilis acrimoniam lenit, immodicq; silit perturbationem cum infra tam supra per uomitionem factam, que χαλεπε Grecis appellatur. Variolis ac morbillis probe auxiliatur. Succus autem eius, eisdem quas acidus citri succus ac Omphacium, facultates obtinet.

EX SINDAXAR.

Hemorrhoidibus succurrit, erapuleq; seu ebrietatis notas disiecit. Ceterum medici nonnulli Lapathum seu Rumi cem quam priuatim οξελθουα, Greci, Oxalidem Latinè Officinæ autem Acetosam dixere, esse crediderunt, alij uero fructum acidum quod è Coracei offertur. Unde & Rasas inter fructus etiamnum Ribem adnumerabit.

FRIGIDA ET HUMIDA.

SECUNDI ORDINIS.

Blitum.	Anguria.	Armenica mala.
Cucumis.	Lens palustris.	Cucurbita.
Pepo.	Muscus marinus.	Lac. & Satina.
Melopepo.	Tabera.	Iuca & Siliustris.
		Perfica mala.

DE BLITO,
CAP. CII.

NOMENCLATURA.

BACHALA IAMENIA, seu Bachale alie-
manie, Arabibus. ΒΑΪΤΩΝ, ἢ ΒΛΪΤΩΝ, Græcis. Blitum
sive Blitus, Latinis. Holus tamenum, Barbaris. Biedo
ni, Officinis, ac Italis. Porree rouge, Gallis. Mayer, Germa-
nis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Blitum holus est esculentum humide frigidæq; tempera-
tura, in secundo maxime excessu à temperatis.

EX DIOSCORIDE.

Lib. ii. cap. cxxiii.

Estur hoc etiam oleis modo, bonam tantum facit aliu,
sed nullas habet alias medicas vires.

EX ABEN MESVAL.

Aquosum est si quod aliud olus, ac frigidum. Phlegmo-
nas iuuat, emplatri modo impostum. Siim ac trusim quo-
que à calore extinguit. Nutritum autem habet exile, ac
lentum.

EX ISAAC EBBEN AMRAM.

Radix eius sauis ulceribus foraminosis, per qua mellis
crassitudine humor emanat, ΜΕΛΙ ΧΥΡΩΔΕΣ Græci uocant,
emplatri modo imposta medetur.

EX ABIGB.

Frigidum est ac humidum secundo recessu. Vi autem hu-
meclandi longe præstantius quam Lactuca atque Cucurbi-
ta. Aquosum prorsus, ac lubricum, adeo ut facilem delectio-
nem habeat, uentremq; ad excernendum excitet, quam ob re
ab ipso paucum accedit corpori alimentum. Succus uero
ex eius folijs Rosaceo commixtus, capitis doloribus à solis
ardore medetur. Blitum autem probe coctum, oleoq; Amy-
gdalino, ac succo Punicorum dulcium admixtum, aride tus-
si, que potissimum à calore & asperitate pectoris prouen-
it, auxiliatur.

DE SATIVO CYCV.

MERE, PEPONEQ. AC MELO
PEPONE, CAP. CIII.

NOMENCLATURA.

CHATHE, seu Chetha, Arabibus. ΣΙΧΥΣ, καὶ
ΣΙΧΥΣ ἡμῶνος, Græcis. Cucumis, & Cucumer,
Latinis. Citrullus, Officinis. Cedrioli & Cocomeri, Ita-
lis. Citrulle, Gallis. Citrullen, Germanis.

BATHECA, seu Bathech, Arabibus. ΠΕΠΩΝ καὶ
ΣΙΧΥΩΝ ΠΕΠΩΝ, Græcis. Pepon, Latinis. Pepone, Italis.
Pepon, Gallis. Pfschen, Germanis.

K V R A seu Chesar seu Chsair, Arabibus. ΜΗΛΩΝ,
ἢ ΜΗΛΩΠΕΠΩΝ, Græcis. Melon & Melopepon, Latinis.
Melon, Officinis. Melone, Italis. Melons, Gallis. Melauum
seu Melonem, Germanis. Melon, Hispanis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Cucumis esculentus, Pepon quidem, hoc est maturus, te-
nuioris essentie est: qui immaturus est, crassioris. Sed &
abstergendæ & incidendi facultas eis inest: quare & urinâ
mouent, & corpus splendidiu reddunt, ac magis quoque
si quis semine arefacto contusoq; aique cribrato uice pulue-
ris absterforij, siue ἑνμακτώτος uatut. Si perat in eis humi-
da frigidæq; temperies, non tamen magnopere, sed quasi in
secundo censetur ordine. Attamen si quis aut semen, aut ra-
dicem arefaciat, haud amplius humida fuerit naturæ, sed iâ
desiccantis, idq; in primo quodammodo ordine aut etiam
secundo: sed incipiente. Est & in istis maior abstergendæ
facultas, quam in fructus ipsius carne.

Alimen. Facul. ij. cap. iiii. v. & vi.

Vniuersa Peponum natura frigidior est cum humiditate
copiosa: habent autem uim quandam abstergendæ, cuius be-
neficio urinae cient, & deorsum expeditius, quam cucurbi-
ta, Melopepones, permeant. Quædã porro abstergeant in
telliges si forsdam tamen ipsi fricueris. Quam ob rem si
quis ἑμφωλν aut lentes in facie habeat, aut ἑλφώδης exi-
mos & in superficie, hos quoque deterget: semen tamen
potentius, quam ipsorum uelut caro, deterget, adeo ut uel
aduersus uenas calculo infestatos conueniat: Siccum autẽ
in corpore gignit uitiosum, idq; potissimum cum concoctũ
probe non fuerit. Quo casu cholera morbo obnoxios effi-
cere consuevit. Quinetiam priusquam corruptum fuerit, ad
uomitum quoque est idoneus: largiusq; sumptus (nisi quis
post ipsum aliquid eorum que probi sunt succi, super man-
dat) omnino uomitum excitabit.

Melopepones minus quam Pepones sunt humidi, nec
adeo prauis succi, minus item urinas mouent, tardiusq;
deorsum descendunt. Ad uomitum præterea excitandum, nõ
tantum, quantum Pepones, habent momenti, sicut nec celeri-
ter, adeo, ut illi in uentriculo corrumpuntur, cum prauus
humor in eo collectus fuerit, aut alia quæpiam corruptio-
nis causa ipsum prehenderit. Ceterum, tametsi in uiuando
stomacho autumnalibus fructibus longe sunt inferiores,
haudquaquam tamen ei, ut Pepones, sunt noxiæ: neque enim
uomitum, ut illi, excitant. Huc accedit, quod in Peponibus
homines à carne intima in qua semen habetur, abstergent:
in Melopeponibus autem mandunt, idq; ipsis ad deiectionem
confert. Qui uero eorum quasi carne tantum uescuntur, nõ
tam cito eam ac Peponum excernunt.

Urinam quidem et Cucumeres quo modo Pepones ciēt,

sed minus quam illi, quod ipsorum substantia minus est humiditateque non facile, ut illi, in ventriculo corrumpantur. Inueniunt autem, qui ipsos (cum alia multa que homines plerique coquere nequeunt) concoquant, ob naturam scilicet cum eis familiaritatem. Ergo qui cucumeres belle concoquunt, cum eo ipso sibi affatim ijs se impleverint, ijs tandem longo temporis tractu accidit, ut succus frigidus ac mediocriter crassus in uenis coaceruetur, qui in ea coctione que fit in uenis, haud facile mutationem in probum sanguinem recipiat. Ob eam igitur causam, omnibus prauis succi edulsi esse abstinentium, etiam si ea quibusdam concoctu sint facilia. Nobis enim non aduertentibus prauus succus ex ipsis post longum tempus in uenis colligitur: qui postea exigua ad putredinem occasione nactus, febres malignas accedit.

EX DIOSCORIDE.
Lib. II. cap. XLIII. & CLIII.

Bonam facit aluum satius Cucumis. Stomacho accommodatus est. Refrigerat, non corrumpit in stomacho, licet egre concoquantur. Vesica utilis. Olfactu defectus anime restituit. Habet semen ciende urine mediocrem uim. Contra uescicæ exulcerationes cum lacte passuæ idem utiliter bibitur. Medetur canum morsibus ex uino emplastri modo imposita esse solita: Ex melle uero hulecra que epyni Etidas uocant.

Peponis autem caro ciende urine utilis in cibo sumpta. Eadem emplastri modo imposita, oculorum inflammationes lenit. Superior peponis cortex, qui quasi sinciput & umbilicus eius est, in capitis inflammatione quam strisiam dicunt, infantium sincipiti utiliter imponitur. Imponitur & fronti, ut in oculos destillationes compescat. Mixtus sericæ & in sole siccatas una cum semine Peponis succus, extereudæ cuti & leuitando uulni utilis est. Facit uomitiones siccat Peponis radix drachme pondere in dulci aqua pota. Si quis etiam à cæna leui uomitione purgare se uoluerit, satis oboli duo erunt. Sanat hæc ipsa etiam radix hulecra quos sawos dicunt, ex melle emplastri modo imposita.

EX ABEN MBSVAL.

In Cucumeribus ac Melonibus superat humida & frigida temperies, in tertio nimirum abscessu. Priuatis autem Cucumis biliosa tum à Stomacho tum ab intestinis deicit, bilisque acrimoniam miscet, peccatusque lenit. Pondus uero ex liquore eius stillatio decoctione est à triente ad libram.

EX MBSBHA.

Melonum sanè stillatitius humor seu decoctum animo deficientes restituit, uentriculo tamen negotium facescit.

EX ABIGE.

Tum Cucumerum tum Melonum stillatitius humor seu decoctum, ardentibus potissimum, febribus succurrit, citim quoque uehementem restingit, Aluumque ualèter sed citra difficultatem ac noxam deicit. Percoquendi autem sunt, cum Saccharo albo. Exhibentur uero pondere quatuor drach-

marum. Cauendum tamen ne propinentur ijs quibus aluum est dura, maximeque ad egerendum rebellis, non enim tantam uim deiciendi habent, ut cõsimiles naturas mouere possint, quam ob rem ex mora quam contrahunt in stomacho, negotium facescant, uomitionesque cient, & estum accendant. Per se etiannum, uel ambo simul, seu cum pastillis febribus conducentibus, utiliter exhibentur. Concoquantur præterea huiuscemodi fructus, & eorum decoctum ijs qui ardentibus febribus tenentur, non inutiliter datur. Vim autem refrigerandi & humectandi habent, nec admodum gustus suauitate dissident.

DE ANGVRIA,

CAP.

C IIII.

NOMENCLATURA.

DVLLAHA, Arabibus. Αγγουρία, Sethio, non autem Actio, inter recentiores Græcos. Anguria & Latinis, ac Officinis. Melo magnus uiridis, Barbaris. Anguria & Cocomero, Italis. Cocombre, Gallis. Cucumern, & Gurchen, Germanis. Cogombro, Hispanis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX RASB.

Uniuersa Anguria natura frigidior, cum larga humiditate existit. Febribus potissimum ardentibus utilis. Vtilis & ijs qui humore aliquo frigidiori indigent ad demulcendam humorum, in uentriculo, locinore, ac uenis existentium acrimoniam, praesertim cum non mole adacti fuerint initio siquidem clementer Anguria deicit. Non inutilis quoque ijs qui ob redundantem effervescentem bilem, debiles, graues exanguesque potissimum existunt, in quibus bilis ardor omnino est immutandus. Quamquam autem bilis effervescentiam acidis medicamentibus demulceri possit, præcellunt tamen insipida omnis uel qualitatis expertia, & πικρα Græcis nuncupata, ut pote biliosis ac inde gracilibus accommodatiora. Acida siquidem incidunt, ac tenuant. Quod summe ob bilem gracilioribus corporibus aduersatur. Ex usu etenim Actei multsi indies gracilitas & macies in huiuscemodi corporum habitu ac temperatura adaugetur, & uirtus redditur imbecillior, stomachusque leditur ac subuertitur, & quandoque inde sunt in intestinorum tormina exulcerationes uel, & assidue etiannum desidendi uis egerendi cupiditates. At si acida adstringentibus admixta propinentur, iccus sanè infarciunt, & uniuersum corpus, nec tamen humectant. Acida namque adstringentibus admixta exiccant quidem, non autem humectant. Insipida autem seu omnis qualitatis expertia, & maxime que crassam substantiam habent, & subdulcem, ueluti Anguria, humectant ac refrigerant, sanguinemque aquosiores in Hepate progignunt, qui per uenas delatus bilis acrimoniam belle obtundit, ac misceat. Cucumis etiam satius easdem uires habet quas Anguria, præterquam quod ualentius urinas prolicet.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

EX MESHHA.

Anguria frigidior est omnibus quidem Melonibus seu Cucumeribus, & tardius deorsum rapitur.

EX ISMAHELITA.

Minus est humida quam Melones omnes Cucumeresque, frigidior tamen, & essentia crassioris, ideoque sepius deorsum descendit, nec adeo facile in ventriculo corrumpitur. Quam ob rem febricitantibus & astuanti stomacho non inutilis: calorem liquidum & ardorem mirifice restinguit.

DE PALUSTRILENTE, CAP. CV.

NOMENCLATURA.

† Nō enim οὐλίαν id est, adstringi, sed οὐλίαν hoc est, refrigerari, cum Galeo rectius esse censemus, ex manuscriptis Græcis codicibus nec non ex Serapione.

TAHALEB, seu Thaleb, Arabibus. φακός ἐπι τῶν τελαμάτων, Græcis. Lens palustris, Latinis. Lenticula aque, Barbaris. Lens aquatica, Officinis. Lenticularia, Italis. Lentille de mer, Gallis. Vuasser Linsen, seu Mer Linsen, Germanis. Lenteia de aqua, Hispanis.

LOCVS, AC EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.
Lib.iii. cap. lxxxviii.

Inuenitur in stagnantibus aquis Muscus Lenti similis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA,

EX GALENO.
Simp. Med. viii.

Lenticula palustris humide frigidaque temperaturæ est, utrinque ex secundo quodammodo ordine.

EX DIOSCORIDE.
Lib.iii. cap. lxxxviii.

Natura & vi refrigerandi insignitur: ob quam causam cunctis inflammationibus, sacris ignibus podagrisque emplastris modo utiliter per se & cum polenta imponitur. Glutinat & in pueris intestinorum ramices.

DE MUSCO MARINO, CAP. CVI.

NOMENCLATURA.

TAHALEB, seu Thabel, Muscum marinum cum Palustri Lente confundentes, Arabibus. Βρύον θαλάσσιον, ή βρύον θαλάσσιον, vulgo hodie θαλάσσιον τανύ, Græcis. Muscus marinus, Latinis. Lenticula marina, Barbaris. Corallina, Officinis, ac Italis. Coralline, Gallicis. Mermiez seu Mermoeß, Germanis.

LOCVS AC EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.
Lib.iii. cap. xcix.

Nascitur in lapidibus & piscium testis prope mare capsillata herba, gracilis, sine caule.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. vi.

Bryon thalation compositum est ex terrena et aquea essentia, utraque frigida. Si quidem & gustum adstringit, & calidis quibus vis illitum ea euidenter refrigerat & adiuvat.

EX DIOSCORIDE.
Lib.iii. cap. xcix.

Egregia est ei adstringendi vis. Facit ad inflammationem podagrasque quas refrigerari oporteat.

DE TUBERIBVS, CAP. CVII.

NOMENCLATURA.

RAMECH, seu Alchamech, seu Tamer seu Kema, Arabibus. Ὑδρα, Græcis. Tubera, Latinis. Cerui boleti, Officinis. Tartuffi, Italis. Truffes, Gallis. Hirtz brunst, Germanis. Turmo de tierra, Hispanis.

EFFIGIES, TEMPERAMENTVM,

IUVAMENTA, ATQUE ELECTIO.

EX DIOSCORIDE.
Lib.ii. cap. cxxxv.

Radix rotunda Tuber est, sine folijs, sine caule, colore subflauo. Foditur uere. Edendo est, esturque: cruda pariter & cocta.

EX GALENO.
Simp. Med. viii.

Hydæ omnibus nota sunt. Substantiam habent uincetæ terrestræ in quidem sed tamen cum pauca quadam tenuius partium mistam.

De succorum bonitate & vitio, cap. liii.

Tuber quod uocant crasso quidem succo præditum est, non tamen malo.

EX ALCHALAMEN.

Tubera quidem Fungis magnitudine sunt minoræ. Lætissimæ uero quæ locis sabulosis nec admodum humectis fodiuntur.

EX MESHHA.

Tuber serosum aqueumque sanguinem procreat. Succus autem eius purgat quæ claritati oculorum officium.

DE ARMENIACIS,

PRAECOCIUS VE MALIS, CAP. CVIII.

NOMENCLATURA.

MERMEX, seu Mirmix, seu Mex, Mesmes seu Mismis, Arabibus. *ميرمخ* *Αρμενία* ἀπὸ ποικιλίας, seu relictus cum Latinis προαικία, ἢ Βερ-χόκκία, Graecis, Armeniaca mala, & Praecocia, Latinis. Crisomila, Barbaris, ac Officinis. *Monache*, *Bacoeche*, *Grisomele*, et *Armelint*, Italis. *Abricor*, Gallis. *S. Iohans*, Pfer sich, Germanis. *Albarcoques*, seu *Albarchigas*, seu *Aluari coques*, Hispanis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

E X G A L E N O.

Simp. Med. vii.

Meles Armenice, huius vetus nomē desit. Vocāt. n. oēs tū fructū tū arborem προαικίον. Fructus humidior frigidior; est, utrunque secundo quodāmodo excessu perperissus.

Alium, Facul. li. cap. xxx.

Hec quoque ex genere sunt persicorum, bonitate non nisi illa superant. Neque enim in ventriculo, ut illa, corumpuntur, neque aescant; vulgo autem suavior apparet; unde etiam stomacho sunt gratiora (cetera enim illis sunt similia) suavis autem omnibus ita inquit: quemadmodum in suavis, ut ventriculum respiciant, ac subvertant, & ad vomendum incitant, capientem quem calorem quod infestat. abijceret; id quod facit pro momento eorum, quae infestant. Quae enim uergunt deorsum, ea ipsa expellit. quae uero supernant, per uomitus eicit. Idem facit, & cum succi praei ex toto corpore in sese desuunt. Etenim, qui ex ijs in partem ventriculi superiorem conflunt, uomitus uacuantur; qui uero in inferiorem, pariunt diarrhoeam.

E X D I O S C O R I D E.

Libi. Cap. lxxvi.

Armeniaca, quae & Latinis Praecocia dicuntur, Persicis sunt minorae, & stomacho magis accomodata.

E X A L G H A N Z I.

Flauā bilem refrigerant, et crassos adgenerant succos.

E X F R A S S O.

Patienti nimirum halituosas fumidas exhalationes ab humore uentriculo inherente, Praecocia recentia exhibui, statimque iam excitati euasuerunt halitus. Quam ob rem in posterum, assidue Praecociorum diluto utiliter est usus. Nec crediderim alimentum inueniri uentriculo frigidiorē, nec magis accomodum.

DE CUCURBITA,

CAP. CIX.

NOMENCLATURA.

HARAHĀ, seu Hara, seu Charha, Arabibus. *Κοκομβία* et *διδώμιος*, Graecis. Cucurbita, Latinis. Barbaris, ac Officinis. *Zucca*, Italis. *Courge*, seu *Courle*, Gallis. *Kurbiz*, Germanis. *Calabazza*, Hispanis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

E X G A L E N O.

Simp. Med. vii.

Cucurbita humida frigidior; temperaturae est, utraque qualitate secundi ordinis; quocirca ramentorum eius succus ad aurium dolores cum phlegmone iunctos, cum rosaceo utilis est, sic tota quoque illi a calidas phlegmonas mediciter refrigerat. In esu autem humida est, & stim propellens.

Alium n. Facul. li. cap. liii.

Cruda quidem insuavis est, stomachūq; ledit, & conco-
ctū est difficillima: adeo ut si quis alterius cibi incopia, Cu-

curbitā mandere coactus fuerit, (ut quidam iam est ausus) pondus frigidū uentriculo incubere sentiat, stomachūq; habeat eversum, ac uomituria: quo solo uomitu & premētibus symptomatibus potest erit iudicari. Hanc igitur & alia fugacū pleraq; aut postquam elixa fuerint, aut statim ercte, aut in sartagine frixa, aut assa, oēs homines esse consueverunt. Atque sermonem hūc perpetuo memoria teneto: est. n. omnibus cois, quae per ignem alterare est necesse. Cucurbita autē (de qua dicere institueram) elixa, nullam euidenter saporis habet qualitatē: nisi quis dicit quendā etiam esse saporem, qui neque acris est, neque salus, neque acerbis, neque amaros, neque aliud quidquā eiusmodi manifeste representat, ueluti nec ipsa aqua. Verū huiusmodi omnia cōi nomine uocare consueuerunt ἄπρῳον, id est, qualitas expertia, uocetur q; nobis sic, clarioris doctriinae gratia. Cum ergo talis sit Cucurbita, non immerito multos appandandi modos admittit, ut quae in medio sit omnīs excessus: ob idq; ad quiuissimum excessum ex equo duci queat. Quandoquidē nihil eorū quae congenitum quaeipiā habent excessum, in contrariā excessiui parādū rōnē facile ducitur. Proinde Cucurbita, quantum in se est, humidū frigidūq; & ob id exigui corpori praebebat alimētū, ut paulo ante de ijs omnibus quae succū habent aqueū ac tenuē, percipimus: facile autē subsidet, cū ob suae substantiae lubricitatē, tū ob cōem omniū ciborū humidiorū rōnē, qui scilicet citra adstridionē sunt humidī. Ad haec coquitur non aegre, si modo prius corrupta non fuerit. Id uerō illi accidit, cū parata uitiose fuerit, aut succus praeus in uentriculo fuerit acerrimus: interdū autē q; in ipso cessauerit: quod alijs quoque omnibus fugacibus, quae humido sunt temperamento, solet accidere. Corripuntur. n. in uentriculo, ni celeriter occupent succū. Quae admodū igitur cucurbita, quantum in se ipsa est, succū, qui in totū corpus alēdū gratia distribuitur, habet qualitatis, ad sensum, expertitiae cum alicui eorū quae uehemētē habent facultatē, mista fuerit, facile illi assimi-
latur: ut si cū sinapi sumpta fuerit, succus qui ex utroque in corpus distribuetur, acris cū manifesta caliditate erit. Eadē rōnē, si cū salso quopia mansa fuerit (ut quidā in patinis est salamento struunt) succū in corpore salsum generabit. Est autē sic apparatus, eibus suauissimus si salamento ex poticis illis fuerit, quae *μυλά* appellant. Quōd si cum malis ex donijs elixa, cōditāq; ut decet fuerit, succū auferēt in distributione habebit praeollentē. Assa autē, uel frixa in sartagine, quā plurimum quidē de propria humiditate deponit, reliquum autē ipsius nullū insignē obtinet facultatē, uti nec cū in iure simplici parata fuerit. Ceterū ob aquae qualitātē si bi in natā merito gaudeat origano. Omnia. n. eiusmodi succis acerbis, uel acidis, uel austeris, uel salis admiscei postulat si modo in cibo suauia sunt futura, & ijs, qui usi fuerint, nauisem non sunt paritura.

E X D I O S C O R I D E.

Libi. cap. lxxli.

Tumores & abscessus lenit cruda conēsaq; mox empla-
stri modo imposita cucurbita quae edenā est. Ramenta eius
dem cōtra capitis in infantibus ardores quos syriasmā uo-
cant, utiliter emplastrū nō simplici imponuntur. imponuntur
tura ramenta eadem oculorum inflammationibus & podagris
eadē utilitate. Medetur ex cucurbitae ramentis expressus
succus doloribus aurium: in quē usum per se & addito
rosaceo auribus inspillatur. Inungitur etiam utiliter in ar-

dore febris summa corporis superficies. Elixæ totius cu
curbitæ mox expresse succus, additis exiguo melle & ni
tro, alium leniter soluit. Siquis etiã in excavata cruda cu
curbita unum infuderit, & per non ðem sub dio habuerit,
temperatumq; iciumus biberi, alium leniter molliet.

EXIGNOTO.

Cucurbita ramenta cum panis mellula, podagras cali
das, Ignemq; sacrum qui ΕΨΟΠΑΛΕΩΣ Græcis nuncupa
tur, similiter iuvat emplastri modo imposta. Cinis aridæ
corticis efficaciter potest combusta sanare. Eandem cinere
didicimus ab expertis vulnura in ueretro iam in putredi
nem uersa purgare, & ad cicatricem illis perducere. Se
men uero urinas cit, stomachumq; emoluit, & sitim restit
quit. Si autem excicetur, illa uis ei traditur, ut in puluerem
tusum, & inspersum impleat uulnera que cauita sunt.

EX ABEN MESVAL.

Cucurbita polenta, tusisentibus, necnon pectoris dolo
ribus à calore abortis summe auxiliatur, sitimque propela
lit. Fastidia insuper à flava bile nata, iuuat.

EX MESARVGB.

Cucurbita maza inuoluta torretur, succusque inde ex
pressus febres ardentem, tusum, ac sitim ebibitus domat. Cũ
Saccharo autem alium leniter soluit.

EX ABIGB.

Frigida est ac humida. Flavium bilem refrigerat, cum
Pisib, ac Lentibus cocta. Asa autem nel friga, si ex decocto
cum Saccharo assumatur retorridas febres, ac sitim com
pescit. Alium etiam subducit, præsertim cum Zulapio ex
Saccharo albo. Pondus autem Zulapij sunt drachmæ uigin
ti, decocti uero uncie quatuor, usque ad selibram.

DE LACTUCA SA

TIVA, CAP. CX.

NOMENCLATVRA.

HERBAS, seu Chas, Arabibus. ὀψιδαξ ἕμε
ρος ἢ ὀψιδάκιον, seu uulgo ΜΑΙΟΥΛΙΟΥ, Græcis
Lactuca sativa, Latinis. Lactuca, Barbaris, ac Officinis.
Lattuca, italis. Laitue, Gallis. Lattich, seu Lactuck, Ger
manis. Lechuga, seu Alfalfa, Hispanis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA,

EX GALENO.

Simp. Med. r.

Lactuca humidum est frigidumq; bolus, non tamen ex
tremè, (siquidem edendo non forct) uerum maxime secun
dum aque, ut sic dicam, fontem et frigiditatem: proinde ad ca
lidas phlegmonas accommodum est, & ad parua & leuia
eryspelata: nõ tamen maioribus satisfacere idonea est. Est
etiam edulium siti aduerfum. At seuen potu genituræ pro
fluuium cohibet, quemobrem etiam ijs qui libidinosis som
nijs ueuantur, datur.

Alimen. Facul. li. cap. xcl. & xciii.

Multi medici, quemadmodum fructibus autumnalibus, si
cus, ita hoc olus alijs omnibus anteposuerunt. succi enim,
est, quã alia omnia, laudabilioris. Quod autem in eo nõnul
li reprehendunt: id maxime est laudandum, quod si reuera
ei inessent, nulli, non olerum modo, sed ne optimi quidem ac
nutrientissimi succi eduliorum esset secundum. Sanguinem, u.
diunt lactucam generare. Alij uero non simpliciter sangui
nem dicunt, sed multum adiungunt, lactucam sanguinẽ
multum generare affirmantes. At hi etiam si prædictis præde
tius ipsam accusant, magis tamen mentiuntur: tametsi illi
psam, quod multum sanguinem generat, nemo potest in ea
ture reprehendere. per spicuum epim est q. cibus is succum
haberet omnium ciborum præstantissimum, si quidem suape
tatura sanguinem quidem plurimum, aliorum autem
saccorum nulli generaret. Quod si diserint ex lactuca plu
rimum sanguinis acquirari, in eoq; ipsam descensit, facillim
um erit quod obiciunt, & scelle, cum possint, qui lactucis
nescuntur, laborem quidem augere, ipsarum autem esum mi
nuere. Verũ hæc dixisse sufficit aduersus eos, qui olus hoc
non re ðe uituperant. Scire autem conuenit, quod cum ole
ra omnia sanguinem gignat paucissimum ac prauu succi, la
ctucam non multum quidem generare, neq; mali succi, nõ ta
men omnino laudabilis. Mandant autem ipsam, ut plurimum
quidem, crudam. cum autem æstatis tempore accingere sese
ad semen producendum coepert, in aqua dulci præcocta iu
munt cum oleo, garo, & aceto, aut cum aliquo balsamato
rum, cõdimentorum, & eorum potissimum, quæ cum ca
seo parantur. Pleriq; autem prius quã in caulem assurg
at, ipsa utuntur, aque incoquentes, quod ego nunc, ex quo
dentes mihi male habent, coepi facere. Quidam meorum, quo
d alium, conspicatus olus id iam olim quidem mihi esse con
suetum, nunc uero difficilem habere manducationem, author
mibi fuit, ut ipsam coquerem. Aetate autem iuuenili, cum
mibi uetriculus bili obidie infestaretur, lactuca, quò ipsam
refrigerarem, utebar, cum uero ad etatem declinarem per
ueni, hoc olus fuit mihi aduersus uigilias remedio. tunc, n.
contra ac in iuuentute, somnum mihi dedita opera concilia
bam. graue enim mihi erat, præter uoluntatem uigilare. q.
mibi accidebat, partim q. in iuuetute meapte sponte uigilijs
assueueram: partim, q. declinantium etas ad insomnia ad
modum est propensa. Itaq; lactuca uespere commansa, uniuẽ
mibi insomnia erat. Ἀϋξισπόρθηκον, & lactuca autem
hortensi, quam omnes mandere, & ὀψιδάκιον nominare con
sueuerunt, summam rursum memorie causa repetens, dicã
ipsam, succum quidem habere frigidum & humidum, non ta
men prauu esse succi, quo fit, ut neq; coctionem penitus ex
cidat, neque, quo modo reliqua olera, uentrem sistant, quem
admodum etiam nõ proritat, que ipsi ture accidunt, ut que
nihil habeat, neq; austeri, neq; acerbi, à quibus in uniuersum
uenter sistitur, quemadmodum à salsis & acerbis, & omni
no ab ijs, que um quandam habent detergendæ, ad excrecio
nem incitatur, quorum etiam nihil lactuce inest.

Porro succo maluæ lentor quidem inest, quod lactuce nõ
inest, à refrigerandoq; abest per spicue, id quod etiam ante
quam edas, intelliges, si utruq; olus nicissim calido cupiã
affectui, ut eryspelati, cataplasmatibus modo apphueris: q.
etiam uulgo faciunt, tenera, folia diligenter ad exactum le
uorem conterentes. Senties enim in hoc cataplasmate lactu
cam quidem manifeste refrigerare: maluum autem calorem
quemdam habere moderatum ac tepidum. Ceterum hoc olus
facile subducitur, non modo propter humiditatem, uerum
etiam propter lentorem, & potissimum quando quis cum
oleo & garo copiosam ipsam sumpsert. Nutrit autem &
ipsa mediocriter. Nam si trium horum olerum succum com
pararis, betæ quidem, tenuium est partium, ter genidij, facul
tate est præditus: malua autem, crassius magis est & len
tus: lactuce, inter utruq; est mediũ.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii. cap. cxxxv.

Stomacho accommodata sativa Lactuca est. Refrigerat, somnum conciliat, alium mollit, & lactis abundantiam facit. Elixca maiore ad nutriendum efficacia. In tere & ut ex terra eruta est Lactuce cibus, in stomacho cibum non continentibus utilis est. In somniosis potum semen eius opitulatur, libidinibus, imaginationes in somno compefcit, ipse tamen in cibo frequentiores claritati oculorum officium. Condiuntur muria seruanturq; aliorum salgamorum modo. Cum caules suos produxerunt, simile aliquid succo & lacti agreffis Lactuce & ipse habent.

EX RVFO.

Lactuca quidem, craspule, ebrietatisq; noxas dissicit, in comotatione assumpta. Aniq; mordicationibus medetur. Intestinis tamen no parum noxia. Aluum emollit, veneremq; auertit, ac somnum conciliat.

EX ABEN MESVAI.

Lactuca in aqua nimirum lota, aluum maxime turbat. Omnia enim olera in aqua potissimum lota, aluum omnino turbant. Lotae etiam frequens in cibo usus claritati oculorum officium.

EX COSTO.

In libello de Agricultura.

Lactuca in oleo Sesamino collata, et assumpta suffusis felte medetur. Narium quoque obstructa, atque grauadinem que rogus Grecis uocatur, necnon alias humectas destillationes, icuano quidem stomacho presumpta, potissimum liberat. Liberalior tamen eius usus oculos habet, ac aluum lenit.

EX IGNOTO.

Destillationibus icuano nempe stomacho presumpta, ac mammarum, pectorisq; doloribus auxiliatur. Semen autem Scorponis icibus quamprimum succurrit, tritum atque cum alijs, ad haec accommodis, medicamentis presumptum.

DE SYLVESTRILA

CTVCA, CAP. CXI.

NOMENCLATURA.

Ἐπίδαξ & Ἰπία, Grecis. Lactuca Sylvestris, Latinis. Lactuca agreffis, Barbaris. Endiuia, non sine errore, Officinis. Lactuca saluatica, Italis. Lactuce sauvage, seu Lacterot, Gallis. Vuidier Lattich, Germanis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii. cap. cxxvi.

Sylvestris Lactuca Satiae similis est, ampliore tantum caule, candidioribus folijs, gracilioribus, asperioribus, & in gustu amaris. Papaueri similes aliquatenus uires habet. Ideoq; lactis liquorem qui in ea est, papauerum opio quidam commiscunt.

IVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Sic & agreffis Lactuce semen. Cuius quoque colligitur succus, argemas & caliginis expurgans, iam ad aduersiones cum lacte mulierum inungi solitus.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii. cap. cxxvii.

Purgat potus lactis liquor hic oculatorum duorum pondere cum aceto misso per alium corporeis aquas. Exterit oculorum tuberculas & albiginas. Inungitur eodem utiliter cum humano lacte ambuda. In uniuersum sporifera agreffis lactuca est, & somno dolorem lenat; quinetiam meses trahit. Biberit & contra scorpionum icibus, phalangiorumq; morsus utiliter. Libidinum imaginationes in somno Veneremq; auertit agreffis, quemadmodum & satiae semen. Potest & succus omnia eadem, sed minore efficacia. Seruatur agreffis Lactuce lactis liquor ille in fistili, aliorum succorum modo antea insolutus.

DE PERSICIS MALIS,

CAP. CXXII. DE ADIUDICII.

NOMENCLATURA.

Σαύχ, seu Chauch, Arabibus. Περσινά μήλα, Graecis. Persica mala, Latinis. Persica, Barbaris, ac Officinis. Persiche, & Pesche, Italis. Peches, Gallis. Pfersich, Germanis. Prischos, Hispanis.

TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Melea Persice, haec uulgo nunc ab omnibus uocatur Persice tantum, illo uidelicet omisso Melea, ipsa igitur arbor in germinibus & folijs uincetum habet anarum qualitatem: proinde folia eius trita & super umbilicum imposita lumbricos necant. Alioquit sane etiam digerens medicamentum est. Fructus eius, nempe esulentium hoc Persicum, humidior est & frigidior temperie.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii. cap. cxxviii.

Persica stomacho accommodata sunt: matura, bonam faciunt aluum: acerba aluum adstringunt. Siccata, & maiores adhuc in adstringendo uires habent. Quinetiam siccorum decoctum in aluum & stomachum destillationes haustum sistit.

EX ABEN MESVAI.

Succus ex eius folijs ac floribus expressus, ac ebibitus, lumbricos qui Grecis ἄσκαρδαεις nunciantur, per aluum expellit. Pedini quoque illius psilotri grauelentia emendat. Vermes aurium iridem necat iniectus. Oleum uero ex nucleis Persicorum, frigidis aurium doloribus medetur. Papulas quoq; pituitae eruptiones, quae ἐκθύματα Hippocrati, ἐκθύματα uero alij Graecis nominantur egregie disciuit, inunctum.

FINIS.

IOANNIS SERAPIONIS DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM

HISTORIA.

LIBER QVARTVS,

INTERPRETE

NICOLAO MVTONO

MEDICO MEDIOLANENSI.



CALIDA ET SICCA,
TERTII ORDINIS.

L Aserpitii. Electrum. Ruta.
Anisum. Staphis agria. Casia.
Parthenium. Glans unguetaria. Sagapenum.
Asarum. Amomum. Scammonia.
Sabina. Iuniperus. Scilla.
Epithymum. Thymus. Acetum scillite.
Vfgen. Cucurbita sylue. Vinum scillite.
Polypodium. stris. Silybon.
Cyclamen. Granum Indicum. chelidoniū maius
Cyclamen altera. Sambucus. Chelidonium mi
Buzoiden. Ebulus. nus.
Bel. fel. & fel. Ruta syluestris. Raphanus.
Pānaces Herouleū. Peucedanum. Panaces asclepiū
Opopanax. Cuminum satium. panaces chironiū
Gentiana. Cyminiū syluestre. Vitex.
Fuligo. Ruscus. Origanum,
Daucus. Carpesium. Tragoriganum.
Cinnamomum. Caros. Pulegium.
Hypericon. Apium satium. Dictamnus.
Ascyron. Apium palustre. Pseudoliscianus.
Androsomon. Apium montanū. Dictamnus ere
Coris. Petroelinum. tensis.
Ammoniacum. Apium grande. Nepeta.
Acorus. Smyrnum. Radix Piperis.
Hyssopus. Capparis. Satureia.
Arnabo. Myrrha. Centaurium ma
Pix liquida. Pissasphaltus. ius.
Oleum Picinum. Bællium. Centaurium mi
Fuligo Picis. Stachis. nus.
Pix sicca spissauē. Sampsuchum. Cardamomum.
Pex Zopissa. Ammi. Abrotonum.
Carduus. Mentā. Costos.
Chameleon albus. Mentastrum. Caryophyllon.
Chameleon niger. Serpyllum. Galbanum.
Populus nigra. Sismbrium. Coccus.

Vetonica. Rosmarinum. Laurus.
Sium. Nigella. Lauri baccæ.
Feniculum. Tripodium. Laurus Alexandri
Feniculum syl. Allium. na.
uestre. Scorodoprasum Laurus terrestris.
Resina. Scordion. Laureola.
Anebum. Galanga. Oleum Laurinum.
Libanotis. Elleborum albū. Doronicum.
Canchry. Elleborū nigrū

DE LASERPITIO, ET LASERE, CAP. I.

NOMENCLATVRA.

EX ISAAC BEN AMRAM

A NIVDEN, seu Mascasten, folia: silphon, plan
ta: Mascastes, caulis: ALTITH, seu Haltit, suc
cus Gummiæ: Maharoth seu Maroth, seu Maharui, seu Ma
gitadas, radix: Arabibus. Σιλπιον, plāta: Μάσπετον, καὶ
Σιλπιον quandoque priuatum, caulis: Ὀπός, per excellen
tiam antiquioribus, posteribus uero Λάσπετος, succus li
quorū ē. Μάσπετος, priuatum quandoque solia. Μάγυ
δα πῖς, radix: Grecis. Laser pitium, planta: Laser, succus li
quorū ē: Latinis. Asa, corrupta quidem uoce, quamquam à
Lasere deflexa, succus liquorū ē, Barbaris, ac Officinis.

LOCVS, AC EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Liblii, cap. xciii.

Nascitur Laser pitium ad Syriam, Armeniam, Mediam
& Libyam locis. Maspeton caulem eius uocant, ferale si
milem. Folia habet apij, semen uero latum, & quasi folia
ceum.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

SV C

SVCCIQ. COLLIGENDI MODVS,
AC EIVS GENERA, ELECTIOQ.
ET ADVLTERIA.

EX GALENO.
Simp. Med. vii.

Silphij liquor succusue calidissimus est: uerumenimvero & folia, & caulis, & radix sat streuere exalfaciant. Sed omnia statulente magis essentia sunt, ac proinde colla distillata: foris tamen imposita corpori efficaciora & omnium potissimum liquor succusue admodum trahentem facultatem possident. At tamen & exrescentias amolliendi, & liquandi uim quaedam propter propositum temperie obtinet.

Paulo inferice.

ⲓⲉⲡⲓ Ⲡⲟⲩⲟⲩ, id est, de succo:

Opus, siue succus cyrenaius quidem omnes & caliditate & tenuitate exuperat, ac proinde etiam omnium maxime per halitum digerit: quamquam sane & reliqui admodum calidi sunt & spirituosissimi: quidem plurima eorum pars, essentia aeris est & ignea. Porro complures habentur succi: Quibus naque radice incisa aut caule, quod ex uulnere sectioneue crassum ac lentum effluit, succus est: ceterum speciosus & uelut per excellentiam quandam Cyrenaicum ita nuncupant & medicum & syriacum.

Simp. Med. vi. De Glycyflida seu Paeonia

Rationabile itaque erat, aut partes quaspiam à radice defluentes, ac deinde per inspirationem attractas, affector ita locos curare: aut aërem à radice assidue mutari & alterari. Nam hoc pacto succus Cyrenaicus columellam plegmone affectam uiuat, & melanthium frictum palam catarthos & coryzas desiccet, siquis id in calidum lineum rarium liget, assidueque calorem ex eo per inspirationem in nares attrahat. Quinetiam si compluribus linis, & maxime marine purpuree, collo uiperæ iniectis, illis uiperam præfores: eaque postea cuiuspiam collo obuincias, mirifice profuerit tum parisijs, tum omnibus ijs que in collo expululant.

EX DIOSCORIDE.
Lib. iiii. Cap. scilicet.

Radix illi calefaciendi est, agre in cibo concoquitur, ne sic nocet, strumis tamen panisq; medetur cum cera coacta. Ex oleo contra sugillata emplastri modo imponitur. Coxendicis doloribus ceratis irino oleo aut ligustrino coactis addita medetur. Tollit sedis exrescentias in malicorio cum aceto elixa & imposita. Pota eadem uenenis aduersatur. Triantur ea etiam ad intestinus: miscenturq; sali grato sapore cibos commendantem. Colligitur ex silphio liquor, scarificatis radice & caulibus: habetq; primam bonitatis estimationem qui non adeo ruffo colore est, qui lucem transmittit, qui myrrham olet, firmoque odore sentitur. Damnatur contra qui porraceo colore uiret, immitiq; gustu & aspero, est & qui quum diluitur, facile abscit. Cyrenai-

cus (Assa odorifera dulcisue Benzoin seu Belzuim, Officinis Belgioino. Italis. Benoin, Gallis.) si tantillum etiam ex eo aliquis in os sumpserit, toto corpore sudoris modo humiditatem cit, adeo blandissimo lenite odore ut exiguum tempus odor in ore eius qui sumpserit sentiat. Minore uero efficaciac, & uiriosiore odore sunt Medicus (Assa fetida, Barbaris, Officinis, ac Italis. Yerna de loyado seu lobado, Hispanis.) & Syriacus. Adulteratur liquor hic omnino antequam sicetur admixtis aut sagapeno aut lomento fabæ uerum deprehenditur gustu, odore, aspectuq; & cum humore aliquo diluitur. Sunt qui caulem priuatim silphium uocent: radicem magydarin: folia uero, maspeta. Efficacissimus aliarum omnium partium liquor est: secundo loco uim folia habent, postremus omnium caulis. Inflat laserpitij liquor, habet acrimoniam. Contra capillorum desoluita que alopecias dicunt ex uino, additis pipere & aceto, uuliter inungitur. Redit ad oculorum claritatem, incipientesque eorum suffusiones, eas disciciens ex melle inunctus. Contra autem dolores cauis eorum inditur. Circumponitur & ijs que cum thure in lineo oleo inunctus. Colluuntur eodem præterea ijsdem in dolore dentes, cum thure caricisq; in posca decoctis. Contra rabidi canis morsus uulneribus uuliter imponitur. Bibitur idem inungiturq; contra eorum omnium iniurias que morsu itaue uenenum relinquunt, & uenenas telorum cuspides. Contra scorpionum aceto oleo dilutus inungitur. Infundatur & his que in gangrenam trahunt, ne ulterius serpent ante scarificatis. Carbunculis cum ruta nitroq; & melle, nec minus per se etiam inungitur. Clauos callosq; ante scarificatos tollit eorum caricarum interiore sarcio præmolliunt, Nouas impetigines ex aceto sanat. Carnofa itidem narium uitia polysopoe que eum attramento sutorio aut rasili aragine inunctus: sed oportet que illic excreuerunt forcipe auferre. Diutinis faucibus asperitatibus subuenit: uocemq; exasperatam dilutus aqua & epotus quam primum restituit. Inungitur ad oris languentem columellam cum melle, reprimiq; eam. In anginis uuliter cum mulsa aqua gargarisatur. Auget utentibus eo coloris bonitatem. Tussi opulatur in sorbili uno datus, & in laterali dolore in sorbitione. Suffusus selle itidem, et contra cutem subeuntes aquas uuliter cum caricis datur, Solutum idem in febrium accessionibus cum tremore algores cum pipere, thure, et uino potus. Datur de uorandis rigentibus, & in scapulis rigentibus oboli pondere in pastillum conformatus. Gargarisatur cum aceto contra hirudines gule inherentes. Bibitur & contra concretum in grammas lac, comitalibusq; in aceto mulso datus succurrit. Bibitur idem ad menses cum pipere & myrrha. Culiacis in uia acino sumptus opulatur. Subitas conuulsiones rupticq; cum lixiua potus sanat. Resoluitur ad potiones amaris amygdalis, aut ruta, aut pane calido. Præstat eadem & foliorum liquor sed multo minore efficaciac. Comeditur cum aceto mulso laserpitium, faucium uisq; accommodatum: præsertim amissæ uoci. Vescentur folijs cum lactucis pro eruca comedentes. Fertur & altera magydaris esse in Lybia proveniens radix laserpitio similis: uerum non adeo crassa acris, & fungosa, ex qua non colligitur liquor: ipsa tamen ad eadem omnia utilis ad que Laserpitium.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

EX ABVGBRIG.

Laser excafaciendi uim habet, quarto nimirum abscessu. Ventriculo ac iocinori obnoxium. Causisq; detum ero sionibus iniectum, eos omnino frangit.

EX MESARVGIE.

Laser quidem uirosom odorem redolens, uulgo Assam fetidam uocant, uentiorum partium, calidius ac ualentius exiit, quam probe odoratum, quod Belzuim nominant.

EX ABEN MESVAI.

Internis pustulis summe est accommodum. Tumentes etiã hemorrhoidas inuat, aluuiq; cohibet.

EX AZARAVI.

Laser in neruorum affectionibus à phlegmate, mirifice ualere comperi. Miram sanè excafaciendi uim obtinet, atq; egregie febreu excitat, ad sabæ nimirum pondus tum mane tum uespero cum uino optimo exhibitum. Sic enim uniuersum corpus quamcunq; accenditur.

EX ABOHANIFA.

Magydaris, que Almahareth Arabibus nuncupatur, rã dix est Silphij Laserpitij. Et autem & altera Magydaris, Almohorcha Arabibus uocata, que locis sabulosis sub crescit, ac nascitur.

EX MESEHA.

Magydaris altera, Lasere ut ac facultate imbecillior, minusq; uentriculo noxia, ac facilloris coctionis.

EX RASE.

Magydaris altera, calida est, ac secca, uentriculum, ac iecur roborat, coctionemq; adiuuat.

EX ABIGE.

Laser excafaciendi uim habet, quarto nempe recessu, int' ergo; deleteria adnumeratur. Iecinori ac uentriculo noxam inducit. Causis etiam dentium erosionibus iniectum, eos omnino frangit. Virosom sanè spirat odorem. Caliditas autem eius ad calorem quidem Anacardi ut uocant, proxime accedit. Nonnulli etiam ne sata ledantur, Laser in aruis linteolo circumuolutum, iuxta femina, ac flumina suspendunt. Canes siquidem sicuti uales, ac uermes, & alia quecunq; noxia odore nimirum enecat, ac fugat. Armeni autem homines uulnera à sagittis toxico infectis illata, Lasere in perso replent, sicq; toxicum periculum euadunt.

DE ANISO,

CAP. II.

NOMENCLATVRA.

ANEISVM seu Anexissum, Arabibus. *A'nisov*, *h' a'nisov*, Græcis. Anisum, seu Anesum, Latinis.

Feniculum Romanum, & Cyminum dulce, Barbaris. Anisum, Officinis. Aniso, Italis. Anis, Gallis. Anisz, uel Enisz, Germanis. Anis, aut Yerua dulce, Hispanis.

EFFIGIES, ELECTIO, AC LOCVS.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. Cap. lxxv.

Nascitur notum omnibus anisum. Probatur quod recens incremento suo integrum & speciosum, egregio efficiatq; odore, nec furfur osum est. Primam ex gentibus bonitatis estimationem habet Creticum, mox Aegyptium.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Anisi semen maxime utile est, acre & subamarum, ut prope ad urentium accedat caliditatem. Est autem & in siccano tertij nrdis, sicut & in calfaciendo. Proinde & urinam cit, & digerit, & flatu seu inflatione uentris reprimi.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. cap. lxxv.

Calfaciendi sicca, in uniuersum uires habet omne Anisum. Oris halitum commendat. Somno dolorem leuat. Urinam cit, & herentia dilicit. Bibitur utiliter in subentibus cutem aquis, aretq; sitim. Contra omnia que icu morsue uenenum relinquunt, accommodatum est. Inflationibus confert. Aluum & seminarum albas fluxiones sistit. Lac prorit, & Venereu stimulat. Suffitu capiti dolores naribus haustum sedat. Quinetiam aurium rupta con cium, & cum rosaceo instillatum, sanat.

EX ABVGBRIG.

Iecinoris, lienis, renum, muliebriq; locorum obstrueta liberat. Meatus quoque ab humore obstruente emundat, quam ob rem diuturnis febris auxiliatur. Ad retorridam ferè acridinem accedit, iccirco flatu mirè discutit, præsertim frixum.

DE PARTHENIO,

CAP. III.

NOMENCLATVRA.

ACHVEN, seu Vchuen, seu Achuan, seu Alchuan, Arabibus. *parthenion*, *h' a' me' parthenion*, præsertim Galeno, Paulo & Aetio. *h' a' parthenion*, Græcis. Parthenium, & Amaracum, Latinis. Matricaria, Barbaris, ac Officinis. Amarella, Italis. Matricaire, Gallis. Mutterkraut, & Mettram, Germanis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. Cap. clvii.

Coriandro folia similia habet tenuiq; Flores perambicum

bitum candidos, in medio luteos. Odore uiroso herba est, & gustu amaro.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. vi.

Amaracon excaesfacit non infirrenne, non ualde autem desiccac, sed in caliditate quidem tertij est ordinis, in siccitate uero secundij.

EX DIOSCORIDE.
Lib. iii. cap. ciiii.

Potescc sicca in aceto misso uinoque addito sale pota epithymi modo bilem & pituitam per inferna trahere. Prodest eadem suspiriosis, & his quos atrabilis uexat. Datur bibenda utiliter herba sine folijs catenosis suspiriosisq;. Fouentur decocto eius insidentes scemina contra muliebrum locorum durities, & inflammaciones. Et praecc haec sacris ignibus inflammacionibusq; emplastri modo cum floribus imponitur.

EX HVNAIM.

Parthenij facultas calida est, uimq; habet, cum aliquali adstrictione, discutendi. Obstrueta reserac cum hydromelite bibita, urinam cit, coagulatumq; sanguinem dissipac, ac sudorem etiam mouet. Folia autem & flores eius cum uino assumpta, menses ducunt, difficultatem quoque spirandi leuant, atque humores ad os uentriculi fluentes, simul attenuant, ac tergent. Larior tamen eius usus, ori uentriculo sciciori est maxime noxius. Potescc tunc pituitam tum bilem quidem atram, potissimum cum Oxymelite acetoie mulso, per inferna trahere. Ea propter lienosis, colicis cruciatibus, ac uescicae doloribus medetur. Emplastri autem modo imposita, frigidus abscessus emendat, & discutit, ulcera an tiqua sanata rebellia adiuuat, ac eorum durities callositates uis discit, haemorrhoidas aperit, anique inflammaciones miti gat. Fouentur decocto eius insidentes scemina contra muliebrum locorum obstruaciones ac durities, unde et menses ducit. In cuius etiam decocto spongia in fusa atque imposita, contra musculorum et neruorum contusiones mirifice prodest. Estq; ad herniam aquosam summè accommodata, peracta nimirum incisione, ac humoris exclusione, adhibita. Oleum uero ex Parthenio apparatus, digerendi uim habet, calfacienti, tenandiq; proinde muliebres locos aperit, pennis exceptum, & inditum, eorumq; durities discutit, ac menses mouet, non secus ac planta ipsa, necnon auri iniectionum dolorem leuat.

EX ALCANZI.

Recens somnum inducit odorata. Liberalior autem eius usus, capitis percussione quae *νοξος* Graecis nominatur, inducet.

DE ASARO,
CAP. IIII.

NOMENCLATURA.

A SARON, Arabibus. *Asarou*, ἢ *Νάσπος α΄ γεια*, Graecis. Asarum, agreritis rusticae Nat-

us, & Vulgago, Latinis. *Affara* Baccara, Officinis, ac Italis. Cabaret, Gallis. Hasel. Vuurtz, Germanis. *Affarabacarra*, Hispanis.

EFFIGIES, AC LOCVS.

EX DIOSCORIDE.
Lib. i. cap. ix.

Hederæ folia habet, longe tamen minor rotundioraq; Flores inter folia ad radicem purpureos, odoratos, uasculis apollinaris herbae similes, in quibus semen acinorum nucleis simile, in quo rarè subsperæq; angulorum figurae spides sunt: Radicibus mitibus numerosis, geniculatis, saporis calidi & linguam eroditis, tenuibus, obliquis, graminis similibus, sed longe gracilioribus quam gramen & odoratioribus. Nasccitur umbrosis montibus, plurimumq; in Ponto, Phrygia, Illyrico, & Iustinis Italiae montibus.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. vi.

Huius herbae radices utiles sunt facultate similes radicibus acori, intensiores tamen. Itaq; ex ijs quae de illis prodita sunt, hic faciendac coniectura.

EX DIOSCORIDE.
Lib. i. Cap. ix.

Calfacit Asaron & urinam citideoque subeuntibus cutem aquis accommodatum est. Vitale & duntaxat coxendicis doloribus. Ducunt menses cum misa aqua pota radices eius pondere drachmarum septem, purganq; ueratri albi modo. Miscetur unguentis Asaron.

EX ABBN MESVAL.

Vim excaesfacienti siccandi; obinet, tertio nempe recessus; siccitas tamen nonnihil caliditatem superat. Asari autem tres drachmae assumptae ac in musti heminis duodecim iniectae, duobusq; mensibus in uase probe obturato, maceratae, mox colo transfusa, & ex eius diluto in potu exhibitio, subeuntibus cutem aquis mirifice opitulatur. Suffisus etiam felle, ac ueteres febres potissimum iuuat. Iecinoris enim ac lienis obstrueta, durumq; tumorem quem Graeci *σχιγγον* uocant, liberat, urinamq; ac menses trahit.

EX IGNOTO.

Vrinam cit, renes ac uescicam roborat, intestinorumq; dolores miti gat. Miscetur collyrijs ad corneam nempe tunicam quae Graecis *νεροειδης* nuncupatur, probe abstergendam, & contra ea quae claritati oculorum officiant.

DE HERBA SABINA,
CAP. V.

NOMENCLATURA.

A BEL, seu Abbel, seu Alharar, Arabibus. *Βροδύς*, ἢ *Βα΄ γυθός*, Graecis. Sabina, Latinis. Sani

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

na, Barbaris, Officinis. ac Italis. Sauniera seu Saunier, Gallis. Seuenaum, & Seuena palmen, Germanis. Sabina, Hispanis.

GENERA TQ. EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.
L. lib. i. cap. cv.

Sabina duū generū est, alterū folijs cupressi spinosius tamē, graui odore, acre, seruidēq; natura. Curta hęc arbor est, & in latitudinem magis se explicans. Folia eius incensa utiliter ad suffitus & odorem uaporantur. Alterum eius genus Tamarici folijs non absimile.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA,

EX GALENO.
Simp. Med. vi.

Sabina ex numero est fortiter exiccantium, idq; secundū tres qualitates quas in gustu præ se fert, similiter cupressi, nisi quod ea & acrior est, & ut sic dixerim, magis aromatica seu odorator. Igitur huius quam modō dixi qualitatis est particeps, nempe acrimoniae consistens in temperamento calido, præterea amaritudinis & adstriktionis obscurioris quā in cupresso. Quantum enim ipsa cupressum superat in acrimonia, tantum ab ipso superatur in adstriktione. Quo manifestum est q. omnino calidior est cupresso & ob id etiam potentius digerit. Itaque glutinare nequit uulnera, ob siccitatis & caliditatis robur. Nam utriusque illi tantum inest, ut etiam tendat, & inflammationem efferrat. At putredinibus similiter cupresso accommodari potest, maxima ubi rebelliores fuerint & diuturniores. Nam hæc atra nox a uim medicamentis perferunt. Quin & quæ atra sunt reddita, & admodum sordida, ea cum melle expurgat. Carbunculos item soluit. Porro essentia tenuitate mentis quoque prouocat, ut siquid aliud: & sanguinem per urinas mouet. Factum etiam uiuentem interficit, & mortuum eiecit. Est autem hoc medicamen tertii ordinis tum excalcificantium, tum desiccantium, ex numero eorum que uel maxime tenuium sunt partium. Et hoc utique nomine unguentis inditur, & maxime gleucino, & in multis antidotos iniecitur. Quidam uero etiam cinnamomi uice duplum eius subiiciunt. Est enim extenuandū & digerendū facultatis, si epotum fuerit.

EX DIOSCORIDE.
L. lib. i. cap. cv.

Sistunt utriusque folia que pascendo serpunt. Illa inflammationes leniunt, ex melle itidem illa, nigredines abstergunt, sordēsq; alias cutis. Carbunculorum crustas ex uino imposita exterunt, & cum urina sanguinem potant. Pellunt itidem hausta emortuos partus: Idq; apposita etiā præstant et suffita. Miscentur unguentis que calefactæ do sunt, priuatimq; musteo quod gleucinum uocant.

DE EPITHYMO HERB.
BA, CAP. VI.

NOMENCLATVRA.

EFITIMO, seu Epichemo seu Asthyum, Arabibus. ΕΡΙΘΥΜΟΝ, Graecis. Epithymum, Latinis. Barbarys, ac Officinis. Epitimo, Italis. Teigne de Thyn, Gallis. Epitimo, seu Cauellos de tomillo, Hispanis.

EFFIGIES, AC LOCVS.

EX DIOSCORIDE.
L. lib. i. cap. cix. xxv.

Durioris & saturatie similis thymi flos Epithymon est. Capitula habet tenuia, inania, caudas capillorum modo habentia. Nasquitur plurimum in Cappadocia & Pamphylia.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. vi.

Epithymum thymi facultatem habet, ad omnia efficacius: exiccac & excalcificat in tertio gradū.

EX DIOSCORIDE.
L. lib. i. cap. cix. xxv.

Potum id cum melle, pituitam, bilemque, nigram per inferna purgat: priuatim melancholicis & inflammationibus accomodatū acetabuli mensura usque ad drachmas quatuor cum melle saleq; & exiguo aceto.

EX DAMASCENO.

Conuulsioni summē auxiliatur.

EX ABEN MESVAI.

Laudatur graue, subruffum, acre odoratu, ex Creta, ac domo sancta, allatum. Priuatim bilē atram purgat, ceterū nauſeam, sitim, orisq; exaccationem ob immodicam eius siccitatē, excitat, uis eius infrenatur, cum dulcimum amygdalarū oleo admixtum. Exhibetur uero dilutum seu maceratum à drachma una ad quatuor, tritum autem & cribro excusū à drachma una usque ad duas.

EX ABIGE.

Epithymum præstantissimum est omnium, que atram bilē prolificere nata sunt. Melancholicis exhibitum naturam eorum incrassat, ac nauſeam uisus inducit & quandoque vomitum. Senibus quoque non inutile. Quā plurimi ab atrabile per Epithymum euasere cum Absinthio admixtum. Per se autem assumendum, oleo primū amygdalino aut uiolaceo inungendum. Pondus est ab una drachma, ad duas, cum alijs uero medicamentis drachma una. Præstantius ruffum, acre odoratu, præfertimq; Creticum. Nec immodice coque dum.

DE VS NEN, ET KALI,

CAP.

VII.

NOMENCLATVRA.

VS NEN, seu Assuan, Arabibus. Herba Kali, Barbarys. Soda, Italis.

KALI,

KALI, seu Alkali, Arabibus, Sal Alkali, & Alamen
catinum, Barbaris, ac Officinis.

GENERA, LOCVS, EFFIGIES.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX ABOHANIFA.

Vsnes plarima sunt genera, omnia tamen habentur ex
Haniidb. Vsnes insuper est Hari, quo panni repurgantur.

EX ALBVZIDALHARABI.

Arim sanè videre haud contigit, nec candidus, nec pu-
rius Armenio. Ceterum aliud est Arim, Armenium boni
tate præcellens, quod tohal Chansarin nuncupatur, tenues
summitates habens. Planta cuius est tantæ magnitudinis,
ut facile sub eius umbra inuenire, ac meridiari possit,
tota etiamnum lignosa.

EX ABEN MBSVAL.

Vsnes est quo cum pannos dealbat, & candidos red-
dunt, Alumen nimirum Assor. Aliud autem est illud quo cũ
etiam pannos repurgant, ætergen, quo cum pariter La-
cham pulchre pro pinguedine dissolunt. Colligitur autem
ex arbore Channis, unde separatur & Sal ut vocant Af-
kali.

EX MBSARVGIE.

Vim adeo exaltescendi habet ut adurat, tertio nempe
recessu.

EX ALCHANZI.

Venenata quidem fugat animalia, suffinum.

Ex libro venenorum.

Ex Vsnes, à muliere nimirum, quinque drachmæ ebibi-
ta, factum uiuentem, ac mortuum eiciunt. Si autem in potu
exhibeatur ex eo quoque semidrachma ad drachmam, urinas
ac menses prolici. Hydropicis uero quatuor exhibite
drachmæ summè opitalantur. Ceterum pondere decem
drachmarum enecat, atque interficit.

EX MBSHAH.

Alkali facultatem habet exaltescendi sicandiq; in ter-
tia nimirum classe. Esaltem cum Sale vires habet, quamquã
feruiditas & acrius. Misceatur & medicamentis que utili-
gines ac lepras tollant. Carnium etiam in ulceribus excre-
scentias reprimit ac minuit.

DE POLYPODIO SEU

FILICVLA, CAP: VIII.

NOMENCLATVRA.

BISBERG, seu Aibigi, seu Bessigi, seu Beshai-
gi, Arabibus, Πολυπόδιον, Grecis. Polypodium,
& Filicula, Latinis. Polipodium, Barbaris, ac Officinis.
Polipodio & Filicula, Italis. Polypode, Gallis. Fegelsiz,
Baumfarr, Droppsuuertz, Cermanis. Polipodio, seu Fili-
podio, Hispanis.

LOCVS ACEFFIGIES,

EX DIOSCORIDE.

Lib. III, cap. cxxviii.

Nascitur in muscosis petris Polypodium, & in uetustis
arboribus earumq; truncis, præsertimq; quæcumq; doctra

tali altitudine, quædantenus pilosum, incisuris diuisum, non
tamen adeo minutis ut filix. Radix illi est pilosa, Polyporii
modo cirros habens, minimi digiti crassitudine. Dersa hæc
intus herbacei coloris est: Sapore in acerbò subdulci.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Polypodium dulcem simul & austeram habet uicentem
qualitatem, ut facultatis sit admodum quidem desiccantis,
citra morum tamen.

EX DIOSCORIDE.

Lib. III, cap. cxxviii.

Purgandi vires Radix habet, datuq; ad purgantem cum
gallinaceo piscibus, aut beta, aut malua elixa. Sicca eadè
& in farinam trita consciuntur in massam aquam bibitur
que ad purgandum pituitam & bilem. Facit & ad luxata,
trita & emplastri mado imposita, facit & ad digitorum
rimas eodem modo.

EX ABEN MBSVAL.

Bilem atram & pituitam potissimum purgat, citra mor-
sum tamen, ac uolentiam. Probatissimum foris ex nigro
rubeo, sapore aliquatulum austero, & dulci, digiti crassi-
tudine. Coquitur cum hordeo & beta, indeq; in potu assu-
mitur. Cum autem alijs incoquenda, præparatione haud in-
diget, conteritur solum, ac immiscetur. Decoctum aut mac-
eratum exhibetur à duobus drachmis ad quinque, per se au-
tem ab una drachma ad duas usque.

EX MBSHAH.

Polypodium nigram potissimum bilem clemèter educit,
sine solum siue cum Saccharo assumptum, aut decoctis aut
electarijs admixtum. Medici autem nonnulli cum egrotan-
tes medicamenta commode in potu assumere nequeunt, in
tenuissimum pollinem redactum ferulis ad bilem atrã
leniter trahendam, miscendum, posteris reliquere. Pondus
per se Saccharo admixtum sunt drachmæ duæ, cum alijs ue-
ro medicamentis decoctum, drachmæ quatuor.

DE CYCLAMINO,

CAP. IX,

NOMENCLATVRA.

BVCHORMARIEN, seu Buthermarien seu
Bothormarie, Facalesis, aut Fagalus, seu Fagi-
linus, Arabibus, كوكباي الور, Grecis. Cyclaminus, Ra-
pum & Tuber, Umbelicisq; terre, Latinis. Cyclamen, Ar-
thanita, Paris porcina, Paris terre, Barbaris, ac Offici-
nis. Pain Porcino, Italis. Pain de Pourceau, Gallis. Senu-
brot, Schuueinbrot, Erdapffel seu Vuurtz, Germanis. Pan
de Puerco, Hispanis.

EFFIGIES, LOCVS, SICCANDIQ. MODVS.

EX DIOSCORIDE.

Lib. II, cap. cxxviii.

Hederæ folia habet terræ Rapum, purpurea, varia, supra
infraq; albicantibus maculis. Caudem longitudine quatuor
digitorum præfert, glabrum, carentemq; folijs, in quo flo-
res rosarum figura sunt, colore ad purpuram inclinato.
Radix illi est nigra, ræpo similis, in latitudinem se pandens.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

Quæ in taleolis, Scille modo sella seruatur. Nascitur autem umbrosis locis, præsertim; sub arboribus.

TEMPERAMENTVM, AC IVMAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. vii.

Cyclaminus varias vires possidet. Nam & abstergit, et incidit, & ora uenarum aperit, & attrahit, & digerit: clarum id est ex particularibus operibus. Nam succus eius hæmorrhoidas veserat, uolentemq; ad secessum prouocat in crocydæ sine floccis appositus. Sic etiam facultatibus, phymata, strumas, aliaq; durities digerentibus commiscetur, ac suffusus cum melle illitus competit: ad hæc quoque per nares expurgat. Adeo uehemens sit, ut cum aqua mulsa triu illino uentrem subducatur, & foetum interimar. Næ et alio, qui ualidum interrimendo ferui medicamen est, in passo ad datus. Tota autem radix iuoco imbecillior est, quanquã & ipsa uehemens sit. Nam & menses siue epota siue apposta euocat, & aurigini prodest, non modo ipsam uiscus expargans, sed etiam que in toto corpore bilis fuerit, eam per sudorem eiciens. Proinde sanè post eius potionem omnibus modis sudoris adiuuanda pronociatio est. Modus eius bibendi est drachmarum trium, siue cum melicrato, siue cũ passo. Cuius detergie cum in alijs, tũ quod alopecias, ephelidas, omniaq; exanthemata siue esloriscentias curet: lienen quoque induratum iuuat emplastri modo illita tum recens tum arida. Sunt qui radicem siccam asthmaticis seu anhelantibus exhibeant.

EX DIOSCORIDE.
Lib. ii. cap. cxxlii.

Radix Cyclamini in dulci aqua pota, pituitam & Aquas per inferna trahit. Menses eadem pota cit & appositæ: Ferturq; prægnans mulier Cyclamini radicem transilierit, abortum fieri. Adligata prægnantibus partus adiunat. Bibitur & in uino contra uenenata omnia, præcipueq; marinum leporem. Aduersatur eadem serpentinum iniurijs emplastri modo imposita. Vino adliata ebrietatem facit. Bibitur contra suffusiones fellis utiliter, pondere drachmarũ triũ in passo aut diluta aqua mulsa; oportetq; bibentes calenti cubiculo reclinare pluribus stragulis ad sudorem inuolueri, qui colore fellis exudabitur. Instillatur Cyclamini caudici succus cum melle naribus, ad capitis purgationem. Sedi etiam ad ducenda excrementa in lana apponitur. Umbilico, pectini, & coxendici succus idem ille illitus, alium mollit, uerum abortus facit. Inunguntur eodem utiliter ex melle hebetes & suffusi oculi. A abortiuis medicamentis miscetur. Compositum proidentem sedem cum aceto inunctus Cyclamini succus, qui ex radice exprimitur tusa, & qui expressus fuerit, ad crassitudinem mellis decoquitur. Exterit & cutæ radix. Eruptiones papularum reprimuntur: uulneribusq; per se ex aceto aut ex melle medetur. Lienens eadem minuit emplastri modo imposita. Emendat præterea adusta sole, capillisq; defluuia quas alopecias dicunt. Fouentur decocto eius etiam utiliter luxata, podagra, perniciosa, & que sunt in capite ulcera. Ipsa etiam radix in uetere oleo in seruata, ad cicatricem perducit que oleo illo inuncta fuerit. Exeunatur in eundem usum eadem radix, eamumq; illud oleo impletur, tum in seruanti cinere collocatur, adiecta aliquan-

do Tyrrhena cera ut lentescat glutinosumq; fiat, perniciosa utilis simam unguem. Feruntq; ad amoris ueneficia tum sam cõformantem; in pastillos, eandem hanc radicem iumi.

EX PAVLO ARGINETA.
L. b. vii. Cap. ii.

Viribus autem radix multo quam succus inferior est, tametsi ipsa quoq; adeo uehemens sit, ut cum aqua mulsa triu drachmarum pondere sumpta, corporis uiscera expargat, cuiusq; uitia detergat.

EX ARMASIO.

Succus ad deicienda alius excrementa in floccis uellere uel sede subijcitur. Radix autem impetiginem, aliaq; cutis uitia, emplastri modo siue sicca siue recens, imposita, emendat.

EX ABEN MESVALI.

Cyclaminus abscessus ac tumore discutit. Sedi etiã ad ducenda excrementa in floccis lanaue apponitur. Suffusus oculis prodest, cum melle succus illitus, ac naribus quoq; in silulatus. Cyclaminus præterea emplastri modo imposita, alium mollit, impetiginem, alopeciamq; emendat, cephalalgia inuatur, lienes minuit eruptiones papularum reprimunt, ulceribusq; medetur.

DE ALTERA CYCLAMINO, CAP. X. NOMENCLATURA.

Κυκλάμινος ἑτέρα ἢ κισσοῦ ὄνειμον ἢ κισσοῦ φλοιός, Græcis. Cyclaminus altera, Latinis. Sigillum Marie, Officinis Pan porcino minore, Italis. Sean de nostre Dame, Gallis. Hyndisbraut, ve lenger je lieber, Germanis.

BEEFIGIES, AC LOCVS.

EX DIOSCORIDE.
Lib. ii. cap. cxxv.

Est & alterum terra rapum siue umbilicus, cissanthemon aut cissophyllon à folijs floribusque hederæ aliqui appellat. Folia & hæc hederæ habet, minoræ tantum: caules crassos, geniculatos, prope inuis arboribus palmatum in uiribus modo se inuolentes. Flores fert candidos, odoratosq; fructum acinorum uulæ figura, corymbis hederæ & similem, mollem sapore acrem et glutinosum. Inutilis radix illi est. Nascitur asperis locis.

TEMPERAMENTVM, AC IVMAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. vii.

Porrò altera Cyclaminus, quam quidam Cissanthemon nominant, propterea q; Cisso, hoc est Hederæ flore sit asperis milis, radice quidẽ superuacua & inutili habet, sed fructum admodum efficacem: nam hic cũ uini albi cyathis duobus, pluribus diebus potus lienes sanat, urinas mouens ac uentrem subducens: locos quoque eiecit, & asthmaticis prodest. Qualitas eius gustanti acris est, & sublentia subviscosa.

EX DIOSCORIDE.
Lib. ii. cap. cxxv.

Potum semen eius drachme pondere in uini albi cyathis duobus quadragesima diebus, per alium urinamq; lienes minuit. Bibitur idem contra non nisi recta ceruicæ spirandi difficultates, potumq; effortas à puerperio purgat.

DE BVZEIDEN,

CAP. XI.
NOMENCLATVRA.

BVZEIDEN, seu Buzaidan seu Buzidan, Arabibus. Satyrium album, cum e Satyriorum censu apud Barbaros habetur, non inepte Latinis.

EFFIGIES, LOCVS, ELECTIO,
TEMPERAMENTVM, AC IVMAMENTA.

EX SALAMONEBEN HASEM.

Buzeiden radices sunt duræ, albæ, & Debeno candido non ab similes. Podagrae articularumque doloribus non inu- tiles. Medicamentum sanè ex India corrogatum, usu tamen apud nos non admodum frequens. Multi nimirum Buzei- den ad nos detulerunt, & sepius mihi uidentem copiam se- cere.

EX ABEN MESVAI.

Præcellit Buzeiden candidum, radice crassa, & rugosa. Improbatur autem quod radices tenues habet, nec rugosas & non admodum candidas, ueluti prorsus inutile.

EX HABIGE.

Compares Hermodactylo uires habet, aduersus articu- lorum, ac podagrae itidem dolores, & cruciatus.

EX MESARVGIE.

Buzeiden excalfaciendi facultatem obtinet. Genituram adauget. Priuatum uero subeuntes cutem aquas purgat. Est autem testicularis infesum, uim cuius ex Sinapi belle infrenat- ur. Antecellit bonitate recens. Exhibetur insuper duarum drachmarum pondere.

DE BEL, ET SEL

ET FEL, CAP. XII.
NOMENCLATVRA.**B**EL, seu Albel, Arabibus, ac Barbaris.

SEL, seu Scel Arabibus, ac Barbaris.

FEL, seu Afel seu Facl, Arabibus ac Barbaris.

LOCVS, EFFIGIES, TEMPERAMENTVM,
AC IVMAMENTA.

EX ISAACEBEN AMRAM.

Bel est medicamentum ex India allatum. Capitula niri- rum nigra, Dora emulantiã, minora tamen, in quorum fas- tigio, ac medietullo semen pingue clauditur, quo potissimè utimur. tenuium quidem partium, calidum & siccam in se- cundo nempe recessu. Neruorum humiditatibus non unti- le. Vile & podagricis, genituramq; efficit.

Sel est Cydonium Indum, fructus nimirum rotundum nucis Ponticæ instar, nullo tamen cortice uesitus, quo po- tissimum utimur. Compares autem Zingiberi facultates ob- tinet. Excalfacit ordine tertio, humectat uero in primo.

Crossos humores attenuat, & neruorum commisionibus auxiliatur.

EX MESBHAH.

Bel medicamentum est Indicum, & est sicuti Sel. Adhæc tamen statulentis hæmorrhoidibus remedio est.

Sel est medicamentum Indicum. Vm ex calfaciendi habet in tertio recessu, humectandi autem in primo. Porrò facul- tate Zingiberi est non ab simile. Humores crossos tenuat, et commisionibus neruorum opitulatur.

EX MESARVGIE.

Bel, Sel, & Fel, medicamenta sunt ex India allata, quo- rum omnium facultas est tum excalfaciendi, tum siccandi.

EX IGNOTO.

Sel uiribus Zingiberi est proximum. Excalfaciendi fa- cultatem habet. Ad hæc siccitati neruorum non inutile.

EX ALBAZARI ET RASB.

Fel est fructus cortice instar nucis Ponticæ uesitus, ma- gnitudine Pistatis non ab similes, intus uero nucleum habet pinguem, pineis nucleis simillimum, colore sublauro, quo potissimè utimur. In uniuersum autè dicere possumus hæc tria medicamenta ex India ad nos allata, ut excalfaciendi insignita, quæq; neruorum commisionibus opitulatur. Fel tamen adhæc flatuosis hæmorrhoidibus maxime cõducit.

DE PANACE HERCV-

LEO, AC OPOPANACE, CAP. XIII.

NOMENCLATVRA.

STEVSIR, seu Ieusir, seu Giâusir, tum planta tum succus, Arabibus. hoc uocant si ποκάνειον, planta: succus uero, ΟΠΟΠΩΝΑΞ, Græcis. Panaces Herculeum, planta: Opopanax, succus. Latinis, Barbaris, ac Officinis. Panace Herculeo, planta: succus autem, Opopanaco, Italici. Opopo- naque, succus, Hispanis.

LOCVS, EFFIGIES, SVCCIQ. COLLIGENDI

MODVS, ELECTIO, ET ADVLTERIA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. III. cap. LV.

Est Panaces ex quo Opopanax, id est, Panacis liquor suc- cusque colligitur. Nasetur plurimum in Bœotia, & Area- dia Psophide, quibus locis ad necessitatem & ex eo liquore quæstum in hortis feritur. Folia habet aspera, per terram sparsa, herbacei coloris, ad siculæneorum figuram & quan- titatem accedentia, quinque per ambitum diuisis sessis. Caulem ferule modo altissimum, in quo lanugo alba, & fo- lia pyæditis illis minoræ circa eum sunt. Umbellam in sum- mo fert anethi modo. Odonatum fermen & feruidi saporis. Radices habet ex uno principio numerosas, colore cædido, odore graui, cortice crasso, & in gustu cum amaritudine aliqua. Nasetur & in Cyrene Libiæ & Macedonia: Cole- ligiturq; liquor seclia radice nuper germinantibus caulibus. Cædida ea mittit liquore, qui deinde siccat, in summa superficie litica, croci colore uideatur. Excipiunt et sub tra-

his in excelsa terra folijs, siccatis, tollunt. Colligunt & secto per messem caule, quod destillat pariter accipientes. Antecedunt in radicibus bonitate que rugis carentes distenta cute sunt, colore candido, aereis, que cariem & teredines non senserint, in gustu feruida, et aromatum modo odorata. Semen ex medio caule utile, quod enim ex adnatis lectum fuerit, infirmius est. In liquore antecedit bonitate qui in gustu amarissimus: intus candido subrufose. Foris luteo croci colore, qui leuorem habet, pinguisque, et friabilis est, qui que celerrime diluitur, & grauem ex se mittit odorem. Damnatur contra niger & mollis. Adulteratur ammoniacio aut cera, sed deprehenditur in aqua digitis confrictus: resoluitur enim syncerus, & lacteo colore fit.

TEMPERAMENTUM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. ad. ed. vii.

Panaces Heraculum. Ex hoc fit vocatus Opopanax, & radicibus eius & caulibus scilicet exiis. Porro Opopanax ipse longè est ad plurimos usus aptissimus, utpote excalescens, emolliens, & digerens: ponatur, ipsum quispiam in calfaciendo tertij ordinis, in desiccando uero secundi Cortex radicis exicatorium simul & excalescatorium est medicamentum: sed minus quam succus. Quin & nonnullam habet abstergenti facultatem. Quare eo quoque utimur & ad ossa denudata, & ad ulcera maligna & contumacia. Sufficit enim talia carnem procreant, scilicet abstergendo simul ac desiccando, nec ita magnopere calfaciendo, que omnia ac carnem generandam necessaria sunt: uelut in libris De curandi ratione, ostendimus. Fructus calidus & ipse est, ac mensibus mouendis medicamen accommodum. Ceterum nescio quo pacto nunc fere omnes ex more non Panaces, sed Panaca herbam hanc uocent.

Ad Glauconem lib. iij. cap. iiii.

In memoria tibi reuocanda sunt, que inuicem commentabamur, quando Cercyllij puerulum curabam, cui ex erysipellate nimis infrigidato atque adstricto tumor scirrhusus in toto femore relinquebatur. Existimauimus enim medicamenta, que ipsum curare deberent, tenuia esse oportere quare femur oleo perfundebam in profundam peluim posito puero, que multum Sabini olei continebat, eo quod omnium tenuissimum ipsum esse sciebam: à balneo uero abstinerebam, nisi in longo intervallo diurnum totius corporis curandi gratia. Postquam uero partem fouimus, medicamenta ex predictis medullis & adipibus confecta adhibuimus, miscendo nonnunquam bædellium scythicum, mastichen egyptiam, atque ammoniacum thymiama uocatum, quod pingue & non uetustum esse: similiter & chalbanem. Et postquam per hæc preparatum fuerat, soluens ammoniacum pinguis simum in acerrimo aceto, circumliniui totum femur circum eum circadeinde per aliquot dies rursus Opopanaxem pinguis simum miscui aceto acerrimo, & huius uoidelicet exolens id, quod recens erat, alioquin pingue non permaneret: què ad modum nec bædellium, nec ammoniacum, neque etiam chalbanem: usque puerum alteri cruri innixum saltare, ut plus

cibi ad illud ferretur. Postea ubi repulsus erat iam scirrhusus tumor, timens ne eius residuum maneret, omnia & contrario facere aggressus sum, femur ex aliquo medicamento eorum, que pice constant, perungens. Manifeste itaque clarebat, quod ex aceto linimenta egregie tumorem comminuerant, laxatiua autem molliorem reddiderant, minorem autem nequamquam uicissim tamen eis utendo, adhibito conuenienti moderamine, puerulum curauit.

EX DIOSCORIDE.
Lib. iij. cap. iij.

Habet Panaces calefaciendi uim, mollit, extenuatque: ideo contra circularium febrium in accessione cum tremore algores, accommodatum est: Conuulsa itidem, rupta, lateris dolores, tus, sim, tormina, urinae stititium, nefice scabies, cum mulsâ aqua uinoque potum. Menses idem trahit, foetus enecat, muliebrium locorum inflationes duritiesque, cum melle liquefactum, discutit, inunguntur eo dolores coxendicis. Miscetur acopis, & his que ad medicinâ capitis doloresque eius conficiuntur. Carunculos erumpit. Podagra cum passua uuliter emplastrum imponitur. Dentium dolores causis eorum inditum mitigat. Inunguntur eo oculi ad claritatem. Pici mixtum, contra rabidi canis morsus utilissimum facit emplastrum. Quinetiam acuminata Panacis radix feminarum locis apposta, sextus ex utero trahit. Vetusitis huleribus eadem utilis, deficientes in ossibus carnes explet: in quem usum ut concisam emplastrum modo imponunt, aut cum melle inungunt. Trahit menses Panacis semè cum absinthio sumptum, cum aristolochia uero contra omnia que ista aut morsu uenenum relinquunt, accommodatum est. Quinetiam strangulatu uulue proidentibus cum uino utiliter bibit.

EX ABEN MESUALI.

Ad eadem omnia potissimum ualeat ad que Ammoniaci Pondus est à semidrachma ad drachmam unam, alijs admixtum.

EX AZARAVI.

Opopanax liquoris Panacis egregie nervis auxiliatur.

EX HABIGI.

Excalfaciendi siccandiue uim habet, in secundo quidem recessu iam completo: scititas tamen calorem superat. Grauem ex se mittit odorem, ulceribus medetur, unguentis iniectus, aluumque emollit. Colicos etiam cruciatus à frigore obortos, cum alijs medicamentis ad eadem accommodis, immixtus, adiuuat. Crassos flatulentos spiritus discutit. Crudos humores purgat. Articularum dolores itidem mulcet.

DE GENTIANA,

CAP. XIII.

NOMENCLATURA.

GENTIANA seu Gentiana Basilia, seu Basateca, Arabibus, *قنطاريون*, Grecis. Gentiana, Latinis. Barbaris, Officinis, ac Italis. Gëtianne, Gallis. Entzian seu Eñcian & Bitter uuert, seu Creutz uuert, Germanis.

EFFIGIES.

NOMENCLATURA.

A Gentide Illyriorum rege inuenta primum Gentiana esse creditur, à quo factum illi nomen est. Folia quæ à radi ce statim in ea se proferunt, iuglandi nucis aut plâtagini simi lia habet, colore rubescente. A medio uero caule præsertim; in summo cacumine breuius incursus diuisa sunt. Caulis illi est grandis, concavus, lenore nitens, digitali crassitudine, duum cubitorum altitudine, geniculis interse ctus, maioribus interuallis folia proferentes. Semen habet in florum doliolis latum, leue, glumofum, figura ad spon dy lii semen accedens, radicem longam, longæ aristolochiæ ra dici similem, crassam, amarâ. Nascitur in altissimis mon tium uerticibus, iisdemq; umbrosis & aquis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA,

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Gentiana. Huius herbe radix multum est efficax cum opus est extenuatione, purgatione, absterfione, obstruc tio nis liberatione: nec mirû si hæc possit, cum impense sit ama ra.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii.cap.ii.

Habet radix calefaciendi adstringendiq; uim. Succurrit uenenatorum moribus pondere drachmarum duarum po ta cum pipere, ruta, & uino. Succus drachmæ pondere con tra lateris dolores, ex alto casus, rupta, conuulsâq; bibitur. Bibitur iocinorosis etiam, & cibum in stomacho non conti nentibus cum aqua utiliter. Pellit ex utero factus radix, collyrii modo foeminis subdita. Vulneribus eodem lycij mo do imponitur. Cuniculosi medetur Gentiana lucteribus, præsertimq; succus. Inunguntur eo itidem oculorum infla mationes. Miseturq; pro meconio, quod opium est, succus acerbis collyrijs. Abstergit uutiligines radix, succusq; ex ea colligitur hoc modo: Tunditur radix, diebusq; quinque madescit in aqua: coquitur deinde in eadem aqua, usque dum superflent radices: Quumq; gelauerit aqua, per linteum traiecitur, coquiturq; usque ad crassitudinem mellis, piec toq; uase repositus, seruatur.

EX ABIGE.

Gentiana potissimum rabidi canis moribus, ac letalibus uenenis, ebibita seu illita, medetur. Viperarum, Serpentium Scorpionum, aliorumq; uenenatorum moribusq; effica sime succurrit. Nos autem experti sumus hoc contra ra bidi Canis morsum, remediolorum omnium efficacissimum, Gentianæ nimirum drachmâ una, cum alia myrrhæ drach ma, ac duabus canerorum flumatiilium crematorum drach ma, omnia seorsum trita ac per cribrum probe excussa, à principio quidem exhibitum, antequam in aquæ metum in cidant, quem Græci ὄρεοφοκίον uocant. Planta etiam omnis, letalibus uenenis aduersatur, ac illis egregie auxi liatur.

DOCHAN, seu Dachan, Arabibus. Afnus, Græ cis. Fuligo, Latinis, ac Officinis. Fumus, Barbaris. Fuligine, Italis. Suye, Gallis. Kusz, Germanis. Hol lin, seu Bollin, Hispanis

GENERA, TEMPERAMENTVM,
AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Fuligo omnis exiccatoria est, ac proinde terrestris est essentie, habens quasdam etiam ignis qui materiam com buscit, reliquias: sed id pusillum est. Porro tota eius natura terrena est, tenuium partium. Sed quæ Speciatim in ea dif ferentie sunt, ea pro uita materia eueniunt: ex acriore & calidiore, tali etiam proueniente fuligine, ex dulciore simi li quoque & hinc fuligine proueniente. Primum enim thuris fuligine, utuntur in ocularias medicinas mista, eas uide licet quæ ad oculos etiamnum phlegmone tentatos accom modantur, atque etiamnum fluxione uexantur, & ulcera habent: nam et illa expurgat, & carne implet. A hæc usur pant quoque eam ad facultates quas uocant calliblepharas. Præterea terebinthina myrrhæ quæ Fuligo molestia caret, non aliter quam thuris: sed Syracis quodammodo ualētior his est: magis etiam picis liquide, qua etiam magis cedri. Porro acrioribus utuntur ad uitia palpebrarum uocata ptila, erosos oculorum angulos humidosq; circa phlegmo nem. At dantur taxat mollioribus mitioribusq; tum ad hæc, tū ad ea ad quæ competere paulo superius diximus thuris fu liginem.

DE DAUICO,

CAP.

XVI.

NOMENCLATURA.

DVCV, & Gezar seu Ciezar, Arabibus. Δαύκος, ἢ (Epenthesi nimirum Poetica,) Δαύκειος, Græcis. Daucus, Latinis, Barbaris, ac Officinis. Dauco, Italis. Carote Sauvages, at peperam, Gallis. Beruurtz, Germanis.

GENERA, LOCVS, EFFIGIES,
ATQ; ELECTIO.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii.cap.cibaciii.

Creticus in hoc genere quidam est, fœniculi folijs, mino ribus tantum exilioribusq; caule semipedali, coriandri um bella floribus candidis, & post hos femine acri, candido, hirsuto, & in commandacando odorato: radice digitali

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

crassitudine, & godrantali longitudine. Nascitur hic petrosif & apricis locis. Alter agresti spio similis est, & per aromatum modo odoratus sapore feruido. Antecedit alios bonitate Creticus. Est & tertium Dauci genus coriandri folio, flore candido, capitibus & fructu anethi. Erratica pastinace umbellam habet, per longum semine, cymini figura & acri plenam.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

B X GALENO.

Stamp. Med. vi.

Dauci semen exalfaciendi uehementer facultatem habet, ut inter prima efficax sit tum urine mouende medicamento, tum mensibus prouocandis. Maltum etiam digerere per balitum foris impositum ualeat. Ipsa uero herba simile quidem uim obtinet, tamen semine infirmiores, nimirum ob aquee humiditatis misturam, quamquam atque & ipsa calida sit temperie.

B X DIOSCORIDE.

Lib. iii. Cap. lxxxiij.

Calefacit potum Daucorum omnium semen. Menses, fetus & urinam trahit. Finit idem tormina, tusses diutinas lenit. Succurrit & phalangiorum moribus cum uino potum, & scititig; emplastri modo impositum tumores. Ex albis feminis tantum usus est: ex Cretico radicis etiam: que presentis & egregio remedio contra uenenata cum uino bibitur.

DE CINNAMOMO,

CAP.

XVII.

NO MENCLATVRA.

DARSENI, seu Darsini, Arabibus. Κινναμωμου, Græcis. Cinnamomum, Latinis, Barbavis, ac Officinis. Cinnamome & Canella, Italis. Cinnamome, & Canelle, Gallis. Zimmet, seu Zimmet roerlin, Germanis. Canella, Hispanis.

GENERA, EFFIGIES, ATQ. ELECTIO.

B X DIOSCORIDE.

Lib. i. cap. xliij.

Plura sunt Cinnamomi genera, gentium ubi nascuntur nominibus appellata. Antecedit bonitate alia omnia quod Mosylicum dicunt, propterea quod casie quæ Moslyca dicitur, aliquam similitudinem referat, & in hoc genere quod recens, colore nigro, & quum uino diluitur, cinereo: tenuibus cum leuore uirgultis, continuis per totum nodis, & odoratisimum est. Plerumque enim probatissimi Cinnamomi iudicium ex odoris sui sola proprietate fit. Siquidem inuenitur in probatissimo etiam, & quod proprio odore spirat, rute, cardamomoue similis odor. Probatur itidem quod acere est, gustum erodit, & cum seruore salso sapore aliquo sentitur, quodq; in atritu tarde friatur, & fractum puerulentum fit, cuiusque medium inter nodos spacium leniorem non minus quam sarmenta habet. Probatissimum Cinnamomum, ab una radice integrum furculam seorsum

sumens, facilisque hec probatio erit, quando in probatione fragmenta miscerunt: & in prima probatione quod melius est, oppletis odore suo naribus, deterioris iudicium in pedis. Est præterea Cinnamomum montanum, crassum, torosum, colore rubescens. Est & tertium, Mosylicum simile nigrum, odoratisimum, ramosum, sed non frequentibus nodis & geniculis. Est & quartum, itidem candidum, fungosum, aspectu tumens, non multificandum, fragile, gradis radice, que casie odore est. Numeratur et quintum, naves odore tentans, quod uitandum est, leniter rubens, & rubenti casie cortice simili, tactu durum, nec ualde odoratum, radice crassa. In cunctis his quod ibus, casiamur, aut myrrham aut animum olet, minus odoratum est. Damnatur candidum scabrum quodque lignosum, rugosum furculis, & sine leuore est. Est & aliud quiddam Cinnamomum simile falso Cinnamomum dictum, nullius honoris & precij, ignauo odore et inefficaci potestate: quod Zingiber et uocant, quum Cinnamomi lignum, non cortex sit: similitudine in aspectu aliqua Cinnamomum referens. Est autem lignosum, longioribus & solidioribus uirgultis, & odoris suauitate multo languidius ore. Ferunt præterea quidam proprio genere Xylocinnamomum, sic enim Cinnamomi lignum dicunt, à Cinnamomo differre, diuersum naturæ, & aliud.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

B X GALENO.

Stamp. Med. viij.

Cinnamomum summè tenuium est partium, non summè tamen calidum, sed ex tertio ordine: nihil autem æquè deficiat eorum que parti tum exalfaciendi facultate propter tenuitatem scilicet essentie. At Cinnamomis est uelut imbecillam Cinnamomum. Nonnulli ipsam Pseudocinnamomum nuncupant.

B X DIOSCORIDE.

Lib. ii. Cap. xliij.

Est Cinnamomis omnibus calefaciendi uis, urinam cient mollitum, maturantq; mensis & fetus cum myrrha pota & apposita, pellant: Venenis, uenenumq; istu aut morsu relinguentibus, succurrunt. Purgant que oculorum claritati officium: Extremum eadem, leuiginesq; asperam & discolorum, ceu à sole, cum em, inuncta ex melle, exterunt. Faciunt ad tusum, à capite in subiectas partes distillationes, eutem subeuntis aquas. R enim cum urine malo aliquo dolores, & urine angustias. Pre ciosissimum præterea unguentis miscentur, habentq; in uniuersum multiplices usus. Seruatur etiam, & ut perennent, tria uino excipiuntur, exceptaq; in umbra sicantur.

DE HYPERICO,

CAP. XVIII.

REIOFRICON seu Keiofaricon, Arabibus. Υπερικον, ῥολικον, κατ' ἴτυς, Græcis, Hypericum, Latinis, & Barbavis. Perforata, Officinis. Herba di S. Giouanni, Perforata,

Perforata, Italis. Mille pertuis, seu Trucheram, Gallis. S. Iohans kraut, Germanis. Corazonello, Hispanis.

EFFIGIES, AC LOCVS.

EX DIOSCORIDE.
Lib.iii. cap. clxxx.

Chamæpityn uocant, quod semen eius odore pineæ resine sit. Folia Rutæ habet. Frutex est surculosus, dodantralis, rubescens flore luteo. Habet & siliquam non adeo hirsutam, in rotundam oblongam, magnitudine hordei, in qua semen nigrum clauditur, odore resinæ. Nasctitur cultis locis & asperis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. viii.

Hypericum calfacit & desiccant essentia tenui, adeo ut & menses & urinas prouocet. Sed ad hæc totus sumendus est fructus, non tantum semen. Porro cum folijs illius uiridis ad cicatricem ducit cum alia ulcera tum etiam ambusta. Cæterum si sicca contusa inspergas sanabis & mollia nimis, humidæ & putredinosa ulcera. Sunt & qui ischiadici bibendum exhibeant.

EX DIOSCORIDE.
Lib.iii. Cap. clxxx.

Natura Hyperico & uis est, urinam eiere. Menses trahit appositum, Finit tertianas quartanasq; in uino potum. Coxendicis dolores sanat quadraginta diebus potum semen eius. Folia etiam cum semine emplastri modo illita, ambustis medentur.

DE ASCYRO,

CAP. XIX.

NOMENCLATVRA.

ASBRACH, seu Spirach, seu Asquiron, Arabibus. Α'σχυρον, ἢ Α'σχοροσσυρον, Græcis. Ascyron, Latinis. Ascyro, Italis.

EFFIGIES, AC IUVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.
Lib.iii. cap. clxxx.

Et hoc Hyperici genus est, magnitudine differt, ramulis maioribus, fruticosius, puniceo colore rubens, folijs paruis, luteo flore. Semen fert Hyperico simile, odore resinæ et quod digitis confricatum, sanguineum reddit liquorem manas cruentantem: ob quam causam Androsemon, quasi humani sanguinis herbam, Ascyron aliqui uocauerunt. Paucit & huius semen ad coxendicis dolores: in quem usum bitur in dulcis aquæ cyathis duobus. Biliofa enim multa excrementa ducit, oportetq; continue bibendum dare usque-

dum conualescant. Facit præterea ad ambusta, quibus emplastri modo imponitur.

DE ANDROSÆMO,

IDEST, HVMANI SANGVINIS
HERBA, CAP. XX.

NOMENCLATVRA.

ANDROSEMAM, seu Androsion, seu Androsesiam, Arabibus. Α'νδροσσυρον, ἢ Διοσυσιαδικον, ἢ Α'σχυρον, Græcis. Androsamum, Latinis. Androsamo, Italis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.
Lib.iii. cap. clxxxii.

Differt ab Hyperico & Ascyro. Frutex gracilibus ramulis, surculosus, puniceo colore, rubentibus uirgis. Folia habet triplo quadruploque maiorâ rutæ, que confricata sanguinis colore liquorem remittunt. Alarum caua habet numerosa, in summo alarum autum modo pennata, circa quas floreculi parui sunt, luteo colore. Semen in calyculis clauditur, nigro papaueri simile, ueluti punctis distinctum. Resinosum odorem reddit confricata Androsami coma.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. vi.

Androsamum, planta fruticosa, natura duplex: unum enim ascyron, & ascyroides nuncupatum est, species hyperici. Alterum uero à quibusdam dionysium appellatur. Est autem semen eorum purgatorium. Foliorum uero facultas modice extergens & desiccans, ut & ambusta curare credantur. Cæterum in uino austero decocta, unum ipsum uulnerum grandium glutinatorium efficiunt.

EX DIORIDE.
Lib.iii. cap. clxxxii.

Huius etiam semen tritum potumq; pondere drachmarum duarum, biliosa & alui excrementa ducit. Sanat autem coxendicis precipue dolores: uerum oportet post purgationem aquæ paululum sorbere. Ambustis præterea medetur herba emplastri modo imposita: & præter hæc sanguinem compefcit.

DE CORI,

CAP. XXI.

NOMENCLATVRA.

CORAS, Arabibus. Κορι, καὶ Χ'πρικα, Græcis. Coris, Latinis. Cori, Italis.

EFFIGIES.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

B X DIOSCORIDE.

Lib.ii. cap. clxxviii.

Folia habet *Eri ca* similia, minora tantum pinguioraq; & rubentia. Dodrantalis frutex est, sapore grato, acer, odoratq;.

TEMPERAMENTVM, AC IVMAMENTA.

B X PAULO AEGINETA.

Lib. vii. Cap. iii.

Coris herba, quam alij *Hypericon* uocant, acris est, boniq; odoris. Fructus eius potus, menses urinasq; prolicet, phalangiorum morsibus opitulatur. Opisthotonicis, hoc est, in scapulas rigentibus cum oleo illitur.

B X DIOSCORIDE.

Lib. iii. cap. clxxviii.

Bibitur semen eius, mensesq; & urinam trahit. Succurrit phalangiorum morsibus, coxendicis doloribus, & in scapulas rigentibus, in quos usus in uino bibitur. Contra febrium autem in accessione cum tremore algoribus, addito pipere. Idem ex oleo in scapulas rigentibus utiliter inungitur.

DE AMMONIACO,

CAP.

XXII.

NOMENCLATVRA.

RAXACH, seu *Assach*, Arabibus. Ἀμμωνιακόν, Græcis. Ammoniacum, seu *Gutta Ammoniacæ* Latinis, Armoniacum, Barbaris, ac Officinis. Armonico, Italis. Aguaxaque, seu *Armoniaq;*, Hispanis.

EFFIGIES, LOCVS, ATQ. ELECTIO.

B X DIOSCORIDE.

Lib. iii. Cap. xxviii.

Ferule in *Lybia* ad *Cyrenem* nascit̃s hic etiam liquor est, uocaturq; totus cū radice frutex *Agayllis*. Probat̃ur in eo quod bonitate coloris nitet, nec lignosum calculosumq; est: quod thuris modo in grumos concreuit, purum, densum, sine foribus, odore castorei, & amaro gustu est. Vocatur que talis *Ammoniacæ gutta* est, à fragmentis in que diuiditur, *Thrausma*, quod est fragmentum et frustum: que uero admixtam habet terram aut harenas, à comprehēsis intra se calculus & terra *Phyræ*, quod commixtio est. Nascent̃ur in *Lybia* ad *Ammonis Iouis* templum ferulacæ arboris, ut diximus liquor.

TEMPERAMENTVM, AC IVMAMENTA.

B X GALENO.

Simp. Med. vi.

Ammoniacum, opus siue liquor est ferule cuiusdam: hoc habet emolliendi facultatem intensam, adeo ut & articulo- rum topbos dissoluat, & lienes induratos sanet, & chardas per halitum digerat.

B X DIOSCORIDE.

Lib. iii. cap. xxviii.

Molliendi uires habet in medicina gutta *Ammoniacæ*. Extrahit eadem, calefacit, durit̃esq; & panos discutit. Bibitur ad deiectionem alium. Factus ex uero trahit. Minuit lienem drachmæ pondere cum aceto pota. Articulorum coxendicisq; dolores lenit. Subuenit præterea suspirio s. s. in eadem spiritus difficultate non nisi recta ceruicē spirantibus, comitialibus, et quibus in pectore humores hæserunt: In quem usum in ecclēgmæ cum melle datur, aut cum pisanæ cremore sorbetur. Cruentam ducit eadem urinam. Oculorum albugines extertit, & genarum scabrities minuit. Quæ inietam trita & ex aceto imposita, lienis & icteris durities finit. Soluti que in articulis concreuerunt lapidiosa, que Græci topbos dicunt, ex melle picicæ illita. Facit præterea ad lasitudines, & coxendicis dolores: in quibus usum pro acopo inungitur additis aceto, nitro, & liquijiri non unguento.

B X A B V GERIG.

Vlceribus cum myrrha auxiliatur impositum. Carnem putridam exedit, ac nouam generat. Oedemata ad suppurationem deducit. Purgantia medicamenta emendat. Viscidam pituitam euacuat. Subuenitibus cutem aquis potatum aut emplastri modo impositum medetur. Oculorum lacrymis subuenit ex aqua illitum.

B X A T A B A R I.

Lumbricos qui Græcis *Acrnopides* dicuntur, pellit menses & urinas trahit. Humiditatem à corpore purgat.

B X A B E N M E S V A I.

Coxendicium podagre ac articulo- rum doloribus à uiscida nimirum pituita abortis pondere drachmæ unius est decocto assumptum, potissimum medetur. Cæterum per se solum potatur, alijsq; itidem medicamentis admixtum.

DE ACORO,

CAP.

XXIII.

NOMENCLATVRA.

VAGE, seu *Vgi*, Arabibus. Ἀκόρον, Græcis. Acorum, Latinis. Spatella, Barbaris. Acorus, Officinis. Acoro, Italis. Flamme busarde, seu *Glaiet* de rio terç aut de *Març*, Gallis. Geel Schuwertel, Germanis. Espadanna, Hispanis.

EFFIGIES, ATQ. ELECTIO.

B X DIOSCORIDE.

Lib. i. cap. i.

Iridis folia *Acorus* habet, angustiora tantum: radices eidem non dissimiles, implicitas, nec recta descendentes, uerum obliquas, & in superficie terræ geniculis intersectas, colore subalbidas, gustu acres, odore non ingrato. Primam habet bonitatis estimationem que densa, candida, non cariola, sed plena & odorata est. Cuiusmodi *Colchidicum* & *Galaticum*, quod *Aspletion* dicunt.

TEMPE-

TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA.

BX GALENO.
Simp. Med. vi.

Acorum, huius utitur radice, quæ gustu acri est, & modo acido amaro, odoreque non inuicendo. Itaque facultatis calidæ est, & consistentiæ tenuis. Huic consentaneum est, ut urinam moueat & lienes induratos iuuat, tum ceratoidis crassitatem detergat simulq; extenuet: sed ad hoc melior est ipsius succus. Omnino uero scissam esse clarum est. Et sane ordinis esto tertij in utroque, in calfaciendo scilicet & desiccando.

BX DIOSCORIDE.

Calfacientiæ uis & natura radici eius est. Cit urinam potum Acori decoctum: lateris, pectoris & icoris doloribus, torminibus, ruptis conuulsisq; accommodatum: Minuit præterea lienes: Urinæ stillicidii prodest, prodest & uenentorum morbis: Vltimoq; iridis modo insidentibus Acoro, muliebria, id est menses fouentur. Exterit inunctus radice succus quæ claritati oculorum efficiunt. Miscetur præter hæc magna utilitate antidotis Acori radix.

BX MESARVGH.

Acorus, flatulentos spiritus circa Lienem obortos, egregie discutit.

BX SINDAXAR.

Linguae resolutioni merisicæ auxiliatur.

BX ABEN MESVAI.

Oculorum albugines potissimum exterit, & abstergit.

DE HYSSOPO,

CAP. XXIIII.

NOMENCLATVRA.

CYEE seu Iusa labez, Arabibus. Υσσωπος, Græcis. Hyssopus, Latinis. Hyssopus sicca, Barbaris ac Officinis. Hissopo, Italis. Hissope, Gallis. Ipsen, seu Ispen, Germanis. Ysopillo, Hispanis.

GENERA, EFFIGIES, ELECTIO.

LOCVS, AC TEMPVS.

BX DIOSCORIDE.

Lib. iii. cap. xxx.

Duum generum Hyssopus est, montana altera, hortensis altera. Probatissima quæ in Cilicia nascitur.

BX ISAAC EBEN AMRAM.

Herba est petali nimirum altitudine, per terram interdum serpens, folijs & ramulis satine. Saturicæ similis, uirescens primum, mox subpallens, puluerulenti bisulcis ramulis, ac satine Saturicæ crassitudine, odoratissima, amaroq; sapore. Laudatissima, ex domus sanctæ montibus. Vere autem capitur.

TEMPERAMENTVM.

BX GALENO.
Simp. Med. viii.

Hyssopum desiccatur & exalcat ordine tertio, sed & tenuium est partium.

BX DIOSCORIDE.

Lib. iii. cap. xxx.

Extenuandi calfacientiæ uires Hyssopus habet. Decocta hæc cum fico & aqua, melle rutæq; mox pota, pulmonarijs, suspiriosis, antiquæ tussi, à capite in subiectas partes destillationibus, & in difficultate spiritus non nisi recte ceruice spirantibus, opitulatur: uentris lumbricos omnes necat. Idem præstat & cum melle lacta. Purgat per inferna decoctum eius crassa cum aceto mûso potum. Estur & cum uiridi fico, aluum deiciens, multoq; efficacius additis nascitur, aut irione. Commendat eadem cutis colorem. Contra lienem & caten subeuntes aquas cum fico nitroq; emplastri modo imponitur. Cum uino autem contra inflammationes. Sugillata ex feruenti aqua eodem modo imposta, emendat. In anginis cum fisorum decocto gargassatur utiliter. Coluuntur præsertim remedia decocto hyssopi in aceto in dolore dentes. Soluit eadem ingensa uaporis suffitu aurium inflationes.

BX ALCANZI.

Tumores in corpore emollit. Muliebrum locorum, renum, uesicæ, iccinoris durities, ac frigiditates adiuuat.

BX RVFO.

Humores crudos per inferna purgat.

DE ARNABO,

CAP.

XXV.

NOMENCLATVRA.

ZVRVMBET, seu Zurumbad, Arabibus. A'pna Bo, Aegineta inter Græcos. Arnabo, Latinis.

EFFIGIES, TEMPERAMENTVM,

AC IVVAMENTA.

BX PAVLO AEGINETA.

Lib. vii. cap. l.

Arnabo in odoramentorum censu est, cuius rei gratia unguentis subinde inseritur, tertij calfacientium & arefacientium ordinis, castæ carpesioq; simile. Quamobrem in eius penuria Posidonius Cinnamomum in locum ipsius substituentium censuit.

BX ISAAC EBEN AMRAM.

Planta est arborecens. Eois litoribus subrescens, sine fructu, folijs longis, colore ex uiride in luteum languescentibus, ueluti Saligna, quem colorem & ramusculi omnes su perficetenus itidè obtendant. Citria redolens, Calfacienti siccandi q; adstringendi facultatem habet. Resoluit enim, & aluum stringit.

BX MESBHA.

Vim habet adstringendi, estq; tenuium partium, & caliditatem obtinet, aluumq; cohibet.

BX MESARVGH.

Vires nucis myrsicæ belle representat, partes tamè habet tenuiores, naribus uero cum uiolaceo in alu, capitis doloribus à frigore ac humiditate obortis, auxiliatur, uentriculo ac iccinori commodat, ob eius uim aromaticam.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

DE PICE LIQUIDA,

CAP. XXVI.
NOMENCLATURA.

ERF, seu Cest, seu Zest, seu Kir, Arabibus. $\pi\rho\iota\sigma\alpha\ \nu\gamma\upsilon\lambda\alpha\ \beta\eta\kappa\acute{o}\nu\omega\nu$, Græcis. Pix liquida, Latinis. Pix humida, Barbaris. Pix naualis, Officinis. Pece liquida, Italis. Poix fondue, Gallis. Schiffbech, Germanis.

EFFIGIES, ATQ. ELECTIO.

EX DIOSCORIDE,
L. lib. I. cap. xxv.

Liquida Pix, quam Conon plerique nominant, ex pinguisima colligitur pini, & piceæ materia. Probatur splendore, leuore & puritate.

TEMPERAMENTVM, AC INVVAMENTA,

EX GALENO,
Simp. Med. vij.

Pix humida liquidatæ plus calfacit quam desiccatur: habetq; nonnullam partium tenuitatem, quo & asthmaticos & purulentos adiuuat. Satis est autem cyathi linxisse menstrum mellis mistæ. Sed & abstergendi quantam vim habet, atque concoquendi, digerendiq; ueluti et in gustu leuam amaritatem et acrimoniam. Sic leprosos ungues eximit mista cum cera, lichenasq; detergit, concoquit itidem daros et crudos tumores omnes cataplasmatibus insidita. Ad que omnia ualentior est quam sicca. Ex his itaque clarum est humida liquidatæ Pici calidam humiditatem assatum esse admixta.

EX DIOSCORIDE,
L. lib. I. cap. xxv.

Facit contra lethalia medicameta, talem quam phibisim dicunt, purulentas excreationes, tussim, suspiria, et que ægre ex pectore excreantur, cyathi pondere cum melle linxis. Inungitur præterea contra tonsillarum inflammationes anginasque, & contra purulentas aures cum rosaceo: cum trito autem sale contra serpentium morsus. Pari ceræ eadem mista scabros pellicit ungues, impetiginosq; emendat, maliebrium locorum abscessus, et sedis durities discutit. Strumas erumpit cum farina hordeacea et urina impubis pueri decocta. Cum sulphure Piniuæ cortice aut fursuribus, contra ea que serpunt utiliter inungitur, ea coercent: Quinetiam thuris pollini et ceræ mista, profunda hulcera glutinat et carne explet. Vtilis itidem contra pedum et sedis rimas inuncta. Cum melle purgat hulcera, et explet: cum passilla una melleg, carbunculos, et putrescentia hulcera scarificat et disrumpit. Misctur præterea utiliter his que exedendo sunt.

DE OLEO PICINO,

CAP. XXVII.
NOMENCLATURA.

KEPSEN, seu Kapsle, Arabibus. $\mu\iota\sigma\sigma\alpha\ \lambda\alpha\kappa\kappa\omega\nu$, seu $\mu\iota\sigma\sigma\alpha\ \nu\theta\omega\varsigma$, seu $\mu\iota\sigma\sigma\alpha\ \nu\theta\omega\varsigma$, Græcis. Pissellæ, Picinumæ Olei, et Pici slos, seu Pici serû, Latinis. Olio della Pece, Italis.

FABRICA TEMPERAMENTVM,
AC INVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE,
L. lib. I. cap. xxvi.

Ex Pice fit Picinum Oleum, separato omni quod a quosum in ea est, quod non aliter quam lacti serum illi inest: excipitur in coctura Pici, puris supra eam expansis uelle ribus: que quum euaporato halitu maderunt, exprimentada in uas aliquod sunt, idq; tandiu agendum, usque dum Pix coquitur. Facit Picinum oleum ad eadem omnia ad que liquida Pix. Illius præterea cum farina hordeacea, defluuia capilli, quas alopecias dicunt, explet: quod & liquida pix præstat, que contra quadrupedum hulcera et scabiem utiliter inungitur.

EX GALENO,
Simp. Med. viii.

Pisseleum ex humida pice efficitur, genere quidem illi simile, sed essentia tenuioris.

DE LIQUIDA PICE

FVLIGINE, CAP. XXVIII.

NOMENCLATURA.

$\alpha\iota\gamma\upsilon\lambda\omega\varsigma\ \tau\eta\varsigma\ \nu\gamma\upsilon\lambda\alpha\varsigma\ \omega\tau\iota\sigma\tau\eta\varsigma$, Græcis. Humida liquidatæ Pici Fuligo, Latinis, ac Officinis. Ex Pice humida Fumus Barbaris. Fuligine della Pece, Italis. Suze de Poix fondue, Gallis. Khos, Germanis.

FABRICA, TEMPERAMENTVM,
AC INVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE,
L. lib. I. Cap. xxviii.

Fit ex liquida pice Fuligo etiam hoc modo: In nouam læternæ testam funiculo instructam, pici aliquid coniecit: accendito deinde funiculum, nouoq; fictili operculata testa quod furni simile fit, superiore sui parte in orbem circumsum et angustum, inferiore autem ut furni sunt, perforatû: finito deinde ardere testam, quumq; prima fuerit consumpta, pix aliam superinfundito, donec quantam uolueris fuliginem feceris. Habet Fuligo Pici acrimoniam, et adstringendi uires, honestandis palpebris circumlunibusq; utilis est: et ubi corruptione glabrescentibus palpebris exple ri eas oportet. Vtilis præterea infirmis, lachrymosis exulceratisq; oculis.

DE SICCA SIVE SPIS:

SA PICE, CAP. XXIX.

EFFIGIES, LOCVS, ELECTIO,

$\mu\iota\sigma\sigma\alpha$, seu $\mu\iota\sigma\sigma\alpha\ \nu\theta\omega\varsigma$, seu $\mu\iota\sigma\sigma\alpha\ \nu\theta\omega\varsigma$, Græcis. Sicca spissatæ et arida Pix, Latinis, ac Officinis. Pece secca, Italis. Poix seche, Gallis. Griefschbech, Germanis. Pez negra, seu Pez, Hispanis.

FABRICA, GENERA, ELECTIO, AC LOCVS.

EX DIOSCORIDE.

Lib. i. cap. xxviii.

Fit spissa pix decocta liquida: uocatur eadem plerisque palimpsesta, quasi iterata uel iterum cocta pix: estq; in hoc genere quedam uiscosa, quam boscedem nominant quaedam autem priuatim sicca. Probatur quae para, pinguisq; est, odorata, resinosa, & leniter rutilantis Lycia est & Brutia, coniuncta simul picis & resinae natura.

TEMPERAMENTVM, AC INVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Pix sicca quidem desiccet & excoalfacit secundo a medio cribus siue symmetris excessus: plus desiccare potest quam excoalfacere. Eed & abstergendi quandam uim habet, atque concoquendi digerendiq; melius & in gustu leuem amaritatem & acrimoniam. Sic leprosus unguis eximit mista eum cera, licbenasq; detergit: concoquit item duras & crudos tumores omnes cataplasmatibus indita. Ad quae omnia imbecillior ac deterior est, quam humida; glutinandis tamen uulneribus magis congruit.

EX DIOSCORIDE.

Lib. i. cap. xxviii.

Est illi uis calefacere, mollire, ad suppurationem perducere, surculos & panos discatere, & hulcera explere. Misceatur praeterea sicca pix uulnerarijs emplastris.

DE PICE QUAM

GRAECI, ZOPISSAM DICUNT.

CAP.

XXX.

NOMENCLATURA.

Ξωπίσση, ἢ Ἀπόχυμα, Graecis. Pix Zopissa, & Apochyma, Latinis.

EFFIGIES.

TEMPERAMENTVM, AC INVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. i. cap. xxix.

Dersam nauigijs cum cera resinam zopissam aliqui uocant: a plerisque eadem Apochyma appellatur, quod marino sale maduerit, discutiendi uires habentem. Sunt etiam qui collectam ex pinea arbore resinam Zopisse appellatione ne indicent.

EX PAVLO AEGINETA.

Lib. vii. Cap. liii.

Apochyma, resina Zopissa, uetus a nauigijs dersa pix est: discipiandi & arefaciendi uiribus donata, tumores discutit.

DE CARDVO,

CAP.

XXXI.

NOMENCLATURA.

RAXOS, seu Haxos, seu Sacolomas, Arabibus. Ἰνάουμος, ἢ Ἰνάρα Graecis. Carduus, Cinara, & Strobilus, Latinis. Arceus, seu Alcecalus, seu Articoalus, Barbaris, ac Officinis. Carcioffi, & Arciociochi, ita lis. Archault, et Charciopie, Gallis. Artischock, Cardchoffil, Strobildora, & Articoea, Germanis. Alcarchofas, Hispanis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iii. cap. xvi.

Chamaeleoni, albaq; spinis folia Carduus similia habet, nigriora tantum crassioraq; Foliosum & oblongum caulem erigit, in cuius summo spinosum capitulum est. Radicem habet nigram crassamq;.

TEMPERAMENTVM, AC INVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Scolymi radix copiosam urinam graeulentem elicent, si quis eam in uino coctam bibat: ac proinde graeulentem sanat tum alarum, tum totius corporis. Atque hoc sane medicamento ex tota inest essentia, nimirum cum succus sit purgatorius. At quae secundam qualitates editur actio, calidum in secundo ordine completo, aut tertio incipiente, medicamentum indicat, siccum uero in secundo.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iii. cap. xvi.

Radix eius graeulentes alarum hircos, & reliqui corporis uisiosum odorem emplastri modo imposita, emendat: idem etiam decocta in uino potaq; potest. Poti tamen copiosam graeule, olentem urinam pellit. Coquitur praeterea esurq; asparagi modo, non multo ante nata & adhuc tenera Cardui herba.

DE CHAMAELEONE

ALBO. CAP. XXXII.

NOMENCLATURA.

CHEMELEON LEUTE, seu Chamalaun, seu Chamalium, Arabibus. Χαμολέων λευκός, καὶ ἴξος, Graecis. Chameleon albus, Carduus minor, Latinis. Cameleon alba, Barbaris. Carline, Officinis, ac Italiae. Carline. Gallis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iii. cap. x.

Primum deriuata a uisco appellatione Chameleoneum ideo aliqui dixerunt, quod uiscum quibusdam locis ad radices eius adnatu inuenitur, quo pro mastiche mulieres utuntur. Folia habet silybo herbae, Carduoque, quem scolymum dicunt similia: nigri tamen Chameleonis folijs asperiora acutioraq;. Caulem non habet, uerum ex medio spinae marino echi no cinaruae similem mittit. Flores habet purpurascentes, capillorum figura qui in pspis euanescent. Semen nico simile. Radicem in pingui & campestri solo crassam, in montibus graciliorem, candidam intus, cum gravitate odoratam & dulcem.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA,

EX GALENO.
Simp. Med. viij.

Porro albi Chameleontis radix contra latos lumbricos potius datur cum uino austero mensura oxybaphi. Exhibet sane ipsam etiam aqua inter cutem laborantibus ad similem habentem temperiem ipsius nigri radici, nisi quatenus illa acrior est.

EX DIOSCORIDE.
L. lib. cap. x.

Radix acetabuli pondere pota latos uentris lumbricos pellit, in quem usum bibitur cum uino austero, & origani decocto. Datur & contra cutem subueniens aquas utiliter drachme pondere cum uino, earum enim tumores minuit. Bibitur & contra urinæ angustias decoctum eius. Contra uenenata pro theriaca pota cum uino eadem est. Quinetiâ canes, iues, muresq; in polenta simul omnibus hydreleo maceratis, enecat.

DE CHAMELEONE NIGRO, CAP. XXXIII.

NOMENCLATURA.

CHAMELEON, Melanos, Arabibus. Χαμολέων μέλας, Grecis. Cardus niger, aut Vernilago, Latinis. Camelonta nigra, Barbaris. Cardopatiun, Officinis. Camelone nero, Italis. Chardonette, Gallis.

EFFIGIES, AC LOCVS.

EX DIOSCORIDE.
L. lib. cap. xl.

Chameleon dicta est, quod colorem cum terra uariantibus folijs mutat, quæ aut herbaceo colore, aut albescente, aut rubente uidentur. Carduo folijs & hic similis est: minor tamen tenuiorq; & rubentia ea habet. Caulem digitalli crassitudine ex se mittit, longitudine dodrantali, rubentem & ipsum: in cuius summo umbella est, spinosiq; flores, colore uario, candido scilicet hyacinthinoq;. Radix crassa, nigra, solida, & aliquando corrofa, & quæ dissecta sulco colore uideatur. Erudit, mordetq; commandicata. Nasctur siccis, campetribus, eluosisq; & maritimis locis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. viii.

Chameleontis radix, nigri quidem, letale quiddam obtinet: quamobrem foris utiq; usus eius ad psoras adhibetur, & lichenas, & uuliginas, & in summa, quæ detersionem postulant: præterea digerentibus, & emollientibus pharmacis commiscetur: & phagedenica ulcera sanat illa. Est enim sicca tertio ordine, calfacit uero secundo ordine absoluto.

AA

EX DIOSCORIDE.
L. lib. cap. xi.

Potest concisa nigri Chameleontis radix, additis exiguo atramento sutorio, cedrinoq; oleo & axungia, scabies extirpare. Idem potest admixtis sulphure & alumine contra impetigines in aceto cocta & inuncta. Colluuntur decocto eius utiliter in dolore dentes. Cum pari item pipere cerâq; dentibus in quibus dolor est illa siccurrit. Quinetiam soventur ea dentes quam concisa fuerit in aceto decocta, & calens imposita. Librario sulo eadem denti in quo dolor est adnota, cum frangit. Cum sulphure uuliginas, decoloremq; & asperam cum sole, cutem emendat. Miscetur medicamentis quæ extendendo sunt. Phagedenas, & quæ ad ferriatam transferunt ulcera, emplastris modo imposita, ad mitiorem habitum transferens sanat.

DE NIGRA POPVLO, AC EIVS LACHRYMA, QVAM ELECTRVN GRÆCI, ROMANI SVCCINVM VOCANT, CAP. XXXIIII.

NOMENCLATURA.

HAUVRROMI, seu Haurrum, seu Haur Rumi, seu Achirus, seu Achirufes, Arabibus. Αΐγυρος, Αΐγυρος, Grecis. Populus Nigra, Latinis. Oppi, Italis. Tremble, & Peuplier, Gallis. Sarbachs baum, Felsenbaum, Alberbaum, Germanis. KARABE, seu Kahbre, & Alopion, seu Afsopodô, Arabibus. Ηλεκτρον, καὶ Ξυροσφεν, Grecis. Electrû seu Succinum, Latinis. Charabe, Officinis. Ambra gialla, Italis. Ambra, Gallis. Aggstein, Germanis. Esclarimente, seu Ambar, Hispanis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. vi.

Aegyri flores calidi facultate quidem sunt in tertio recessu à temperatis: at in ferentia quæ habetur in siccando & humectando paulum quidam ad siccis deflexerunt, sed & subtiliorum potius quam crassiorum sunt partium. Et folia quorum ipsius quodammodo floribus similia sunt, nisi q; ad omnia imbecilliora, minusq; efficacia. Sed & resina eius floribus similem facultatem obtinet, atque etiam calidiorum. Porro semen tum resina, tum floribus & subtiliorum est partium, & exiccantius, non tamen admodum calidius.

EX DIOSCORIDE.
L. lib. cap. cxliii.

Populi nigra folia utiliter ex aceto podagris imponuntur, quæ uero ex ea destillat resina, mala gmatris miscetur. Semen comitalibus cum aceto bibitur. Fertur utriusque populi lachryma circa Eridanum fluvium in destillando desari, fieriq; quod Electrû Græci, Romani Succinû uocant, à quibusdam

quibusdamidem Chrysophoron dicitur, colore auri, in atri tu odoratum, quod tritum potumq; Romachi & alii fluo res sifit.

EX PAULO ARGINETA.
Lib. vii. Cap. iii.

Populi albæ lachrymam Electrum perhibent, que prope flumen Eridanum defillans congelascit, aurum colore preferens: cuius uis est, si potetur tritum, Romachi, aliuq; fluxiones reprimere.

EX BEDIGORA.

Electrum uim habet exalscendi. Omnemq; sanguinis fluxum cohibet.

EX ABYGERIG.

Calorem obtinet, facultati modicè refrigerandi attemperatum. Sanguinem sifit, in asidua potissimum desidendi seu egerendi cupiditate, que Τυμωμός Grecis nuncupatur. Oris uentriculi dolorem, qui καρδιωγμός Hippocrati, καρδιωνη uero, & καρδιολυγία reliquis Grecis appellatur, magnificè iuuat. Aluumq; adstringit.

EX MESARVGIE.

Sanguinem undecumq; manantem suppressit.

EX ALCANZI, MESEHA, ABEN MESVAI, RASE, HABIGE, ET ISAAC BEN AMRAMI.

Inflammationibus magno auxilio imponitur. Vim naq; habet refrigerandi. Oris uentriculi doloribus medetur. Cruenta exurentibus, fluoriq; sanguinis è naribus mirè auxiliatur.

DE STAPHIDE

AGRIASYLVESTRIVE,
CAP. XXXV.

NOMENCLATVRA.

ALBERAS seu Habelas, seu Miubazagii, seu Miubezegi Arabibus. Σταψιδος & σταψιδος ἄστυς ἄστυς, Grecis. Staphis agria Syluestris, & Herba pedicularis, & Pituitaria, Latinis. Granum capitis, & Passula montana, Barbaris. Staphisagria, seu Staphisaria, seu Straphisaria, Officinis, ac Italis. Lestaphisagrie, & Herbe au poulx, Gallis. Biszmuntz, Germanis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.
Lib. iiii. cap. clvi.

Labrusca folia habet incisuris diuisa. Coliculos rectos molles nigrosq; Florem fert glasto similem. Semen in folli culis herbacei coloris ceu ciceris, triquetrum, asperum, in nigro subruffum foris, iatus candidum, gustu acre.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. vi.

Astaphis agria uehementer acrem obtinet facultatem adeo ut ex capite purget, quod ἀποφλεγματοειδῆ Greci dicunt, abstergatq; ualenter. Itaq; ad Pforam scabiei me accomoda est. Sed & uendi uim habet.

EX DIOSCORIDE.
Lib. iiii. cap. clvi.

Eius grana decem aut quindecim si quæ trita in mulla aqua dederit, crassa nomitionibus purgabit: spaciuntur ta men qui biberunt. Quinciam adhibenda contumemens, ad daq; mulla aqua ob stragulationis periculum quod immi net, & ardoris uim quo exuruntur fauces. Trita eadem contra pediculariones, pruritus & scabies ex oleo utiliter inunguntur. Plurimum trahunt commandacæ pituitum. In aceto elixa contra dentium dolores presenti remedio colluuntur. In gingiuis desillationes reprimunt, & oris hulcra quas apthas uocant cum melle sanant. Misceatur præter hæc malaguanis que fouendo sifit.

DE CLANDEVN

GVENTARIA, CAP. XXXVI.

NOMENCLATVRA.

HABBEN, seu Habel, Ben seu Ban, seu ABAlban, Arabibus. Βέναντος ἄστυς ἄστυς, Grecis. Glans unguentaria, Latinis. Granum Ben, Barbaris. Ben, Offi cinis, ac Italis. Tartago seu Mula, Hispanis.

EFFIGIES, LOCVS, ATQ; ELECTIO.

EX DIOSCORIDE.
Lib. iiii. cap. clx.

Myrica similis arboris fructus unguentaria glans est, auellane nucis quam Ponticam uocant æqualis. Cum exprimuntur que intra eam sunt, eodem quo amaræ amygdalæ modo liquorem ex se remittunt, quo in præciosioribus unguentis pro oleo utuntur. Nascitur in Aethiopia, Aegypto, Arabia, & ad petram Iudææ oppidum. Antecedit boni tate que recens, plena, candidaq; est, & que suo cortice sa cilime spoliatur.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. vi.

Balanus myrseica, hoc est glans unguentaria, adfer tur ex barbarica regione. Viuntur unguentarij carnis eius succo, qui facultate calidus est. Reliquæ autem unde expressus est succus, terrestres scilicet & duræ, uicentem habent qualitatem amaram. Sed & admixta est quedam ad strictione: Proinde extergentem simul & incidentem contra hentemq; & stipantem effectum possident. Itaque ad ion thos, lentigines, ephelin, & pruritum, deinde & ad pfora & lepram conueniunt. Verum enim uero & lienes liquant iecurq; indurescentia. Quod si quis carnem eius drachmæ

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

pondere cum melicrato bibat, medicamentum experietur uo-
torum. Sepe etiam per infernam aluum largiter subdu-
ducit. Itaque cum hoc medicamento utimur ad uiscerum ex-
purgationem, et maxime iocinoris lienis, ex oxycrato ip-
sum exhibere consueuimus. Gaudet uero uel maxime alio-
qui aceto ad actiones extrinsecas. Adeo enim efficax effici-
tur, ut & pforas, & lepras extergat, & multo etiam ma-
gis quæ his sunt minora, lentigines, uiriliginem, ionthos,
epheles, exanthemata, achoras, tum ulcerosa, & quæ cras-
sifant succi omnia. Sed & cicatricibus decorem affert.
Porro quod cũ illinēda est lieni, præstet admixta esse farina
rū quāpiam exiccantium, cuiusmodi est erui ac lolij farina:
id iam potius ad componendorum medicaminum tractationem,
hauddquaquam ad præsens institutum pertinet: sed & in
paratu facilibus ipsum dicitur. Verum in præsens suffi-
cit abstergentem & incidentem cum adfrictione quāpiam
propositi medicaminis dixisse facultatem, ac sic ad aliud
transgredi: cortex tamen eius admodum adstringit. Itaque
& hunc quoque possis ubi ualidus usus est adfrictionis,
accommodare.

EX DIOSCORIDE.
Lib. iiii. cap. clix.

*Trite hæc drachma pondere in posca pota, lienem mi-
nuat, in quæ usum etiam eidem parti cum lolicea farina
emplastri modo imponitur. Imponitur & cum mulsæ aqua
& præter lienem podagris itidem. Eadem in aceto elixæ,
scabies exterit lepræ: addito nitro autem utiligines cic-
tricisq; nigras, & cum urina lentigines, uaras, asperam
discoloremq; seu ab æstiuo sole cutem, & in uultu eruptio-
nes omnes. Vomitiones præterea cit. Alum soluit cum
dulci aqua pota. Stomacho grauius nocet. Quinetiam po-
tuum quod ex ea expressum oleum est, aluum deicit. Cor-
tex contra maiore adstringendi ut spissat. Miscetur præte-
rea quod extra expressisq; superit his, quæ ad extendas
scabies & pruritus consiciuntur.*

EX SALSALVIE.

Gingiuas adstringit. Sanguinisq; et naribus fluxorem re-
primit.

DE AMOMO,
CAP. XXXVII.

NOMENCLATURA.

HAMEMIS, seu Hamama, Arabibus. Ἠμό-
μῶν, Græcis. Amomum, Latinis, ac Officinis. Pes
Columbinus, Barbaris. Amomo, Italis, ac Hispanis.

EFFIGIES, LOCVS, ELECTIO,
ET ADVLTERIA.

EX DIOSCORIDE.
Lib. i. Cap. viii.

Exiguus frutex Amomum est, ex ligno uicæ modo in se
ipsum conuolutum. Exiguam quandam habet florem, candi-
dæ uiolæ similem, folia uero labruscæ uiti, quam bryonium

dicitur. Probatisimum ex Armenia affertur, colore ad aurum
inclinato, ruffescente ligno, & odoratisimum. Quod
autem ex Media affertur, campetribus & uliginosis locis
natum, ignauius, grande tamen est, subuiride, tactu molle,
materia uenosa, & origani odore sentitur. Ruffescit flo-
reticum, non longum, nec fragrantis contumax, & recemofum,
semine plenum est, odore sensum tærat. Eligio quod recēs,
quod candidum, quod modice ruffum, neque stipitum coha-
reat, neque forma implicetur, sed solum diffundatur, se-
mine plenum, uuarum recemis simile, ponderosum, odorati-
ssimum, sine carie, acre, gustum erodens, quodque simplici
non uario colore est. Sunt qui Amomum, ea quæ Amonis
dicitur, adulterant. Amomo simili planta, sed sine odore
& sine semine. Nascitur hæc in Armenia origani flore.
Oportet in huiusmodi rerum probationibus fragmenta ui-
tare, eligendâq; sunt quæ ab una radice suos habeant inte-
gros ramos.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. vi.

Amomum acoro similem facultatem obtinet, nisi quod
acorum siccius sit, maiore autem concoquendi facultate
Amomum.

Lib. v. Aphorismorum, Commen. xxxvii.

Quæcunque satis calefaciunt, omnia capitis sanè gra-
uitatem seu dolorem causant: utpote sui natura calido su-
periora petente. Calida autem est sufficienter omnium aro-
matum natura, præcipueq; Cassia, Costi, Cinnamomi, &
Amomi.

EX DIOSCORIDE.
Lib. i. cap. xiiii.

Calefacit Amomum, adstringit & siccat. Somnificum est,
& fronti illitum, somno dolores leuat. Inflammationes et
hulcera, quas Græci meliceras dicunt, maturat. Idem con-
tra scorpionum ictus, addito ocymo, utiliter illinitur. po-
dagris confert, dolores lentens: lenit & oculorum inflam-
mationes: Interaneorum uero additis passis uiuis. Facit idē
ad ea quæ Græci muliebricia id est menses dicunt, appositum,
fouentur & utiliter eodem. Bibitur decoctum eius iocino-
rosi utiliter: bibitur & renum cum urinae aliquo dolori-
bus. Miscetur idem antidotis & præciosissimis unguentis.

EX HYNAIN FILIO ISAAC.
In Theriaces lib. ii.

Amomum est census eorum habetur quæ inebriant. Ebric-
tatem enim potissimum inducit, somnumq; conciliat.

DE IUNIPERO,
CAP. XXXVIII.

NOMENCLATURA.

HABNAGAR, seu Habalhatar baccae planta
autem, Arconas, seu Archencas, seu Harar. Ara-
bibus.

bibus. Α' πικρὸς ἢ Α' πικρὸς, Græcis. Juniperus, Latinis ac Officinis. Granum Juniperi, bacce, Barbaris. Ginepro Italis. Genevre, Gallis. Vucbolter, baum Germanis. Enebro, sicuti bacca, Neblinas, Hispanis.

GENERA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. i. cap. ciii.

Duplex Juniperus est, maior altera, minor altera.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Juniperus, calida et sicca, utrinque tertij ordinis. At fructus similiter quidem calidus est, sed non similiter sicus uerum in hoc primi fuerit ordinis.

EX DIOSCORIDE.

Lib. i. cap. ciii.

Aeris utraque est, calefacit, et extenuat. Vtraque etiam urinam cit. Incensæ suffitu ambe serpentes fugant, earum fructus alterius pontice nucis, alterius saba magnitudine conspicitur, rotundus, in commanducando odoratus, et leniter amarus, qui Arcubus id est, Juniperi bacca appellatur, mediciorum calefaciendi et adstringendi natura, qui stomacho etiam accommodatus sit potusq; ad uitia pectoris, tusim, inflationes, tormina, et uenenata faciat. Vrinã idem etiam trahit, quapropter conussis, ruptis, et muliebrium locorum strangulationibus confert.

DE THYMO,

ÇAP. XXXIX.

NOMENCLATVRA.

HASCE, Arabibus. Θύμος, Græcis. Thymus, Latinis, Barbaris, ac Officinis. Timo, Italis. Thym, et Mariolaine d'Angleterre, Gallis. Thymian, et Romischer seu Vuelscher quendel, et Balsankraut, Germanis. Tomillo salsero, Hispanis.

EFFIGIES, AC LOCVS.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iii. cap. cxiij.

Notus cunctis Thymus est, exiguus sarculoosq; frutex minutis angustisq; et multis folijs circumuolutus. In summo capitula floris purpurascens habet. Nasctur petrosif et sterilibus locis præcipue.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Thymum incit et calfacit uehementer: ob id et urinã,

et menses prouocat, foetum euellit, uiscera potum expurgat, educendis ex thorace et pulmone confert. Itaque in excalescendi exiccandog; in tertio ordine statuedum est.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iii. cap. cxliij.

Potest cum sale et aceto potus, per inferna pituitam ducere. Suspiriosis et in difficultate spiritus non nisi reeta ceruice spirantibus, opitulatur Thymi cum melle decoctum. Pellit idem alui lumbricos, menses, secundas, et foetus. Habet et ciende urine uim. Mixtus præterea melli Thymus in eccegmate, excreabilia facit pectoris uitia. Nouos idem corporis tumores ex aceto emplatri modo impositus disecit. Concretos sanguinis grumos disicet. Hucera sui nominis et uerrucas tollit. Contra coxendicis dolores cũ polenta ex uino utiliter imponitur. Hebetibus oculis in cibo sumptis opitulatur. Vtilis etiam pro condimento in sanitatis usu.

EX RVFO.

È genere Origanii haudquaquam censendus. Hebetibus autem oculis summè auxiliatur. Pituitam quoque per inferna ducit.

DE COLOCYNTHIDE

SEV SYLVESTRI CUCURBITA, CAP. XL.

NOMENCLATVRA.

CHANDEL, seu Handel, seu Hädal, Arabibus. Κολοκύνθη, Græcis. Colocynthis, seu Sylvestris Cucurbita, Latinis. Coloquintida, Barbaris, Officinis, ac Italis. Coloquinte, seu Courle sauvage, Gallis. Vuilder Kurbiz, uel Coloquint, Germanis.

EFFIGIES, AC TEMPVS.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iii. cap. cixcxliij.

Viticulas foliaq; incursis diuisa, similia satiuo cucumeri, per terram spargit Colocynthis. Fructum fert in orbẽ circumactum mediciorum pile quantitate, egregie amaritudinis: quem carpsisse oportet, in pallidiorẽ colorem mutari incipientem.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Colocynthis gustu amara est. Sed quæ illi amaritudinis dum potatur adsunt opera, ea euidenter efficere nequit ob purgatoriam facultatem quam ualidam in sese continet: ni mirum cum ijs quæ expurgat, ante et ipsa per aluum excerni preuertens. Viridis ipsius succus intritus ichiadibus prodeat.

EX DIOSCORIDE,
Lib. iiii. cap. cxxxiiii.

Habet interior Colocynthis factum, purgandi uim quatuor obolorum pondere cum mulla aqua, nitro, myrrhâq; & melle cocto in pilulas deoratur. Siccat idê fructus tritig; utilis misceatur his que clystere infundenda sunt, contra coxendicis, resoluta, & crassioris intestiniq; colon uocant dolores: pituitam, bilem, strigmenta; & aliquando, eruenta rahentes. Factus in utero enecat feminis appositi. Colluuntur utiliter etiâ in dolore dentes, si quis purgato omni interiore factu aliquo ex his fructu, mox luto circumlito, acetum nitrumq; in eo inferu fecerit, & ad colluendos dentes decoctum id dederit. Si quis etiam mullam aquam passumue in eadem decoxerit, sub dioc; per noctem refrigeratum bibendum alterutrum dederit, crassiora & strigmenta purgatione trahet. Stomacho inimica Colocynthis est. Sed etiam subiungitur ex ea balani, ad euocanda alui excrementa. Quinetiam uirentis succus contra coxendicis dolores utiliter conficitur.

EX HABIGE.

Colocynthis est Cucurbita Syluestris, que crassam potissimum ab articulis, capiteq; per inferna Pituitam trahit assumpta. At rabularios præterea, alioq; noxtos humores egregie purgat. Legenda autem Colocynthis probe maturata, cum nimirum ceperit in luteum pallidioris colore mutari, languente uiore, floribusq; iam excucatis, immatura enim & his notis destituta letalis. Pessima est etiam, quam produxit unicam tota una planta, morsum asiamenti proculdubio afferens, medulla siquidem eius interior assumpta torminosos flatus, ac mollissimos uomitus excitat, immodice purgat, assiduam egrediendi cupiditatemque tenet uisus, Grecis appellatur, animi dissectionem, exolutionemque, frequentiam ac difficultatem spiritus, syncopep, ac sudores frigidos inducit, mortemq; (ut iam diximus) sepiissime affert. Lecta uero cum ceperit in pallidiorum colorem mutari, exacteq; maturata frigore nimirum accedente, aquinotio autumnali, mense quidem septembris, initio Autumni, assumentibus auxiliatur, humoresq; noxtos pellit, nec opus est ut alijs medicamentis emendetur. Ceterum maxime operere cauendum ne aeris flatu tum frigidiori tum calidiori, exhibeatur. his enim temporibus, medicamentorum purgantium molestus atque difficilis est usus. ueluti etiam Hippocrates in Aphorismis hanc in modum perperchre testatum reliquit: Sub cane, & ante Canem, laboriosus difficilisue sunt medicamentorum purgationes. Per flatum quidem aeris calidiorum, intelligimus Aestatem, seu Iulium, Iulium, & Augustum, per frigidiorum uero, Hyemem, seu Nouembrem, Decembrem, & Ianuarium. Quibus sane annis temporibus, medicamenta purgantia haud exhibenda, potissimum uolenta, sed solummodo reliquis duobus, Vere nimirum & Autumno. Colocynthis igitur, in aeris flatu calidiori assumpta membra interna mirifice ledit, ac uentriculo noxam affert, & ora uenarum adeo uehementer aperit ut inde sanguinem educat, in frigidiori autem assumptes, non parum molestat, natura quidem prorsus relutante,

flatus enim molestissimos, ac torminosos excitat. Cum autem Colocynthis emendanda, alijsq; admiscenda est medicamentis, primum à feminibus exterioriq; cortice liberetur, ut sola tantum medulla supersit. mox cum Gummi Arabico Tragacantha, Amyllo; simul quidem omnibus uel seorsum ammixtis, contundatur. Pondus uero siue omnia simul siue seorsum singula iniiciantur, par sit Colocynthis ponderi, præsertim in medicamentis purgantibus, ueluti Catapotia. Hieris autem magnisq; medicamentis inienda minime cum alijs medicamentis nisi cum illis que medicamentum componunt, ammiscenda, nec uis eius admodum infrenanda. Pondus tamen cum alijs medicamentis emendata, est à semibolo ad unum. Ad hæc medulla si diutius permanserit à Colocynthide libera, ad purgandum redditur imbecillior, uisque illius non parum infrenatur, confusa autem ac diu seruata, imbecillius quoque purgat, uimque habet prorsus impotentiore. Colocynthis tamen, si integras asseruetur, nonnisi longo temporis intervallo, facultatem amittit. Colocynthis etiam haud carpenda, quam produxit unicam tota una planta, uis etenim plantæ, tota in unicam fructum coacta ad purgandum ualentior, quam obrem extota una planta, sola Colocynthis, ob nimiam eius acrimoniam ac uio lentiam, letalis, ex ea nanque duobus obolis assumptis, fluxus uentris adeo fit immoderatio, ut mortem afferat. Sciedum præterea omnes homines in aeris tractu calidiori degentes, bilem quidem nigram ut plurimum habere, naturam eorum superantem, quæ re eis non nisi medicamentis ualenter ac moleste purgantia, operantur, ut Colocynthis ac eius potissimum folia, Pitynsa, Chamælea, ac similia. Scamoniũ quidẽ nequaquã est illis accommodum. Cauendum pariter, ne Colocynthis cortices ac semina medicamentis iniiciantur, cortex enim durus est ac siccus, uentriculi & intestinorum uillis inherens, uehementer mordicã, ac per inferna, purgationes cohibens, ueluti et seminum cortices. Oleum uero ex Colocynthis semine, calidum est ac emolliens. Arabes uero Colocynthis semina primum in aqua dulci macezata tantisper donec omnem sibi ingentiam exue rint in fusuitatem amaro reme, tum cocta, tum cruda demũ mandunt, alimẽtumq; eorũ cor poribus exhibent, libera lius tamen assumpta, stomachum subuertunt. Insuper semina Colocynthis recentia, plantæ pedum in prima balnei parte, quæ τὸ ὄδο τῶν ποῶν, Grecis, Latinis autem tepidariũ dicebatur, ualenter attrita, alium ac uomitum maximo in uamento ac sine noxa mouent. Quod si clysteribus Colocynthis est iniicienda, utriusque integra, ab omniq; contusione immunis admiscetur his que clystere infundenda sunt, sic nanque maxime prodest colico dolori, humoresq; crassos ac crudos, nec non retroradum atram bilem, educit. FOLIA autem Colocynthis cum ad purgandum comode exhibere uolumus, legenda ex planta Colocynthide probe maturata, in luteum pallidioris ueluti colore mutari incipientem, frigore nimirum accedente, tempore quidem in quo Colocynthidem carpendam diximus, in umbraq; excicanda tãtis per, donec humiditatem omnem amiserint, sicq; adseruetur, cum autem opus fuerit ut propinquetur, cum Amyllo aut gummi Arabico, aut Tragacantha, omnibus simul siue seorsum (ut in Colocynthide diximus) admiscenda, hunc nãq;

in modum parata bilem atram mirifice purgant, siue medicamentis ad hunc usum accomodis permixta, ut Aloe, Anisum, Epithimum, sal Indus. Cum Hiera autem picra, assumpta, medicamentum est maxime egregium. Ego quidē omnium quae purgatoriam habent uim, ad atrabilios dolores praestantissima inueni Colocynthis folia. Maioribus prorsus indida, nec uim cognita. Ego tamē experientia innixus, in atra bile, alopecit, ophiasi lepraq; magno sanē iuamento ea exhibui, uomitum quandoque excitant. nihilominus Elephanticis summe auxiliatur: morbum etenim ac cruciatus egregie repellunt, nec longius serpere omnino permittunt, aspicante quidem primum morbo, ita ut nihil ab extremis deciderit, nam partes quae iam excidere nullo pacto ab hoc praesidio quamquam praestantissimo, denuo generari possunt. Colocynthis ad haec, locis praeruptis ac eminentioribus exorta, non humecta, ualentior, ac fortior, q̄ si uliginosis, ac humidis. Pōdus uero Colocynthis, his qui bono sunt habitu, est à semidrachma ad duos obolos. operatio cuius, maxime conuenit hominibus, qui naturam habent ad purgandum, robustiorem, ueluti in aeris traclu frigidiori degentes, quiq; aluntur lacte, Caseo, ac similibus, quorum natura non nisi per medicamentum uiolenta, excitatur. Clysteribus immissa, humores crudos, atramq; bilē per inferna trahit, colicōq; dolori magnifice auxiliatur. Cumq; admiscetur his quae clystere infundenda sunt, pondus est: à drachmis quatuor ad quinque, inde concoquitur, colo transfunditur, ac clysteribus iniicitur, solia insuper Colocynthis ut carpta statim ex planta, ad annum senectutem aut triennium adseruatur, earum facultas non parum fit imbecillior, quam ob rem medici pōdus quidē adaugeant, siquando exhibenda occurrunt.

EX RASB.

Quidā mibi enarrauit, Radicem Colocynthis, omnium quae Scorpionis icibus medetur, efficacissimum praesidium. Arabesq; eam habere pro familiari ac praesentaneo remedio. Arabs quoque mibi retulit filio, à Scorpione, quatuor corporis partibus, commorso, et Colocynthis Radice drachmam unam exhibuisse, continuoq; grauissimas delorū nexationes prorsus sedatas esse. Vim autem Colocynthis, ex Bādelto emendamus.

EX CHRISTIANO.

Cōtusa ac uulneri ex morsu illita, dolorem mitigat, radix potissimum Colocynthis masculae. Paemina etenim est lenis, candida, et ad haec imbecillior.

EX ABEN MESVAL.

Colocynthis priuatim cerebrum à prauis humiditatibus liberat crudosq; purgat humores: molestissimas tamē mordicationes, torminosos status, continuos egerdā conatus, uomitionesq; excitat. uim cuius infrenamus, cum Tragacantha, alij cum Gummi arabico. Tragacantha tamen est praestantior, purgatoriam polleat. Colocynthis quoque non admodum in leuissimum pingentem redigena, ne intestinis adhaereat, eaq; exulceret. Probatissima Colocynthis, matura, cortice in luteum colore non languescente, interius candidans, ac lenis. Fugienda etiam quam produxit unicum tota una planta, quippe quae letalis. Pondus autem Colocynthis est à semiobolo usque ad duos.

EX Abogerig, seu ad verbum.

EX PAVLO AEGINETA.

Lib. vii. cap. ii.

Colocynthis medullium, hoc est, interius factum bilem potissimum euacuat, et miserosa non à sanguine duntaxat ueratri et Scamoniae modo ducit, sed costas et neruosa purgat corpora, drach. unius pondere, in melicrati cyathis duobus quibus ruta elixata sit. Teratur autem medulla, et subigatur exquisitissime, quoniam asperitates ipsius interaneorum in fractibus inherescentes, ut est in a exulcerat, et neruales inducunt per consensum affectiones. Datur recte dolentibus caput, uni cerebri uidelicet tunnicula, aut pericranio membrana affecta fuerit, ueluti uertiginosis, heterocranice, cephalicae conflantibus sacro morbo, et sideratione infestatis, cynice cōuulsis, diuturnis oculorum destillationibus, non nisi recta ceruice sperantibus anelosis, longo tempore et usi uexatis, praeter ea arthriticis, renum item et uescicae egritudinibus.

DE GRANO SEMINE

V'E INDICO, CAP. XLI

NOMENCLATURA.

HABEL seu Nil, seu Abalini, Arabibus. Granum Nil seu Indicum, Barbaris. EFFIGIES,

EX ISAAC BEN ANRAM.

Planta est Volubili minori non absimilis, quae arbores nimirum per duos tresue cubitos subit, scanitq; et circum uoluendo sese circumplectitur, habet ramulos et folia herbae coloris sine uiridia, flores purpureos et singulis cauis foliorū sinibus erumpentes, ueluti poma rotundos, quibus deidentibus siliquaceis folliculis subrescunt, quorum singulū tria granula semināe contegunt. Staphis agrie similia, minorā tamen, glabraq; et tripartita, quorum tantū usus est.

ELECTIO, TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX ABEN MESVAL.

Pituitam potissimum purgat, ac deicit. Probē autem ad paratam si redactum in tenuissimum polinem fuerit, et oleo Amygdalino admixtum. Praecellit nonum graue, nec gustu adstringens, Pondus est à sesquibolo ad tres.

EX HABIGE.

Granum Nil est Carthamum Indum. Excalfaciendi siccaudiq; facultatem habet in tertia quidem classe. Priuatim autem alijs medicamentis admixtum, moram longe protrahit in intestino quod δωδεκαδακτυλον, ηδη έκφωτον, Graeci appellant, Latini uero duodenam ac exortium, proxime autem in alio subsequenti intestino, qui nempe Meserai cis adheret, in quibus mordicationes ac tormina diuturnae per se autem nō educit eadem die, nisi post uiginti quatuor horas ab eius nimirum assumptione. Ceterum Scammonio admixtum facile deicitur, uiscidamq; pituitam belle etiam purgat, et pariter bilem. Inuenibus insuper assumptum, quandoque os uentriculi faecesit, et tormina parit, si autē

liberalius assumatur, uomitiones prouocat, et inanes desidæ di seu egeredi cupiditates efficit. Pondus est, cum alijs medicamentis admixtum, semidrachma. Per se autem in potu non nisi Scamionio admixtum exhibere uidi, à quo presertim ad pituitam & bilem purgandam mirè auxiliatur: sic etenim per inferna bicolores humores unà deturbat.

DE SAMBUCO, ET
EBULO, CAP. XLII.
NOMENCLATURA.

IAFACI, Arabibus. *Ακτῆ*, Grecis. *Sabucus*, seu *Sambucus*, Latinis. *Barbaris*, ac *Officinis*. *Sambuco*, Italis. *Suseau*, seu *Suyer*, Gallis. *Holder*, Germanis. *Sauca*, seu *Sabugo*, Hispanis.

KAMEACTIS, Arabibus. *Χαμοακτῆ*, Grecis. *Ebulus*, Latinis. *Barbaris*, ac *Officinis*. *Ebulo*, Italis. *Hyble*, Gallis. *Attich*, seu *Hiderer holder*, Germanis. *Hiezgos*, aut *Sabugo pequienno*, Hispanis.

GENERA, ATQ. EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib. III. Cap. CXV. & CXCVI.

Duplex genus eius est, arbore sit alterum: uirgas hærædum forma habet, rotundas quadantenus, inanes, abscesses & longas. Folia tria quatuorue, aut quinque, aut sex, aut septem, per interualla ex uirgis exeuntia, inglandi nuci similia, graeulenta, & maioribus incisuris diuisa. Haeret & in summis uirgis circinatas nigros, flores candidos, fructum terebintho similem, in nigro purpurascentem racemosum, copiosius uinosusq. Feci. Est & alterum eius genus, *Chamaeactis* id à Grecis uocatur, quasi humilis & coacta ad terram breuitatis *Sambucus*. Humilis & coacta ad terram breuitatis *Sambucus Ebulum* est, minus antedicto, & herbae quam arbori similis. Caudem habet *Ebulum* quadrangulum, multis interfectum geniculis. Folia per interualla ex singulis geniculis exeuntia, pennata, amygdala similia, per ambitum secta, longiora tamen et graeulenta. Umbellam in summo fert *Sambuco* similem, floresq. itidem & fructum. Radix illi est longa, digiti crassitudine.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Aëte, tum magna illa & arboræ, tum herbæ, quam et *Chamaeacten* Greci uocant Latini hanc *Ebulum*, illam *Sambucum* utraque potentiam habet tum desiccandi, tum conglutinandi, modiceq. digerendi.

EX DIOSCORIDE.

Lib. III. cap. CXV. & CXVI.

Eadem *Sambuco* & *Ebulum* uis est: siccant, adstringunt, & aquas ex corpore pellunt: stomacho tamen nocent. Purgant pituitam & bilem elixa olerum modo utriusque foris. Quinetiam teneri adhaec caules in sicili elixi eadè præstant. Radix in uino decocta, subeuntibus cutem aquas auxiliatur. Prodest & contra uiperarum morsus: in quos usus decoctum eius id pariter bibitur. Decocta eadem in aqua faminarum locos insidentibus mollit & aperit, et que in eis sunt mala, emendat. Pot. idem et fructus in uino potus. inu-

guntur eo etiam ad nigram colorem capilli. Leniunt oculorum inflammationes folia tenera et recentia, cum polenta emplasri modo imposta. Profunt ambustis tridem et canum moribus eodem modo. Cauernosa glutinant hucera. Poda gris opitulatur cum taurino hircinoque adipe emplasri modo imposta.

DE HARMALA,
QUAM QUIDAM SYLVESTREM RUTAM VOCANT, CAP. XLIII.

NOMENCLATURA.

HARMELE, Arabibus. *Αρμαλα*, ἡ πηγανον, ὄχηρον, ἢ ἄλλω, ἢ ἀσάσσα, Grecis. *Harmala*, *Ruta*, *Sylæstris*, *Moly*, & *Besassa*, Latinis. *Piganus*, *Barbaris*, *Harmela*, *Officinis*. *Ruta saluatica*, Italis. *Rue Sauvage*, Gallis. *Vuuld Ruten*, Germanis.

EFFIGIES, TEMPVS, AC LOCVS.

EX DIOSCORIDE.

Lib. III. cap. III.

Vocant & aliqui agrestem *Rutam* quod in *Cappadocia* & *Asie Galatia* *Moly* appellatur. Estq. frutex plures ab una radice uirgas proferens, multo longioribus & tenerioribus folijs quam reliqua. Omnis *Ruta* graui odore: *Florem* candidum, & in summo capitula paulo maiora quam *fatiue Rute*, tribus maiori ex parte partibus constituta in quibus triquetrum semen est, subruffum, precipue in gustu amaritudinis, cuius tantum usus est. Maturescit autumno semen. Vocant quidam agrestem hanc *rutam Harmala*: *Syri Besassa*: *Cappadoces uero Moly*, quonia illi similis aliquatenus sit, radice nigra, & candido flore. Nasctur in tumulis & fecundis agris.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Moly, hoc quidam uocant *Peganon agrion*, hoc est *Rutam syluestrem*, nonnulli *Harmolan*, *Syri Besassa*, sicut *Cappadoces Moly*, quia radicem habet nigram, & florè lacteam. uis eius tenuis partium est, & calida tertio ordine: unde & crassos humores incidit, ac digerit, & urinam mouet.

EX DIOSCORIDE.

Lib. III. cap. III.

Semen contra hebetes oculos utile, in quem usum cum melle tritum, additis uino, gallinaceorum felle, croco, & fenicali succo, inungitur.

EX ALBASARI.

Harmala est calida, tenuium partium, crassos ac lentos humores incidit, eosq. per urinas pellit. Nos aut in agrotantium hospitium ad atrabile, ac pituita per in fernina purganda, cum modo utimur. Estq. omnium contra comitialium morbum qui Grecis *Επιληψια* dicitur, efficacissimum remedium.

EX AVGERIG.

Vomitiones excitat. nisi inftar ebrietatem parit. Quam ob rem is qui a more insanit, summe auxiliatur. E posthōs Grecis, Latinis, Aror qui ex amore fit, nuncupatur. Illos nimium Johno illaqueans, Empiricus quidam mibi quoque retulit, ex ea se in potu a semidrachma, ad drachmā unam assumere, ad somnum quidem probe allicendum.

EX HABIGE.

Harmala uim habet uomitum ciendi, non secus quoque ac uinum ebrietatem facit. Ad uomitum autem ciendum hinc in modum paratur: Semina quindecim sumantur ac dulci aqua pluries lauentur, excidentur, in mortario; terantur ac per densum cribrum exennantur, mox uncie quatuor, aque pure insandantur, in mortario; cum ligno aliquo probe agitentur, ac per colum transfundantur, postmodū colaturæ adficiantur mellis uncie quatuor, ac olei et sismæ uncie due, sicq; cum opus fuerit, propinentur. Vomitiones enim ualentissime excitant.

EX IGNOTO.

Harmala potissimum atrabile uexatis auxiliatur, sanguinemq; etiam purgat.

TEMPERAMENTVM, AC INVAMENTA.

EX GALENO.

Sup. Med. viii.

Peucedani radice quidem maxime, sed tamen etiam succo & liquore utimur. Sunt autem omnia hæc eiusdem specie facultatis: quare ualentior succus, admodum excalfaciens & digerens; quare affectibus omnibus circa neruus consistentibus conuenire creditur, cum morbis in pulmone thoraciq; ex crassitudine & uiscositate humorum prouentibus. Atque intro quidem in corpus sumptus, sed tamen etiā osfactu profect. Porro quod incidat & extenuet, sepe etiā dentium perforatorum dolores cauitati impositus protinus sedat, quia uidelicet tenuum est partium, & excalfaciens. Quæ tamen lienes induratos tuat nemp̄ incidendo, digerendo atque extenuando crassos humores; sed & ra dice adhec anti liceat, quæ & squamas celerissime ab osibus detrahit, quia uidelicet ualde desecat, minus tamen quam succus excalfaciens. Et ulceribus contumacibus remediū est optimum arida illita: ipsa enim expurgat, carnem indurat, & ad cicatricem perducit: excalfaciens quidem ordine secundo iam completo, desiccans uero tertio iam quodammodo incipiente.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iii. cap. xccii.

Liquor innigitur uuluer ex aceto & rosaceo ueteruosis, phreniticis, uertiginosis, comitialibus diuinis capitis doloribus, resolutis, coxendicis doloribus, conuulsis, in uniuersumq; omnibus neruorum affectionibus ex aceto & oleo uuluer innangitur. Strangulata uulue prociuentes, soporesq; osfacti excitat. Suffluis serpentes fugat. Auribus in earum dolore addito rosaceo uuluer instillatur. Causis dentium in dolore inditur. Facit ad tussim in oio sumptus. Spiritus angustis, torminibus & inflationibus succurrit. Aluum leniter mollit. Liene minuit. Difficiles partus egre gie adiuuat. Quinetiam contra uescica renuūq; dolores & distentiones uuluer bibit. Muliebres aperit locos. Vitis ad eadem omnia radice, uerum minore efficacia, in quem usum bibitur eius decoctum. Purgat secca & in farina trita radice eadem soraida hulcera, osiumq; squamas pellit. Veteza hulcera ad cicatricem perducit. Et crasis præterea malagmaticisq; misceatur, quæ calefaciendo sinit. Resoluitur ad potiones Peucedani liquor anaris amygdalis, aut ruta, aut pane calido, aut anetho.

DE PEUCEDANO,

CAP.

XLIIII.

NOMENCLATURA.

HARBATVM, Arabibus, *نورع* uox, Grecis, Peucedanus, Latinis, Peucedanum, & Foeniculum Porcinus, Barbaris, ac Officinis, Peucedano, Italis, Peucedane, seu Queue de porceau, Gallis, Hærsträng, seu unsechel, seu Schwaufelauartz, Germanis, Veruau, Hispanis,

EFFIGIES, LOCVS, NECNON LIQVORIS SVCCI VE EIVS COLLIGENDI MODO.

DVS, ATQ; ELECTIO.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iii. cap. xccii.

Tenuem ex se mittit Peucedanus caulem, gracilem, foeniculo similem, & circa radices densa copiosaq; coma foliosum. Florem luteo colore. Radicem nigram, graui odore crassam, liquore plenam. Nasctur opacis montibus. Colligitur ex Peucedano Liquor scilicet cultello tenerissim in ea radicibus; quiq; ex his fluit Liquor, in umbra quam primū reponitur; sole enim statim & languet. Facit cum colligitur capitis dolores uertiginisq; nisi præuentis antea naribus & inperfo capiti rosaceo, id agatur. Inutilis ex aceto igne humore radix est. Colligitur præterea ex caulibus Peucedani radiceq; mandragore modo liquor & succus: sed minus efficax liquore succus est, citiusque efflatis uiribus ignauus & inutilis fit. Inuenitur aliquando etiam caulibus radicibusq; Peucedani concreta & inherens thuris modo lachryma. Primam in Peucedani liquore bonitatis estimationem habet qui in Sardinia & Samothrace collectus fuerit, graui odore, colore ruffo, gustu feruens, & linguam exurens. Radix autem probatur recens, non cariiosa, solida, odore copioso.

DE CVMINO SATI.

CAP.

XLV.

NOMENCLATURA.

CAMVM, seu Kemam, Arabibus, *كمنون* uox, Grecis, Cuminum fatium, Latinis, Cuminum Romanum, Officinis, Cmino domesticū, Italis, Comin, Gallicis, Koemischer Kimmel, Pfeffer kimmel, Germanis, Comino, Hispanis.

ELECTIO, AC LOCVS.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iii. cap. lxxvii.

Ori gratum suauisq; Cuminum est, & in eo Aethiopiæ magis quod Hippocrates Regium appellauit. Secunde bonitatis laudem habet Aegyptiū, tum reliquū omne. Nasctur in Galatia Asia, Cilicia & Teretia pluribusq; alijs locis.

BB ij

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. vii.

Cymini semine maxime utitur, quemadmodum Anisi, ligustici, cari, petroselini. Est uero & facultatis excalfaciētis sicut illorum unumquodque, tum urinam mouentis & flatum extinguētis: ex tertio ordine excalfaciētium.

EX DIOSCORIDE.
Lib.iii. Cap. lxxviii.

Calefaciendi siccañdique uires habet. Contra tormina in flationesque, decoctum cum oleo chlystere utiliter infunditur. Cum hordeacea farina hydreleo macerata, pari uilitate foris etiam emplastri modo imponitur. Datur in spiritus disfulcitate, non nisi refta ceruice spirantibus, cum posca, & contra uenenatorum morsus, cum uino. Testium inflammationibus cum posca uel & saba lomento aut cera impositum, opitulatur. Sijhit seminarum fluxiones, & ex naribus proflua sanguinis, stritum & ex aceto inditum. Potum idem inaudumie corpori pallorem inducit.

EX ABBEN MBSVAL.

Cuminum satium, ex naribus proflua sanguinis cohibet cum oleo uetusto inditum.

DE SYLVESTRI CYMINO, CAP. XLVI.

NOMENCLATURA.

Κύμινον ἄγριον. Græcis. Cuminum Sylvestre, Latinis. Cimino saluatico, Italis. Corien sauage, Gallis. Comino rustico, Hispanis. Reliqua Nomina paulo post dicemus, ubi eius generatidicabimus.

GENERA, EFFIGIES, ELECTIO, LOCVS, AC IUVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.
Lib.iii. cap. lxxx.

Plurimum & efficacissimum nascitur sylvestre Cyminum (consolida Regalis, Officinis. Cornuette, Gallis. Kiter Sperlin, Germanis.) in Lycia Galatia Asia, & Hispania Chartagine. Exiguus frutex est, caule dodrantali, gracili, et in eo quaternis quintisque foliolis gingidij modo serratis Habet præterea in summo caule quina senaue capitula, rotunda, mollia, in quibus glumosum semen est. Maiore in gustu acrimonia quam satium sylvestre Cuminum est. Nascitur in collibus. Bibiturque contra tormina & inflationes semen cum aqua. Finit idem cum aceto potum singultus. Bibitur præterea cum uino contra omnia que icthi aut morsu uenenum reliquunt, & humentem stomachum. Commanducatum idem, moxque cum melle & passa uua illitum, sugillata delet. Testium inflammationibus quum isdem emplastri

modo impositum, medetur. Est & sterum syluestris Cymini genus (sigella syluestris, Officinis. Vuid Shuarizer Coriander. Germanis.) satium simile, quod ex singulis floribus corniculatas filiquas sublimes profert, in quibus nigelle simile semen est. Potum hoc contra serpentium morsus efficacissimum est. Quinetiam uesica stillicidio, calculis, & sanguinis concretis grumos cum urina reddentibus, succurrit, superbibendum tamen his est elixum apij semen.

DE RUSCO QUAM SYLVESTREM MYRTVM GRAECI VOCANT, CAP. XLVII.

NOMENCLATURA.

CVBEEB, cum Carpeso syluestrem Myrtum confundentes, Arabibus. Μυρσίν ἄγρια, Græcis. Sylvestris myrtus, & Ruscus, Latinis. Bruscus, Officinis. Rusco seu Brusco, & Pongi Topi, Italis. Houx, Gallicis. Bruech, Germanis. Ius barba, seu Brusco, seu Gaionā, Hispanis.

EFFIGIES, LOCVS, AC IUVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.
Lib.iii. cap. cxi.

Myrto simile folium habet minus tamen, lancee figura, in summo acuminata cuspide. Fructum fert in medio folio herentem, rotundum, quum maturuit rubentem, ossea intus duritie. Ramulos uilitum modo lentos, numerosos, ab ipsa radice statim infragiles, cubitali longitudine, folijs plenos. Radicem graminii similem sapore acerbio amare est teg: bibuntur in uino solis fructusque ad ciendas urinas, duccendos menses, & frangendos in uesica calculos: profunt eadem sellis suffusionibus, urinae stillicidio, & capitis doloribus. Nascitur asperis locis & præruptis rupibus. Potest idem & radices decoctum cum uino potum. Quinetiam noui eius caules pro asparagis olerum modo eduntur: amantudinem tamen habent, sed urinam ciunt.

DE CARPESIO, CAP. XLVIII.

NOMENCLATURA.

CVBEEB, seu Chubabe, seu Kebabe, Arabibus. Καρπῆγιον, Græcis. Carpesium, Latinis. Catebe Officinis, ac Italis.

TEMPERAMENTVM, IUVAMENTA, AC LOCVS.

EX GALENO.
Simp. Med. vii.

Carpesium simile est uocato plu, hoc est ualeriana, non gustu

gustū tantum sed & facultate. Sed plus habet tenuitatis: proinde magis eo citam viscerum obstructions extergit, & urinam movet, renusq; calculis degravatos expurgat. Non tamen eatens tenuum est partium, ut liceat loco Cinnamomi, si non ad manum sit, usurpare, sicuti faciebat **Quintus**. Præstantius est **Poncirū** Carpesium Luertio, non tamē vel ipsum Cinnamomi viribus vicinum est, immo nō paruo deterius optima casta. Nuncupatur utrunque à montibus quibusdam Panphiliæ, in quibus nascitur. Ingensq; eius proventus est in Syria.

DE CARO,

CAP. XLIX.

NOMENCLATURA.

CARVIA, Karavia, seu Karni, Arabibus, Κοκκός, Græcis. Caron seu Carcum, Latinis. Carvi, Barbaris, Officinis, & Gallis. Caro, Italis. Matkhumich, seu Vuysen Kumel, Germanis. Alcaronea, Hispanis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. vii.

Carvi semen calfacit & exiccat tertio quodammodo ordine, moderate acrem qualitatem possidens: itaque & flatibus extinguit, & urinas ciet, non semen tantum, sed & planta.

EX DIOSCORIDE.
Lib. iii. cap. lxxvi.

Exiguum notumq; omnibus semen est. Calfacit, urinā cit, stomacho accommodatum, & in cibo gratum est. Concoctiones adiuvat. Villiter antidotis & oxyporis miscetur. Aniso proportionē respondet. Radix elixa pastinace modo edendo est.

EX ABEN MESVAI.

Crasius quidē est sativo Cymino. Lumbricos, qui Græcis ἀσκαρίδες vocantur, pellit. Uentriculum roborat. Aluuntq; cohibet, idq; Cymino valentius.

BXRASE.

Oris uentriculi doloribus summē auxiliatur.

DE APIO SATIVO.

CAP. L.

NOMENCLATURA.

CHARFS, seu Carfi, seu Chereses, seu Chares, Arabibus. Χαρίδων Κηρύδιον, Græcis. Apium hortense satiuum Latine. Apium domesticum, Barbaris. Petroselinum, Officinis. Petrosello, Italis. Persil cultiue, seu de Iardin, Gallis. Peterpsilten seu Peterpsilgen, seu Peterlin, Germanis. Perexil seu Iulbert, Hispanis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. vii.

Selinum usque adeo calidum est, & urinas & menses ciet, flatus quoque discutit, & magis semen quam verba ipsa.

EX DIOSCORIDE.
Lib. iii. cap. lxxviii.

Omnibus quibus & coriandarum accommodatum hortense Apium est. Contra oculorum inflammationes cum pane aut polenta imponitur. Stomachi ardores mitigat. Marmarum concreto in grumos lacte daryitis discutit. Urinam cit crudum elixumē in cibo sumptum. Adversatur uenenis potum foliorum radicūq; eius decoctum, uomitiones ciet. Aluum idem compestat. Semen efficacius urinam cit. Succurrit & uenenatorum morsibus, & his qui argenti spumam hauserint. Solut in inflationes, mjecturq; præsentī utilitate his que somno dolorem leuant, & his que contra uenenta & tussim conficiuntur.

EX CONSTANTINO DE AGRICVLTURA.

Apium Venere in masculis, ac femellis excitat, quam obrem nutricibus pueros lastantibus haud exhibendum, uenere enim suscitatur læq; simul extecat. Oris etiam balitum mirifice commendat, unde qui ex ore ingratum ac fetidum odorem spirant, si quando opus est, ut Principes alloquantur, ac saluent, Apium primum assument.

EX ACHIMEBEN VNAIM.

Præstantissimi Asclepiadarum, Apium in secundo caloris, ac siccitatis ordine forant.

EX AVGERIT.

Referat, ac recenoris obstructa liberat, subleuitibusq; euentem aquis auxiliatur. Ceterum si per se, non autem ex decocto, assumitur, diutius uentriculo immoratur. Liberalior autem eius usus, uim habet, uomitionum eiciendū.

EX ABEN MESVAI.

Uentriculi inflationibus efficaci est adimento, aqua tamen nauseam excitat. Radix uero, ualentior est semine, semen autem præstantior folijs, morbo tamen comitiali laborantibus non parum aduersatur.

EX MESH A.

Radices in uniuersum, uentriculo mirē auxiliantur.

DE PALVSTRI APIO,

CAP. LI.

NOMENCLATURA.

ASALIS, Arabibus. Ἐλασάλιον, ἢ Ὑδρασίον, Græcis. Apium rusticum, & palastre, Latinis. Apū, Officinis. Apio, Italis. Eppich, seu Eppich, Germanis. Apio, Hispanis.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

LOCVS, EFFIGIES, AC IVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii. cap. lxxv.

Nascitur Palustre Apium aquosis locis, Satiuo procerius, eadem omnia potens quae Jatiuum.

DE MONTANO APIO,

CAP. LII.

NOMENCLATVRA.

ACRASELINVM, Arabibus. Οπισσέλιον, ἢ πετροσελίον ἄργιον, Graecis. Apium montanum, & Petroselinum agreste, Latinis.

EFFIGIES, AC LOCVS.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. cap. lxxvi.

Dodrantis ex gracili radice prodians singularis caulis est, circa quem ramuli & in summo similia papaveri capitula, multo tamen tenuiora, in quibus clauditur semen lō gum, acre, tenue, odoratum, Cymino simile. Nascitur saxosis & montanis locis.

IVVAMENTA.

EX GALENO

Simp. Med. viii.

Ortoselini similis Apio vis est, ualidior tamen.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii. cap. lxxv.

Cient urinam pota in uino radix & semen. Menses Apium hoc trahit, misceturq; remedijs quae calefaciedo sunt, & ad eandem urinam conferunt. Cauendum illud in hoc Apio est, ne fallamur, quod in petris nascitur, montanum Apium existimantes.

EX HVNAIM.

In Theriaces libello.

Priuatim Apij montani semen, alium purgat in colico dolore.

DE PETROSELINO, SAXATILI VE APIO, CAP. LIII.

NOMENCLATVRA.

Πετροσελίον, Graecis. Petroselinum, Saxatile uel Apium, Latinis.

LOCVS, ATQ. EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib. ii. cap. lxxvii.

Nascitur hoc in Macedonia praeruptis locis. Semen habet Ammi simile, odoratius tamen, acre, & aromati simile.

TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA,

EX GALENO.

Simp. Med. viij.

Petroselini semen maxime usui est, cum tota etiam herba una cum radice similem sed imbecilliolem facultatem sortitur. Est autem ut gustu acre cum amaritudine, sic & in operibus calidum, una cum incidendi effectu. Hinc menses, & urinas efflatum prouocat. Est & apysson, hoc est status discutiens. Ferri itaque & ipsam tertij ordinis tum exal facientium, tum desiccantium. Porro Cilices, id modo Petroselinon appellant, quod natum est in Amano. Sed id Smyrnum potius fuerit, quam Petroselinum. Non tamen ita multum a Petroselini uiribus abest.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. cap. lxxviii.

Trahit menses, & urinam cit. Stomachi & cressioris intestini quod colon dicunt inflationibus tormimbusq; medetur. Medetur et lateris, uesicae, renuq; doloribus in potione sumptum. Mijetur antidotis etiam quae ad eandem urinam conficiuntur.

DE GRANDI APIO,

QVOD GRAECI HIPPOSELINON, ROMANI OLVS ATRVM, DICVNT.

CAP. LIIII.

NOMENCLATVRA.

SALIS, Arabibus. Ἰπποσελίον, Graecis. Hipposelinon & Olus atrum siue Pullum, Latinis. Apium Orientale, Barbaris. Petroselinum Macedonicum, ad perperam uerius tamē, Luisticum, Officinis. Lewisico, Itatis, Ache seu Hache, large, Gallis. Grosz Eppich, seu groz Episch, Germanis.

EFFIGIES, AC LOCVS.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. cap. lxxviii.

Aliud ab eo quod smyrnū dicitur, ut mox ostēdetur, hortensi Apio maius candidiusq; est Oslatrum. Cōcauum habet caulem, excelsum, tenerum et ueluti lineis intersectum. Folia latiora cum puniceo colore aliquo, in quibus libano tidi similis coma est. flore plena corymborum modo antequam floreat concreta. Semen illi nigrum est, longum, foliūm, acre, aromatum modo odoratum. Radix illi itidem odorata, candida, ori & in cibis grata, nec adeo crassa. Nascitur umbrosis locis & prope palustria. Estur olerum modo ceu Apium. Estur & radix eius elixa & cruda. Quinetia folia colliculq; elixi in cibo eduntur, & per se & cum piscibus condiuntur: Cruda itidem duo haec inter salgama sale seruantur.

IVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Hipposelini similis Apio vis est, imbecillior tamen.

EX

EX DIOSCORIDE,
Lib.iiij.cap.lxxxviii.

Ducit menses semen eius in mullo potum. Bibitur idem in inguinibus contra febrium in accessionibus cum tremore algores. Vesica stillicidio opitulatur. Potestque radix eadem omnia.

DE SMYRNIO,

CAP. LV.
NOMENCLATURA.

SMYRNION, seu Samarion, Arabibus. *Σμύρνον*, Græcis. Smyrnum, Latinis. Leusticum, at perperam, Officinis. Macerone italis.

EFFIGIES, AC LOCVS.

EX DIOSCORIDE.
Lib.iiij.cap.lxxxix.

Smyrnion quod Cilices Petrofelinon idest in petris nascens Apium dicunt, plurimum nascitur in Amano monte. Caulem apij habet, atnatis in eo multus. Folia apio latiora, ad terram infracta, pinguis, firma, cum acrimonia aliqua medicatoque odore odorata, colore ad luteum inclinato. Habet & umbellam anetho similem Rotundum & brassicæ similem semen, nigrum, sapore aspero cum myrrhæ: ideoque pari & promiscuo alterutrius usui. Habet itidem radix in gulfu acrimonia, odorata est, mollis succosaque, fauces in cibo ledit. Cortice foris nigro, intus pallo albescente. Nascitur petrosis tumulis, & humentibus incultis locis.

TEMPERAMENTVM, AC INVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. viii.

Smyrniūm quidam Hippocelimum a grece cognominant. Ex eodem genere & ipsum cum apio est, & petrofelino. Fuertitque apio quidem validius, imbecillius petrofelino. Menses itaque & urinas mouet, calidum siccumque, tertio ordine. Cilices Petrofelinum nominant quod in Amano nascitur. Sed & ipsum Smyrniūm minus est petrofelino Smyrniūmque acre: proinde sanè ulceribus imponi potest, quia uide licet sine molestia desiccet. Sed & digerere que indurata sunt potest. Reliqua uis eius apio & petrofelino similis est. Quocirca & semine eius utitur ad menses, urinas, & asthma, siue anhelationes.

Alim. in Facul. ii. cap. lii.

Smyrniūm non est inusitatum, siquidem Romæ maxima copia uenditur, acriusque multo est, quam apium & calidius præterea aromaticè etiam habet quidpiam. Proinde urinas prouocat ualentius, quam apium, equapiūm, & sion, mensesque mulieribus mouet. Vere autem caulem producit, qui crudus uescus est non aliter quam folia, que hyeme sola placent inerat caulem nondum dabenti, ut neque tum apium habet. Postea uero accedente caule, tota planta incundior red dicitur, siue quis crudam ipsam, siue elixam mandat, siue cum oleo & garo, siue uinum uelit adijcere, siue acetum. Sunt qui cum aceto solo & garo mandant, quo modo & apium:

alij autem olei nonnihil ijs adijciunt. Cæterum equapiūm et sion cocta mandantur: utrunque enim ipsum crudam, est insuauis. Sunt qui apium et Smyrniūm folijs lactuæ mista, manducant: nam cum lactuca olus sit insipidum, succumque præterea habeat frigidum, non modo iuuatior, sed utilior et redditur, si acrimium olerum quoddam assumpserit: ob eam uero causam nonnulli eruce ac porri folia, alij ocimi ipsi admiscunt. Romæ autem uulgo iam omnes homines olus id nō Smyrniūm, sed olus atrum nominant: quod forte aliquis omnino ne inter alimenta quidem numerare dignabitur, quemadmodum neque sion, neque equapiūm: sed omnia huius scemodi statuet ciborum esse opsonia, quemadmodum & cæpas, & allia, & porra, & ampeloprasa, & (ut in summa dicam) omnia acra. Huius autem generis est ruta, hyssopus, organum, feniculus, coriandrum, de quibus in cōmētarie de opsonijs disputatur: qui medicis quidem & cocis quodammodo sunt communes: finis tamen utrorumque ac scopus, est peculiaris. Quandoquidem nos utilitate, que ex cibus prouenit, spectamus, non uoluptatem. Quibusdam tamen cibi in suauitas, magna ex parte causa est, quo minus ipsum conficiant. Ob eam igitur causam, satius fuerit cibos medicotriter condire. Cogorūm autem suauitas, condimentis ut plurimum uti consuevit adeo prauis ut ipsa coctioni plus nocent, quam commendent.

EX DIOSCORIDE.
Lib.iiij.cap.lxxxix.

Calesciant radix, folia & semen. Conditur inter saligama folia etiam, fistulæque, alui. Succurrit serpentium morsibus pota Smyrniūm radix. Lenit eadem tussim, angustijque urinae, & in difficultate spiritus non nisi recta ceruicæ spirantibus, medetur. Tumores non ueteres, quidem, sed recentes: Inflammationes duritiesque, omnes emplastrimodo imposita discutit. Vulnera ad cicatricem perducit. Elixæ eadem naturæ subdita, abortus facit. Renibus, lieni et uesicæ prodest Smyrniūm semen. Menses secundasque trahit: & contra cœcæ indidicis dolores utiliter bibitur. Stomachi inflations mitigat. Ructus & sudores cit. priuatiūque contra cutem subeantes aquas & circulares febres utiliter bibitur.

DE CAPPARI.

CAP. LVI.
NOMENCLATURA.

CAPPAR, seu Kappar, Arabibus. *Κάππαρις*, Græcis. Capparis, Latinis. Caparus, & barbaris, ac Officinis. Capparo, Italis. Cappres, Gallis. Kappren, Germanis. Alcaparra, Hispanis.

EFFIGIES, AC LOCVS.

EX DIOSCORIDE.
Lib.iiij.cap.ccciiij.

Spinosus frutex Capparis est, in gyrum per terram sita tus. Hamatas habet rubi modo spinas, folia rotunda, cotonei mali folijs similia, fructum oliuæ figura, qui dehiscens candidum proferi florem, eoque ad florentem superest, ueluti, oblonga glans, que dehiscens, grana punice modo intra se ostendit, exigua rubettiāque. Habet Capparis radices multas, lignosas & grandes. Nascitur asperis plerumque locis, & tenui solo: nascitur & in insulis domorumque, arcis.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Capparis radice cortex uincemten habet qualitatem amarum, proximam acrem, deinde acerbam. Ex quo liquet q̄ diuersis pugnantisibz, constet facultatibus: quippe abstergere, purgare, incidere potest amaritudine: excalfacere incidere, digerere acrimonia: porro, contrahere, densare, constringere acerbitate. Itaq; lienes induratos, siquid aliud hoc medicamentum iuuare ualet, tum foris idoneis illinentis remedijs admistum, tum intro in corpus assumptum, siue decoctum in aceto aut oxymelite, & id genus, siue aridū contusum, illisq; permistum: quippe cum aperte crassos, lentosq; humores hoc pacto sumptum euacuet, nec eos tantum per urinas, sed & per uentrem sepe etiam sanguinolentos defert, unde & lienes adiuui sunt, & coxarum dolores. Quintiam mentes promouent, & ex capite purgat detrahitq; quod ἀπὸ πλεγματικῆς uocant, auxiliaturq; ruptis atque conuulsis. Ceterum cuiam ipsum potioni in quoque effectuum miseri conueniat, non est presentis instituti persequi, sed aut eius ubi de componendis agitur medicamentis, aut ubi curandi traditur methodus. Porro radice cortex uincemten malignis cataplasmatibus modo impositis non ualere est remedium: qui illa extergere ualet, nec seigniter desiccare. Præterea dentium labores prædictarum qualitatum ratione adiuuat, interim cum aceto coctus, interim cum uino, sepe etiam solus dentibus manibus ac morfus. Sed non pertinet ad presentis negotium, quandoquodque horum tempus sit, definire: nec enim id nunc propositum est: sed ex quoque particularium eius operam, uirium eius quandam sumere indicationem, sermone ad principia ab initio proposita reducendo. Ex aduerso clarum est, incidendi quandam ei facultatem inesse, itemq; extergendi, digerendi, contrahendi. Vitilignes siquidem cum aceto detrahit, & chocradas & duros tumores digerit, idoneis ad ea medicamentis mistis. Radice cortice fructus proportionem uirium respondet, nisi qd ad omnia sit imbecillior. Ino & folia & caules eius similem uim obtinenteminiq; me folijs quandoque paucis diebus duritatem chocradas naturam referentem discessisse. Sed admiscemus scilicet illis quippiam quod eorum uirium obtundat uehementiam. Nec mirum est quod aurium uermes amaritate occidant sua. Porro capparis que in admodum calidis feruētibus regionibus prouenit, ut quam fert Arabia, multo est nostrate acrior, adeo ut plurimum etiam habeat facultatis adurentis.

Alimen. Facult. cap. xxxiii.

Capparis planta est fruticosa, plurima in Cypro proueniens. Facultas autem ipsi inest tenuissimi admodum partium quo sit, ut, quemadmodum & alia, que tenuium sunt partium, minimum alimenti in corpus eorum qui ipsa uescuntur, distribuatur. Utimur autem fructu huius plantæ magis ut medicamento: quam ut alimento: sale etiam conspersus ad nos importatur, propterea quod patrescitur, si solus reponatur. Perspicuum sanè est, quod capparis adhuc uiridis quidè, prius quam saliat, plus habeat alimenti: ex salin-

ra autè amittit quā plurimū, omnig; alimento, nisi sale uatur, prorsus quidem destituitur: alium tamē subducit. Quod si abluatur, & quoad facultatem omnem ex sale deposuerit maceretur, minimi quidem alimenti fiet edulium: erit tamē eum obsonium ac medicamentum, ad appetentiam que collapsa fuerit, excitandam, accommodatum, præ ætrea ad pituita que in uentre habetur, detergendam ac subducendam; purgandâsq; lienis & hepatis obstructions. Vti autem ad eas res, oportet ante alios omnes cibos ex oxymelite aut oxeleo. Huius etiam plantæ teneros surculos non aliter quam terebinthi mandunt, uirides adhuc, ut huius, in aceto simul & muria, aut aceto solo condentes.

EX DIOSCORIDE.

L. li. cap. ccciii.

Seruatur sale caulis eius & fructus in cibum. Aluum turbat Capparis: sticcius est, & stomaco noxius est. Elixus tamen in cibo, stomacho accommodatior quam crudus est. Minuit lienum semen eius, quadraginta diebus pondere drachmarum duarum cum uino potum. Excrementa alui, et urinum cruenta trahit. Succurrit tamen potum Capparis idem semen coxendicis doloribus, resolutisq; nec minus ruptis conuulsisq;. Menses idem trahit, & capitis pituitas per os purgat. Coquitur semen eius, colluunturq; decocto illo utiliter in dolore dentes. Siccatus radice cortex contra prædicta omnia itidem prædest, repurgatq; uetusta omnia sordida & in callum durata hucera. Cum bordeacea farina hydreleo subacta, lienosus elastri modo imponitur. Mordetur radix eadem succurritq; dentium dolori. Vitiliges albas trita ex aceto exterrit. Discutiunt concisa folia & radices, durities & strumas. Verminosas aures instillatus radice succo enectis uermibus sanat. Inflat uehementissime marmarica Libica Capparis. Facit uomitiones Appula. Quæ a Rubro mari & Libya affertur, omnium maximam acrimoniam habet, pustulas in ore excitat, gingiuasq; usque ad ossa erodit, eamq; ad causam in cibus omnium intilissima est.

EX ABEN MESVAI.

Capparis quidè fructus sale seruatus ad hec omnia facit. Stomacho tamen q̄ parum, aduersatur. Aceto autem conditus, uentriculum roborat, appetentiamq; excitat. Acetum siquidem, uim illius obtundit, stomacho aduersantem.

EX RASE.

Familiaris, quidam, ad me tulit recentium Capparorum Conditum, quo statim degustato, in asiduum egerendi cupiditatem incidit, que Grecis τειροπὸς nuncupatur. Succum quoque Capparorum solo, contra coxendicum dolores, clysteribus iniicere, magnificèq; auxiliatur.

DE MYRRHA,

CAP.

LVII.

NOMENCLATURA.

LER, seu Mur, seu Mor, Arabibus, مرمرية, Grecis, Myrrha, Latinis, Barbaris, ac Officinis, Myrra, Italis, Myrrhe, Gallis, Mirrhen, Germanis.

EFFIGIES

EFFIGIES, LOCVS, GENERA, ATQ. ELECTIO.

EX DIOSCORIDE.
Libi. cap. lxxviii.

Arboris in Arabia Aegyptia spina similitudine nascentis, lachryma Myrrha est, qua incisa, in substratas palmas tegetes liquor ille defluit, aliquando etiam in trunco arboris concrevit. Vocaturq. in Myrrha genere quaedam Pedasimos, id est, campestris pinguis, et quae expressa Stactis dicitur. Quaedam uero Gabirea, omnium pinguisima, pingui et feraci solo proueniens, quae copiosam Stactem etiam reddit. Primum bonitatis honorem habet Troglodytica, à regione in qua nascitur sic appellatur: haec modice, translucida est, et mordaci in gustu erosionem sentitur. Colligitur myrrha etiam colore candido, numeraturq. post Troglodytica in Myrrhae censu et honore, Bdelij modo cum tractatur et rescens, odore leniter uirido, apricis locis nascens. Est praeterea quae Calcaulis appellatur, eorum modo quae excoleurunt: haec scens colore nigro, et uelut ab igne torrida. Omnium pessima quae Eragasme dicitur, squalore suo fragilis, nullo pingui sapore acri, cum uiribus et aspectu referens. Improbatur etiam quae Minea appellatur. Exprimuntur omnes, quodq. ex pinguibus expressum fuerit odoratum pingueq. est: Quod uero ex squalentibus et aridis, nec pingue, nec odoratum. Minas odorata expressa Myrrha est, propterea quod cum exprimeretur et in pastillos conformaretur, nullum illi additum oleum est. A dulteratur admixtio gummi, quod Myrrha diluto antea maduerit. Eligito recentem Myrrham fragilem, non ponderosam, undiq. sibi ipsi concolorem, et quae contra candidas intus humas non uinguium figura per medium transeuntibus cum leuore diuisionem ostendat, quae minutis globis sit, et cum acrimonia amara et odorata: Quae contra ponderosa et picis colora fuerit, inutilis penitus.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. viii.

Myrrha secundis ordinis est tum exal facientium, tum desiccantium. Itaque capitum uulneribus illita glutinare ea potest. Inest et amaritas non pauca, per quam factum est lumbrosus, tum enecat, tum ejicit. Adest hinc et abstergenti potentia. Sic igitur ocularibus miscetur facultatibus utique quae ad ulcera et crassas cicatrices preparantur. Eadem de causa inditur et medicamentis, quae ad tussim ueterem et asthma, siue anhelationem exhibentur, non tamè arteriam exasperat sicut abstergentium nonnulla. Verum adeo moderatam obtinet absterfionem, ut nonnulli eam arteriacis quae uocant medicamentis commisceant, tanquam sufficienter exal faciens et desiccans medicamen: scilicet absterfionem proficiscentem ab amaritudine nihil teretes,

Antidotorum. l. cap. xl.

In optima Myrrha Opocalpsium reperitur, quae tamè à Myrrha differt. At Opocalpsium exitiale est, multosq. nos forte quaedam uidimus nostrae in etatis decursu mori, quae Myrrham cui Opocalpsium admixtum esse nesciebant, assumpsissent. De industria namque qui antidotos faciunt, tanquam optimam talem Myrrham imponebant, eo quod uiderat ipsam

in collyrijs optimam fuisse medicinam. Nempe sanicem absque mordicatione extenuat, et interdum incipientes oculorum suffusiones et adhuc tenues auferit. Atq. siue in emplastrum siue in ceratum, siue in extenuans aliquod medicamentum, foris imponendum talem Myrrham consicies, remedium uim augebis. At intra corpus assumpta exitium offert.

EX DIOSCORIDE.
Libi. cap. lxxviii.

Est Myrrha uis et natura calfacere, profundiore somno sopire, glutinare, siccare et adstringere. Molit praeculis muliebres locos Myrrha, et aperit. Menses fatuos, celesterrime extrahit, ex absinthij lupinorumque diluto aut ruscis succo apposita. Deglutitur eadem saba, magnitudine contra diuinam tussim, et in difficultate spiritus non nisi reseda ceruice spirantes, lateris perlorisq. dolores, solumatum alum, et intestinorum tormina. Solut Myrrha etiam februm cum tremore algores, duabus ante accessionem horis cum pipere et aqua saba magnitudine deuorata. Subiecta linguae, desillante paulatim in fauces succo, earum asperitates, et uocis rancidines emendat. Ventris lumbrosos necat. Contra oris et animi ingratum odorem utiliter commanucatur, et contra alarum fetores cum liquido alumine pari utilitate inungitur. Collauntur Myrrha additis uino et oleo confirmanturq. infirmi dentes et gingiuae. Glutinat eadem in persa capitis uulnera. Sanat praeterea contusas aures, et nuda carnis ossa operit, cum cochlearum carnis imposita. Purulentes uidem aures inflammataeque, cum castorio, opio, et glancio. Contra uaros inungitur ex melle, adita casta. Ex aceto impetiginos exerit, siue autem capillum ex ladano, uino, myrteoq. oleo inuncta confirmat. Diutinas narium desillationes lenit, inunctis penna naribus. Ex pleet oculorum halcera, delet albugines, et quae eorum claritati offiunt. Palpebrarum uidem asperitates exterit. Fit ex Myrrha thuris modum fulligotiam, ut mox docebitur, ad eadem omnia utilis.

EX AVBERIG.

Myrrha subuenitibus cutem aquis tum assumpta a tum ueteri emplastri modo imposita, medetur. Obolus autem ex ea naribus inditus cerebrum purgat, à crassisq. flatibus liberat.

EX DAMASCENO.
Gingiuas roborat, ac dentes firmat.
EX MBSARVIGIE.

Colicis cruciatibus mirè opitulatur, illita.

DE BOEOTIA MYRRHA, CAP. LVIII.
NOMENCLATURA.

IABTOTENLER, Arabibus. Zuvvex, Boeotum, Graecis. Boeotia Myrrha, Latinis.
LOCVS, EFFIGIES, ELECTIO, TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.
Libi. cap. lxxix.

Boeotia uero Myrrha incisa radix est, arboris in Boeotia nascentis. Eligito in bonitate uires Myrrhae similem et aequale calfacienti et haec uoris habet, molit, dissoluitq. Sufficiens eadem utiliter miscetur et uaporatur.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

EX GALENO.
Simp. Med. vii.

Smyrna boice uim habet excalfaciendi, fandendi, emolliendi.

DE PISSASPHALTO,

CAP. LIX.
NOMENCLATVRA.

MUMIE, seu Mumia seu Mumia, Arabibus. Πιττάσφαλτος, ἢ Πισσάσφαλτος, Grecis. Pissasphaltus seu Picibitumen, Latinis. Mumia, Barbaris, ac Officinis, & Italis. Carne Momia, Hispanis.

EFFIGIES, LOCVS, TEMP ERAMENTVM,
AC IVMAMENTA.

EX DIOSCORIDE.
Lib. I. Cap. c. lxxv.

Vocatur & in bituminis genere Pissasphaltus, quasi Picibitumen dicas composita ex picis & bitumine & rei appellatione. Nascitur ad Apolloniam que in Epiro est, flu minuzq; impetu ex Cerauijs montibus delatum in litora eructatur, glebarum modo concretum, odore picis bitumini misce. Potest Picibitamē omnia que possunt mista simul Pix, & Bitumen.

EX RASE.

Medicorum nonnullorum sententia, dolori capitis ē pituitosis humoribus, ac frigori. Hemicranicis, resolutis, Cy nica conuulsioni, morbo comitiali laborantibus, Vertiginosis, summe auxillatur grani pondere ex Pissasphalto, naribus cum stillatio samplichi maiorane, humore, inditiū nec non pari pondere aurium dolores iuuat, ex oleo Iasmi no instillatu m, faucium dolores pondere unius oboli ex sa turis decocto, lenit. Tusficentibus quoque si tribus diebus, πικυφάρμα, hordei, myxarumq; decocto, iciane assumitur, egregie medetur, oris uentriculi doloribus opitulatur, pō dere unius oboli ex humore mente stillatio. Intestinorum flatus dissipat, ad unius oboli pondus, ex cymini, Carei, Ammeosq; decocto, uentriculi aut lectioris contusionibus efficacis est adiumento, pondere unius oboli cum duobus Ar menia terræ aut obolo Croci seu Casti, ex stillatio sola ni liquore singulum etiam grani pondere abscondit, ex semi nis Apij, & Cymini decocto. Contra disturbum capitis dolorem, qui κεφαλαία Grecis dicitur, mire ualet, grani pondere, cum moschi, Caphure, Castorijque, singulorum pari pondere, ex oleo Balanino naribus inditum, in Angi nis ad pondus unius oboli ex oxymelite aut acetato simpli ci Serapio, utiliter assumitur. Adhæc Lienosis pōdere unius oboli ex carni decocto extialibusq; uenenis ad duo grana, ex tribulorum marinorum et Laser pitij folijs decocto, præ sent est auxilio. Scorpionis idibus effi cacisimè quamprimum pondere unius oboli ex uino meraciori, succarri, ac etiam bubulo Butyro uulneri illitum. Mihi quoque relatiū fuit, quandam adeo copiose sanguinem reie classe, ut nullo medicamento cohiberi ualeret, Pissasphaltum autem grano rum trium pondere ex uino exhibitum, continuo sanguinis profluuium abscisum fuisse.

EX AVBERGIC.

Præstit, ac contijsi tum interius tum exterius præsentis est adiumento. Thoraci ac pulmoni magnopere opitulatur.

Estque omnis excessus plane in medio, ceterum articularū ac fræcturatum dolores mire lenit, siue assumptum, siue illi tum, siue clystere iniectum. Vesicæ, colisque ulceribus auxi liatur.

EX ATABARI.

Calidum est, ac tenuium partium, contra lapsus ex al to, contusiones, ac flatulentos spiritus magnifice pouit.

EX MESARVGIÆ.

Tenuium est partium flatibus aduerfatur. Dolorem ca pitis, qui κεφαλαία Grecis nominatur, narium fora minibus ex Iasmino oleo inditum, adiuuat.

EX ALCANZI.

Pissasphaltum omnium ad eruentam spuitionem sangui nis uē reiectionem efficacissimum est præsidium nec non ad urina fluorem ex oleo Iasmino utilissime subijcitur.

DE BDELLIO,

CAP. LX.
NOMENCLATVRA.

MOLOCHIL, seu Moloal seu Mochol, seu Mochol alochud seu Mochel, Arabibus. Βδέλλιον, ἢ Μάδαλον, ἢ Βόλλιον, Grecis. Bdelium, Latinis. Bdelium Iudaicum, Barbaris, ac Officinis. Bdelio, Italis. Bedelio, Hispanis.

EFFIGIES, LOCVS, ELECTIO,
GENERA, ET ADVLTERIA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. Cap. lxxxvi.

Arabice Saracenicæ arboris lacryma Bdelium est. Probatur in eo quod gustu amarum, translucentum, rarinio glutini simile, in profundo pingue, & quum tractatur len itescens, sine ligno, sine foribus, quumq; incenditur simili tudine Onychis odoratum. Affertur & ex India Bdeliū, sordidum, nigrum, quod Adroboliū, id est crasfioris glebe di cunt, aspalathi odore. Affertur et ex Pety & Arabia, aridiū resinosum, liuescens, secunde in uiribus bonitatis. Adulteratum admisso gummi, uerum quod tale effi minore in gustu amaritudine, et incensum minore odoris bonitate sentitur.

TEMPERAMENTVM, AC IVMAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Bdelium, quod scyiticum nominatur, quod sanè et atrius est, & resinosum magis, emollientis admodum & efficacis uirtutis est. At alterum, nempe Arabicum, quod dilucidius est, magis, deficcatur quam emollientis. Igitur recens & humi dum est, & contusum facile mollescit, ad omnia ad que scy thicum idoneum At quod antiquius est, & admodum gustu amarum, et acre, et siccum, ab eorum que indurata mollitè mediocritate excidit. Vtuntur autem quidam illis, et potissi mum Arabico, & ad bronchoceles gutturis uē amices, & hydroceles, hernias uē aquositas salua matutina icinuaq; su bigentes, ut emplastri consistentiam accipiat. Porrò Arabi cum & calculos renum in potu sumptum frangere appa ret, tum urinas ciere, et crudorum flatuum discursus, præ terea laterum dolores et rupturas perferare.

EX

EX DIOSCORIDE.
Lib. I. cap. lxxxi.

Est Bellio vis et natura calefacere mollireq; tumores gutturosos soluit, duritiesq; et aquosos ramices, ieiuni hominis salua diluit. Idem mulieres locos appositum et suffitu aperit, fetus humoresq; omnes trahit. Potum calculus frangit, et urinam pellit: contra tussum uenenatorumq; morum utilisime datur. Prodest et contra rupta, couulsa, lateris dolores, et errantes inflationes. Misceatur preterea malagmatis contra neruorum durities et concrectiones: quem in usum tunditur, aduso uino aut calida aqua.

EX ABENMESVAL

Tumores quidem discutit interiores, in potu assumpti: exteriores uero illitum. Priuatim quoque uim medicamentorum moleste purgantium abundit, ne intestina ledant. Hemorrhoidibus etiam bellè opitulatur.

EX ISAACBENAMRAM.

Contra tumores nimirum interiores magnificè pollet, siue potatum, siue emplastri modo impositum. Medicamentis autem Pituitam laboriose purgantibus admixtum, acrimoniam eorum obtundit, ne intestina et alia membra ledant. Ad aspidium inanemq; egerendi cupiditatem que Teraxmuds Grecis appellatur, mire ualeat. Pondus est ab una drachma ad duas, seu ut alij uolunt, à semidrachma, ad unā asque.

EX MESARVGE.

Testiculorum et aliarum partium tumores probè discutit.

EX HYNAIM.
In Theriacali libello.

Concretum in grummos sanguinem absument.

DE STACHY HERBA,
CAP. LXI.

NOMENCLATURA.

MARVA HIANTVSA, Arabibus. Στάχυς, Grecis. Stachys, Latinis. Stachi, Italis. Saue tendere, seu sauage, aut de montagne, Gallis. Vuilde Salbey, seu Riechender adorn, Germanis.

EFFIGIES, AC LOCVS.

EX DIOSCORIDE.
Lib. III. cap. cxxix.

Marrubio aequalis frutex Stachys est, oblongior tantum numerosioribus uerum uariis folijs, hirsutis, auis, odoratis et candidis. Plures ab una radice ramulos mittit marrubio candidiores. Nasitur montanis et asperis locis.

TEMPERAMENTVM, AC IJVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. viii.

Stachys, frutex ille marrubio similis, gustu acri et amaro, tertij est ordinis excalescentium. Quamobrem rationabiliter non solum menses prouocat, sed et abortum affert, et secundas eicit.

EX DIOSCORIDE.
Lib. III. cap. cxxix.

Calefaciendi uires et acrimoniam habet: Ideoq; potum foliorum eius decoctum, menses et secundas pellit.

DE SAMPVSCHO,
CAP. LXII.

NOMENCLATURA.

MERZENIVS, seu Morsangius, Arabibus. Σάμψυλον ἢ ἀμαρράκιον, Grecis. Sampuchum, Amaracus, et Maiorana, Latinis. Maiorana, Barbaris, Officinis, ac Italis. Mariolaine, seu Marone Gallis. Meyeron, seu Maioran, seu Meyran Germanis. Maiorana, Hispanis.

ELECTIO, ATQ. EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.
Lib. III. cap. xlvii.

Probatissimum Cyzicenum et Cyprium Sampuchum est: secunde bonitatis prerogatiua habet Aegyptium, Amaracus et Cyzicenis et Siculis Sampuchum uocatur. Fruticosa herba Sampuchum est. Serpit per terram hirsutis et circinatis folijs, tenuis folie pepete similibus: odoratissima, calefaciendi uim habens, et coronamentis apta.

TEMPERAMENTVM, AC IJVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. viii.

Sampuchon tenuium partium, et digerentis est facultatis: desiccatur enim et excalescit ordine tertio.

EX DIOSCORIDE.
Lib. III. cap. xlvii.

Bibitur decoctum eius contra incipientes cutem subire aquas, urine angustias, et tormina. Delent siccata folia ex melle emplastri modo imposita fugillata: quinetiam apposita menses trahunt, et contra scorpionum ictus ex aceto et sale imponuntur. Imponuntur et luxatis cum cera coacta, et contra tumores. Illinuntur preterea cum polenta contra oculorum inflammationes, eorumq; tumores eodem modo. Misceantur preterea acopis malagmatisq; ad excalesciendum.

EX ABEN MESVAL

Succus quidem e Sampsucho sugillata tollit, illitus: qua ob rem a nonnullis post cucurbitulas que cum scarificatione admoventur, scarificationi ad cicatrices delendas, commode, admodum inungitur. Capitis etiam doloribus ex atrabiliaris presertim humoribus, narium foraminibus inditum auxiliatur, nec non cerebri flatas ac obstructa liberat. Quare morbo comitiali laborantibus, cynice consuulioni, hemieranicisq; presenti est remedio, a cerebro nanque prauas humiditates purgat, ac mirifice opitulatur. Oleum e Sampsucho paratur, ad omnia iam predicta conduens, inunctum.

EX SINDAXAR.

Siccata Sampsuchi folia, sugillata delent, ex melle illita. Succus ex uiridi Sampsucho expressus, cerebrum purgat, & affectus eius frigidus ac atrabiliaris adiuuat, narium inditus: imbibitus autem Gossipio aut lana, narium obstructa liberat insillatus. Oleum quoque ex Sampsucho uim habet non absimilem. Gossipio Bombacee exceptum ac auri iniectum. Lana autem imbibitum, muliebres locos aperit, subditum. Faciemus uulue strangulatu liberat, ac uterum excalcificat.

EX RASB.

Ob insidentem eius calorem, aromaticitatemq; & partium tenuitatem frigidus affectus adiuuat, cerebrum ac uisera omnia roborat.

DE AMMI,

CAP. LXIII.

NOMENCLATURA.

NANOCHACH, seu Anazue, seu Nanachua, seu Nanachue, Arabibus. أُمِّي , Græcis. Ammi, Latinis. Amos Barbaris, ac Officinis, Ammi, Italis. Amey Germanis.

EFFIGIES, ATQ. ELECTIO,

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii, cap. lxx.

Sunt qui Aethiopicum Cuminum uocant. Sunt preterea qui alterius naturæ Aethiopicum cuminum & alterius esse Ammi testentur. Exiguum semen Ammi est, omnibus notum, multo exilius quam cuminum, origani sapore. Prebatur quod purum nec sursufosum est.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Herba quam uocant Ami, semen maxime est utile: scilicet itis est excalcificatoria, & desiccatoria, tenuisq; partium. Sed & gustu subamarum est, & acre & elarum est q. & digerat, & urinam moueat. Fuerit autem in calcificando resificandog; ex ordine tertio intenso.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii, cap. lxx.

Calcfacit hoc etiam feruide nature est, & seccat Bibitur cum uino contra tormina, angustias urine, uenenatorum morsus. Menses idem trahit. Miscetur & his que a desquamando græci ecdoria cantharidibus facta appellant, ut urine difficultatibus, que ex illorum usu supercedunt, adærfetur. Sugillata emplastri modo impositum cum melle emendat. Mutat hoc etiam potum inunctum uie cutis colore, & pallorem facit. Suffitu præter hec muliebres locos purgat cum passa uua aut resina incensum.

EX ABEN MESVAL.

Urinæ potissimum trahit. Semen uero diuturnis febribus est maxime accommodum. Decoctum tamen eius Scorpionis icibus illitum, dolores lenit: alijs autē medicamentis admixtum, frigiditates uentriculi ac icteroris emendat, obstructa referat, nauſeā sedat, uentriculi humiditates exicat ad purulentam excretionem que Εμψύμα Græcis uocatur, conducit, renes ac uescicam purgat, calculosq; iam attritos expellit, illitū uero uutiligenes exierit, presertim cum alijs medicamentis ad id nimirum accommodis.

DE MENTA SATI,

VA, CAP. LXIII.

NOMENCLATURA.

NAHANAH, Arabibus. Η δὲ σμνος , ἢ Μῖν ἢ Μῖν , Græcis. Menta, Latinis. Barbaris, Officinis, ac Italis. Mente, Gallis. Muntz, seu Balsam Kraut, Germanis. Yerna buena seu ortolana, seu Yerna de huerto, Hispanis.

EFFIGIES,

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii, cap. xlii.

Nota omnibus herba est.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Hedyosmos: alij uero Minthen odoratam nuncupant. Est enim & alia quedam Minthe non odorata, quam calaminthen uocant. Vtraque gustu acris & facultate calida est, ex tertio ordine excalcificantium. Inferior tamen est Menta odorata quam calamintha & minus excalcificat. Vt enim in uniuersum dicam, hæc ceu syluestris quedam est, illa ceu domestica: quam ob rem sanè ob eam que ex cultu accedit humiditatem, mediocriter item ad uenerem excitat id quod omnibus accidit que humiditatem semicoctam & flatuosam continent. Quo talem ipsius herbe temperaturam in abscesibus ea quidam cum posenta mista utuntur. Id quod in calamintha facere nequeas, propterea q. uolentius cum excalcificat, tum desiccat, quam id genus poscant. Habet uero etiam quiddam amarum in se & acerbum: e amaro quide lumbricos

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. viii.

Sisymbrium tenuium partium, digerentis excalescentis & resificantis facultatis est, & temperature in tertio ordine. Sed & semen eius tenuium partium est, & calidum. Quocirca ipsum quidam cum uino exhibent singulientibus, & tormina patientibus.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii. cap. clv.

Vires calefaciendi habet. Facit Sisymbrii semen ad uescere stillicidia & calculos in uino potum. Singulus idem sedat & tormina. Folia temporibus & fronti contra dolores capitis emplastri modo imponuntur & contra apium uesperumque ictus. Vomitionis postremo potum Sisymbrii sistit.

DE RUTA,

CAP. LXIII.

NOMENCLATURA.

SADEB, seu Sedab, Arabibus. Ρήρονον, Græcis. Ruta, Latinis, Barbaris, Officinis, ac Italis. Rue, Gallis. Rauten, seu Vuenrauten, Germanis. Ruda, Hispanis.

GENERA, EFFIGIES, ATQUE ELECTIO,

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii. cap. lli.

Duum generum Ruta est, syluestris et montana altera, satina & hortensis altera. Maiore acrimonia syluestris et montana, quam satina & hortensis est: ideoque in cibus damnta. Quæ siccior arbori adnata Ruta in ea uires, aptior & melior edendo est.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Ruta agrestis ex quarto est ordine excalescentium & siccantium: domestica uero ex tertio. Est autem non solum gustu acris, sed & amaro. Ex quo sanè etiam digerere atque incidere crassos lentosque humores potest. Ob eam uim & urinas mouet. Quin & tenuium est partium statusque extinguit. Quare ad inflationes competit, ac ueneris appetitum cohibet, digeritque, atque exicat sanè strenuè: est enim coruè ex numero medicamentorum que ualentur deficcant. Porro quod superius moly & besisan nominari diximus, & ipsum utique fuerit Ruta syluestris.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. cap. lli.

Peruentis nature utraque: calefaciunt amba, exulcerant, urinam mensescque cient. Alum sunt in siue in cibo siue in potu dentur. Letalibus ueneris aduersatur & pro antidoto est satina Ruta, potu acetabili ponderè cum uino pium femine. Quinetiam per se presumpta eius folia, nec mi-

nus additis inglandibus nucibus & caricis, infesticia ueneris reddunt. Profunt & contra serpentes similiter sumpta. Genituram in cibo potuque extinguit Ruta: sinit eadem tormina cum siccat anetho elixa potaque. Facit ad peboris & lateris dolores, angustias spiritus, tussim, pulmonarios, coxendicis articulorumque dolores, & circularium febrium cum tremore agores, ut præmonstrauimus pota. Facit ad maioris intestini quod colon greci dicunt, muliebrium locorum, longanomisque inflationes, in oleo decocta, mox chistere infuso de cocto illo. Trita eadem & cum melle coacta, tum à naturalibus ad sedem toto eo spacio sexminis imposita, strangulatu uulue coincidentes excitat. Vètris lumbricos omnes pellit decocta in oleo Ruta, mox epoto de cocto illo. Contra articulorum dolores melle coacta, emplastri modo imponitur. Imponitur & cum sico contra resoluentes se in aque naturam toto corpore solidas partes, quod malum greci hydroper anastrea uocant. Vitis ad eadem præterea in uino ad dimidias decocta: in quem usum decocto illo ualidus abluuntur, aut il bibunt. Confert oculorum claritati Ruta in cibo, sale seruata pariter & crudas: grauesque oculorum dolores emplastri modo imposita cum polenta mitigat, Capitis doloribus cum rosaceo & aceto subuenit. Sanguinis ex naribus eruptiones trita illisque indita compesit. Testium inflammationibus additis lauri folijs, emplastri modo imposita medetur. Papularum eruptionibus, cum cera myrteo oleo subacta. Sanat utilitigines albas cum uino, pipere, nitroque confricata: Eadem cum iisdem emplastri modo imposita, hulerca que thymos uocant, & formicas tollit. Impetigines sanat ex melle addito alumine imposita. Facit ad aurium dolores succus in malicorio calefactus, tum auribus instillatus. Inunguntur eo additis feniculi succo & melle hebetes oculi. Sanat item sacros agnes, hulerca quas herpesas uocant, & capitis manantia hulerca, additis aceto, serussu & rosaceo, inunctis. Emen dat ruta grauen ceparum aliorumque habitum, & acrimonias, commanducata. Letalis contra est montana & syluestris ruta: copiosius in cibo haustus. Eadem si quum flore reinceperit ad salgama legatur, cum rubore manus exulcerat: corpusque cum prurigine & inflammatione uehementiore inflat, eam ob causam oportet præuentis oleo facie & manibus eam carpere. Ferant præterea in persum gallinacis syluestris rutæ succum, feles ab eis arcere. Quæ in Macedonia ad Olcynnium flauium nascitur syluestris ruta, mortem in cibo facere statim fertur. Veruntamen montanas locus est, & uiperis abundat. Bibitur semen eius ad interuaneorum uitia, et antidotis utiliter miscetur. Datur et contra urinae incontinentiam bibendum, frixum uocatur agrestis ruta & semen finieturque post septimum diem malum. Uocatur agrestis ruta & radix montanum moly. Similis satinae agrestis ruta est: bibiturque utiliter comitalibus et in dolore coxendicis. Menses eadem cit, et factus in utero necat. Asperior quam satina et efficacior syluestris ruta est. Vitis da ideo in cibus, nocet enim.

EX RVFO.

Ruta quidem, ad intestina sanè inferiora efficacissimum est præsidium. Oculisque mire opitulatur.

EX AVGBERIG.

Rutaceum Gumi calidum est excessu tertio iam exacto, sicum autem secundo. Oculorum ulcerationes inuat, insper sum. Strumas quoq; quas Græci Χοιρόδωξ uocant, siue colli, siue alarum tollit naribus inditum.

DE CASIA,

CAP. LXIX.

NOMENCLATVRA.

SELYCHA, seu SELCHE, seu Satibacha, Arabibus. κασσίω, κασσίω, recentioribus Græcis. Casia, Latinis. Casia lignea, Barbaris, ac Officinis. Casia, seu rectius, Cannella, Italis. Casse, Gallis.

GENERA, LOCVS, EFFIGIES, ATQ. ELECTIO.

EX DIOSCORIDE.

Libi. cap. xlii.

Casia plura genera sunt, in odorifera Arabia nascentia. Habet crassi corticis Casia omnis sarmentum, & Piperis folio est. Eligit amabili coloris bonitate rubescentem, corallo lapidi similem. Eligit item angustissimam, longam, crassamq; & fistulis plenis, que in gustu erodit, et cum seruore aliquo adstringat, que aromatam modo odorata sit, simulq; uini odorem referat. Ab incolis que talis est Lada, ab Alexandrianis uero mercatoribus Daphnitis appellatur. Antecedit bonitate hanc que nigra est, et que purpurea, Zyger dicta, rosarum odore, præcipui in medicina usus. Secunda bonitatis honorem et estimationem habet antedicta: Tertia est que Rubus Mosylicus appellatur. Ceteræ omnes non multificiendæ et uiles, ut que Aphysmon uocatur, nigra, ingrato odore, tenui ac disrupto cortice, quales etiam sunt que Citto et Dacar dicuntur. Est et que dam falso Casia appellata, miræ cum reliquis similitudinis, Aphaos dicta, que gustu depræhenditur, nec acri nec odora to, inherentemq; medulla corticis habet. Inuenitur et que dam latiore fistula, leuis, tenera et pinguior, bonitate antedictam superans. Reprobatur Casia albicans, scabra, odore porraceo, que crassiore fistula non sit, eademq; scabra et tenui.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALBENO.

Simp. Med. vii.

Casia exalfacit tertio quodammodo ordine, sed et tenuium a modum partium est, gustu plurimum habet acrimonia, leuiter quoque nonnihil adstringens. Quamobrem ob hæc omnia incidit simulq; digerit que in corpore sunt recrementa, et ad hæc robur etiam instrumentis addit. Idoneum uero etiam suppressis mensibus, cum uidelicet à copia simul & crassitudine excrementorum, quod sufficiat euacuari nequit.

Comp. Pharm. per loca. viii. cap. vii.

Consequenter autem post cinnamomum, casia eandem

uim habet, optima uidelicet & cognata ipsi cinnamomo: & post hanc omne aromatum genus uelut hic nardus, & iuncus odoratus, calamusq; & myrrha.

EX DIOSCORIDE.

Libi. cap. xlii.

Calefacit Casia, siccata, urinam cit, adstringit eadem leniter. Oculorum medicina ad claritatem usus accommodata est. Lentiginis tollit ex melle inuncta, menses trahit, & uirarum moribus pota succurrit. Bibitur & contra interiores inflammationes omnes & renes utiliter. Fouentur præterea decocto Casie insidentes suffiturq; incensa utiliter, ad laxandos muliebres locos, fœmine. Duplaq; eius quantitas medicamenti mixta in cinnamomi defectu idem præstat: habetq; ammino casia frequentes & multiplices usus.

EX MESHÄ.

Casia uentriculum, ac hepar roborat, estq; tenuium partium.

EX MEHERES.

Fœtum egregie pellit.

DE SAGAPENO,

CAP. CLXX.

NOMENCLATVRA.

SACHABENIGI, seu Sechiniegi, Arabibus. Σαγαπέννον, Græcis. Sagapenum, Latinis. Serapinum, Barbaris, ac Officinis. Serapino, Italis, ac Hispanis.

LOCVS, EFFIGIES, ATQ. ELECTIO.

EX DIOSCORIDE.

Libi. cap. xxv.

Nascentis in Media ferulaceæ herbæ liquor Sagapenum est. Antecedit in eo bonitate quod lucem transmittit, quod foris rufum, intus candidum: medio inter laserpitium & galbanum odore, & acri gustu est.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Sagapenum liquor est calidus, & tenuium partium, sicut & alij liquores. Sed & absterisionem quandam possidet qua oculorum cicatrices expurgat atque extenuat. Quin & suffusionibus & hebetudinibus oculorum, que ob humorum proueniunt crassitiam, non malum est medicamentum. At ipsa planta est qua prouenit ferule asinifolia, imbecilla et inutilis est. Sane ipsa primum Sagapenum appellatur. At liquor eius abusiue hoc nomen obtinet, cum alia quoque multa ex nominis defectu per abusum nuncupamus, Perfectionius nanque foret ipsum cognominare non Sagapenum, sed Sagapeni succum.

EX DIOSCORIDE.

Libelli. cap. xxxv.

Facit ad pectoris & lateris dolores, rupta, conuulsa, diuina tussim. Purgat quæ in pulmonibus crassa heret. Datur comitialibus, in scapulis rigitibus, lienosis, resolutisq; & circularium febrium perfrictionibus, in potione. Vnguentis præter hæc utiliter miscetur. Menses idem trahit: & cum dulci aqua potum factus enecat. Contra anginum morbus præsentis remedio cum uino bibitur. Datur ex aceto olfactandum strangulatu uulnæ præcidentibus. Oculi cusionum cicatrices exteri: si dem hebetibus medetur. Suffusionibus & his que claritatis eorum efficiunt, subuenies. Resoluitur laserpitij modo, ruta, aqua, amaris amygdalis, aut melle, aut calido pane Sagapenum.

EX ARMASIO.

Sagapenum letalibus uenenis maxime aduersatur, ad idq; Galbano ualentius.

EX ACHIM.

Ex Galeni sententia, Sagapenum letalibus uenenis mirifice aduersatur: cum aceto quoq; dissolutum, paruos infestat hordei oblongos circa pilos palpebrarum abscessus, nephros, & Πόδες Græci appellant, mirè inuadit, illi.

EX ABYGERIG.

Colico dolori medetur siue in potu assumptum, siue clystere infusum. Pituitam crassam ad articulis purgat. Aluum modice emollit. Hemorrhoidibus succurrit, per se assumptum, aut alijs præsidijs admixtum. Medicamentis quoq; molestè purgantibus maximo opere est accommodatum. Crassosq; flatulentos spiritus discutit.

EX ALFEVSI.

Sagapenum calculos atterit, Febrium rigores excutit, prolificumq; semen adauget. Iecinoriq; auxilio est.

EX ATABARI, ET MESARVIGIE.

Ad emittendam hydropticorum fluxum aquam mire pollet, calculosq; comminuit, & Scorpionis icibus aduersatur.

EX ABEN MESAL.

Priuatim Sagapenum scorpionis icibus, colicis cruciatibus, intestinarum ac laterum flatibus opulatur. Crassam quoq; pituitam purgat. Pondus per se est ab una drachma usq; ad sesquidrachmam. diluti autem cum aliquo de cocco, ruta, nimirum, aut mellis aut fecno græci, quopacta macerandum est, priusquam alijs medicamentis admisceatur, pondus est a semidrachma, ad drachmam unam. Probatissimum est Sagapenum, colore ex albo subrubente, translucente, suauolens, ac riq; guttu.

EX HABIGE.

Sagapenum colico dolori medetur, siue in potu assumptum, siue clystere injectum. Crassam pituitam ab articulis purgat, naturâ aluuiæ modicè mollit. Hemorrhoidarum do-

lores lenit, siue per se assumptum siue alijs præsidijs admixtum. Medicamentis quoq; laboriosè purgantibus, est mirè accommodatum, uim siquidem medicamentariam que hominis naturæ contraria est, mitiget abundatq;. Crassos etiâ flatulentos spiritus in corpore abortos, belle discutit.

DE SCAMMONIA,

CAP. LXXI.

NOMENCLATURA.

SCAMMONEA, seu Scammonia, Arabibus. Σκαμμωνία, priuatim uero eius liquor succusque Σκαμμωνία, seu reclusus Σκαμμωνία, recentioribus Græcis. Scammonia, sicuti liquor, Scammonium, Latinis. Scammonia liquor succusque, qui & priuatim dum est probè correctus (ut aiunt) & præparatus, Diagridium, officinis, Scammonia, Italis.

EFFIGIES, SVCCI EX-

trahendi, ac Præparandi modus, eiusq; Electio, Locus, Adulteria, Temperamentum, Pondus, ac Inuamenta.

EX DIOSCORIDE.

Libelli. cap. cxxxvii.

Numerosos ab una radice ramos mittit Scammonia trium & aliquando quatuor cubitorum longitudine, pingues, quadantenus pilosos. Folia itidem pilosa helicina aut hederæ similia molliora tamen & triangula. Flores canadios in orbem circumactos, calathorum modo concauos & graucolentes. Radix illi est longior, crassitudine cubitali, colore candido, grauissimi odoris, liquore plena. Colligitur liquor defecto radicis capite, tum in profundum tholi modo excavata radice, ut liquor in cauum confluat: qui de inde conchulis excipitur. Quidam effossa eodem modo terra subfratisq; in glâlis nucis folijs, liquorem excipiunt, siccatumq; auferunt. Probatum qui pellucidus, non ponderosus, fungosus, taurino glutini colore similis, qui tenues habeat discuruentes uenas, spongiosusq; erit, qualem ex Mysia Asia afferunt. Neq; est in probatione id solum animaduertendum, ut lingue admotus albescat: sequitur enim hoc etiâ in adulterino, admixto illi lactaria herba lacte: Sed obseruanda potius præmôstrate notæ sunt, & ne multo feruore lingua incendat, quod admixta illi lactaria habet. Reprobantur qui in Syria & Iudæa nascuntur Scammonie liquores uirosi, densi, lactaria herba & erui sariina adulterati. Est Scammonia liquoris uis & natura, cum multa aqua simplicie aqua sumpto drachme aut oboloris quatuor pòdere per inferna bile & pituitam purgare. Ad soluendâ uero aluum satis sunt cum sesamo feminie alio sumpti oboli duo. Dantur & ad efficaciorè purgationè Scammonij liquoris tres, uerpatri uero nigri oboli duo, & aloes

et aloes drachma. Confcitur & fal qui purgando fit, addi-
t in cyathos falis sex Scamionij liquoris uiginti drachmis.
Sumitur habita uirium fumentis ratione, maxima menfura
cochlearibus tribus, media duobus, minima uno. Purgat ra-
dices etiam drachma una duz eum his quæ præmonstra-
ta funt. Quidam & decoctum eius bibunt. Eadem in aceto
decocta concifaq; cum hordeacea farina, coxendicis dolori-
bus emplaftri modo imponitur. Factus enecat liquor in la-
na foeminarum locis appofitus. Quinetiam panos difcutit
cum melle aut oleo inunctus. Decoctus hic etiam in aceto,
mox inunctus, lepras pellic: & contra capitis diutinos do-
lores cum rofaceo & aceto infpergitur.

EX PAVLO AEGINETA.

L. lib. vii. cap. vi.

Scammonium calciat, difcutit, et biliofos humores abfter-
git, fed potiffimum eius liquor, qui et panos digerit, concep-
tus appofitus interficit, lepras abolet. Dicitur no capitis do-
lori cum oxyrrhodino magna cum utilitate infpergitur. Ra-
dix ifpa per fe pota, tum eius etiam decoctum repurgat.
Cum admixtione uerò aceti polentæq; hordeaceæ decoctis,
coxendicium doloribus cataplafmatis fuperinducitur.

EX HABIGE.

Scammonium calidum eft ac ficcum, calore nimirum uin-
cente. Præftantiffimum eft, album cum cæruleo colore ali-
quo friabile, pulueratq; inftar cochlearum, facile, ueluti
Antiochenum, a quibus notis quanto magis recedit Scam-
monium, tanto eft deterius, ut Iudaicum, Iubnigrum, rotun-
dum, denfum durumque, colore ab Antiocheno planè diuer-
fum, torminosos flatus laftitudinem, teneffimum, animique
defectum, excitans affumpti: qua re tutius erit, illius ufum
omnino cauere. Vm autem laudatiffimum nimirum Scam-
monij hunc in modum emendamus. Malum Cydonium ma-
gnum fuperne in gyrum incidit, feminibus eiectis ac dimif-
fa medulla Scammonium infundit, & cum defecta par-
ticula malum probè operito, ac maza circumlinito,
deinde in clybano furnouæ modice calido finito tantif-
per, donec maza exalce concoquat. mox Scammonium
extrahit, atque in ufum exiccato. Pondus autem iam infre-
nati exiccæque Scammonij eft ab uno obolo ad duos.
Scammonij quidem acrimonia triginta aut quadraginta
annos feruatur, modo non fit cydonio incoctum, tunc enim
uetufta te uim medicamentariam citius amittit, qua re non
antea infrenandum quam utendi neceffitas moneat. Scam-
monium uero ultra iam præfcriptam quantitatem affum-
ptum, femidrachmam nimirum, continuo aluum cohibet,
mox autem animi exolutionem defecitumque, laftitudinem, fri-
gidos sudores, fyncope, fluorem, quoque alui adeo copio-
fum ut mortem afferat quandq; excitat. Scammonij enim
pondus conuenientiffimum eft, à sex granis hordeaceis ad
uiginti. Scammonium quidem flauum potiffimum bilem, mu-
cofa, prauasq; è corpore fuperfluitates purgat. Multi ta-
men qui funt calidæ temperaturæ, Scammonio affumpto in-
acutas incidunt febres, quo circa calidis hominibus non
nifi neceffitate urgente, affumendum, ac ut iam diximus ap-
paratum.

Ex Naturalium quæftionum Libello.

Scammonium non admodum uetuftum urinas ac aluū pro-

licit, uetuftum autem urinas cit, aluum tamen cohibet. Scam-
monium in fupere modicam caliditate, ueratrū uero
copiofam, quæ ob rem ficut uomit maxime purgat, Thap-
fia autem ac Elaterium ueratro calidiora.

X ABEN MEBEHAH.

Scammonium flauam maxime bilem purgat, ac fanguinis
fuperflua, uentriculo tamen eft infestiffimum. Vis cuius in-
frenatur, fucco Cydoniorum admixto.

EX AYSE.

Scammonium calidum eft ac ficcum ordine tertio.

EX ABEN MEBEVAI.

Scammonium bilem flauam priuatim euacuat, uentricu-
lo tamen ac lecinori aduerfatur, appetentiam deicit, animi
defectum, exolutionem uemè efficit, ac naufeam mouet. Vm cu-
ius medicamentariam mitigamus ac obtundimus, ficut Anif-
fo, Dauco, apij femine, ac piperis radice, additis, ficut oleum
amygdalarum dulcium paulatim & fape affundendo, ficut
in Pomo, malio Cydonio coquendo, ut innocentes efficiat-
tur. Scammonium etiam haud curiofe admodum terendum, ne
uentriculo adhaereat, ac noxam inferat. Cauendum quoque
ne per fe in potu ofumatur. Affumendum autem accurate
admodum & non nifi diligenti adhibita cura. Pondus eft,
ab integra filiqua ufque ad tres.

DESCILLA,

CAP. LXXII.

NOMENCLATURA.

HASPEL, feu Hausel, feu Afchil, uel Alafchil,
Arabibus, زكيا لآع, Græcis, Scilla, Latini, Squil-
la, Barbaris, Officinis, ac Italis, Stipouille, feu Charpentari
re, feu Oignonmarin, Gallis. Meufz zuubel, feu Meerzu-
ubel Germanis. Cebolla albarrana, Hifpanis.

TEMPERAMENTVM, IUVAMENTA, PRAEPA-
RANDI ASSANDIVÆ, NECNON SER-
VANDI SEV SICCANDI MODVS.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Scilla admodum incidentem fculatatem obtinet, non ta-
men admodum calidam. Sed fecundum hoc eam quifpiam fe-
cundi ordinis cenfet exalfacientium. Præftat autem aut
affam, aut elixam fummere: fic enim uirium eius uehementia
exoluitur.

EX DISCORIDE,

L. lib. ii. cap. cxi.

Acri feruidq; temperamento Scilla eft. Plurimos habet
cremata ufus, ideoq; crufta ex panificio & opere piftorio
aut luto inuoluitur, inuolutaq; in furnum conicitur, aut
carbonibus obruitur, donec circumlita crufta illa abunde
cofta fit. Quod fi amota crufta illa nondum cofta penitus,
Scilla tenerior facta flaccet, noua ex panificio & piftor-
io opere crufta aut luto circumlita iterum cremabitur:
quæ enim fic cremata non fuerit, graui periculo

praesertimq; interaneis dabitur. Torretur haec ipsa etiam in operculato sicili in furnum coniecta. Sumitur ex ea abiectis extimis cunctis partibus quod maxime intimum est. Coquitur eadem concisa etiam, effusa priore aqua, no- uaq; superinfusa usque dum neque amaritudo, neque acrimonia in aqua sentiat. Siccatur in umbra etiam in taleo- las secta Scilla, tum funiculo traiecta sic, ne taleole inuicem se tangant, per intervalla suspenditur. Vtiturq; sic secta et seruata Scilla ad oleum, uinum, acetumq;, quae ad Scilla Scil- litica nominantur. Contra rimas pedum, erudae Scille inti- me partes oleo in seruetur, aut cum resina subacta, im- ponuntur. Illinuntur uiperarum morsus decocta in aceto Sil- la. Cremata eiusdem pars una, tostis salis partibus octo sub- igitur, daturq; ieiunus cochlearis unius duorum ponde- re ad mollendam aluum. Additur Scilla potionibus medica- mentisq; quae rarificando sint. Daturq; his in quibus uri- nam ciere uoluerimus. Facit ad cutem subentis aquas, et- borum in stomacho incontinentiam, et stomacho innatantes cibos. Prodest suffusus felle, torminibus, diuinis tusibus, spi- riosis, egre reijicientibus, quos Graeci anaphoricos di- cunt, trium obolorum pondere cum melle in eclegmate. Co- quitur eadem cum melle etiam, sumiturq; in cibo ad eadem, concoctionem praecipue adiunans. Glutinosas per aluum ducit. Elixia itidem isdem pariter sumpta prodest: cauenda tamen nec danda his, quibus exulceratum interaneum ali- quod erit. Inunguntur cremata utiliter perionis et uer- tucae. Quinetiam tritum semen eius, et cum melle caricis- ue coctum, mox in cibo sumptum, aluum mollit. Anuletum praeter haec contra ueneficia est, tota pro foribus domus sa- spensa Scilla.

DE ACETO SCILLITICO

CO, CAP. LXXIII.
NOMENCLATURA.

ΣΚΙΛΛΙΤΙΚΟ ὄξος, Graecis. Scillinum seu Scilliticum Ace- tum, Latinis. Acetum Squilliticum, Barbaris ac Officinis. Aceto Squillitico, Italis.

FABRICA, TEMPERAMENTVM,
ACI VVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.
Lib. v. cap. xxxiii.

Confectur Scillite Acetum hoc modo: Scillam quae canis- do colore sit purgato, conciditq; in taleolas tum funiculo traiectam, modicisq; intervallis suspensam sic, ne inuicem taleole ille se tangant, quadraginta diebus in umbra sicca- to. Sumito deinde quam aruerint taleolarum illarum pon- do unum, et in generosi aceti sextarios, xij. demitto, ali- quod generis, operculato uas factio septem diebus in sole ma- deant. Eductam post id tempus ex Aceto Scillam manibus an- tea expressam abijcito: defecatum uero Acetum diffundito et seruato. Sunt qui ad aceti huius concoctionem Scillae po- do unum Aceti sextarijs quinque miscent: Alij purgata tan- tum Scillam, nec antea siccata, in Acetum pari utriusque pondere demittunt, nec nisi semestrem extrahunt. Estq; hoc omnium aliorum maiore incidendi ui. Colluuntur Scillite Ace- to utiliter putrescentes humore gingiuae: eas e nim reprimi- t et firmat. Quinetiam mobiles eo confirmantur dentes. Compescit quae in ore exeduntur, graecolentiaq; ei us effi-

ciacis emendat. Solilescit potu eius guttur: callum faucis- bus obducit, ualido remque uocem et clarior reddit. Datur idem utiliter cibum in stomacho non continentibus, eru- ditatibus, comitialibus, uertiginosis, melancholicis, concre- scentibus in uescia calculis, muliebrium locorum praefoca- tionibus, tumentibus lienibus et coxendicis doloribus. Vti- lissimum a longa ualitudine se recolligentibus Scillite Ace- tum est: Vegetum corpus reddit, et coloris bonitatem illi acquirit. Confert praeter haec oculorum claritatem. Potest auribus in earum grauitate instillari. In uniuersum ad om- nia uim et efficaciam habet. Cauenda tamen intra corpus exulcerationibus, capitis doloribus, et neruorum infir- mitati. Datur bibendum quotidie ieiunis a principio modi- cum: quotidianis deinde paulatim incrementis, usque ad cya- thum. Quidam tamen duos pluresue cyathos etiam dederunt.

DE VINO SCILLITE,

CAP. LXXIII.
NOMENCLATURA.

ΣΚΙΛΛΙΤΙΚΟΝ εἶνος, Graecis. Scillinum seu Scillite uinum, Latinis. Syrupus Squilliticus, Barbaris, ac Officinis. Vini Squillitico, Italis.

FABRICA, TEMPERAMENTVM,
ACI VVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.
Lib. v. cap. xxxv.

Fit Scillite uinum hoc modo: Sectam ut praemonstrauimus Scillam in sole siccato: tum diuo deinde: mox tuse an- gustiq; et ibro cribrata pondo unum in raro linteco collo- ligato, demittitoque in boni rectisq; musti sextarios, xx. sinitoq; tertium in eo maderi mens: post quod tempus in uas aliud diffusum uinum diligeret operculatum reponito. Licet et uiridi Scilla uti raporum modo concisa duplicato pondere: uerum oportet quadraginta diebus in solare hoc genus et inueterare. Quinetiam consiendi uini huius alia ratio est: Sumito purgate sectaq; in taleolas Scille po- do tria, demittito in boni musti Italicum cadum operculatu- sinito sex mensibus: tum defecatum, et in aliud uas diffusum reponito. Vtile contra erudates id uinum est: cibi in stomache corruptionibus, eiusq; per uomitum reiectiones. Vti- lis etiam quibus in alio uat in stomacho creta haerent. Lie- nosis item, malo habite corporis quem cachexiam uocat dis- tabescentibus, catem subcutibus aquis, suffusus felle, ur- nae angustis, torminibus, inflationibus, resolutis, diuinis in febrium accessionibus cum tremore algoribus, uertigi- nosis conuulsisq;, Menses trahit, neruos non ledit, uetusta- te bonitatem acquirit. Cauenda tamen usus eius in febre et intra corpus hulceribus.

DE SILYBO HERBA,

CAP. LXXXV.
NOMENCLATURA.

Η ΑCΥΒ ΑLCARDEG, Arabibus. ΣΙΛΥ- ΒΟΥ, η ΣΙΛΥΒΟΥ, Graecis. Silybum, seu Silybium, Latinis. Silibo, Italis.

EFFIGIES, ACI VVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. III. cap. XLII.

Latioſa ſpina eſt. Chamæleon albo ſimilia habet fo-
lia. Eſtur æ nuper nata cum ſale & oleo elixa. Facit uo-
mitiones potus drachmæ pondere cum muſſa aquæ radicis
liquor.

EX PAVLO AEGINETA.

Lib. VII. cap. III.

Silybium plantula ſpiſioſa eſt, ſiliis chamæleonem candi-
dam reſſerens, eſculenta interim. Radicis liquor drachmæ
unius pondere cum muſſa ſumptus, uomitiones prolicet.

DE MAIORE CHELI

DONIO, SEV MAIORE HIRVN-
DINARIA HERBA, CAP. LXXVII.

NOMENCLATVRA.

KAVROCH, ſeu Cauchum, ſeu Chaliſidonium, ſeu
Chaleſiſi, ſeu Chiloſomothoma, ſeu Memiram, Ara-
biſibus. καλιδόνιον ἄγρον, Græcis. Chelidonium ma-
ius, ſeu maior Hirundinaria, Latinis. Curcuma, Barbaris.
Chelidonium, Officinis, & Herba maſtra, Italis. Chelido-
ne, ſeu Eſclere, Gallis. Schelaurtz, Schellkraut, Germanis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. cap. cccxi.

Creditor Hirundinaria herba hæc nomen ſibi inueniſſe,
quod Hirundinum aduentu ex terra prodiit: diſcedentibus
uero iſdem marceſcit. Tradiderunt præterea aliqui, ſi quis
ex Hirundinis pullis in nido lucem amiſerit, matrem hæc
herbam oculis admouentem, excitati eius mederi. Cubitalè
proſert caulem, & aliquando maiorem Hirundinaria ma-
tor gracilem, adnatis multis ſiliioſis. Folia habet ranuncu-
lo herbe ſimilia, teneriora tantum, & cum cæruleo colo-
re aliquo, iuxtaq; ſingula folia florem uiolæ ſimilem. Suc-
cus illi diluti aqua croci colore eſt, acer, odoratus, cum ama-
ritudine aliqua & odoris granitate. Radix in ſuperiore
parte illi una eſt, in inferiore plures. Fructus cornuti pa-
paueris modo gracilis, longus, pineæ nucis figura, in quo
exigua ſemina ſunt, papaueris ſeminibus matora.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Chelidonium extergentis admodum & calidæ faculta-
tis eſt, ſed & ſuccus eius ad accendendum uſum commodus eſt,
utiq; in quibus craſſum quiddam in pupilla colligitur dige-
ſtione atq; diſcuſione indigens. Vſi ſunt radice eius quidã
ad auriginem ab obſtructione icteris proſiſcentem, in ui-
no eam albo potui exhibentes cum aniſo. Similiter manſa
conferit dentium doloribus. Maius autem chelidonium ter-
tij eſt ordinis abſoluti iam, idq; tum in caſſacendo, tum in
ſiccando.

EX DIOSCORIDE.

Lib. II. cap. cccxi.

Prodeſt oculorum claritã maioris Hirundinariæ her-
bæ ſuccus, in eneo uſe in carbõibus addito melle decoctus.

Exprimitur autem ſuccus ex folijs, radicibus & caule, inci-
pi ente æſtate: ſiccatusq; in umbra, cõformatur in paſſillos.
Medetur ſuſſiſſis felle radix cum aniſo & uino albo pota.
Sanat itidem hulcer a qua à ſerpendo herpetas uocant, ex
uino emplaſtri modo impoſita. Quinetiam commanduca-
ta dentium dolores finiit.

DE MINORE CHELI

DONIO, HIRVNDINA-
RIA VÈ. CAP. LXXVII.

NOMENCLATVRA.

MEMITEN, ſeu Chiloſomon, Arabibus. χε-
λιδόνιον μίνον, Græcis. Chelidonium minus, ſeu
minor Hirundinaria, Latinis. Scrofularia minor, Officinis.
Scrofularia, & Faucſcello Italis. Caullons des preſtes, ſeu
Eſclere petite, Gallis. Feiguwartzen, ſeu Bläterkraut: Pfaf-
fenboedlin, Klein Schelaurtz, ſeu Schwallbennuritz, & Me-
ienkraut, Germanis.

EFFIGIES, AC LOCVS.

EX DIOSCORIDE.

Lib. II. cap. cccxi.

Chelidonium minus, ſunt qui τριώνυον ἀγρον agreſtæue
triticũ uocauerint. Exigua herba eſt ſine caule, folijs ex ra-
dice pediculis pãdãtib; hederæ figuræ, rotãdiõrib; tũ, mi-
noribus, teneris et modice piguibus. Radices habet ex eodẽ
prodeuntes paruas, multas, triticũ modo coaceruat. Earũ
tres quatuor tantum in longitudinem progrediuntur. Nã
ſeitur prope aquas & lacus.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Porro Chelidonium minus cum acris ſit maiore celeri-
ter illitum cutem exulcerat, unguẽsq; ſcabros exterit. Suc-
cus eius per nares purgat, ut pote admodũ acer. Itaq; hæc
herba quarti ordinis fuerit caſeſcantiõnum incipientis.

EX DIOSCORIDE.

Lib. II. Cap. cccxi.

Acres habet uires, agreſtũ papaueri (quod Anemonem uo-
cant) ſimiles, cutem exulcerantes. Scabiem & ſcabros un-
gues pellit. Ex radicibus expreſſus ſuccus ad purgationẽ
capitis addito melle naribus utiliter inſillatur. Quinetiã
radicibus eius decoctum, mox cum melle gargariſſatum, ca-
put cunãtãq; pectoris uitia purgat.

DE RAPHANO, SEV

RADICVLA. CAP. LXXVIII.

NOMENCLATVRA.

FVGEL, ſeu Fegiel, Arabibus. Ραφανος, ή Ρα-
φελος, Græcis. Raphanus, Radix, Radicula, Latinis.
Raſſanus, Barbaris, ac Officinis. Radice, Rauano, &
Rauanello, Italis. Refort, Gallis. Rettic, Germanis, Rauano,
ſeu Rauæ, aut Rauanillo, Hiſpanis.

GENERA TEMPERAMENTVM,
AC IUVAMENTA.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

EX GALENO.
Simp. Med. viii.

Raphanis excaesfacit quidem excessu tertio, desiccatur uero secundo: agrestis autem in utroque efficacior est. Quin et semen ipsum planta efficacius est. Facultas eius est digerendi. Itaque ad sugillata, & alia id genus liuida ob talem facultatem accommodata existunt.

Alimen. Facul. ii. cap. lxxx.

Urbani quidam homines solum ipsam crudam ut plurimum, ante alios sanè cibos cum garo alui desiccandæ gratia mandunt: quidam autem acetum quidpiam admiscunt. Rustici uero cum pane sepe numero uescuntur, ut alijs obsonijs, quæ sua sponte proneniunt: in quibus origanum uiride, & cardamum, thymus, sataria, pulegium, serpyllum, mentha, calamintus, pyrethrum, & eruca. Omnia enim hæc uiridia, obsonia sunt esculenta, mandunturque cum alimentis, suntque ex genere plantarum herbariarum. Radiculae autem caulem etiam ac folia mandunt, sed coactius potius, quam uoluntarij. Radix tamen ex his est, quibus assidue uescimur, estque obsonium magis quam alimentum: nimirum quæ & ipsa cum manifesta caliditate attenuandi habet facultatem. Nam qualitas acris in ipsa superat. Vere autem caulem quandam, qui in altum assurgit, gignere consuevit, quem admodum & alia omnia, quæ caulem sunt productura: quem caulem elixantes mandunt cum oleo & garo & aceto ut rapæ caulem, ac sinapi, & lactucæ: nutritique magis caluit esse, quam cruda radícula, ut qui in aqua acrimoniam omnem deponat, paucissimum tamen & ipse habet alimentum. Quidam autem non caulem modo, sed & radículas ipsas elixantes mandunt non aliter ac rapas. Mirarique subit eos medicos, atque idiotas, qui post cocinam, coctionis inuandæ gratia, crudas ipsas esunt: ipsi quidem hanc rem experientia satis sibi exploratam esse affirmant, qui tamen ipsos sunt imitati, omnes lesi fuerunt.

Simp. Med. vi. de Oleo.

Est enim cicinum tum tenuius, tum ad discutendum potentius, quam simillimum oleo ex oliua uersus. Quamobrem siquidem in medicamentis compositione cicinum oleum adscripsum fuerit, si ipsum non adsit, communi utendum oleo, maxime si fuerit sabinum. Raphanium autem cetera huic simile est, sed calidius tamen, ad hoc etiam calidius sinapium.

EX DIOSCORIDE.
Lib. ii. cap. cxxxvii. & cxxxviii.

Raphano etiam colligendi status uis & natura est. Caliditate eadem in cibo grata ori: sed stomacho parum accommodata est. Rusticus et urinam citi Raphanus. Bonam itidem facit aluum: sed oportet à cibo eam sumere, sic magis digestionem conferentem. Presumpta. n. cibum in stomacho supra se suspendit. Presumpta itidem uomitionibus accommodata est, sensus excauit. Estur elixa utiliter contra ueterem tussim, & quæ crassa in pectore concreuerunt. Cortex Raphani ex aceto mulso sumptus, maiore efficacia ad uomitiones est. Cutem subeuntibus aquis, lienosisque, utiliter Raphanus em

plastri modo imponitur. Delet sugillata ex melle: sicut que pascendo serpunt: uiperarum morsibus succurrit. Capilli defluuia quas alopecias dicunt, explet. Lentiginis cum loli farina exterit. Fungorum strangulationibus in cibo potius subuenit: & præter omnia hæc menfes etiam trahit. Vomitorium etiam semen Raphani est: urinam citi, & cum aceto potum lienem minuere gangrenas idem emplastri modo impositum efficacissime circumscribit. Calidum in aceto mulso coctum contra anginas utiliter gargarissatur: & contra cerastæ morsus cum uino utiliter bibitur. Agrestis uero Raphanus quam Romani Armoracia (Ramoracci uulgo, Raifort sauage, Galli, Merretich, & Kren, Germani), uocant, folia satiuæ similia habet, multoque magis lapsanæ. Radicem habet gracilem, mollem, sapore acris. Coquantur olerum modo folia & radix in cibos, estque illi calefaciendi & urinam citandi uis, ueruntamen ipsa estiuosa est.

EX RYFO.

Raphanus Pituitæ potissimum conducit. uomitiones citi: capiti, oculis, dentibus palatoque, inimicus. Cibos corrumpit. Omnibus tamen muliebris morbis medetur: in superioribusque uentriculi partem flatulentos excitat spiritus.

EX HYNAIM.

Ob innatam siquidem malitiam, eius substantia quam citissimè corrumpitur.

EX ASIABO,
in libello de Agricultura.

Renum ac uesicæ doloribus, & tussi medetur, ad uenerem incitat, lacrimaque copiam exhibet. Siquis uniuersum corpus Raphano probe illinat ac confricit, contra omne uenenum idem morsuue reliquum reddetur tutissimum. Semen quoque Raphani aduersus uenena, instar Theriacis, uisile. Raphanus etiam contusus scorpium occidit impositus.

EX RASB.

Familiares quidam retulit se experientia certò comperisse Raphani decoctum Scorpiorem torpidum cæstigio, ac tumidum adeo reddidisse, ut continuum disrumperetur impositum. Quartanis medetur febribus, contra quoque FEBRIUM in accessione cum tremore algores, maxime utilis. Semen autem, alui doloribus auxilio est, ex melle assumptum. Si uero quis præsumpto Raphano à Scorpiore percutiatur nullum dolorem ex icthi sentiet. Raphanus quoque impositus his qui tormentorum plagas sustinuerunt, uibices omnes quam celerrimè sanat. Capilli defluuia quas Alopecias dicunt, emendat. Siquis etiam in defluuio capillorum Raphano frequenter utatur, firmos, ac densos eos reddet. Semen insuper Iecinoris dolores lenit, ebibitum, quamquam pedicularum morbum, Græcis *σπερματὸς* nuncupatur, acerrimat excitet. Succus etiam Raphani subeuntibus cutem aquis medetur, in potu assumptus.

EX ATABARI.

Raphanus durities discutit. Semen uero Impetigini, Græcis

Græcis λεῖνον dicitur, auxilium est. Succus autem foliorum felle suffusus purgat, calculos atterit, subeuntesq; cutem aquas educit.

EX ALCANZI.

Raphanus ad uenem proleptandam, nec non ad seminis incrementum magnifice ualeat.

EX ABBN MESVAI.

Raphanus cum aceto mulso assumptus, nauseam mouet, Liberalius aut ingestus uomitiones prolicat, in uentriculo cibos corrumpit, ueluti ructus non obscure demonstrant. Folia uero felle suffusa, Iecinoris tum doloribus tum obstructionibus quoque medentur.

DE PANACE ASCLE-

P I O, CAP. LXXIX.

NOMENCLATVRA.

PANAX ASCHILIBET, Arabibus. πολύκενος Ἀσκληπιέων, Græcis. Panaces Asclepium, Latinis. Panax Asclepij, Barbaris.

EFFIGIES,

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. cap. vii.

Caulum ex terra profert gracilem cubitalemq; Asclepium Panaces: circa quem folia feniculo similia sunt, maiora tantum hirsutioraq; & odorata: habet & in summo unam bellam in qua flores aurei sunt cum acrimonia odorati. Ra- dix breuis illi est & candida.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Panaces Asclepeum minus est calidum supra dicto panace: quam obrem floribus eius & semine melli mistis, ad ulcera, phymata, & phagedenas utuntur.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. cap. lvi.

Contra hucera, panos, & phagedenas concisi flores & semen ex melle imponuntur. Contra serpentes cum uino bibuntur & ex melle inunguntur. Vocant agrestem organum quidam etiam Panaces, alij uero Cunilam: de qua inter Origanos dictum à nobis est.

DE PANACE CHIRO-

RONIO, CAP. LXXX.

NOMENCLATVRA.

FANAX CAROMON, Arabibus. χερσάνιον, Græcis. Panaces Chironium, Latinis. Ciromon, Barbaris.

LOCVS, ACEFFIGIES:

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. cap. lvii.

Nascitur in Pelio monte Chironium panaces præcipue folio amaraci est. Aureos habet flores. Radicem gracilem nec profundam, & in gustu acrem.

IUVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Panaces Chironium & ipsum similem prædicto facultatem possidet.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. cap. lvii.

Bibitur contra serpentium uenena radix, & frondes in eundem usum eadem utilitate emplastri modo imponuntur.

DE VITICE,

CAP. LXXXI.

NOMENCLATVRA.

FAMANCHEST, seu Samanchest, seu Bengiechest, Arabibus. Ἄγνος, καὶ Ἀγνος, Græcis. Agnos, Vitex, & Salix amerina, Latinis. Arbor Abrahæ, seu men autem, Piperella, & Piper Eanucorum, Barbaris. Agnus castus, Officinis. Agno casto, ital. Abrahams baum, K. euschbaum, Schaffs mule, Germanis.

LOCVS, EFFIGIES, AC GENERA,

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii. cap. cxxxvi.

Arborefcens frutex vitex est. Nascitur asperis & incultis locis prope profluentes torrentes aquas & flumina. Ramulos habet longos, uilium modo lentore suo infra Giles: Folia oleæ, teneriora tantum: Florem alterum eius genus candido cum purpureo, alterum purpureo tantum colore. profert: Semen uero sapore piperi simili. Est illi ad stringendi calcasciendiq; natura,

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Agnos, aut Lygos, hoc est Vitex, planta illa fructifera, calidus quidem est & siccus tertio ordine, uerum multum tenuis substantie tum gustu acris simul & adstringens: ipsas tamen Vitices ad medicinam habet inutiles: ceterum folia semenq; calida siccaq; facultate sunt, substantia uero tenui. Nam & utentibus ita apparet, & gustantibus acris si mul & subadstringens percipitur tum folium, tum flos, tum semen. Edendo tamen etiam semen est: uerum siam percipio calfacit, ut capiti hoc nomine dolorem pariat. At si

Frigatur (nam & sic editur cum tragematis) minus caput tenent. Porro status ventris discutit & cum non frictus & multo magis cum frictus fuerit. Cohibet porro impetus in uentre, tum frictiois ex pers, tum etiam ipsam expertus: folia item floresq; ipsius fructicis idipsum prestare possunt. Itaque non tantum esa potaq; ad castitatem conferre creduntur, uerum etiam subtrata. Hinc est quod Athenis in Thesmothorij, hoc est sacris Cereris, mulieres totum sibi fructicem substernunt. Hinc illi quoque nomen inditum Agni, hoc est, Casti. Ex quibus omnibus manifestum est, si quidem memoria teneamus que superioribus commentarijs sunt dicta, Agnum calfacere, simulq; exiccare, tum omnium maxime status discutere. Porro quod exacte tenuium sit partium, facultas eius indicio est. Nam quod caput tenent, non magis a multitudine uaporum ab eo prognatorum, quam a caliditate eius ac subtilitate partium fieri rationabile est. Nam si statuosum spiritum procreare posset, sane & uentrem inflaret, & uenere stimularer, perinde ut crucca. Verum cum non tantum non excitare, imo etiam reprimere queat, fuerit profecto secundum ratæ maxime facultatem in exalfaciendo, tum in resicando, non tamen illi par est. Nam utroque paulo est inferior. Si quidem rata tum magis est exalfactoria, tum magis desiccatoria: Differt etiam qualitatibus simul ac facultatibus missione. Nam Agni semen ac germina modicam ferunt adfrictionem: at rata ubi aruerit exacte amara est & acris: ubi uero humida, subamara. Nō tamen aueritas aut acerbitas illi inest, aut si cui uidentur inesse, ea utiq; omnino obscura (scio) uidebitur, nec par ei que est in Agno. Quocirca & ad tæur & lienem indurata & obstructa Agni semen potius quam rata competit. Sed hæc ad curandi iam methodum pertinent, quam ut omnino non attingam de medicamentorum pronuncians facultatibus fieri non potest: uerum celeriter ad rem propositum refletere, uiri est utique temperati. Magisq; etiam illi ipsimum in sequentibus medicamentis efficere conabor, hoc est, ubi ex quibusdam euidentibus generalium facultatem collegero, particulare, postea actiones omitam. Nam in presens id solum non iussit sufficit, q. Agnus calidus est et sicus facultate itaq; non mediocriter, sed tertio excessu, tum admodum tenuium partium. Hæc qui norit, ac postea methodum curandi didicerit, ipsemet inueniet quo pacto menses hinc cieat, quo pacto partes induratas digerat, quo pacto lassitudinē soluens, seu acopium, & exalfactorium ex eo unguentum præparetur.

EX DIOSCORIDE.
Lib.ii, cap. cxxxvi.

Potum semen eius, uenenatorum morsibus succurrit. Lienosis & cutem subeuntibus aquis medetur. Laetis abundantiam facit: trahitq; menses, in uino potum drachmae ponderere. Item genituram extinguit: Caput tamen in festat, soporem faciens. Seminis præterea & frondis decocto, muliebrium locorum uitij & inflammationibus insidentibus medetur. Potum cum pulegio præterea semen, suffitumq; & appositum, menses cit. Capitis dolores illitum solant: quin etiam ueteriosis phreneticisq; ex aceto et oleo inspergitur. Fugant uenenata, in censa & subtrata folia, & cōtra eorum morsus, illita succurrunt. Testium durities cum butyro & utiginis folijs molliunt. Sedis rimas mitigat

semen ex aqua illitum. Additis folijs idem luxatis etiam & uulneribus medetur. Creditus & uixit in itinere inter trigines arere, suirgam eius manu uentis tenent. Agnos autem, id est, Castus, frutex hic à Græcis uisus est, quoniam in Thesmothorij castitatem custodientes mulieres, folijs eius cubitus sibi sternebant. Lygos uero quasi uimen, ob eam quam habent uirgæ eius in uinciendo linitiam, & firmitatem.

DE OMNI ORIGANO,

CAP. LXXXII.
NOMENCLATURA.

FANDENIGI, seu Fudenegi, seu Faudenegi, Arabibus, Opiyax, Græcis, Origanus, uel Origanum; Latinis, Barbaris, ac Officinis: Origano, Italici, Origan seu Mariolatine bastarde, Gallis, Vuolgemot, Dosten, Braundosten, seu Bergmuntz, Germanis, Oregano, Hispanis.

GENERA, EFFIGIES, TEMPERAMENTVM,
AC IJVVA MENTA.

EX DIOSCORIDE.
Lib.iii, cap. cxxxii, & cxxxiii, & cxxxiiii.

Origanum Heracleoticum, quod & Cunilam uocant, folia Hyssopi habet, non tamen umbellam Hyssopi modo rotæ figura, & in orbem circumactam, sed multifidam & ueluti diuisam. Semen illi in summis uirgis non densum durumq; est. Calfacit Origanus, ideoque uenenatorum morsibus aduersatur potum cum uino decoctum eius cum passo autem bis, qui Cicutam aut Opium: & cum Aceto mulso bis, qui gypsum aut ephemerum hauserint. Estur eadem cum fico ad consulsu ruptaq;, & cutem subeuntes aquas. Bibitur eadem siccata & in farinam trita acetabuli mensura cum mulsâ aqua, nigram bilem per inferna trahens. Menses hæc ipsa trahit, & tusim in eiegmate cum melle finit. Pruriginis itidem, scabies & suffusus selles emendat bis, qui eo lauantur Origani decoctum. Quinetiam uirentis aduæ Origani saccus tonsillæ columellamq; sanat: & oris hælcerâ quas aphthas uocant. & cum irino unguento infusus naribus per eas purgat, cum lacte idem auribus in stillatus, earum dolores lenit. Conscitur ex origano cepisq; & obsoniorum uua quam rimum dicunt, uenenatorum medicamentum, omnibus bis in eneo Cyprio uese, auritissimo canis æstu quadraginta diebus insolat. Creduntur et stratis subiecta Origani scopæ longius serpentes fugare. Quæ uero Onitis Origanus dicitur, cãdiore folio, Hyssopoq; magis similis est: habetq; semen conferstorum eorum borum modo. Eadem Heracleotice potest, non eadem tamen efficacia. Est & syluestris Origanus quam aliqui Heracleam Panacem, aliqui Conilam dicunt: in quorum numero Colophonius Nicander est. Origani folia habet: ramulos semipedales, graciles, in quibus uillæ anethi modo sunt: flores candidi: radix tenuis inuilliq;. Præuatim cōtra uenenatorum morsus folia floresq; eius cum uino bibuntur.

EX GALENO,
Simp. Med. viii.

Origanus, Heracleotica quidem efficacior est Onitide: sed

sed agrestis, quam quidam Panaces Heraclium, alij Cony-
lem cognominant, valentior utraque est. Omnes vero inci-
dendi, extenuandi, & exiccandi, calfacientiſq; facultatem
possident, hæc; tertio excessu obtinent.

DE TRAGORIGANO

SEV HIRCINA ORIGANO.
CAP. LXXXIII.

NOMENCLATURA.

Τραγογιγανος, Grecis. Tragoriganus uel Tragoriganū
seu Hircina Origanus, Latinis. Herba Masticina, Offici-
nis. Medic. Gallicis.

GENERA, EFFIGIES, ATQ; ELECTIO,

EX DIOSCORIDE.
Lib. III. cap. xxxv.

Brenis et exiguus frutex Tragoriganus ē, origano agre
siuue serpyllo folijs & ramulis similis, ex locorum bonita-
te speciosior & latioribus folijs inuenitur, efficaci ad gluti-
nandum potestate. Alia fraticosa & tenuibus folijs inueni-
tur, quam marubium plerique appellant. Probatissima na-
scitur in Cilicia, Cho, Chio, Smyrna & Creta.

TEMPERAMENTVM, AC INVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. viii.

Porrò ea quam Tragoriganum appellant, assumpsit
etiam adstrictionis quippiam.

EX DIOSCORIDE.
Lib. III. cap. xxxv.

Omnes calfacientiū uim habent: urinam cient, bonam fa-
ciunt alium, potu earum decocto: desiciunt enim biliosa.
Vtiles & lienosus cum aceto potæ: cum uino autem his: qui
Asiam uenenum hauserint. Trabant præterea menses, &
contra tussum pulmonumq; inflammationem quam per ip-
neumtoniam dicunt, cum melle in elegmate dantur: estq; nõ
ingrata potio. Ea propter cibum ex repletione fastidien-
tibus. Stomacho male affectis, & acida ructantibus, datur.
Datur & his qui repletionem, nauſea, & præcordiorum
ardore afficiuntur. Discuit præterea tumores omnes
cum polenta emplastri modo imposita Tragoriganus.

DE PVLEGIO,

CAP. LXXXIIII.

NOMENCLATURA.

ΑΛΝΑΜ, seu Alnegen, seu Aluegen, Arabibus. Πλη-
χων, ή Βληχων, Grecis. Pulegiū, Latinis. Bar-
baris, ac Officinis. Pulegio, Italis. Pulege, seu Pouliot, Gal-
lis. Poley, seu Heriz poley, Germanis. Poleo, Hispanis.

EFFIGIES,

EX DIOSCORIDE.
Lib. III. cap. xxxvi.

Nota omnibus herba Pulegium est,

TEMPERAMENTVM, AC INVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. vi.

Pulegium: & hæc herba, quandoquidem acris & suba-
marā est, ualde tum excalfacit, tum extenuat. Porrò q; excal-
faciat, abunde magnam est testimonium, q; illita rubrificat:
& si quis diutius toleret, exulcerat quoq;. Quòd uerò ex-
tenuet, satis indicat, cum Humida, crassa & lenta ex thora-
ce & pulmone excreatu facilia faciat, mensesq; moueat.

EX DIOSCORIDE.
Lib. III. cap. xxxvi.

Extenuat, calefacit, & concoctiones adiuvat Pulegium.
Potum menses, secūdas, & fetus trahit. Cū melle & aloe
pulmonum uitia excreabilia facit. Conuulsis succurrit, nauſeas
& erosiones stomachi potum cum posca lenit: nigra
per inferna trahit bile. Cū uino potū, uenenatorum morſi-
bus subuenit. Admoium naribus idem ex aceto anima: de-
fectus excitat. Siccitatem præterea crematumq; & in pulue-
rem tritum, gingiuas confirmat. Inflammationes oēs cum
polenta emplastri modo impositum, lenit. Per se podagris
confert usq; ad ruborem incensa cute, uaros cum cera emen-
dat: lienosus cum sale eodē modo impositum, prodest. Lau-
uantur decocto eius utiliter pruriginis: & eadē utilitate
insidentibus foeminis prodest: in inflammationes, aurities, &
muliebrium locorum conuersiones corrigens. Belechona
quidam mutatis litteris quasi Glechona Pulegium uocant:
quonia gustatum apocore quū floret Pulegium, balatū in
eis quāprimū excitat.

DE DICTAMNO.

CAP. LXXXV.

NOMENCLATURA.

MESCATREMEFIR, seu Alnegē araba,
seu Bari, Arabibus. Δίκταμος, ή Δίκταμνος,
ή Πληχων άγριον, ή Βέτιον, Grecis. Dictamus, seu
Dictamnū, Latinis. Diptamū, Barbaris, ac Officinis.
Dittamo, Italis. Gingembre de Iardin, Gallicis. Diptam,
seu Vuilder Poley, Germanis. Ditamo, seu Ditamo real,
Hispanis.

LOCVS, AC EFFIGIES:

EX DIOSCORIDE.
Lib. III. cap. xxxvii.

Cretēsibus herba sapore acri Dictamnus est. Habet & le-
uorem. Similis pulegio est, maioribus tantū folijs, tomentis

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

boſis, lanofaq; pube obductis. Non florem, nõ ſemen fert.

TEMPERAMENTVM, AC IJVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. vi.

Diſtannum tenuiore eſſentia conſtat quàm Pulegium, cætera illi ſimile.

EX DIOSCORIDE.
Lib. iii. cap. xxxvii.

Facit ad omnia ad que ſatium pulegiũ, multo tamen effi-
caciꝯ: non. n. pota tantũ, ſed appoſita ſuffrag; mortuos
partus ex utero pellit. Ferunt; in Creta vulneratis telo
capris, eius herbe cibo tela cuſpidesq; oēs ex corpore de-
cidere. Habet purgandi uim ſuccus eius inunctus, trituſue
cum polenta. Illita etiam herba pedum ſolo & reliquo cor-
pori infixos ſurculos extrahit. Facit & ad lienis dolorẽ,
eum. n. minuit. Aſtate & autumnò Diſtannus carpitur.
Calefacit in gultu radix eius: quinẽt puerperia adiũuat.
Succurrit & uenenatorum morſibus Diſtanni ſuccus cum
uino potus: eſtque tanta herbe uis, ut olfactu ea ſuget; &
admodò, enecet omnia que icũ aut morſu uenenũ relinquũt.
Inſillatus præterea Diſtanni ſuccus factis ferro uulneri-
bus, aut icũ morſu uenenũ relinquẽtiam, & præter in-
ſtillationem potu etiam hauſtus, celerime ad ſanitatẽ ea
perducit.

DE PSEVDODICTAMNO, SEV FALSA DICTAMNO, CAP. LXXXVI.

NOMENCLATVRA.

MESCATRIMESIS non uerum Arabi-
bus. Pſeudodiktámon, ð̄ Pſeudodiktámon,
Græcis; Pſeudodiktámonũ, ſeu falſa Diſtannus, Latinis.
Caſu Diptinum, Barbaris.

LOCVS, EFFIGIES, AC IJVAMENTA.

EX DIOSCORIDE
Lib. iii. cap. xxxviii.

Quam uero falſam Diſtannum uocant, pluribus naſci-
tur locis: antecedenti ſimilis, maior tamen acrimonia. Di-
ſtanno eadẽm uires habet, non adeo tamen efficaes.

EX GALENO.
Simp. Med. vi.

Quod uocant Pſeudodiktámonum, ad omnia imbecillius
Diſtanno eſt.

DE CRETENSIAL- TERADICTAMNO, CAP. LXXXVII.

NOMENCLATVRA.

Ἄθος Κρήτης ἕτερον εἶδος Δικτάμων, Græcis; E Creta
aliud Diſtanni genus, Latinis.

LOCVS, EFFIGIES, AC IJVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.
Lib. iii. cap. xxxix.

Affertur & ex Creta aliud Diſtanni genus, ſolijs Si-
ſymbrio ſimilibus ſed ramulis maioribus: in quibus flos eſt
agreſti origano ſimilis, niger, mollisq;. Olet folia inter
Siſymbrium & Eleiſphacum medium odorem; eſtq; hic ſua
uiſſimus. Facit ad omnia ad que ante diſta: minus tamen
ſenſum odor tentat. Miſcetur hæc emplaſtris, remedijsq;
contra uenenata, qua Theriaca uocantur.

DE CALAMINTHE

SEV NEPETA, CAP. LXXXVIII.

NOMENCLATVRA.

CALAMENTVM, Arabibus, Barbaris ac
Officinis. Καλαμίνθη, Græcis, Calamintha, ſeu
Nepeta, Latinis. Calamento, Italis. Reliquas autem appel-
lationes paulo poſt indicabimus.

GENERA, EFFIGIES, AC LOCVS.

EX DIOSCORIDE.
Lib. iii. cap. xliii.

In hoc plantæ genere montana quedam eſt (Calament,
Gallis. Steiner, ſeu Katz enmuntz, Germanis.) habetq;
ocimi folia, colore ſub albo: maiores, minoresq; ramulos
anguloſos, & purpureum florem. quædam pulegio ſimilis,
maior tantum, unde & agreſte pulegium aliqui eam dixe-
runt, propterea quod odore illi ſimilis eſt. Hanc Romani
Nepetam dicant. (Niepita, & Nepitella, et Nueda, Italis.
Pulege Sauuage, Gallis, Velden Poley, Kornuuntz, Ger-
manis. Nieta, Hispanis.) Eſt poſtremo & quedam agreſti
mentæ ſimilis, (Calament aquatic, Gallis, Geelmuntz, Ger-
manis.) oblongioribus tâtum ſolijs, caulibus ramulisq; an-
tedictis omnibus maior, ſed minus effica, & ignauior.
Omnium folia ſeruido ſapore & acri gultu ſunt, habentq;
inutilem radicem. Naſcitur Nepeta campeſtribus, aſperis,
& aquoſis locis.

TEMPERAMENTVM, AC IJVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. vi.

Calamintha eſſentia eſt tenui, & calida ſiccaq; temperie
ex tertio quodammodo ordine utraq; qualitate. Horum
manifeſta ſunt indicia, partim gultu apparentia, partim ex
perientia cognita. Gultu ſiquidem acris et palam calida eſt,
ac paulum omnino amaritudinis obinet. Periculantiſſibus
autem & corpori admoventibus extrinſecus impoſita pri-
mum quidem ualde excaſcit & mordicat, cutemq; exugit
laniatue, poſtremo etiã ulcus efficit. In corpiꝯ autem intro
aſſumpta tum ipſa per ſe ſicca, tum etiam cum melicrato,
perſpicuo calſcit & ſudores ciet, omneq; corpus tum di-
gerit, tum exiccat. Ea ratione ducti quidã ipſam contra
corpori

corpori concussiones rigoresq; per circuitum repetentes adhibuerunt: foris quidem oleo incocto toti corpori inungentes cum frictione non segni, intra assumentes sicuti est dictum. Quinetiam & coxendicibus eam quidam in egritudine ischiadicis tanquam strenuum remedium illinunt. Trahit enim que in profundoherent ad superficiem, totiq; adeo articulum excalescit, cutemq; non obscure adurit, me sesq; tum epota, tum apposita admodum efficaciter prouocat. Bonum etiam elephantiorum remedium, non eo q; stre nue tenues humores digerat, uerametiam quia extenuet & incidat ualenter crassos, qui talem morbum procreant. Sic & cicatricibus atris candorem reddat, et sugillata digerit. Sed ad talia in uino coctam cataplasmate imponere uiride seu recentem magis quam arentem et siccam prestat. Quippe arefacta uehementior redditur, & ad urendum promptior. Porro talis cum sit, ad uenentiarum bestiarum morsus assumitur, uelut etiam cauteria, & quecumque medicamenta callida sunt & acria, tenuisq; partium, queq; facile ex alto ad se se circumiacentem omnem humiditatem possunt attrahere. Ceterum que illi inest amaritas, plane exigua est: uerum ad quaedam ita efficaciter agit, ut que ualentissima est, nimirum cum coniancta sic uehementi calori cum tenui essentia. Quare & ascaridas & lumbricos succus eius aut infusus, aut epotus enecat. Eadem ratione aurium uermes, aut si alicubi in corporis parte sinusati aut implicati, que putredine tententur, talis prouenerit affectus. Sic & conceptum seu pota seu admota interimit & eiecit. igitur incidunt quidem ei uis adest propter calorem eius, tenuitatem & amaritudinem: abstergentem uero propter unicam amaritudinem. Itaque asthmaticis ob omnia ante dicta prodest: ibi etiam uero, siue regio morbo laborantibus, potissimum ob amaritudinem, sicut alia fere omnia amara, utpote abstergentia et expurgantia in iccinore provenientes obstruiones. Ad omnia iam dicta efficacior est montana.

EX DIOSCORIDE.
Lib.iii. cap. xliii.

Succurrit pota aut emplastri modo imposita serpentium morsibus. Vrinam pellit potum eius decoctum opitulatur ruptis, conuulsis in spiritibus difficultate non nisi recta ceruice spirantibus torminibus, bilis profluuio quam cholera dicunt: & in febrili accessione cum tremore algoribus. Contra letalia uenena prepotum cum uino ut illis est: restituit suffusos felle. Ventris lumbricos & ascaridas cum sale & melle pota, necat: necat itide elixir crudaq; trita. Prodest in cibo elephatis, lactis superpotum sero. Factus in utero ne cant, & menses ducunt folia concisa & apposita. Suffusa eadem substrataq; serpentes fugant. Nigris cicatricibus in uino decocta & emplastri modo imposita, colorem reddunt. Sugillata emendant: & in coxendicis dolore ad euocandos ex alto in summum humores imponuntur, cutis superficiem inuertiunt. Verminosas aures sanant enticis unicum instil latus Nepetae succus.

**DE RADICE PIPE-
RIS.** CAP. LXXXIX.
NOMENCLATURA.

FALFAMINE, seu Fulfulminie seu Fulfumnie, seu Fulgamnie, Arabibus, Radix Piperis, Barbaris.

**EFFIGIES, LOCVS, TEMPERAMENTVM,
AC INUAMENTA.**

EX ABEN MESVAI.

Est Piperis Radix, que ex India aduehitur: colicis cruciatibus, & frigidis doloribus non inutilis.

EX RASE.

Falsamine uim habet excalescendi. Colico dolori, ac flatulentis spiritibus summe opitulatur. Ligna autem sunt & Piperis planta.

EX MESSHA.

Falsamine calefaciendi sicandiq; facultatem obtinet. Colicis tortionibus que in laxiore intestino quod Grecis Κόλον dicitur, accidere solent, magnifice auxiliatur, & alijs etiamnum frigidis doloribus.

**DE THYMBRA,
QUAM SATVREIAM DICVNT,
CAP. XC.
NOMENCLATURA.**

SAHATER, seu Shatar. Arabibus. Θύμβρα, Grecis. Thymbra, Cunila, & Satureia, Latins. Timbria, Barbaris Saturegia, Officinis. Coniella, Peuerella, et Sauoreggia, Italis. Sauoreie Sarriete, & Satrea, Gallis. Kunel, Garten seu Zuuibel hysop, Sergenkraut, & Saturey, Germanis.

**GENERA, EFFIGIES, LOCVS,
AC INUAMENTA.**

EX DIOSCORIDE
Lib.iii. cap. xlv.

Nota omnibus pariter Satureia est. Nascurt tenui & aspero solo Thymo similis: uerutamen minor et mollior. Spicam, fert flore plenam, colore uiridi. Potest Satureia Thymo eadem similiter sumpta. Gratum in sanitate etiam habet usum. Nascurt & satina Satureia, agresti in cunctis minus efficax, in cibo tamen utilior, propterea quod non adeo efficax acrimonia & asperitate est.

EX PAVLO AEGINETA.
Lib. vii. cap. vii.

Thymbra syluestris emula uiribus Thymi est: contubernalis uero, ad omnia quide infirmior, sed ad elendiq; potior.

EX ABEN MESVAI.

Thymbra satureia excalescendi sicandiq; uim habet tertio recessu, potissimum syluestris. Priuatim autem flatulentos spiritus, inflationes, tortionesq; discutit. Concoctio nes iuuat, uentriculi superfluitates emendat. Vrinam ac menses trahit, hebetes oculos ex humiditate exacuit, quare cum Ocimo Raphanoq; assumitur. Coxedicum dolori medetur, cum frumeto probe coctum emplastri modo imposita. Thymbra aut syluestris in cunctis ualentior satua.

**DE CENTAURIO
MAIORE, CAP. XCI.**

NOMENCLATURA.

CHANTVRION KIBR, seu Sacurion Habre, seu Centaurium, Arabibus. Κενταύριον τὸ κίβρ, Græcis. Centaurium minus, Latinis. Centaurea maior, Barbaris, ac Officinis. Centaurea maggiore, Italis.

EFFIGIES, AC LOCVS,

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii. cap. viii.

In glandis nucis folia Cētaurium habet, oblonga, colore ut in brassica viridi, ferræ modo pro ambitum incisuris secta. Caulen runci similem profert, duorum triumue aliquando cubitorum altitudine, multis à radice adnatis, in quibus papauerum modo capita sunt, in rotundo oblonga. Floret Centaurium colore ad ceruleum inclinato: cnicog; simile semen, veluti lanis in flore inuoluitur. Radix illi est uasta, ponderosa, dura, longitudine ad bina cubita, succo plena, sapore acri cum astrictione dulcedineq; aliqua rubeſcens: & cuius pariter rubeſcat succus. Pingue amat solum aprica loca, fruticibus & arboribus conſerta, & tumulos. Abundat in Lycia, Peloponneso, Helide, Arcadia & Mesene. Nascitur plurimum etiam circa Pholoem, Lyciam & Smyrnam.

TEMPERAMENTVM, AC IJVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Centaurij magni radix sicut gustu contrarias qualitates, ita in usu contrarios effectus præstat. Gustu itaq; acris simul adstringensq; apparet cum leuicula dulcedine. At in actionibus acrimonia quidem caliditatis opera ostentat, mē ses proroucans, & fetum mortuum euellens, uinumq; corroborans atque eiciens. Adstringit uero, opera crasse terrensque frigiditatis, cum ulcera glutinet, sanguinem reſciētibus proſit. Exhibent autem eius drachmæ duæ, febrientibus quidem cum aqua febrî uero liberis cum uino. Porrò secundum omnium simul qualitatum actionem, ruptis, conuulsis, dyspnœæ, siue spirandi difficultati, tum inueteratæ tussi conuenit. Nec enim in talibus euacuare solum quod præter naturam est oportet, sed partem quoque euacuatam roborare ac confirmare. Vacuationis itaque accommodata est arboraria utique cum non folia sit, ac pura, sed at dulcedini iuncta, aut certe non prorsum amaritudini. Siquidem uehementius tunc atque uiolentius miſta illi temperata quodam substantia, cuiusmodi est dulcis, non obtinebit. Porrò ad ea que euacuata sunt, roboranda contrahendaq; adstrictione est opus. Eadem que radix & succus ipsius efficitur utantur; eo quidam uice Lycij.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii. cap. viii.

Ruptis utilis Centaurij radix est, conuulsis itidem, lætissimi doloribus spiritus angustij, antique tussi, cruenta expuentibus, si febris absit, cum uino: in febre uero, cum aqua. Naturæ drachmarum duarum pondere in fariuam trita. Vtilis itidem torminibus, & muliebrium locorum doloribus. Menſes præterea factusq; trahit in collyrij figuram aersa feminarumq; locis subſtitit: potest eadē & succus. Vtilis itidem uulneribus, in quæ uisum recens & humida tunditur: siccata uero prius aqua madescit, tum pariter tunditur. Conſipat enim & glutinat: tantaq; est in con-

ſtipando & glutinando uis eius, ut carnes simul elixa etiã coherescere cogat. In Lycia succum ex seã exprimunt & pro Lycio utuntur.

DE MINORE CENTAV

RIO,

CAP. XCII.

NOMENCLATVRA.

CHANTVRION SEGE SEGIRVE, seu Katarion Sages, Arabibus. Κενταύριον μικρόν, ή λιμνησιον, ηδύ δεινοκόιν, Græcis. Centaurium minus, Limnesium, Febrifugia, & Fel terre, Latinis. Centaurea minor, Officinis. Centaurea minore, & Biondella, Italis. Centauree seu Fiel de terre, Gallis. Tausentgalden kraut, Fieberkraut, Erdgall, & Biberkraut, Germanis.

LOCVS, AC EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii. cap. ix.

Limnesion Centaurium minus à quibusdã ideo dicitur, quod secus fontes nascitur, & aquosa amat loca. Herba est hyperico origanoue similis. Caulen habet altitudine supra dodrantem, angulosum: flores in puniceo lychnidis colore purpurascens. Semen tritico simile. Radicem paruã nullius usus.

TEMPERAMENTVM, IJVAMENTA, SVCCIQ; EIVS VELVTI ALIORVM COMPLVRIVM, EXPRIMENDI MODVS.

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Centaurij minoris radix prorsus inefficax est. Rami uero, & potissimum folia que in ijs sunt, atque flores, utilis sima: uincit in eis qualitas amara, paululum habens & adstringentis, atq; ob eiuſmodi temperamentum admodum excitatorium est medicamen, expers mordacitatis. Porrò quod omnia talia utiliora sunt, supra communia, & nunc nibilo secius tamen non reſepere tempeſtuum est, omnes eius particulas actiones memorantes. Vlcerata itaque magna herba ipsius recentis illitu glutinantur: et uetusta, queq; egre ad cicatricem peracii queunt ulcera cicatrice eodem modo utentibus includuntur. Arefacta uero glutinatorijs & desiccatorijs miscetur facultatibus, ijs uidelicet que sinus & fistulas sanare sunt nate, ueteresq; diuicias emolliere, tũ ulcerum maligna & cacoethe sanare. Miscetur etiam ijs que rheumaticis affectibus medentur. In quibus ea medicamina præstantissima sunt, que uehementer desiccantia cum quadam adstrictione nullam habent mordacitatem. Decoctũ herbe quidam ischiadici infundunt, cum biliosa & crassa ducens: nam & talia purgat quæquam cum adeo uehementer operabitur ut cruenta euacuet, tunc plus proderit. Succus porrò eius cum adſimili sit facultatis, hoc est exiccato rie & absterforie, & cetera iam comprehensa pulchre præstare potest: & cum melle oculis illinitur, mensesq; & fetum appositis in pefſo euocat. Sunt qui ipsum præbeant bibendum & ijs quibus nerui affecti sunt, ut qui euacuet & desiccet innoxie que impleta sunt: quippe cum iocinoris quoq; obstruētiones optime expedit, bonũq; sit lieni indurata to remediũ foris impositũ, nec secius si quis bibere sustineat.

EX DIOSCORIDE.

Lib. III. cap. IX.

Herba glutina uirens aduic & emplastri modo imposita, uulnera glutinat, uetusta purgat hucera, ad cicatricem perducit. Potum decoctum eius per inferna biliosa trahit & crassa. Clystere idem contra coxendicis dolores utiliter infunditur, sanguinem educens, eoque ducto dolorem leuans. Vtilis oculorum medicine succus eius purgatq; cum melle quoque claritati eorum officium. Subditus idem sceminis, mens trahit & fetus. Priuatim neruorum uitijis prodest. Exprimitur ex herba etiam succus, legiturq; in eum usum femine suo pregnans: tum lecta quinque diebus in aqua madescit: mox coquitur, usque dum decescente aqua super sit, quem refrixit deinde, aqua per linteolum exprimitur abijciaturq; herba, mox expressus succus ad crassitudinem mellis iterum decoquitur. Quidam uiridem suo semine pregnantem tundentes, succum postea exprimunt: coniectumq; in sicile non piccatum sub sole densant, lignea rude continue micescent, quoadq; sicile densatum deinceps hesit, identidem deradentes, & adhuc liquido micescent, nocturnoq; diligenter sicile operientes: Prohibent enim nocturni rores liquidos densari saccos. Quicunque ex ficcis radicibus & herbis exprimuntur succi, coctura densantur, ut gentiana. Quicunque autem ex uiridibus corticibus radicibus ue aut herbis, in sole, ut pramonstratum est, sic thapsia, sic mandragora, sic acerbe uix succus, quem omphacium dicunt, hisq; similia alia expressa, densantur. Sed hycium, absinthium & hypocistis, similiaq; his, coctura, ut pramonstratum est.

EX ABEN MESVAI.

Centaurij sane minoris planta uel herba ipsa, priuatim crassam mucosamie pituitam, necnon feculentam bilem expurgat. Coxendicis laborantibus utiliter quoque succurrit potum eius decoctum, siue clystere infusum. Pondus autem, si in potu assumatur, drachme due, si uero clystere infundatur, uncie tres.

EX ALCANZI.

Pituitam quidem ualenter prolicet, impensius uero aqua citrinam ut uocant, educit.

DE CARDAMOMO,

CAP.

XCIII.

NOMENCLATURA.

CARDAMENI, seu Cardameni, seu Cardumeni, seu Cardamans, Arabibus. Καρδαμύμων, Græcis. Cardamomum, Latinis, ac Officinis. Carui agreste, Barbaris. Cardamomo, Italis. Cardamome, Gallis. Cardomomenlin, Germanis. Alcarauca agreste, Hispanis.

LOCVS ATQ. ELECTIO.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. cap. V.

Probatissimum ex Comagene, Armenia & Bosphoro Cardamomum offertur. Nasctur præterea in India & Arabia. Eligit quod frangenti contumax repugnet, quod plenum præclusumq; sit. Quod enim tale non erit, uetusta te exoleuit, & bonitate amissit: Quod odore item sensum tenet, gustu acre & subamarum sit.

TEMPERAMENTVM, AC IVMVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Cardamomum est & ipsum sanè facultatis admodum calesce, non tamen usque adeo ut nasturtio: sed quanto suauius magisq; fragrans est nasturtio, tanto & imbecillior eius calida facultas inest: nec enim ulcerarè idoneum est uel ipsum per se illitum. Porro alium etiam habet quiddam etiam amaritudinis, qua lumbricos interficit, & cum aceto ualenter psoras detergit.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. cap. V.

Calescit Cardamomum facit ad comitiales cum aqua potum facit & ad tussim, coxendicis, resolata, rupta, conuulsa & tormina. Pellit idem litos uentris lumbricos: & cum uino potum, renum cum urina malo aliquo doloribus quos nephritim Græci dicunt, Vrine angustijs, scorpionum morsibus, cunctisq; alijs que icu aut morfu uenenum relinquant, opitulatur. Calculos præterea desitit cum lauri radice cortice potum drachme pondere. Fortis in utero suffitu eneac. Scabies pellit ex aceto inunctum: unguentorum spissamentis præterea utiliter miscetur.

DE ABROTONO,

CAP.

XCIIII.

NOMENCLATURA.

CATSVM, seu Kesum, seu Gassum, Arabibus. Αβροτόνον, Græcis. Abrotonum, Latinis. Abrotonum Barbaris, ac Officinis. Abrotano, Italis. Auron, seu Auro ne, & Garderobbe, Gallis. Stauuertz, Schofzuuertz, & Sertuuertz, Germanis. Scobas mugeriegas, Hispanis.

GENERA, EFFIGIES, AC LOCVS.

EX DIOSCORIDE.

Lib. III. cap. XXXI.

Duum generum frutex est: alterum scemina, quod abrorescit, albicantibus folijs, incisuris minimis, scriphij absinthij modo circa ramulos diuisijs, floribus plenum, comantibus in summo fulgore auri ueluti corymbis quibusdam. Nasctur aestate odoratum cum grauitate aliqua, & in gustu amarum, crediturq; siculum tale esse. Mas alterum uocatur sarmentosum, absinthij modo fruticosum. Plurimum nasctur Abrotonum in Cappadocia et Asia Galatia, & Hiapoli.

TEMPERAMENTVM, AC IVMVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Abrotonon calidum et siccum facultate, intertio ordine siue recessu post media situm est. Porro q; eiusmodi ordo ut ad temperatam naturam expenditur, sepe ante diximus. Sed & inueniunt temperiem eius non minime quidem & ex gustu duæ coniecturæ, ut pote cū sit admodum, amarū. Porro saporè eiusmodi cū terrene sit essetia, à largo calore ex-

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

tematum ostendimus. Itaque non instrenue excalfacit pariter & desiccet. Quinimo & cum distincta illa experientia, de qua supra frequenter dictum est, diligenter exploras semis, ex eadem temperie medicamen hoc comperimus. Nā siue coman cum floribus (nam reliqua eius palea inutilis est) contusam ulceri puro illinas, mordax & irritans uidebitur: siue eo in oleo macerato caput uoles aut uentrem perfundere, admodum calfacere reperies. Quin & si quibus per circuitum reddeunt rigores, eos ante inuasionem rigorum hoc uoles confricare, minus utique rigore concutientur: imo & sensus quidem protinus ubi adnotum fuerit, ipsum calfacere percipit. Porro, & lumbricos interminat par est, nimirum cum sit amarum, ac proinde uel antequam experiaris manifestum, siquidem memoria tenes quæ in horum commentariorum quarto De amari serapis natura, prolixius. Sciesq; protinus, quod & digerendi & incidendi quamdam uim habeat, sed & quod magis quam Absinthio id ipsi necessario insit, in promptu erit colligere, primum quidem ex gustu paucissimè siquidem acerbioris particeps Abrotonon est, non pauca uero Absinthium) deinde ex eo quod inimicum sit stomacho Abrotonon, uelut etiam Seripion: gratum uero & amicam, Absinthium. Siquidem de istis supra ostensum est, quod amarum ipsum per se omnifariam insensum sit stomacho: auster uero aut acerbū, aut in summa adstringens stomacho amicam. Porro ubi qualitates hæ inuenit permixtae fuerint, quæ uehementior fuerit, quæ uehementior fuerit: ea utique uicetur. Atque hæc satis est in hoc tractatu nouisse. Monstrabitur autem in libris De ratione curandi quo pacto quos optimo medicamento eiusmodi uti possit. Ac proinde querendum haud etiam est, quam ob rem cum malo cydoneo cocto illitum aut pane, oculorum sanat phlegmonas, neque quod cum farina hordeacea tritum ac coctum digerat phlymarum Abrotonon insup usitū calidū, siccūq; siccitate est, magis etiam quam Cucurbita siccata usita, & Anethi radix. Illa enim ulceribus humidis simul & circa phlegmonem callo induratis conueniunt, ac proinde maxime ulceribus quæ pudendorum præputiis competere uidentur. At cinis Abrotoni ulceribus omnibus mordax est: ac idcirco cum oleo tenui cicino scilicet, aut rhus phanino, aut sicyonio, aut ueteri & maxime Sabino ad alopecias accommodatur: tum barbam segnissimè tardissime effascentem cum aliquo diæstorum oleorum elicit: sed nec minus illis lentissimo maceratum. Quippe pro eo quod tenuissimum est partium, rarefaciendi uim obtinet, & mordax est, & calidum.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iii. cap. xxxix.

Succurrit in difficultate spiritus non nisi recta cernitæ spirantibus utriusque semen decoctum, crudūq; tritum & cum aqua potum. Succurrit & raptis conualsitis, coxendicis doloribus, angustis urinis et suppressis mensibus. Quinetiam letalibus uenenis aduersatur cum uino potum. Ex oleo idem in febrium accessionibus cum tremore argentibus inungitur. Fugat idem serpentes lectis insratum, & ad suffitus incensum: Cum uino potum contra eorundem morsus utile est: phalangis priuatim & scorpionibus aduersatur. Contra oculorum inflammationes cum decocto cydoneo malo aut pane, efflustrimodo imponitur. Discit præterea panos Abrotonon cocto, & cum sari-

na hordeacea, quæ hydræleo subacta fuerit, coactum. Miscetur præter hæc & additur in confectioe irini unguenti.

EX IGNOTO.

Cum oleo coctum, uentriculum excalfacit, ac eius frigiditates emendat, inunctum.

DE COSTO,

CAP. XCIV.

NOMENCLATURA.

KOSTOS, seu Chast, Arabibus. Κόστος, Græcis. Costus, Latinis, Barbaris, ac Officinis. Costo, Italis.

GENERA, LOCUS, EFFIGIES, ELECTIO, ATQ. ADULTERIA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. i. cap. xxv.

Primum habet bonitatis estimationem Costus, qui ex Arabia affertur, candidus, leuis, plurimo & eximio odore. Secundæ bonitatis Indicus est, spectosus, niger, & serulæ modo leuis. Tertiæ Syriacus, ponderosus, colore buxi, odore sensum tentans. Probatissimus omnium recens, candidus undique plenus & densus, qui itidem arida soliditate sit, nullas teredines senserit, nec uroso odore sentiat, seruido & erodente gustu. Miscent illi quiddam solidissimas Comageni Eleni, (quam Romani Campaniam Inulam dicunt) radices, eum adulterantes. Verum facillime deprehenduntur, neque enim seruido sapore inula est, nec bonitatem odoris adeo firmam & sensum tentantem habet.

TEMPERAMENTVM, AC INUAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Costus leuiculam plane amarum, plurimam autem acrem & calidam in se qualitatem simul & facultatem continet, adeo ut etiam exulceret, unde ex oleo corpus eorum quibus per circuitum rigor inuadit, ante accessionem illo confricatur: sic uero etiam in resolutis, & ischiadicis, atque in summa in quibus excalfacere partem quamuis, aut ex alto in superficiem extrahere aliquem humorem est opus, ad Costum configitur. Eadem de causa urinas mensesq; prouocat, & ad rupta cõuulsa, ac laterum dolores congruit. Porro ob amaritatem quæ illi inest, lumbricos latos necat. Ob eandem & ad contractas uelut ex sole maculas, & Equilæ Græci uocant, cum aqua aut melle usant. Inest itæ flatuosa quedam illi temperi humiditas, per quam & uenerem exaltat cum uino misulo.

EX DIOSCORIDE.

Lib. i. Cap. xxv.

Est Costo nis & natura calfacere, urinam ciere, & menses ducere. Maliebrum locorum affectionibus succurrit in

rit: in quem usum apponunt, liquidisq; & siccis ex eo fo-
mentis fouent. Potus idem duarum drachmarum pondere,
uiperarum morbis subuenit. Bibitur præterea cum uino
& absinthio utiliter contra pectoris dolores, conuulsas, &
inflationes. Venerem stimulat cum mulso: lumbricos uero
latos pellit, cum aqua potus. Inungitur ex eo oleo ante
accessionem contra febrium cum algore tremores: Inun-
guntur & resoluta. Absergit idem asperam & discolorẽ
cutem à sole cutem, ex aqua & melle inunctus. Miscetur præ-
terea malagmais, & antidotis.

EX ALCHALAHAMEN.

Costus quidem suffitu lumbricos pellit, ac menses trahit.

DE CARYOPHYLLO.

CAP.

XCVI.

NOMENCLATVRA.

CARYNFEL, seu Charunfal, Arabibus.
Καρυόφυλλον, Paulo & Serbio recentioribus
Grecis. Caryophyllon, quam commode Latinis. Gariophyl-
lus, Barbaris ac Officinis. Garofani, Italis. Girophles,
Gallis, Madre de clauos, seu Clauo de especia, seu Cla-
uel, Hispanis.

LOCVS, EFFIGIES, TEMPERAMENTVM,
IUVVAMENTA, ATQVE ELECTIO.

EX PAVLO AEGINETA.

Lib. vii. cap. iii.

Caryophyllon perinãe quasi dicas nucifoliũ, neque re,
neque essentia nomini respondet, ueram ex India arboris
cuspida flores stipule facie præferentes, nigri coloris,
longitudine digitali sunt, fragrantis, acres, subamari,
calorifici & excicatorij quadrantenus in tertio excessuum
ordine, quorum multiplex usus est cum in obsonijs, tum in
cæteris quibuscũque medicamentis.

EX HACHI.

Caryophyllum quidem Collyrijs uisum acutibus ad-
miscetur, oculorum namque hebetudines exteri: contraque
inflammatas, ac rubras, ad natam corneam membranam
ambientes uenulas, Sebel Mauritanii nominant, magnifi-
ce ualeat.

EX ABVGERIG.

Lachryma humorẽ c Caryophylli planta destuens,
resine Terebinthina propemodum similis est.

EX ATABARI, MBSEHAHA, ALHASARI ET RASB.

Caryophyllon uentriculo, Iecinorij auxiliatur, Cor-
porator, Alum cohinet, coctionemque adiunat.

EX ISAAC EBEN AMRAM.

Caryophylli drachme quatuor ex lacte ieiune assumptæ

uenerem maxumopere stimulant, inque usum etiam Caryo-
phylli, tum fructus, tum cortices lignaue non inutiliter
exhibentur. Ex India enim cum cortice lignoie aduehitur:
in summo siquidem ferrata habet capitula, que laudatissi-
ma censentur, colore subrubro, firmoque odore, ac præ-
sertim si digitis ex planta singulatim colligantur.

DE GALBANO.

CAP.

XCVII.

NOMENCLATVRA.

CHENE, seu Chalbebi, seu Chane, seu Bezard,
Arabibus. Χαχάβη, Grecis. Galbanum, seu
Galbanus, Latinis, Barbaris, ac Officinis. Galbano,
Italis, ac Hispanis. Galbanon, Gallis.

EFFIGIES, LOCVS, ELECTIO, ET ADVLTERIA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iii. cap. xxvii.

Nascentis in Syria ferule quam Metopiu aliqui uocat,
liquor Galbanũ est. Probatissimum quod thuri maxime si-
mile est, grumosum, purũ, pingue, minimeque lignosum,
& quod ferule seminijque aliquid admixtum habet, odore
grati, nõ adeo liquidum, nec contra adeo aridum. Adul-
teratur admixta resina, lomento sabæ, & amonica gutta,

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Galbanum succus est plantæ ferulacæ molendi & de-
gerendi uis. Fueritq; sane ex tertio ordine exalfacientiu
incipiente, aut secundo completo: in desiccando uero ex se-
cundo incipiente.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iii. cap. xxvii.

Calefaciendi uires habet Galbanum. Natura illi feruẽs
est. Extrahit, discentit. Menses factusq; subditum & sus-
fitu trahit. Inungitur ex aceto & nitro ad delendas len-
tiginis. Deglutitur idem contra ueterem tussim, angustias
spiritus, suspiria, rupta, conuulsasq;. Toxicæ aduerfatur cũ
uino & myrrha potum. Pellit eodẽ modo sumptum foetus
in utero mortuos. Imponitur contra dolores lateris, &
in carnosiss partibus ex crassa materia tumidos abscessus,
quos greci dothienas uocant. Comitiales & strangulata
uulnæ procedentes, uertiginisq; olfactu emendat. Suffitus
uenerata fugat, tussisq; à morsu eorum perunctos seruat.
Cum uerticillo herba ex oleo impositum, tactu tantum ser-
pentes necat. Dentium dolores finit illiũ aut cauis eorum
inditum. Creditur & contra urine angustias prodesse.
Resoluitur & hoc ad potiones amaris amygdalis, aut ru-
ta, aut aqua, aut aqua mulsa, aut calido pane. Resoluitur
& papperum iuoco quod meconium dicunt, aut cre-
mato ere, aut liquido selle. Purgatur autẽ hoc modo: In
feruentẽ aquam conijctio Galbanũ: id cum calore aqua li-

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

quefactam fuerit, supra se, quod est in eo inutile, omne ager, fluitabit; in summo sordes omnes que facillime hac ratione separabuntur. Est & alius purgandi modus: In raro puroque linteolo colligati Galbanum in aenea pyxide picatone fictili suspendito, sic tamen ne fictilis fundum glo mer & inuolucrum illud tangat, operculatq; in feruente aqua demittito, sic. n. quod utile in eo est in uas quasi per co lum liquabitur: quod uero lignosum in eo fuerit, in linteolo heredit.

DE COCCO BAPHICA, SEV GRANO QVOD TINGENDO EST. CAP. XCVIII.

NOMENCLATURA.

CHARMEN, Arabibus. *Κόκκος Βαφικη*, ή *Κόκκος Βαφικος*, Grecis. Coccus baphica, seu Coccus Baphicus, seu Granum insectorium, tinctorium, Latinis Grana, simpliciter Barbaris. Gran tinctorum, Officinis. Grana, Italis. Vermillon, Gallis. Scharlach ber, Germanis. Carrasco, frutex, ueluti eius granum, Grana en grano, Hispanis.

EFFIGIES, ELECTIO, AC LOCVS.

EX DIOSCORIDE Lib.iii. cap.xlviii.

Sarcosus parvus frutex est, cui Grana ceu lentesc adiacent. Ea collecta reponuntur & seruantur. Probabilissimus Coccus in Galatia & Armenia nascitur: post huc in Asia & Cilicia: postremo nota Hispanus est. Nascitur & in roboribus in Cilicia exiguis cochleis similis, que incole mulieres ore euulsum colligunt, Coccum uocantes.

TEMPERAMENTVM, AC INVAMENTA,

EX GALENO. Simp. Med.vii.

Granum tinctorium astringentem simulq; amarā qualitatem possidet. Vtraque sine morfu desiccatur. Proinde ad ingentia uulnera congruit, & ad neruorum uulnerationes. Sed tunc ipsum quidam cum aceto terunt, alij cum oxymelite.

EX DIOSCORIDE. Lib.iii. cap.xlviii.

Astringendi uires Coccus habet, uulneribus simpliciter & neruorum uulneribus accommodatas, in que usum tritus ex aceto emplastri modo imponitur.

DE BETONICA. CAP. XCIX.

NOMENCLATURA.

CHASTARA, Arabibus. *Καστρον*, ή *ψηχοτροπον*, Grecis. Vetonica seu Betonica, Latinis.

Betonica, Barbaris, Officinis, ac Italis. Botoefne seu Betoine, Gallis. Betonien, seu Braun Betonic, seu Vu eis? Betonien, Germanis.

LOCVS ATQVE EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE. Lib.iii. cap.i.

Cestron quod, quoniam frigidissimis inuenitur locis, Psychotrophon nominatur, quodque Romani Vetoniam dicunt, herba est quadrangulum, tenuem, altitudine cubitali & aliquando maiorem caulem habens: Folia longa, mollia, quernis similia, per ambitum incisura diuisa & odorata: inter que maiora sunt que ad radicem uiuunt. In summo caulium semem est satureie modo spicata. Carpit folia eius siccatur que quorum frequenter usus est. Radices illi sunt graciles, quales Veratri.

TEMPERAMENTVM, AC INVAMENTA.

EX GALENO. Simp. Med.vii.

Cestrum, aut Psychotrophum, Romanē uero Betonica, uim habet incidendi, ut gustus indicat. Amari/cula enim est & subacris ipsa herba: id quod ostendit & particulatim edita actio. Nam consistentes in renibus calculos rumpit: & pulmonē, pectus, & iecur expurgat abstergitq; mensis quoque ciet: & comitialibus prodest, tum rupe conuulsaque curat: & omnibus bestiarum moribus ulcers illita auxiliatur, postremo acidum ructantibus, (εξουρυ μωστας Greci uocant) & ischadicis bibita auxilio est.

EX DIOSCORIDE. Lib.iii. cap.i.

Radices pituitosas uomitiones cient in dulci aqua potae. Dantur drachma pondere bibenda folia in dulci aqua aut simplici aqua conuulsis, ruptis, contra muliebrum locorum affectiones, & strangulatu uulue procidentibus. Trium uero drachmarum pondere cum uini sextarijs duobus contra uenenatorum morfus. Quin etiā emplastri modo imposta herba uenenatorum moribus pariter prodest. Prodest & contra uenena: in que usum drachma pondere bibitur in uino. Eade presumpta letalibus aduer satur uenenis. Vrinā preter hęc cit: Aliū desicit: Comitiales & furiosos sanat cũ aqua pota. Bibitur hęc ipsa uulter drachma pondere iocinososis, lienosis uero cum aceto mulso. A diuauat concoctiones, siquis fabe magnitudine addito despumato melle post coena eam deuorauerit. Datur eodem modo et acidu ructantibus. Datur & cibum in stomacho non contentibus ut commanducetur: expressusq; in commanducando succus deuoretur: moxq; temperatum aqua forbeatur uinum. Datur & sanguinem expuentibus trium obolorū pondere in dilute uini potionis cyatho uno. Coxēdicis doloribus prodest cum aqua pota. Renum etiam cum urine malo aliquo, uesicęque doloribus: cutē uero subcutibus aquis drachmarum duas in pondere cum dulci aqua, ubi febris sit: ubi uero ea absit, cum mulso. Emendat suffusos felle

felle. Menses ducit drachmæ pondere cum uino pota. Aluum purgat pondere drachmarum duarum cum dulcis aque cyathis quatuor. Facit ad tabem, quæ Græci phibissin dicunt: parulenta; excretiones cum melle. Seruanda trita Vetonice siccata folia in ficitili sunt.

EX ANTONIO MVSA, CAESARI AVGVSTI MEDICO, AD M. AGRIPPAM.

Herba Vetonica contusa, & super capitis ictum imposita, uulnus mira celeritate conglutinat & sanat. Eo quoque efficacius, si tertio die resectam, hoc est, recentiore frequenter imposeris donec sanescat. Eius potestas tantam fertur habere utilitatem, ut ossa quoque fracta uisua extrahat. Ad dolores oculorum. Vetonice herbe radices ex aqua ad tertias coquito, & ex ea aqua oculos foueto: ipsa autem folia trita supra frontem & oculos imponito. Ad dolores aurium. Herbe Vetonice recentis folia uel per se aut in aqua madesacta perterito, succum eius excipito, deinde adiecta rosa liquida tepescant, & in aures stillato, lanæq; spissato, mire proficere creditur. Ad caliginem oculorum. Vetonice drachmam unam, aque calide cyathos quatuor ieiunus bibat, delucit ad inferiorem partem cum sanguinem qui caliginem oculorum facit. Ad lachrymosos oculos. Vetonica manduca aciem oculorum clariorem facit. Ad sanguinem de naribus profluentem. Herbe Vetonice contrite paululum salis adijcto digitis duobus & pollice medio quantum tolli poterit, & subactum formato rotundulâ: quam si naribus inferaueris, sanguinem sistet. Ad dolorem dentium. Herba Vetonica ex uino ueteri aut aceto ad tertias decoctâ & gargarisata, dolorem dentium discutit. Ad uomicos & suspuriosos & thoracis dolorem. Herbe Vetonice drachmam unam, & sumptis ex aqua tepida cyathis duobus bibendum si dederis, iuuat. Idem suspuriosis prodesse creditur. Ad phthisicos & eos qui purulentum reijciunt. Vetonice drachmas tres in puluere redactas dato cum melle, & glutiat ieiunus cotidie, auxiliatur. Ad stomachi dolorem. Vetonice drachmas quatuor dato manducare per triduum, uel in aqua frigida cyathis quatuor dabis bibere, miraberis bonum effectum. Ad icoris dolorem. Vetonice drachmas quatuor, aque calide cyathos quatuor da ut bibat per triduum. Ad lienosis. Herbi uetonice ex uino decoctâ et potui datâ, lienosis pleffis, experti asfirmât. Ad renes. Vetonice drachmæ duæ ex melle cyathis duobus bibentem sanabunt. Ad lateris dolorem. Vetonice drachmas tres ex uino ueteri cyathis tribus, & piperis grana uigintiseptem contrita & calefacta ieiunus bibat, curabitur. Ad lumborum dolorem. Vetonice drachmas tres ex uino Amineo cyathis tribus, piperis grana decem et septem contrita et calefacta ieiunus bibat. Ad uentris dolorem. Herbe Vetonice drachmam unam in aqua calida cyathis duobus bibendum da. His autem duntaxat hæc apta erit compositio, quorum non ex cruditate intestina torquentur. Ad alium concitandum. Vetonice drachmas quatuor, hydromelitos cyathos octo ad bibendum dato, uentrem presentaneum mouebit. Ad colum. Vetonica cum uino austero aque proficit. Ad tussim. Herbe Ve-

tonice uncias duas ex melle accipiat per dies noue. Ad quotidianas. Herbe Vetonice drachmas duas, arnoglossæ drachmam unam, ex aqua calida cyathis quatuor dato, bibat sub accessione. Ad tertianas. Vetonice & pulgij drachmas singulas, aque calide cyathos tres sub ipsa accessione dato bibere sanabitur. Ad quartanas. Herbe Vetonice drachmas tres, mellis Attici unciam unam, aque calide cyathos tres in unum miscebis, & ante accessionem da bibat, mire sanabitur. Ad uescie dolorem. Herbe Vetonice drachmas quatuor, apij radice serupulos tres. De coque apij radices in sextario aquæ ad medias, quem decoctæ fuerint, tam demum uetonicam permiscebis, & dabis bibere, dolorem in perpetuum sanabit. Ad calculum. Vetonice drachmas tres ex aceto scyllitico, & mellis unciam unam & aque calide cyathos nouem bibat, confert. Ad hydropicos. Vetonice drachmam unam ex aque calide cyatho uno da triduo bibere. Ad mulieres que partu laborant. Vetonice drachmas duas, aque calide cyathos quatuor si cum febre fuerit: sin uero sine febre, misce cyathos duos & aque calide cyathos duos da bibere. Ad paralytim. Vetonica trita et imposita neruus etiam precipos glutinare & persanare creditur. Ad horrores. Vetonice drachmas duas ex aque calide cyathis duobus, & uini austeri cyathis duobus sub accessione dato bibere. Ad mulieres quibus loci præ frigore uexati sunt. Vetonice drachmas tres ex aque calide cyathis tribus ieiunus dato bibere triduo, remedia sentiet. Ad eos qui sanguinem per os reijciunt & purulentos. Vetonice drachmas tres & lactis recentis caprini cyathos tres bibat triduo, & statim sanabitur. Ne fias ebrius. Vetonicam prius sumas. Ad euerfos de uehiculo. Vetonice drachmas tres ex uini ueteris cyathis duobus calefactis bibat. Ad ictericos, id est, morbo regio Laborantes, qui sunt auriginosi. Vetonicam herbam ex uini cyathis tribus frequenter sumptam, proficere didicimus. Ad carbunculum. Vetonice drachmam unam, aque calide cyathos duos bibat. Item uetonica cû axungia trita plage imponatur, prodest. Qui perfrictionibus laborant. Vetonice unciam ex uino cyathis quatuor bibat triduo. Lassus ex itinere. Vetonice drachmam unam ex oxymelitos cyathis tribus potui dato. Aegris fastidiensibus cibos. Vetonice drachmas duas ex aque melle cyathis tribus bibat. Ut facile quis concoquat. Vetonice drachmas tres, mellis unciam unam, aque calide cyathos duos bibat. Ad eos qui cibum non possunt continere. Vetonice drachmas tres, mellis unciam unam concoquito donec indureseat, & passillos ex his facito quatuor, & ex ipsis cum aque calide cyathis duobus unum per singulos dies deglutiat et bibat. Ad ueretri dolorem & tumorem. Vetonica ex uino trita tumores foueto, ipsamq; apponito, potenter facit. His qui uenenum sumperunt. Vetonice drachmas tres ex uini cyathis tribus statim dato bibat, & reijciat. Ad serpentum morsus. Vetonice drachmas tres in uini cyathis tribus diluito & potui dato, omnium serpentium morsus sanat. Item uetonice drachmas sex in uini nigri cyathis tribus contritio & super uulnus illinito. Ad rabidi canis morsum. Vetonica contusa morsui imponatur. Ad fistulas. Vetonica contusa & trita ex hac rotundulas fa-

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

cto, & paululum salis inferito, & fistulam obligato, expurgat & sanat. Ad lumborum dolorem. Vetonice drachmas duas ex mulsio potui dato: febricitanti ex aqua calida, lumborum dolores sanare creditur. Ad mulierum purgationes. Vetonice drachma ex utero data purgationes herentes expellit. Ad podagram. Vetonice radices cum folijs decoctas ad tertias in aqua potui datas: ipsamque per se tritam & impostam, mire dolorem lenire experti adfirmant.

DE SIO.

CAP. C.

NOMENCLATURA.

ROR. EATHALMI, seu Inhamelanella, seu Hamelanella, Arabibus. $\Sigma\iota\omicron\nu$, ἡ Ἀρχαμῖς Ἐνδρος, Grecis. Sium, Lauer, et Anagallis aquatica, Latinis. Apium aqua, & Senatio, Barbaris. Gorgolestro, Italis. Berle, Gallis. Vußsermerck, Germanis.

LOCVS, AC EFFIGIES,

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii, cap. cliiii.

Nascitur & inuenitur in aquis brevis, pinguis, & pusillus frutex, latis folijs Olystrato similibus, minoribus tantum & odoratis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA,

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Sium quantum gustum odoratum est, tantum etiam exal facientis facultatis est particeps. Sed & digerit, & urinam mouet, & calculos renum frangit, & menses euocat.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii, cap. cliiii.

Folijis crudis pariter & coctis in cibo sumptis franguntur, & excernuntur vesicæ calculi: urina ducitur: factus & menses trahuntur. Quinè contra intestinorum tormina utiliter comeduntur. De Sio herbarij Crateia uerba ea sunt: Eryucosa Sium herba est, paucis folijs, circinatibus, nigris, maioribus quàm mètæ, ad cruce figuram propius accedentibus.

DE FOENICULO.

CAP. CII.

NOMENCLATURA.

RAIENIGI, seu Baralme, Arabibus. $\text{Mox}\rho\omega\delta\epsilon\sigma$, Grecis. Marathrum, seu Feniculum, Latinis. Feniculum, Barbaris, ac Officinis. Fenochio, & Herba buona, Italis. Fenoil, Gallis. Fenchel, Germanis. Hinoio, Hispanis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Feniculum tam ualenter exal facit, ut ex tertio ordine exal facientium censeri promeretur: deficcet uero non aque, sed ipsum quispiam in hoc primi esse ordinis posuerit: proinde lac procreat: quod si admodum deficcaret, non sane efficeret. suffusus eadem ratione auxiliatur, urinas mensesque ciet.

EX DAMOCRATE.

Angues hyberna latebra uisu obscurato, Marathro herbæ sese affricantes, oculos inungunt, ac resouent.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii, cap. lxxxix.

Facit copiam lactis foeniculi herbe cubus. Potest idem et semen potui & cum pitana decoctum. Comæ foeniculi decoctum quod urinam ciere potest, renum cum urina malo aliquo doloribus & uesicæ uirij utiliter bibitur. Confert & serpentium morsibus cum uino potum. Menses idem ducit. Nauseas in febribus & ardores stomachi lenit cum frigida aqua potum. Sanant rabidorum canum morsus coniecte radices & ex melle emplastri modo impostæ. Ex folijs caulibusque expressus, tum in sole siccatus, succus, oculorum medicine & remedijs utilis, quæcumque ad eorum claritatem conficiuntur. Exprimitur & ex uiridi semine succus cum folijs ramulisque ad eadem omnia. Radix præterea eodem modo in prima foliorum germinatione exprimitur. In occidentali Iberia gammii similem ex se liquorem mittit Feniculum, medium cum floret demetentibus incolis caulem, ignisq; admoventibus, ut uel caloris ueluti exudatum gummi illud ex semittat: Estq; in oculo rum medicina multo quam succus liquor hic efficacia.

DE HIPPOMARATHRO, GRANDI VE SEU ERRATICO FOENICULO.

CAP. CIII.

NOMENCLATURA.

OTOMARATHRVM, Arabibus. $\text{H}\rho\tau\tau\omega\kappa\alpha$, $\rho\omega\delta\epsilon\sigma$, Grecis. Hippomarathrum, Grande, Syluestre seu erraticum Feniculum, Latinis. Feniculum agrestis, Barbaris, ac Officinis. Fenochio saluatico, Italis. Fenoil sauage, Gallis. Vuilder Fenchel, Germanis.

GENERA, EFFIGIES, TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii, cap. lxxxix.

Grande est Hippomarathrum erraticum uel foeniculum. Semen fert Canchry simile. Radix illi est odorata: quæ contra urinæ stillicidia utiliter bibitur. Menses apposta eadem trahit. Siliunt aliter potui semen et radix, serpentium morsibus subueniunt: uesicæ calculos frangunt, & suffusos felle purgant. Bibitur nutricibus in defectu lactis foeniculorum.

liorum erratici Feniculi decoctum. Puerperas à partu purgat. Vocatur et alteri Hippomarathri erraticiù feniculi. folijs angustis exilibus & oblongis semine rotundo, coriandri feminis eadem pene figura, acri, odoratoq; & quod calefaciendo sit. Respondent proportione similes antedictio uires eius: infirmiores tamen & minus efficaces sunt.

BX GALENO.
Simp. Med. vii.

Porro est & alterum femiculum, quod præ magnitudine Hippomarathrum nuncupant, cuius radix ac semen amplius quam domestica, desiccandi uim obtinet: quo circa uentrem quoque eo nomine sifere uidetur. Nec sane manifesta illis inesse uidetur adstrictio. Huius non radix modo, sed et semen Cachry as simile est, potestq; & calculus frangere, & auriginosos sanare, mensesq; & urinas mouere, non tamen lac congerere, sicut illud superius. Aliud est Hippomarathrum, cuius semen rotundum est & acre, simile semini coriandri, facultate quidem Hippomarathro simile, sed debilius.

DE RESINIS OMNIBUS,

BVS, CAP. CIII.
NOMENCLATURA.

RATIN, seu Hatig, seu Halch, Arabibus. P'UTIVM, Græcis. Resina, Latinis, Bayrabis, ac Officinis, & Ragia, Italis. Resine Gallis Hariz, Germanis.

GENERA, ELECTIO, LOCVS,

TEMPERAMENTVM, AC INVALEMENTA.

BX GALENO.
Simp. Med. viii.

Resine omnes desiccant et exaltescunt. Ceterum inter se discrepant: quæ plus ac minus habeant in gustu quidem acrimoniae, in facultate uero caliditatis: tum quæ alie plus, alie minus fortitæ sunt partium tenuitatis, præterea quæ nonnullæ adstrictionis sunt participes, alie nequaquam. Primas meruit omnium non inuaria Lentiscina. Eam uocant Mastichen. Nam præterquam quæ paucula ei adest adstrictio, adeo ut stomachi uentrisq; & uisceris imbecillitatis & phlegmonis conueniat, insuper illi inest mordacitate uacans desiccatio. Minimum enim acris est & maxime tenuissimum partium. Inter alias præfertur terebinthina, manifestam quidem, non tamen similiter atque mastiche adstrictionem possidens: ceterum adiunctam habet amaritudinem quandam, per quam magis etiam quam mastiche digerit. Ob eandem qualitatem inest & absterio, tanta quidem, ut & psoras sanat. Quinetiam quæ in profundo resident, ceteris Resinis magis attrahit, nimirum cum illis maiorem habeat partium tenuitatem. Attamen picea, & hac etiam magis strobilina, acriores quidem ea sunt, sed non magis tamen digerunt neque attrahunt. Melie inter has sunt pinea & abietina acriores quidem quam terebinthina, minus tamen quam aut picea, aut strobilina. Habet porro etiam emolliens quiddam ter ebinthina. Secundum locum habet in emolliendo lentiscina, sicut & cyparissina acrimoniae.

BX DIOSCORIDE.
Lib. i. cap. xcii. & xciii.

Antecedunt Resinas omnes alias terebinthina: post hanc Lentiscina est quam mastichen nominant, tum quæ ex pinis distilla uerit & abiegnæ. Post has numerantur quæ ex picea fluxit, & pinea. Mollit Resina omnis, calefacit, dissipat

collecciones, repurgat. Tussientibus & tabidis in eclegma te per se, aut cum melle accomodata, peffloris uitia etiam purgans. Urinam eadem cit, maturat, & aluum mollit. glutinandis palpebris utilis est. Et contra lepras cum arugine, atramento sutorio & nitro inungitur. Contra Saniem uero desillantes aures, & naturalium pruriginis ex oleo & melle, miscetur eadem emplastris, malagmatibus & acopis. Quinetiam lateris doloribus succurrit per se inuncta & inposita. Nasitur & liquida Resina ex arboribus pinea et picea quæ ex Tyrrenia & Gallia affertur. Eadem ex Colophonæ Asia quondam afferebatur, unde & Colophonæ nomen inuenit. Affertur liquida & ex Galatia quæ ad alpes est, quæ gætis suæ uocabulo regionis eius incolæ larignæ dicunt, egregie bonitatis contra diutinas tusses in eclegmate et per se. Colore inter se differunt hæc etiâ: Est enim quæ cædida, quæ olei, et quæ mellis colore sit, qualis larigna est. Nasitur & ex cupresso liquida Resina, ad omnia eadem utilis. In sicca Resine genere pinea etiam est & abiegnæ, necnon ex picea pinea. Eligito in omnibus his odoratisissimam, pelluentissimam non adeo aridam, neque humentem, friabilem, & cere similem. Bonitate omnes uincunt quæ ex picea & abiete desillatant, odorate enim sunt, & thuris similes. Affertur & ex Pityasa insula, quæ ad Hispaniam est, egregie bonitatis Resine. Ex picea autem, pinu & cupresso minore efficacia & ignauiores sunt, nec pares alijs uires habent, licet ad omnia eadem in usu sint. Lentiscina tamen Ter ebinthina respondet. Coquitur liquida omnis Resina in uase quod quadruplo ad infundendi humoris quantitatem capta sit: oportetq; Resine unum, celestis uero aquæ congios duos in abenum conicientes in prunis leuiter coquere, continueq; miscere, donec odorem omnem amiserit, friabilisq; facta siccet, & digitis, in aritru non repugnauerit: refrigerata deinde in fictili non picato uase seruanda est. Quæ sic cocta fuerit Resina, candidissima erit: prius tamen oportet liquatam Resinam per colum aliquod trahere, ut quod in ea sordidum est, secernatur. Crematur & sine aqua Resine in prunis leuiter primum: quum uero in eo sunt ut densentur, raptim & sine intermissione copiosi subiiciendi carbones, triuiciumq; cum suis non flibus indeclinenter coquenda sunt, donec quales præmonstrauimus fiant, tuncq; ut dictum paulo ante est, reponenda. In siccis satis erit integræ diem coltas reponere. Vitiles coctæ Resine sunt malagmatibus & acopis, colorandisq; unguentis. Colligitur ex Resina fuligo etiam eodem quo ex thure modo, bonestandis palpebris utilis, corrosio oculorum angulis, palpebrarum ex corruptione desluujs, & oculorum lachrymationibus. Fit & ex Resine fuligine atramentum librarium.

EX ABYGERIG.

Resina è Pinn contra duros abscessus utilis: supercutanea; capitis, ac reliqua uniuersi corporis ulcera emendat, cum Balsamjs inspersa.

DE ANETHO,

CAP. CIIII.
NOMENCLATURA.

XEBETH, seu Iebet, seu Sebet, Arabibus. A'NETH, Græcis. Anethum, Latinis, ac Officinis. Aneto, Italis. Anet, Gallis. Dyllen, & Hochkraut, Germanis. Eñlido, Hispanis.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Anethum adeo exalfacit, ut habédum fit aut secundi ordinis intensi, aut tertij remissi. Exiccantium uero ordinis est secundi incipientis, aut primi finientis. Itaque merito in oleo decoctum digerit, dolorem sedat, somnum conciliat, & crudos & incoctos humores concoquit. Fit enim ex eo oleū cuius propinqua sit temperies pus mouentibus, et conoquentibus uocatis medicamentis, nisi quatenus paulo illis tum calidius tum subtilius est, ac proinde digerēs. Vñ autem tertij ordinis tum exalfacientium, tum desiccantium fit, et pro inde ulceribus nimis humidis mollibusque prodest, potissimum ijs que in pudentis consistunt; at que in preputio sunt inueterata, ea probe cicatrice includit. Ceterum uiride humidius est salicet, & minus calidum, itaque magis concoquit, & somnum conciliat, sed minus digerit. Ideo mihi uidentur ueteres coronis ex eo plexis uti solere in conuicijs.

EX DIOSCORIDE.

Lib. lib. cap. lxxvii.

Proritat lac siccati Anethi comæ & seminis decoctum. Tormina & inflationes finit. Aluū atq; ex alio surgentes vomitiones sistit. Vrinam cit, singultus lenit. Oculorum claritati officit, & genituram extinguit, continue potū. Fountur decocto eius insidentes uulteri scabine. Tollit condylomata illius cremati seminis Anethi cinis.

EX ABENMESVAL.

Anethum calidum est ordine secundo, singultus potissimum cohibet, somnumq; conciliat. Oleum autem ex Anetho flatulentos spiritus disiecit. Semen uero lac proritat potentis exceptum, per se tamen genituram extinguit, atq; oculos hebetat, praesertim liberalius assumptum.

DE LIBANOTIDE,

SEU ROSMARINO.

CAP. CV.

NOMENCLATURA.

XAIER ALMERIEM, seu Alpinalsch, seu Cachold, Arabibus. Λιβανωτίς, Græcis. Libanotis, seu Rosmarinum, Latinis. Arbor Maris, Barbaris. Encensaris, Gallis.

GENERA, EFFIGIES, AC LOCVS,

EX DIOSCORIDE.

Lib. lib. cap. lxxxviii.

Duum generum Libanotis est. Fecunda fructuumq; ferens alia: que secunda diuisione duo item genera facit, eam que Zea aut Campsanema uocatur: cuius fructus Canchrys uocatur, similiaq; feniculo folia habet, crassiora tamen & latiora, rote modo in orbem circumagentia se, et per terram strata, odoratq; caulem altitudine cubitali, & aliquando maiorem, alarum concantibus multis: & in

summo umbellam, in qua copiosum semen est, candidam, uerticillo simile, circinatum, angulosum, acre, resinosum: & quod commandacatum gustum incendit. Cui radix est candida, gracilis, odore thuris. Alteram deinde in canclis huic similem, que semen fert latum, nigrum, odoratum, uerticillo simile, sed gustum non incendens. Radice foris nigram, contusam uero albam. Que autem ex prima diuisione sterilis & sine fructu Libanotis dicitur, antedictis tota similis, nec caule, nec floren, nec semem ex se profert. Nascitur autem petrosif & asperis locis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA,

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Libanotides tres sunt, una sterilis, due fructum ferentes: omnes uero eiusdem facultatis, emollientis & digerentis. Succus tum radicum, tum herbe mistus melli obtusam oculorum aciem ab humorum crassitudine curat.

EX DIOSCORIDE.

Lib. lib. cap. lxxxviii.

Omnium comuniter concesa herba & emplstri modo imposita hemorrhoidas sistit. Sed in inflammationes lentis condylomatq; & strumas, nec facile maturificentes abscessus maturat. Pergant huleera ex melle siccate omnium radices: Torminibus medentur, & contra serpentium morsum cum uino utiliter bibuntur. Menfes & urinam trahunt. Discutiunt illite ueteres tumores. Facit ad oculorum claritatem radices herbaq; eam succus addito melle inunctus. Potest eadem & semem. Comitibus libis & uetustis peccoris uitis succurrit. Datur cum pipere & uino contra fellis suffusionem. Sadores idem cit ex oleo inunctum. Confert praeter ea ruptis, conuulsis, podagrisque in quem usum tritum cum loliacea farina & aceto emplstri modo imponitur. Vitiliginem exterit acerrimo aceto mixtum. Veruntamen oportet in potionibus femine Libanotidis eius uti que Canchryn non fert, acerrimum enim id est, faucesq; exasperat. Tradidit Theophrastus cum erice nasci Libanotida amaræ agrestis Lactuce folia similia habentem, radice breui, potamq; utraq; purgare: candidiora tamen, asperiora que lactuce folijs Libanotida sua habere.

DE CANCHRY,

CAP. CVI.

NOMENCLATURA.

FA CHI, seu Fahar, Arabibus. Κανχρυ, Græcis. Canchry, Latinis.

TEMPERAMENTVM AC IUVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. lib. cap. lxxxviii.

Quod uero Canchry in Libanotide dicitur, calcifacidi sicca atq; maximas habet uires. Eapropter miscetur his q; ex teredo sunt: et contra destillationes in oculos, capiti sic emplstri modo imponitur, ut post triduum abstergetur.

DE LIBANOTIDE

CORONARIA, QVAE PRIVATIM ROS-
MARINVM DICITVR, CAP. CVIII.

NOMENCLATVRA.

E LKIALGEBEK, Arabibus. Λιβανotis
στικαρωματικη, Græcis. Libanotis Coronaria,
& Rosmarinum, Latinis. Rosmarinus, Barbaris, ac Offici-
nis. Rosmarino, Italis. Rosmarin, Gallis. Rosmarin, Ger-
manis. Romero, seu Rosmari, Hispanis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii. cap. lxxxix.

Rosmarinum quo coronarij utuntur, tenues virgæ sunt
circa quas folia item tenuia sunt, densa, oblonga, & graci-
lia; inferiore sui parte candida, superiore uirentia, cum
grauitate odorata.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Porro eius Libanotis que ad coronas est utilis, quæ
Romani Rosmarinum nuncupant, decoctum regio morbo
laborantes potum adiuuat. Omnes enim Libanotides ab-
surgentis incutitis facultatis participes sunt.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii. cap. lxxxix.

Calefaciendi vires habet: medetur suffusus felle, si quis
in aqua decoxerit, decoctumq; id ante exercitationem bibe-
ndum homini dederit, & post exercitationes lauerit & ui-
no potauerit. Misceatur idem acopis, & oleo quod gluci-
num, id est mustem uocant.

EX ABEN MESVAI.

Calida est ac sicca ordine tertio. frigide grauedini quæ
Græcis Κόρυζα uocatur, egregie medetur. Contraq; oculi-
orum fluxiones ex melle non inutiliter illinitur.

EX RASB.

Libanotis Coronaria quam Romani Rosmarinum nun-
cupant, calefaciendi, ac tenuandi vires habet, flatulentos
spiritus discutit, urinas ac menses trahit. Liens ac tecino-
ris intestinorumq; obstructa liberat. Rustici autem, lepo-
res, capreas ceruossue prius exenteratos, ne oleant Coro-
naria Libanotide probe infarciant, ob innatam nimirum
quam habet odoris suauolentiam.

DE MELANTHIO,

NIGELLA VE SEV GITH, CAP. CVIII.

NOMENCLATVRA.

XAMIM, seu Sunis, uel Sunizi. Arabibus. Με-
λάνθιον, Græcis. Melanthium, Papauer nigrum,
Nigella, & Gith, Latinis. Nigella, Barbaris, Offici-
nis, ac Italis. Pourrelle seu Nielle pourvette seu barbuë, Gal-
lis. Schumariz Roemisch, Schabab, Vuolricchend seu Schu-
nariz Coriander, Germanis. Neguilla, Hispanis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii. cap. xcii.

Breuis frutex Nigella est, exilibus ramulis, pedali &
aliquando maior e altitudine. Parua habet folia, senecionis
herbæ figura, multo tamen tenuiora. Habet & in summo ca-
cumine exiguum nasculum, papaueris figura oblongum, in
teriore sui parte discurrentibus ueluti cancellis dissectum,
inter quos nigrum semen, acre, odoratumq; clauduntur.

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Melanthium excaescau atque defecit tertio ordine. Vi-
detur etiam tenuium esse partium: hoc enim nomine catar-
rhos sanat calidum in linteo admotum, atque asiduo olfa-
ctum. Quinetiam si intro in corpus sumatur, uel maxime
flatus extinguit. Vnde constat essenti e ipsam esse succilis
& ad unguem a caliditate elaborata. Propterea sanè etiam
amarum est. Oesensum uero in quarto horum uoluntati est,
quod cum ad extrinsecam tenuitatem atq; elaborationem ter-
rena pertingit substantia, amara proueniat qualitas. Itaq;
mirum non est si lubricos interinat nò esum modo, sed etiã
foris uentri impositum. Siquidem & id præstare posse fa-
porem amarum monstratum est. Nec sanè etiam mirandum si
lepras, clausos, myrmeccius eiciat, ei præsertim qui in supe-
rioribus libris comprehensorum haud est immemor. Sic ue-
rò etiam orthopneam uuat, & menses prouocat, qui utiq;
ob crassitatem aut uiscositatem humorum retenti fue-
rint. In summa uero, ubi sectio, extersione, defecatione,
excaescactione est opus præstantissimum id remedium est.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii. cap. xcii.

Compinsitur semen planti gratissimo cibo. Fronti con-
tra dolores capitis emplastrum modo imponitur: & contra
incipientes fellis suffusiones tritum naribus cum irino un-
guento insillatur. Delet idem lentiginis leprasq;: Tumo-
res itidem ueteres, & durities, ex aceto emplastrum modo im-
positum. Clauos præteres ante scarificatos pellic ex urina
ueteris impositum. Decoquitur in aceto adiuuis tede hastu-
lis Nigellæ semen. Colluunturq; eo in dolore dentes utili-
ter. Contra latos lumbricos uentris ex aqua umbilico illi-
nuntur, pellicq; eos. Quinetiam tritum & in linteolo colliga-
tum, in naves distillationibus olfactu prodest. Pluribus
diebus itidem potum, menses, urinam & lac prouocat. Fi-
nit & spiritus angustias in uino potum. Bibitur utiliter
in aqua contra phalangiorum morsus drachme pondere.
Suffitu serpentes fugat. Ferunt præteres largius potum,
letale homini esse.

EX ABEN MESVAI.

Contra febres potissimum a piuitosis atrabilaribusq;
humoribus obortas, utiliter assumitur. Lumbricos itidem
qui Græcis Ασκάριδες dicuntur interimit. Phalangiorum
morsibus quoque aduersatur.

DE TRIPOLIO HERBA,

CAP.

CIX.

NOMENCLATVRA.

TVRBITH, seu Caricemon seu Terbed, Arabi-
bus. Τριπύλιον, antiquioribus, Τριπύλιον, uero
recentioribus Græcis. Caliumaris, Tripoliū, ac Turpetū,
nò inepte. Latinis. Turbith, Barbaris, Officinis, ac Italis.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

LOCVS, ACEFFIGIES.

EX DIOSCORIDE,

Lib.iii. cap. cxxxv.

Nascitur maritimis locis, non tamen in arida, neque in mari, sed quo fluxus peruenit & regressitur. Folia habet Glastro similia crassaq; uerum latiores. Caulem dodrateralem in summo se diuidentem. Fertur flos eius ter quotidie mutato colore uideri: matutino enim albet, meridie purpureo, uespere puniceo colore fit. Radix illi est candida, odorata, gustu feruida.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO,

Simp. Med. viii.

Tripolij radix gustanti acris est, & facultate calida in tertio excessu.

EX DIOSCORIDE,

Lib.iii. cap. cxxxv.

Radix pondere duarum drachmarum pota, per in ferna aquas & urinam trahit. Carpit Tripolium ad amuleta contra ueneficiorum noxas & alexipharmaca.

EX ABEN MESVAL.

Tripolion calidum est ac siccam ordine tertio. Laudatur colore maxime cauido, exterius lene, ac sine asperitate, ligno gracili, minimeq; lanuginosum. Priuatim crassam pituitam educit, animi tamen exolutionem defectumq; parit, sapore eius nimirum ingrato atque abominabili. Tripolium autem probe emendatur, dulcium amygdalarum oleo admixtum. Pondus est à drachma una ad duas. Exhibendum uero non nisi diligenti alibita cura, nec per se quoque asusumendum. Tripolium etiam coxendicis humoribus purganda medetur.

EX MBSARVGIE.

Crassas superfluitates pellit.

EX ALCANZI.

Crudos humores purgat.

EX ABIGE.

Tripolion praestantissimum est album, arundinosum, colore cineritio argenteo, non admodum carnosum sed tenue, fractu facile, non crassum neque ponderosum, & dum frangitur intus candicans. His autem notis desitutum inutile. Tripolium quoque uetustate ut alia pernilia, terribus facile tentatur, & redditur imbecillius. Sed belle deprehenditur, ex innumeris foraminibus, ueluti acu omni ex parte perforatum, atque ex summa ponderis leuitate. Nec in usum quidem recipiendum, nam eius uirtus omnino effluuit. Tripolium uero pituitam modice educit, calidum est ac siccum, ueluti Scammonium, xruostimq; pituitam trahit qua re ambo inuicem mixta tum flauam bilem tum pituitam per inferna egregie purgant. Tripolium autem hoc pulso infrenatur, cortex ad album usque abradendus, mox contandendus ac demum excernendus si magnis Antidotis est admiscendus, per tenue cribrum, si uero medicamentis purgan-

tibus ut Catapotijs, atque decoctis, per crassum, ut partes crassiores supersint, ne uillis uentriculi inhereant. Modus tamen uim eius medicamentariam infrenandi, usitator, est ut à conuulsione ac per cribrum excussione, oleo amygdalarum amararum excipiatur. Cum etiam uolumus cum his qui crassam ac lentam pituitam habent, exhibere, accurate terendum ac cribrandum, ut pituita adhaereat, eamq; commode purget. Pondus est à drachma una, ad duas. In decoctis autem ad drachmas quatuor.

DE ALLIIS,

CAP.

CX.

NOMENCLATVRA.

CHAOM, seu Cairin seu Thum, Arabibus. ἄλλοπος, Graecis. Allium, Latinis. Allium Barbaris, ac Officinis. Aglio, Italis. Ail, seu Aux Gallis. Knobloch, seu Knoblauch, Germanis. Aio, Hispanis.

GENERA, EFFIGIES, AC LOCVS,

EX DIOSCORIDE,

Lib.ii. cap. clxxxii.

Duplex Allij genus: satium siue hortense, quod in Aegypto concreto capite Porrimo nascitur dulce, colore ad purpuram inclinat exiguumque; R eliquis locis grãde Allium multiceps et cadidum est. Vocantque in eo diuisiones, ἄλλοπος spicasue seu nucleos. Est & aliud sylesire Allium, quod ὀφιοσκορον seu ophioscorodon (quasi anguinum Allium, Latini Alleni agreste Barbari, ac Officinae. Aglio saluatico & serpentino, Itali. Ail sauage, Galli. Vuilcher Knoblauch, Germani.) nominant.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX HIPPOCRATE.

In libro de Vict. rat. in Mor. acutis, Commen. iiii.

Allium flatum parit, caliditatemq; in thorace, capitis item grauitatem facit, & cibi fastidium, si & alius quispia dolor ex consuetudine ante inestauerit, irritat. Ceterum urinas ciet, estq; hoc pradiu bono, cumq; qui potaturus sit, & sese crapula daturus, uorare Allium optimum est.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Allium desiccet & exsiccet quarto excessu. Porro Ophioscorodon agreste Allium est, domestico ualentius, cetera reliqua agrestia omnia.

Method. Meden. xii. cap. viii.

Est profecto Allium ex eorum ciborum genere, qui & flatum discutiant, & minime sitim inferant. Sunt qui parum id experti existiment maiorem quam Cepas sitim excitare: sed plane errore: cum non modo non maiorem quam Cepae, sed nec omnino sitim faciat. Idem omnium plane eduliorum maxime flatum discutit. Itaq; ipse cerie agrestium theriacem

theriacem id appello. Ac si quis uel Thracas, uel Gallos, uel deniq; qui frigidam regionem incolunt, uel si alijs ueruerit, non leuiter ijs hominibus noceat.

Simp. Med. xi.

Sed & de cimicibus quibusdam traditum est, quod si cum aceto bibantur, hirudines eiciant nobis, cum eas perpetuo Alliorum esu eiecimus, haud opus fuit cimicibus.

EX DIOSCORIDE,

Lib. ii. cap. clxxxii.

Habet omne Allium acrimonia, calefacit in cibo, erodit, ex cernit, pedibus pellit, aliumq; turbat, stomachum siccat, sterculosum est, inflationes gignit, summam corporis cutem uariat, & claritati oculorum officit. Potest euncta eadem syluestre quod Obioscorodon, id est Anguinum nominant. Pellit lumbricos latos sumptum in cibo Allium; urinam cit; & ut quoduis aliud, contra uiperam & hamorrhoides serpentis morsus potest continere, utile est: aut cum uino tritum simulq; epotum. Imponitur emplastrum modo etiam contra haec ipsa pari utilitate. Imponitur et contra rabidi canis morsus: contra quos in cibo sumptum pariter profest. Vitale et contra aquarum mutationes Allium est. Fauces ad uocem clariore reddidit. Veterem tussim lenit crudum pariter & coctum. Bibitur magna utilitate cum origani decocto contra pediculos & lenes. Medetur sugillatis & capillorum desuuijs quas alopecias dicunt, Alliorum cinis cum melle subactus & inunctus. Sanat & in alopecijs papularum eruptiones cum nardino unguento additis sale et oleo: cum melle uero impetigines, uittigines, lentigines, manantia tunc ulcera, furfures et lepras. Coquitur cum tedi & thure Allium, leuatq; dentium dolores, si ore continetur decoctum illud. Contra muris aranei morsus cum ficulis folijs cyminoque emplastrum modo imponitur. Come Alliorum decocto insidentibus feminis mensis & secundae trahuntur. Quin etiam suffitus eadem Allium praestat. Quodq; ex alijs et nigris olijs intritum fit, a Grecis μυτιτότον seu Myttoton appellatum, in cibo urinam cit & aperit: & subeuntibus cutem aquis utile est.

EX RUFIO.

Allium uim habet excalescentiam, crassosq; ac lentos humores incendiendi. Claritati oculorum officit, panniculos siquidem, ac humores eorum adurit, uisumq; laedit. Auribus, tectori, Pulmoni, ac Renibus potissimum quoq; aduersatur. Si etiam alijs quispiam dolor ante infesta uerit, eum irritat, atque exacerbat, nec non flatum parit. Allium uero recens ac uiride ualentius, urinas mouet, aluum emollit, lumbricosq; pellit.

EX HYNAHIM.

Causa horum omnium, est eius acrimonia. Allium uim habet excalescentiam. Est uero sanum uisum offendat nihilominus tamen eius hebetudinem propter fluxiones humiditatum ortam sanat.

EX ABENMESVAL.

Allium proprietate quadam situm a salso humore in uen-

triculo factam, diluendo atq; exicando, reprimat. Si quis ab ipsorum esu, folia quidem pinea recentia insuper mandat, oreq; a uero odoratissimo demum colluto, allia non olebit. Allium etiam remedium est contra uenena, ac frigidus dolores, perinde atq; Theriaca.

EX COSTO.

Allium quidem crudum assumptum, Lumbricos eicit, Vrinamq; tum sillicidio tum difficultati, & Τραχυροειξ, ac Δυσουρξ Grecis nominantur; magno opere etiam auxiliatur.

DE SCORODOPRASO,

ID EST, SIMVL ALLIO ET PORRO.

CAP.

CXI.

NOMENCLATURA.

Μ Κοροδοπραξον, Grecis. Scorodoprasum, Allium simul ac Porrum, Latinis. Allium porrinum, Barbaris ac Officinis. Aglioporro, Italis. Ail porreau, Gallis. Aber Knoblauch, Germanis.

EFFIGIES, TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA,

EX DIOSCORIDE.

Lib. ii. cap. clxxxiii.

Nascitur scorodoprasum quasi grande porrum, Porri & Allij qualitatum particeps: Ideoq; mixtas & communes habet uires, omnia potens quae Porrum & Allium, uerum minore efficacia. Estur oleorum modo decoctum & edulcatum.

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Scorodoprasum sicut gustu & odore mediam Scorodi, hoc est Allij, & Prasii, id est Porri, qualitatem possidet, ita & uiribus.

DE SCORDIO,

PALVSTRIVE TRIXAGINE.

CAP.

CXII.

NOMENCLATURA.

SCORDEON, seu Scordeum, Arabibus. & Κορδιον, Grecis. Scordium, & Trixago palustris, Latinis. Scordeum, Barbaris, ac Officinis. Scordio, Italis. Chamarax, Gallis. Vuasser batenig, & Knobloch Kraut, Germanis.

LOCVS, EFFIGIES, ATQVE ELECTIO.

EX DIOSCORIDE.

Lib. ii. cap. clxxxiiii.

Nascitur montis humentibus locis, folio Trixaginis, uerum maiore: nec per ambitum tantopere incisuris diuiso,

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

odore aliquo Allij, amaro simul & adstringente sapore. Causas habet quadrangulos, in quibus rubescens flos est. Efficacissima omnium Põtica et Cretica Trixago palustris è.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. viii.

Scordium, ex uarijs id tum saporibus, tum facultatibus constat, nam & amarum quid obtinet, & acerbum, & acre, et maxime Scorodo, hoc est Allio, adsimilis eius è acrimonia: unde sane, mea sententia, nomenclaturam sortitum est. Expurgat igitur simulque excaesfacit uiscera, tum mens urinamque prouocat. Præterea conuulsa ruptaque & laterum dolores ab obstructione & frigore natos sanat epotum: denique uiride quidem illi, tum magna uulnera cõglutinat: sed sordida purgat, & contumacia ad cicatricem perducit illitum aridum.

EX DIOSCORIDE,
Lib. iiii. cap. cxxiii.

Calescit palustris Trixago. Bibitur sicca eadem in uino decocta contra serpentium morsus, stomachi erosiones, intestinorum tormina, urinæq; angustias cum dulci aqua pondere drachmarum duarum. Purgat quæ crassa purulenta in pectore hæserunt. Facit ad ueterem tussim, rupta, conuulsaq; additis nasturtio, melle & resina in elegantiæ ascensum. Cum cera autem coacta, uetustas præciorum inflammationes lenit. In uingitur eadè podagris utiliter ex acri aceto, aut ex aqua imposita. Menses apposta trahit, uulnera glutinat, uetusta purgat halcera, et cum melle ad cicatricem perducit. Carnium excrescentias siccata reprimis. Bibitur præterea ad prædicta omnia eiusdem succus,

DE GALANGA,
CAP. CXIII.

NOMENCLATVRA.

RVLVNGEN, seu Kulügem, seu Gülügem, seu Chaulengiam, Arabibus. Γαλάγγα, ἢ Κυπρεος βαβυλωνίως, recentioribus Græcis. Cyperus Babilonicus, Latinis. Galanga, Barbaris, Officinis, ac Italis. Galingal, Galis. Galgen uurtz, Germanis. Galangar, Hispanis.

EFFIGIES, LOCVS, TEMPERAMENTVM,
AC IUVVAMENTA.

EX ISAACBBENAMRAM.

Radix est, quæ Casiam crassitudine æmulatur, cortice rubenti, ac medirullo ex rubro in candidum languescente, quæq; è Syria offertur. Excaesfacienti siccandiq; saluaretatem possidet, in tertio nimirum abcessu. Pituitosis, ac humidio uentriculo non inuitis. Cõtionem adiuuat, calore ac partium tenuitate stomachum roborans. Colicos iudem cruciatus ob uim quam habet pituitosa discutiendi,

lenit. Oris halitum commendat. Renes excaesfacit, ac uerem adeo stimulat, ut si quis ex ea frustulum ore contineat, maximam pudendi tentiginem continuo excitet.

EX ABBENMESVA.

Ventriculo est maxime accomoda. Os commendat ijs quibus anima grauiter olet, et cõtionem procurat.

EX VETERI MEDICINA.

Genituram mirum in modum adauget, renibusq; à frigore uexatis opitulatur.

EX MESEHA.

In calefaciendo, & desiccando tertij est ordinis. Flatus discutit, et coli doloribus noxio spiritum conceptis auxiliatur, atq; acidis subuenit ructibus.

DE ALBO ELLEBORO,
SEU VERATRO.
CAP. CXIII.

NOMENCLATVRA.

CHERBACHEM, seu Charbetch abiad, Arabibus. ΕΜΕΒΟΡΟΣ ΛΕΥΚΟΣ, Græcis. Elleborus albus candidusq; & Veratru album, Latinis. Elleborus albus, Barbaris ac Officinis. Elleboro bianco, Italis. Viuire, seu Veratru, seu Veratre, et Elleboro blanc, Galis. Vveise niesz uurtz, Germanis. Yerua de ballesle, Hispanis.

EFFIGIES, LOCVS, ATQVE ELECTIO.

EX DIOSCORIDE.
Lib. iiii. cap. cl.

Plantagini aut syluestri Betæ folia similia habet, breuiora tamen nigrioraq; colore aliqua parte rubro. Caulem palmi altitudine, concauum quum sicari inceperit, cortices ceu tunicas dimittentem. Radices illi sunt numerosæ, graciles, ab exiguo capite & oblongo ceparum modo prouidentes. Nascitur montanis & asperis locis. Carpente per messes radices eius sunt. Probatissimum in toto Veratri albi genere est quod mediocriter riget albetq;: quod itidem carnosum, fragile, non adeo acuminatum, inuenimq;: aut quum frangitur puluerulentum: sed quod interiorum medulla exilem habet, quod linguam feruido gustu incedit, non ualde tamè neque inuierisim: quodq; saluam proritatur: quod enim huiuscemodi non fuerit, strangulat. Primam bonitatis prerogatiuam Cyrenaticu Veratrum habet. Quod enim in Galatia et Cappadocia nascitur, candidius, puluerulentu, & maiore strangulandi ui est.

TEMPERAMENTVM, IUVVAMENTA,
AC PONDVS.

EX GALENO.
Simp. Med. vii.

Elleborus albus extergentis est, & excaesfacientis fucultatis. Quam obrè ad albos, lichenas, psoras, leprosq; accomodus est. Est autem in tertio ordine excaesfacientiu,

et defecantium. Porro gustu amarior est.

EX DIOSCORIDE.
Lib. III. Cap. I.

Purgat vomitionibus Veratrum album diversa et multiplicia trahens. Miscetur collyrijs, quae claritati oculorum officiant, repurgare possunt. Ducit idem menses, fetus in utero appositum enecat, sternutamentum a cit: quin etiam melli cum polenta maceratum, mares necat. Carnibus concoctum eas minuit. Datur ieiunij per se et cum Sesamo, aut Thapsiae succo, aut Alica, aut Mulsae aqua, aut Pulvere, aut Lenticula, aut Sorbitione aliqua alia. Pani etiam compingitur et torretur. Mensura dispensatioque eius ab his tradita est, quibus precipuum fuit studium de ea docere. Nosq; Siculo ab Ethna Philonide in ea resubscribimus. Longum enim fuit medicam materiam ex proposito tractantes, faciente medicinae rationem docere. Dat siquidem aliqui Veratrum album in sorbitione pulvis aut alicae: quidam quum modicum antea dederint cibum, Veratrum album statim superinfuserunt: praesertimque his, in quibus suspecta timentanda erit strangulatio, aut corpus imbecillitas impediatur: tuto enim sic ea purgatio peragitur, propterea quod importuna corpori non aduenit. Sedi etiam ex Veratro alio apposite balani cum aceto, vomitiones faciunt.

EX ABEN MESVAI.

Veratrum album Pituitam potissimum uomitu purgat Periculi tamen strangulationis adfert, ad superna quae educuntur, per fauces atrahendo. Syncope efficit. Cum quis Veratrum album summere uoluerit modicum aetas ingerat cibum, mox cum tritice, ac hordei pulvere halicatae cum asumatam probe contusum. Veratrum album laudatur, oblongum summè carnosum, fractu facile, non adeo crassum, aut quum frangitur puluerulentum. Pondus est a drachina una ad duas. Veratrum album in super canes et fues interficit, Pituitam educit, Thoracem purgat, Impetigini, utiligini quae Graecis ἀλφός dicitur, scabiesq; medetur cum cortice in puluerem redactum, corrosis dentibus auxiliatur, in persum Casendum tamen ab his qui Veratrum album assumunt, ne in consulsionem que, πικροδός, Graecis uocatur, incidant.

EX MESARVGIE.

Candidum Veratrum est nigro ualidius. tinetur autem, ne qui Veratrum assumit, in consulsionem incidat. Fabae autem, frumentum uero in Veratri diluto macerata, colymbos ac pullos in cibo exhibita, necant.

DE NIGRO VERATRO,
SEU ELLEBORO.
CAP. CXV.

NOMENCLATURA.

CHERBACHEM, seu Charbech aues, Arabibus. ΕΜΕΛΟΡΟΣ ΜΕΛΑΟΣ, ή ΜΕΛΑΡΤΟΒΟΥ, Graecis. Melampodium, Elleborus niger seu Veratrum nigrum, Latinis. Elleborus niger, Barbaris, ac Offic-

nis. Elleboro negro, Italis. Viraire seu Ellebore noir, Gallis. Schuartz niesz uuert, Christiuuert, Germanis. Eleboro, simpliciter Hispanis.

EFFIGIES, LOCVS, ATQ; VE ELECTIO.

EX DIOSCORIDE.
Lib. III. cap. I.

Dicitur a Graecis Melampodium ueratrum nigrum est, quoniam creditur Melampus pastor quidam furentes Praeternatilia primus eo purgasse, et ad sanitatem mentis restituisse. Herbacei coloris folia habet Plata no similia, minoratamen, ad uerticilli herbe figuram accedentia, pluribus praeterea quam platanus incisuris, nigrioraq; cum scabritie aliqua, Caulis illi est scaber. Flores in candido purpureascentes figura racemosi. Semen cinco simile, quod in Anticyra Sejanoides uocatur. Vtunturq; eo ad purgationes. Radices subsunt graciles, nigrae ueluti ex ceppo capite aliquo exeuntes, quarum usus est. Nasciuntur asperis tumulis et siccaeis locis. Probatisimum quod ex huiusmodi locis foditur, quale in Anticyra est: nigrum enim probatisimum in ea nascitur. Eligito quod carnosum speciosumq; sit, exili medulla, gustu acris et feruido. Tale autem est quod in Helicono Parnasoq; et Aetolia nascitur. Antecedit tamen bonitate Heliconium.

TEMPERAMENTVM, INIVVAMENTA.
AC PONDVS.

EX GALENO,
Simp. Med. vi.

Elleborus niger extergentis est, et excaescentis facultatis. Quamobrem ad alphas, impetigines, scabies, leprasque est accomodatus. Quinetiam si in fistulam callo induratam infundatur duobus tribusue diebus, callum detrahit, Dentibus prodest cum aceto colluctibus. Est autem in tertio ordine excaescentium et defecantium. Porro gustu calidior acriorue est.

EX DIOSCORIDE
Lib. III. cap. I.

Purgat superiorem uentriculum, pituitam trahens et bilem, daturque per se et cum scamoniae saleque drachmae aut trium obolorum pondere. Coquitur cum lente etiam esulente coque iure aliquo ex his quae ad purgationem sumuntur. Prodest comitialibus, melancholicis, insaniensibus, articulorum doloribus, et resolutis. Trahit menses idem appositum. Fetus in utero enecat. Fistulas purgat inditum, et post tertiam diem exemptum. Inditur eodem modo et auribus in eorum difficulte auditu, nec nisi post biduum triduum eximitur. Sanat scabies etiam: in quem usum cum thure cerae, piccae et cedrina liquore inungitur. Ex aceto per se emplastrum modo impositum, utiligines, impetigines, leprasque emendat. Contra dolores dentium in aceto decoquitur: colluunturque decocto illo utiliter. Mescetur emplastris quae excedendo sint. Contra cutem subcutaneas aquas cum farina horreaeae, uinoque emplastrum modo utiliter imponitur. Seruiunt ad radices uul-

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

Veratrum nigrum fitque ex eis uinum quoad purgandum est, in spergunt eo etiam domos, purgationibus aptum existimantes. Eamq; ob causam effosuri illud stantes Appollinem & Aesculapium precantur, aequilam identidem obseruantes, non sine periculo ut ferunt aduolantem; mortem siquidem fodiens affert auis illa, si nigri Veratri succisionem uiderit. Celerime itidem succidi ueratrum oportet: caput enim halitu suo aggrauat: Quapropter qui effodiunt, praesumptis allijs se muniant, uinumq; bibunt sic enim tutius offodiunt. Eximitur ex uirgno Veratro quemadmodum & ex candido interior medulla.

EX ABEN MBSVAI.

Veratrum nigrum pituitam potissimum, atramq; bilem educit, non autem uomitu sicuti Album. Imbecillius tamen est candido. Probatissimum cuius radices sunt plene, pingues, et graciles, minimeq; cum frangitur puluerulentum, odoratissimum, quoadque a peris & siccae locis nascitur. Pondus est a semidrachma, ad duas drachmas.

DE LAVRO, ET LAVRI BACCIS, CAP. CXVI.

NOMENCLATVRA.

GAUR, seu Gar, seu Car, Arabibus. Δαφνι, Grecis. Laurus, Latinis. Barbaris ac Officinis. Lauro, Alloro, & Orbacho, Italis. Laurier, Gallis. Lorbeur baum, Germanis. Laure l'olorel, Hispanis. Δαφνιδες, Grecis. Lauribacca, Latinis ac Officinis. Grana Lauri, Barbaris. Orbachelle, Italis. Fructus de Laurier, Gallis. Lorbeere, Germanis.

GENERA.

EX DIOSCORIDE.
Lib.ii. cap.cviii.

In Lauro quaedam tenuiore, quaedam latiore folio est.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. vi.

Lauri arboris & folia & fructus desiccant & calfaciunt uehementer, plusq; etiam fructus quam folia. Atradiis cortex minus quidem acris est & calidus, plus tamen amarus, habetque etiam adstrictionis nonnihil. Quamobrem & calculos confringit, & icori prodest: bibitur ex uino fragrans trium obolorum pondere.

EX DIOSCORIDE.
Lib.ii. cap.cviii.

Calefaciendi utraque & molliendi uim habet, quam ob causam decocto earum muliebrum locorum & uesicae uirtuti uulnere insidentibus fouentur. Adstringunt uiridia utriusque folia leniter. Profunt concisa eadem, mox illa uesparum apiumque icibus cum pane itidem polenta ue illis,

in inflammationes leniunt. Eadem deuorata stomachum mitigant, uomitiones tamen cient. Maiore calefaciendi uis quam folia Lauri Bacca sunt, ob id concise ex melle passioe in elegmate, contra tabem quam phthisim dicunt, in spiritibus difficultate non nisi recta ceruice spirantibus, & in pectus destilationibus, utiles. Bibuntur cum uino eadem contra scorpionum ictus. Vitiliginis exterunt, et expressus ex eis succus, doloribus, grauitati, & incertis aurium sonis, cum uetere uino & rosacco utiliter insillatur. Misetur idem acopis, & unguentis que calefaciendi & discutiendo sint. Frangit calculos radices uirtusque eius Lauri cortex, fectus in utero necat, iocinososis prodest, trium obolorum pondere cum uino.

DE LAVRO ALEXANDRINA, CAP. CXVII.

NOMENCLATVRA.

GAR ALEXANDRIAE, Arabibus. Δαφνι in A'Alexandria, & i Dalea, Grecis. Laurus Alexandrina, aut Ideia, Latinis. Laurus Alexandrinus, Barbaris. Lauro Alessandrino, Italis.

EFFIGIES, AC LOCVS.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. cap.cxvii.

Folia Rusco Syluestriue Myrto similia habet, maiora tamen, molliora, & candidiora. Fruetum inter folia fert, rubentem, magnitudine cicoris. Ramulos pro terram spargit dodrantales & aliquando maiores. Radicem rusco similem, maiorem tamen, odoratam mollioremque. Nascitur montanis locis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. vi.

Daphnes herbe, quam et Daphnen Alexandrinam appellant, temperatura eidenter est calida, & gustantibus acris simul est & subamara, potaque tum urinas, tum menses prolecit.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. cap.cxviii.

Succurrit in difficili puerperio pondere dracmarum quinque pota cum dulci uino radix eius, Succurrit & stillidido uesicae, & menses trahit.

DE CHAMAEDAPHNE, HVMILIS SEV TERRESTRI LAVRO, CAP. CXVIII.

NOMENCLATVRA.

KAMEDAPHNES, Arabibus. Χαμαδαφνη, Grecis. Chamaedaphne, humilis seu terrestris Laurus, Latinis. Laureola mas, Officinis. Laureola maschio, Italis.

Effigies

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iiii. cap. cclix.

Virgæ, ex se profert cubitales, rectas & cum leuore
graciles. Laurinis huius etiam folia similia, maiore tamē
leuore & uiriditateq; sunt. Fructum fert rotundam, rubentem,
folijs adnatum.

TEMPERAMENTVM, AC INVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Porro Chamedaphnes germina tenera edi quoque asso-
lent. Est autem persimilis uiribus daphnæ Alexandrinæ,
sicut sanè & quod Daphnoides nuncupant.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iiii. cap. cclix.

Capitis doloribus & æstuanti stomacho concisa eius fo-
lia emplastri modo imposita succurrunt. Sedant tormina
cum uino eadem pota. Quinetiam potus cum uino succus
eius menses & urinas trahit, idemq; in pefculo appositus
prestat.

DE DAPHNOIDE,

SEV LAUREOLA, CAP. CXIX.

NOMENCLATVRA.

DAPHNIDES, Arabibus. Δαφνοειδής,
Græcis. Daphnoides seu Laureole, Latinis, Offi-
cinis, ac Italis. Laureole, Gallis.

EFFIGIES, LOCVS, AC INVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iiii. cap. cclviii.

Cubitalis frutex est. Ramulos habet multos, à medio in
superiorem partem inuiceo lentore flexiles, in quibus fo-
lia sunt. Cortex ramulorum eorum egregij lentoris est.
Folia lauro similia habet, molliora tamen ualidioraq; nec
facile fragilia: erodente & seruido in ore & faucibus sa-
pore. Flores candidos. Fructum cum maturat nigrum. Ra-
dicem inutilem. Nasctur montanis locis. Dicit per infer-
na pituitam recens siccatur inie potum Daphnoidis folium.
Vomitionis idem & menses cit. Quinetiam commanduca-
tum pituitas oris purgat. Sternutamenta itidem cit. Pur-
gant etiam seminis eius pota grana numero sexdecim.

DE OLEO LAVRINO,

CAP.

CXX,

NOMENCLATVRA.

Δαφνολέου, Græcis. Laurinum Oleum, Latinis, ac
Officinis. Olio Laurino, Italis. Huyle de Laurier, Gallis.

FABRICA, ATQ. ELECTIO.

EX DIOSCORIDE.

Libi. capl.

Conscitur Laurinum Oleum Lauri baccis, quam drupe-
iam sunt, in aqua decoctis, pinguitudinem quandam ex ue-
stente eas cute remittentibus, quam manibus conchula ex-
perimentis colligunt. Quidam in confectioe eius acerbum
Oleum anguloso rotundoq; odoratis iuncis, præterea
odorato itidem calamo ante spissantes: tum Lauri tenerrim-
a folia in id coniicientes, simul omnia coquant. Quidam
& Lauri baccas folijs superadiçit, donec odore satis esse
uideantur. Miscent aliqui præterea styracem & myrrham.
Probatisima ad Laurini Olei confectioem montana &
latifolia Laurus est. Bonitate in eo antecedit quod recens,
colore uiridi, amarissimum & acre.

TEMPERAMENTVM AC INVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Caldius Caryino è nucibusue est Laurinum, & hoc
etiam magis Cedrinum.

EX DIOSCORIDE.

Lib. i. capl.

Calescit Laurinum Oleum, molli, laxat, & lassitudi-
nes recreat. Vtile præterea cæcis neruorum malis, algori-
bus, aurium doloribus, & destillationibus: contra renum
ex frigore dolores, ut quo uolueris alio utilisime inungi-
tur. Potum tamen idem naufeam facit.

DE DORONICO,

CAP.

CXXI.

NOMENCLATVRA.

HARONIGI, seu Durungi, seu Duronegi, Ara-
bibus. Doronicum, Barbaris, ac Officinis. Doroni-
ci, Italis.

EFFIGIES, LOCVS, ELECTIO,
TEMPERAMENTVM, AC INVVAMENTA.

Radix est intus candida, foris sublutea, pollicari serè
crassamento, dura aliquantulum, ac ponderosa, queq; è sy-
ria aduehitur. Præcellit potissimum bonitate Syriacum. Ex
calescendi autem, siccandiq; potestatem habet, in tertio ni-
mirum abscissu. Magnifice siquidem distendentibus infla-
tionibus auxiliatur, priuatimq; spiritus uteri digerit. Ve-
neratorum etiam inuicibus aduersatur siue potum, siue cum
ficus emplastri modo impositum. Magnis compositionibus
expetitur.

EX ABEN MESVAL.

Calescietem & desiccatoriam uim possidet, in tertio
quidem recessu. Flatulentos spiritus potissimum uteri, bel-
le discutit. Cor roborat, eiusque palpitacioni, acyncopi
medetur.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

CALIDA, ET HUMIDA,
TERTII ORDINIS.

Zingiber. Inula. Thapsia.
Granum Zelim. Inula Aegyptia.

DE ZINGIBERE,

CAP. CXXII.

NOMENCLATURA.

LENGIBEL, seu Zingibel, Arabibus. Ζγγίβηρ, ἢ τρυγίβηρ, Græcis Zingiber seu Gingiber, Latinis. Zinziber, Barbaris, ac Officinis. Gengeuo, Italis. Gingimbire, Gallis Ingber. Germanis, Gingibre, Hijpanis.

LOCVS, EFFIGIES, ELECTIO,

ATQ. CONDITURA.

EX DIOSCORIDE.
Lib.ii. cap. ccc.

Zingiberis diuersa à pipere & sui generis planta est. Plurimum in Troglodytica & Arabia nascitur: fronde eius ad multa, & in quibus nos rita, utuntur, pulmentis potionibusq; eam miscentes. Habet Zingiber paruas radices quæ drati odorati iunci forma, albescentes, odoratas, sapore piperis. Eligito autem zingiberis radices quæ teredinem non senserint. A plerisque quoad facillime putrescunt, sale inuenterantur, siccilibusq; in Italia deuehantur, in cibo cum sal famentis utiles.

EX GALENO.
Simp. Med. vi.

Zingiberis radix utilis est, quam utique ex Barbaria ad nos conuehunt. Excalfacit fortiter sed non primo statim occurso uelut piper: unde sane & ipsum minus esse subtilium partium quam piper existimandum, si quidem in tenues solueretur partes, & celeritè actus ut illud fieret calidum. Apparet enim illaborata & crassior adhuc quædam ei inesse substantia, nec ea sicca & terrestrius, sed humida potius atque aquea. Quo fit ut facile perforetur, cum scilicet recrementitia insit humiditas. Neque enim quietam eorū que aut planè sicca sunt, aut humida sed elaboratam & familiarem continentia humiditatè, huic uitio obnoxia sunt. Idem usuuenit piperi longo: Atque hinc est q; diutius perseuerat quæ proficiscitur à zingibere aut pipere longo caliditas, quam quæ ab albo aut nigro. Nam sicut ab aridis calamiis flamma simul celeritè accenditur, & undæqueque dispergitur: eundem in modum quæ à siccis potestate medicamentis editur caliditas. At quæ prodit ab humidioribus, cetera ligna sunt uiridia, & tardius accenditur, et durat diutius. Ex quo fit ut utriusque medicamenti diuersus sit usus. Si quidem ubi totum corpus celeritè excalfacere consilium est, ea tunc exhibenda sunt quæ & celeritè à caloris nostri contactu incallescant, & promptissime quocunque ferantur. Verum ubi partem quamuis refrigeratam recalscere studemus, contra agendum, nimirum quæ tarde calefacta plurimo tempore perdurent, ea offeruntur. Ceterum

licet zingiber & piper longum hac ratione à nigro pipere differant, non magna tamen est differentia: at nasturtium, napy, Thapsia, & agrestium columbarum sterqus maiori ièpore perfecte accenduntur, et plurimo tempore perdurat.

EX DIOSCORIDE
Lib.ii. cap. ccc.

Calefaciendi uis & natura Zingiberi est. Concoctionem adiuuat, aluum leniter mollit, stomacq; accommodatū est. Facit ad ea quæ claritati oculorum officium, & antidoctis miscetur. In uniuersumq; piperis uires paulo minus, quam totas æquat.

EX ABEN MBSVAI.

Zingiber quidem lecinoris obstructa à frigore ac humiditate, liberat. Venerem mirum in modum concitat. Concoctionem iuuat. Crassos ventriculi, intestinorumq; humores incidit. Aluum emollit: cõtra Oculorumq; hebetudinem ab humiditate ualet, illitam. Zingiber autem Melle conditū calidum est ac siccū. Mel enim recrementitia eius humiditatem abscondit. Semen auget ac promouet. Ventriculum, corpusq; uniuersum excalfacit. Concoctionem adfert: uenenis auxiliatur. Pituitam absumit: aduersus etiam quæ claritati oculorum officium, non inuitile.

EX IGNOTO.

Zingiber memoriam iuuat, priuatinq; uentriculi humiditatem, omnemq; in eo putredinem ex liberaliori fructu usu, ueluti Meloepones ac similia, emendat.

DE GRANO SEMI-
NEVE ZELIM, CAP. CXXIII.

NOMENCLATURA.

HAB, ZELIM, seu Hab Alzelem, Arabibus.
Granum Zelim, Barbaris.

EFFIGIES, LOCVS, TEMPERAMENTVM,
AC INVALEMENTA.

Semen est pingue, magnitudine ciceris, foris luteum, intus autem candidum, gustu non insuauit quod utiq; ex Barbaria conuehitur, Piperq; nigrorum nominatur. Ceterum Piper nigrorū est facultate longe diuersum, & apud Barbaros Croni appellatur, phascolis aspectu non absimile, semina tamè minorā habet, et breuiore cortice siliquisiū, colore nigro, & acri gustu, ueluti piper, atque è Nigrorū plaga aduehitur, dentium doloribus non inuitile.

EX HAHESE.

Excalfaciendi uim habet in tertio nempe recessu, hume tandi autem in primo. Genturam mirum in modum adauget, oris halitum commendat. Nascitur in locis qui Chendensor appellantur.

DE ELENIO SIVE
INULA, CAP. CXXIIII.

NOMENCLATURA.

IASIM, seu Rasen, Arabibus. Ἐλενιον, Græcis. Elenium, & Inula, Latinis, Enula Barbaris.
Enula

Enula campana, Officinis. Lella, Enoa seu Enola, Italis
Aulnee, Gallis. Alant, Germanis. Ale, Hispanis.

Ἐλένιον ἄγυπτιον, Græcis. Elenium Aegyptium, siue
Inula Agyptia, Latinis.

EFFIGIES, LOCVS, AC TEMPVS.

EFFIGIES, LOCVS, AC INVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.
Lib. i. cap. xxvii.

EX DIOSCORIDE.
Lib. i. cap. xxvii.

Folia habet angustifolio uerbasco similia, asperiora tã
tum & longissima, non erecta, sed in terra penè iacentia,
Caulem ex se mittit crassum, hirsutum, cubitalem & ali-
quando maiorem, angulosumq; flores luteos, & in his se-
men Verbasco simile, tactu pruritem excitans. Radicè
habet intus albescentem, foris rubentem, odoratam gran-
dem, ac rem, facili lentore mollem: ex qua ad conflationes et
& Jobolem, liliorum & arimodo oculi auferuntur. Nas-
citur montanis, umbrosis nec uliginosis locis. Foditur
estate radix, & in taleolas secta siccatur.

Refert & aliam nasci in Aegypto Inulam herbarius
Crataeis, herbam cubitalibus ramulis, serpilli modo in ter-
ra iacentibus. Folia habet lenti similia, longiora tantum,
numerosaq; circa ramulos: Radicem intus pallidam, minimi
digiti crassitudinem, inferiore sui parte gracilem, superiore
crassiore, nigro cortice uestitam. Nascitur maritimis tum-
ulis. Contra uenenatorum morsus remediò est radix eius
tritã, cum uino pota.

TEMPERAMENTVM, AC INVVAMENTA.

DE THAPSIÀ,

EX GALENO.
Simp. Med. vi.

CAP.

CXXXVI.

NOMENCLATVRA.

Elenij herbe radix maxime est utilis, non primo sta-
tim occurso exsiccans, ac proinde dicenda est non calida
& sicca exacte, cœu piper tum atrum, tum candidum, sed cū
recrementio humore. Quapropter eligentis, que faciūt
ad educendos ex pectore pulmoneq; crassos lentosq; humo-
res, ido nec commiscetur. Rubrificat eius quoque ui partes
frigidis ac diatarnis uexatas affeibus, cuiusmodi sunt non
nullæ coarum passionēs, ischiadas uocant, & Hemicra-
nie, & exigua asiduaq; articulorum quorundam præ
humiditate precipitenti ac luxationes.

HIANTVM, seu DRIZ, Arabibus. Ἰαψία, Græ-
cis. Thapsia, Latinis. Tapsia, Barbaris, ac Offici-
nis. Tapsia, Italis.

LOCVS, EFFIGIES, SVCCIQ. EXTRA-

HENDI MODVS, AC TEMPVS.

EX DIOSCORIDE.
Lib. i. cap. xxvii.

EX DIOSCORIDE.
Lib. iiii. cap. cvii.

Radix Inule decoctum potum, mouet urinam & men-
ses: Radix ipsa etiam cum melle in eclegmate tuscentibus
accommodata est. Prodest præterea non nisi recta ceruice
spirantibus, ruptis, conuulsis, inflationibus, & uenenato-
rum morsibus, calefacienti ui quam in uniuersum habet.
Decocta in uino eiusdem folia ex eodem uino contra coxè
dices utiliter illinuntur: eadem in passo condita, stomacho
accommodata est: Siccata enim aliquantisper, moxq; deco-
ctam, frigida aqua salgamarij demergunt, tum in destrutum
decoctam, ad necessarios usus reponunt. Facit eadem ad cru-
entia spua.

Thapsia dicta quondam est, quod in Thapso cognomine
insula primum inuenta fuerit, ferule tota specie similis,
gracilior tamen caulis eius est: folia feniculo similia. Vm-
bellas in singulis germinibus in summo habet anetho simi-
les, in quibus luteus flos est. Semen modice latum, ferule
semini simile, uerum tamen minus, Radix grandis, intus can-
dida, foris nigra, crassiore cortice uestita & acris. Colli-
gitur ex ea liquor, effossa circa eam terra uulneratoq; cor-
tice, aut ipsa in se ipsam in gyrum inuerse testudinis modo
aut fastigij excauata, et ut purus sit liquor, operculata. Se-
quenti dein die auferendus omnis qui confluxerit liquor.
Exprimitur ex ea succus etiam, in quem usum tunditur ra-
dix, tum ex uiminibus prelo iniecta torculari exprimitur,
& in picato crasso sitilli in sole siccatur. Quidam simili-
ter etiam folia expriment, uerum inefficax qui additis so-
lij expressus fuerit succus. Discernitur, quod qui ex radi-
ce expressus erit, urosiore odore est, & humidus perseuerat:
qui uero ex solijs, siccatur & teredines sentit. Opor-
tet liquorem colligentes auersos à uento stare, aut cessante
omni uento potius id facere: intumescit enim uehementer
colligentes hominis uultus, bullantq; ambustorum modo nu-
de corporis eius partes ob halitus eius acrimoniam. Eaq;
ob causam cerato liquidiore aliquo ex adstringentibus &
densantibus præuixisse nudas partes oportet: munitoq; hæ-
ratione corpore ad opus accedere.

EX HVNAHIM.

Helenium, autore Hippocrate, omnis iræ dolorisq;
obliuionem inducit. Thoracem expurgat. Excrementa in
uenis sanguini admixta, per menses, ac urinas trahit: præ-
sertim ex Helenio uinum.

DE INVLÀ AEGY-

PTIA, CAP. CXXXV.

NOMENCLATVRA.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Thapsia acrem habet ac ualentem excalfacientem facultatem cum humiditate cōiunctam Quamobrem ex alto uolenter extrahit, & ipsum quod extraxit digerit. Verum plusculum ad ea efficienda tempus postulat, ut n. quae larga humiditate impleta est, ob quam celeriter corrumpitur.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iiii. cap. cxiij.

Purgandi uim habet radice cortex, succus & liquor: in quem usum bibitur cum multa aqua: Bilem enim per inferna & superna purgant, danturq; radice oboli quatuor cum tribus anethi feminis drachmis, succi tres, liquoris postremo unus: maiori enim copia datum mortis periculum fert. Purgantur eo apte suspensiosi, diutini laterum dolores, & difficiles excretiones. Datur in difficili nominatione in cibarijs & obsonijs. Habent praeterea ex alto in summum extrahendi uires liquor pariter & radix: Omniumq; aliorum maximas, quae similes habere uires traduntur, figurando ex alto quidpiam trahendum sit, aut mea tua cutis mutasse laxassie oporteat. Eamq; ob causam contra destituta capilli quas alopecia ducunt, succus utiliter iungitur, aut radix conficitur: explet enim capillos. Sugillata liuoreq; emendat trita radix aut succus, additis pari portione thure & cera, Oportet tamen non ultra duas horas eo remedio uti, tum calida maris aqua locum fouere. Quinetiam ad asperam & ceu ab aestiuo sole discolorem cutem cum melle utiliter iungitur. Lepras pelliculis, panofq; erumpit cum sulphure inunctus Thapsie succus. Inungitur etiam utiliter in diutinis laterum, pulmonum, pedum, articularumq; affectionibus. In apellis praeterea, sed non ex circuncisione, praepuijs utilis est, tumorem excitans: qui deinde sotas pinguibsq; emollitus, quoad genitali deest, facit & explet.

FRIGIDA, ET SICCA
TERTII ORDINIS.

Hyoscyamus.	Spodium.	Auellana Indica.
Sideritis.	Mandragora.	Santalum.
Achillea.	Caphura.	Cicuta.
		Oxyphenicum.

DE HYOSCYAMO,

SEV APOLLINARI HERBA,
CAP. CXXVII.

NOMENCLATURA.

BENGI, Arabibus. Ὑοσϋαμος, Graecis. Hyoscyamus, Apollinarius, Altercum, Latinis. Insquiamus, Barbaris, ac Officinis. Insquiamo, Italis. Insquiamus, seu Hanebane, Gallis. Bilfen hratut, uel simpliciter, Bilfen, Germani. Velenno Hispanis.

EFFIGIES, GENERA, LOCVS, ELECTIO,
SVCCIO, VE EXTRAENDI MODVS.

EX DIOSCORIDE

Lib. iiii. cap. lxxix.

Frutex crassis colliculis est. Folia habet lata, oblonga, incisuris diuisa, colore nigro & hirsuta: per caules autem deinceps flores punice cytorum figura, clypeolis in medio obstrusos semine ceu papaueris plenos, Triplex discrimen & genus Apollinarius herba est, Purpureo. n. flore altera est, folijs hederæ similibus, semine nigro, durisque & aculeatis cytinis. Flore altera luteo, folijs & silicijs tenerioribus, semine subflauo ceu iriouis. Infanti aut soporemq; ambe haec faciunt: infelicis in usu euentus. Vtilis, et ad medicinam placidissima tertia: tenera, pinguis, lanuginosaque, flore albo & semine. Nascitur haec ad mare & inter ruinas & rudera. Quod si uti hac non licet, utendum lutei seminis illa: Nigra, quod omnium pessima, ex omni usu abdicanda erit. Colligitur ex tenero semine folijsq; & colliculis succus. In quem usum tunduntur omnia: expressusq; in sole ficatari succus. Vfus eius ad annum tantum: facile enim putrescit. Colligitur prius tunc etiam succus ex semine. Lam sicco, adfusa cum tunditur calida aqua & expressus. Est autem sic expressus succus priore illo innocenter, & ad arceados somno dolores optior. Ipsa etiam tunduntur folia, inspersaq; ex trimestri tritico farina in pastillos conformantur, & conformata seruantur.

TEMPERAMENTVM AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Hyoscyamus cui semen atrum est, insaniam ac soporem affert: sed is cui semen mediocriter flauum est, propinquum ei facultatem possidet. Veram utriusque fugienda sunt ut inutiles & uenenosi, seu deleterij. Ceterum cuius semen ac flos candidus est, ad sanationem maxime idoneus est, ex tertio quodammodo ordine refrigerantium. Porro flos eius quidem cui semen est nigrum, mediocriter purpureus est: eius uero cui est subflauum, leuiter mali coloris refert.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iiii. cap. lxxix.

Vtilis prima, et ex sicco semine succi altera expressio, collyrijs ad arceados somno dolores confectis. Vtilis & contra acres calidasq; in oculis destillationes, dolores aurium, & muliebrium locorum uitia. Cum farina autem polentaue contra podagras, oculorum inflammationes, aliasq; omnes. Facit ad eadem & semen. Bibitur idem utiliter etiam contra tussim, à capite in subiectas partes destillationes, oculorum itidem destillationes, graues eorum dolores, muliebres fluxiones, aliasq; sanguinis eruptiones. Bibiturq; oboli pondere in multa aqua, addito papaueris semine. Confert idem podagris, testium inflammationibus, & mammis à partu tumentibus, tritum & ex uino emplastri modo impositum. Miscetur utiliter & alijs quae ad arceados somno dolores conficiuntur cataplasmatibus. Quinetiam & folia in pastillos conformata, omnibus ad arceados dolores confectioibus polenta mixta utiliter adduntur. Per se etiam utiliter emplastri modo imponuntur. Recenti itidem folia emplastri modo imposita, omnium aliorum remediolorum efficacissime dolores omnes arcent: Sanant

hec ipsa etiam ter quaterue pota febres quas epialos uocant. Elixā eadem & in cibo sumpta tryblij mensura mediocriter delirium faciunt. Ferunt præterea sequi hulusus in crassiore intestino, quod colon dicunt, habenti, clystere infuderit, eandem fieri insaniam. Radice eius postremo in aceto elixa, uuliter in dolore dentes colluuntur.

DE SIDERITIDE,

CAP. CXXXVIII.

NOMENCLATURA.

SIDRICHIS, Arabibus. Σιδριχίτις, Græcis. Sideritis, Latinis. Siderite, Italis. Glidkrant, Germanis:

EFFIGIES, AC LOCVS,

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. cap. xxxviii.

Marrubij folia habet, longiora tamen ad saluē aut quæcus figuram accedentia: uerum minorā his et aspera. Caules erigit quadrangulos, dodrantes, & aliquando maiores, gustu non iniucundo cam adstrictione aliqua: in quibus per interualla, uelut in marrubio, in ordē circumacti uerticilli sunt, & in his nigrum semen. Nasctur lapidosi locis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA,

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Sideritis habet quidem etiam abstergerendi quandam facultatē, sed plurima eius pars humida est, & mediocriter frigida: pauca uero inest adstrictio: quare phlegmonem sedat & glutinat.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. cap. xxxviii.

Posunt folia emplastri modo imposita glutinare uulnera, & a uulneribus inflammationes arceve.

DE ALIA SIDERITIDE,

DE, CAP. CXXXIX.

NOMENCLATURA.

Σιδριχίτις Σιδριχίτις, Græcis, Alia Sideritis, Latinis.

EFFIGIES, AC IUVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. cap. xxxix.

Est & alia Sideritis, bicubitalibus gracilibusque ramulis. Folia habet longis pediculis herentia, filici similia, numerosa, in sumo utrinque incisuris diuisa. Habet & ex superioribus alarum cauis erumpentes ramulos alios, lon-

gos, graciles, in summo cacumine globi figura asperum caput habentes: in quibus beta simile semen est: rotundius tantum & durius. Huius etiam foliorumque eius uulnera uia uis est.

DE TERTIA SIDERITIDE,

CAP. CXXX.

Σιδριχίτις Τρίτη, ἢ Ἡρακλέα, Græcis. Sideritis Heculea, Latinis.

LOCVS, EFFIGIES, AC IUVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. Cap. xxx.

Fertur & tertia Sideritis esse, quam Cratiadis Heraclæan periter uocat, in parietibus uinetisq; nascentem. Nā meroxa hæc ab una radice folia, coriandro similia, circa dodrantes, teneros, & cum leuore ruboreq; albicantes caules habet: Flores puniceos, paruos, sapore amaro & glutinoso. Huius etiam uis est, ut imposita noua, & eruenta glutinet uulnera.

DE ACHILLEA, EIVSQUE

QVE SVCCO QVI SANGVIS DRACONIS MAVRITANIS DICITVR.

CAP. CXXXI.

NOMENCLATURA.

DE MALOCHOTTEN, seu Albachun, succus: planta autem Sierithis, & Eglis, Arabibus. Αχιλλεος, ἢ Σιδριχίτις Ἀχιλλεος, ueluti eius succus Αχιλλεος ποικυτος, recentioribus Græcis. Achillea, & Sideritis Achillea, Latinis. Succus uero, Sanguis Draconis, Barbaris.

EFFIGIES, AC LOCVS,

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. cap. xxxvi.

Dodrantes uirgas maioresque aliquando fusorum figura fert, & circa uirgas eas tenuia foliola, ex obliquo crebras incisuras habentia, coriandro similia, subrufa, glutinoso lentore mollia, multo non iniucundo, sed medicamentoso odore. Circinatum in summo umbellam sustinet. Flores uario inter candidam, & aureum colore. Nasctur pingui & secundo solo.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA,

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Quidam etiam uocant Achilleon Sideritin, quæ proposita quidem prime, quod ad iam dicta attinet, uiribus est non dissimilibus, æterum adstrictione exuperat: quare ad sanguinis eruptiones, dysenterias, & muliebri profusum congruit.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

EX DIOSCORIDE.
Lib.iii. cap. xxxvii.

Concisa huius etiam comæ, eruentisq; imposita vuln-
ribus, ea glutinat, & inflammationes arceat. Sanguinis
omnes, priuatimque ex facinorosis locis eruptiones sistit,
apposita. Quinetiam decocto eius muliebres fluxiones
utiliter fountur. Bibitur idem & contra intestinorum
tormina.

EX CONSTANTINO.

Succus liquorûe ex Achilleæ expressis, qui Αἰμα-
δοκμορτος, Sanguisûe Draconis Mauritanis nuncupa-
tur, ad satietatem flammæ colore ruffescit, gustu ualidis-
sime adstringit, potestatemq; refrigerandi habet, tertio nimi-
ram excessu, ui vulneraria præditus, vulnera siquidem ac
ulcera resarcit expletuè, pariterq; glutinat. Aliù cobibet,
sedi pro balano subditus, uentriculumque roborat, tam
assumptus, tum impositus.

DE ANTISPODIO, SIVE FACTIO SPODIO, CAP. CXXXII.

NOMENCLATURA.

SATAISCIR, seu Rescius, seu Thabafir, Ara-
bibus. Αἰτιγονόδιον, Græcis. Antispodium, La-
tinis. S podium, Simpliciter, Barbaris, ac Officinis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX BEDIGORA.

Priuatim incandescentem bilis æstum demulcet.

EX MESHHA.

Refrigerandi uim habet, in tertio abscessu, exicca-
ndi uero in secundo. Bilis feruorem lenit. Ventriculum
roborat, oris ulcera que ἀσπιδία Græcis nominantur,
per sanat.

EX MESARVGE.

Bilem domat, nec non Syncopi, & puerorum aphthis
magnifice auxiliatur.

EX ALCANZI.

Cardialgie quæ effiacissime medetur.

EX RASE.

Refrigerandi, siccandique facultatem obtinet, in tertio
quidem recessu. Aliù cobibet. Oris ulcera præsertim pue-
rorum adiuuat. Bilis æstum reprimat. Syncopi, itidem et
Cardiacæ calidæ in potu assumptum, remediò est.

DE MANDRAGORA, CAP. CXXXIII.

NOMENCLATURA.

IABORA, seu Yabrobach, seu Iabrol, seu Iabruba, ut
Iuti eius poma, LOFAH, seu Lufusa, aut Lufaha, Arabi-

bus. μανδραγόρας ἢ κηρακία, Græcis. Mandragoras,
& Canina seu terrestris malus, Latinis. Mandragora,
Barbaris, Officinis, ac Italis. Mandragore, seu Man-
degloyre, Gallis. Alraun, Germanis.

GENERA, EFFIGIES, EIVSQ. SVCCI
COLLIGENDI MODVS.

EX DIOSCORIDE.
Lib.iii. cap. lxxxvi.

Qui Circeam uocauerunt, nomen illi à Circe fecerunt,
quoniam creditur radix eius amatorijs ueneficijs utilis
esse. Mandragoras alter mas, alter femina. Niger fe-
mina, qui Thridacias. i. lactucinus uocatur, minoribus ta-
men angustioribusq; quam lactuca folijs, ijsdè que uirosis
& in odore grauius, per terram sparjis: secundumque
folia pomis ouorum uirellis equalibus, pallidis, odoratis,
in quibus semen quale pirorum est. Radices habet hic grã
des duas tresq; sibi inuicem implicitas: foris & in super-
ficie nigras, intus candidas, crassiq; corticis. Caulem nõ
fert Mandragoras femina. Maris uero & candidi quem
Morion aliqui etiam uocauerunt, folia sunt grandia, lata,
cum leuore candida, betæ folijs similia. Poma duplo quam
femine maiora, luteo colore croci cum grauitate aliqua
odorata: quæ comedentes passiores, quadantenus & leni
sopore soporant. Radix huic est antedictis similis,
maior tamen candidiorq;. Caret hic etiam Mandragoras cau-
le. Colligitur ex radicis cortice uirentis abscis succus: et
ut colligatur, tunditur: tursusq; prælo subicitur & ex-
primitur. Oportetque insolatum cum iam densatum con-
creuerit, in picato fictili reponere. Colligitur itidem
ex pomis succus, igneus tamen qui ex his expressus fue-
rit. Quinetiam delibrata radice cortex saniculo traicitur,
suspensusq; seruatur.

TEMPERAMENTVM AC IUVAMENTA.

EX GALENO.
Stoop. Med. vii.

Mandragora uicentem habet facultatem refrigerato-
riam, adeo ut tertij sit ordinis refrigerantium. Verunta-
men nonnihil etiam caloris inest & in pomis humiditatis:
proinde soporem ea conciliandi uim habent. Radicis cor-
tex cum sit ualentissimus, non tantum refrigerat: sed &
desiccatur, reliquum quod intus est, imbecillum est.

EX DIOSCORIDE.
Lib.iii. cap. lxxxvi.

Quidam Mandragoræ radices in uino ad tertias deco-
quant, traictasq; per colum seruant, utentes cyathi unius
mensura contra uigilias & grauißimos dolores in his,
quos sine doloris sensu secare aut urere uoluerint. Potus
obolorum duorum pondere cum mulsæ aqua Mandragoræ
liquor. pituitam, nigramq; bilem ueratri modo uonitioni-
bus purgat: maiore tamen copia potus, mortem facit.
Miscetur idem oculorum remedij, & his que somno do-
lorem leuant, & ad molliendum pessulis. Per se femibola
pondere appositus, menses et factus trahit. Somnum fa-
cit

cit sed pro balano subditus. Fertur præterea concocta Ebori sex horis radix eius mollire id, et in quam uoluerit aliquis formam fingi et conformari, facilem reddere. Imponuntur emplastri modo utiliter oculorum et bulceru in inflammationibus recentia cum polenta folia. Disentiunt eadem darities omnes, abfressus, strumas, panofq; quinq; aut sex diebus leniter confricata. Stigmata citra exulcerationem delent. Seruiantur cõdita sale in cofam usus eadem folia. Radix trita ex aceto sacros ignes sanat: contra serpentium uero ictus cum melle aut oleo. Strumas panofq; ex aqua disijcit, et cum polenta articularum dolores sanat. Conficitur præter hæc ex radice cortice sine coctura uinum. Oportetq; in uini dulcis cadum corticis eius podo tria conijcere, et ex eo quibus tres dare his, quos (ut ante dictum est) sine doloris sensu secare aut urere uolueris. Neq; enim in somnum delati, dolorem sentiunt. Sopiunt poma etiam in cibo et naribus olfactu admoda. Potest idem et eorum succus, uerum largiore utroque modo usu uescentes olfactantese obmutescunt. Purgat muliebres fecunariuos locos potum pomorum semen: et cum uino sulphure adnotum, rubras feminarum fluxiones sistit. Coligitur ex radice liquor in profundiore recessum circumsecta et excauata: defluentq; in eam recessum liquore illo: ueruntamen liquore hoc efficiatur succus est: sed non ferunt omnibus locis liquorem radices, idq; experientia ostendit.

EX RASE.

Aegyptiorum Prisci nonnulli retulere, Puellam quinque assumpsisse Mandragoræ Poma, continuq; in syncope incidisse, nec non in uniuersum rubore suisse persusa. Quam uero ex inopinato accedens, liquata Niue, caput eius irrigauit tantisper, donec animum excitata renoucauit. Ego etiam uidi homines ex Mandragoræ radice affluentes ut probe alerentur, quibus non secus quam à balneo uinum meracius copiose potantibus, obtigit, facies nimirum quam maxime rubore affusa, ac prouidida.

DE MANDRAGORA,

QUEM MARION DICUNT.

CAP. CXXIIII.

NOMENCLATURA.

MARBVS, Arabibus. Μαρίον, Grecis. Marion, Latinis.

LOCVS, EFFIGIES, AC INVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iiii. Cap. lxxvi.

Ferunt et alterum esse Mandragoram quem Marion dicunt, in umbrosis nascentem, et circa antra: Folia candido Mandragoræ similia habentem, minora tamen dodratis fere longitudine, candida circa radicem exeuntia: quæ candida tãdã teneraq; est. paulo dodrante maior: crassitudinem humani pollicis. Eam dicunt potam arachne pondere, aut cum polenta in obsonio placetate sumptam, salutatem quam morosin dicunt, facere. Dormit enim qui eam ederit,

sicut erat eam comedens omni sensu tribus quatuor se horis, ex quo eam hausit, carens. Utuntur et hoc medici scilicet uturine aliquid. Ferunt præterea antidotum esse radicem cum furioso solano potam.

DE CAPHURA,

SEV CAMPHORA, CAP. CXXXV.

NOMENCLATURA.

KAPHOR, seu Chasur, Arabibus. Καμφορε, Aethario, Psello, Sethio, nõ autem Aetio, recentioribus Grecis. Caphura, Latinis. Camphora, Barbaris, ac Officinis. Canfora, Italis. Camphra, Gallis.

LOCVS, GENERA, EFFIGIES ELECTIO, TEMPERAMENTVM, AC INVVAMENTA.

EX ALMAZODI.

Panzor insule sunt, finitima regioni Sarandia, iccirco Caphura de Panzor cognominatur. Quum autem frequentibus Caelum fulgetris coruscet, aut crebro tonitru constrepit, uel cum terra motu concutitur largioris Caphuræ prouentus augurium est. Proueniunt itidem in India et Syria montibus Caphura arbores.

EX ISAACE BEN AMRAM.

Caphura ex Saffella, Calca, Dhabelech, Et Harigi aduehitur, maiori tamen copia ex Harigi minori autem est Syria. Gummi Lachrymae est, maculis rubentibus, ex arbore quæ predictis locis abunde nascitur, materia leui, colore è candido in nigrum languescente. Inuenitur etiam in interueniens ligni modo lamellarum impacta. Præcellit tamen Ribachina, quæ foras sponte erumpit, ac defluit, et arboris corticibus heret, maculis inter iuncta rubentibus, postmodum calore solis extosta candescens. Ribachina autem nuncupatur à Ribaco primo eius loci Rege, locus uero dicitur Panzor, et propter et Caphura de Panzor nominatur. Hæc ceteris tum bonitate tum tenuitate et candore præstat, longiorq; durat tempore, gummi cuius drachmam sanè pondere non excedunt secundum bonitatis locum habet Caphura Fauzem uocata, crassa, colore atro, nec pellucens sicuti Ribachina, cui etiam cedit et præsto et duratione. Inde Caphura quæ Carsab nominatur, fusco colore, et Ribachina uilior. Vltimum locum habet, quæ Balonich appellatur, fragminibus et asulis implicita, et more gummi agglutinata lentescit in grummos coe ens magnitudine nimirum siue à mygdala siue ciceris fabæ aut lentis. Hanc pontificum et sacerdotum suffimentis, sicuti Costum, Myrrha Thasq; in templis dicant. Sed hæc omnes per sublimationem ignium ardorem clarificantur re purganturq; sicuti inde exeat Caphura candida, in laminasq; pellucens digesta, quæ uocatur Caphura operata seu elaborata. Ferunt autem ex libra nimirum radis et impure Caphuræ de Balonich et Carsab, selibram elaboratæ uel igne eieci, omnium tamen uilior. Refrigerandi

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

siccanâq; uim habere in tertio recessu. Capbura perhibetur. Excalcatis auxilio est, capitisq; dolores quos bilis creauerit, mulcet, siue sola siue cum Rosacea, fantalis ué probe apparatus, naribus adnota. Venis impetus etiamnum olfactu reprimat, in potu tamen sumpta omnia ualentius operatur. Modicum ex ea medicamentis quæ biliosas alui fluxiones cohibent, iniectum felicitus suum munus exerunt. Canitiem crebrior eius usus accelerat. Ex ea itidem duo grana cum stillatitio Lactuce humore naribus in dita, cerebri feruorem demulcet, tum etiam somni probe cõciliat, sanguinemq; è naribus prõmanentem comprimit. Comprimit etiamnum omnem hæmorrhagiam cum uæ immatura succo attrita, ac inde illita & imposita. Suffumigijs, alijsq; odoramētis admiscetur, præterquam in Gallia, et Diambaro.

EX RASE.

Frigida est, et tenuium partium. Ardentes tum capitis tum uniuersi corporis cruciatus mitigat. Eius nimius usus perurigilia adfert. in potu assumpta, uenes et seminaria uascula refrigerat, genituramq; cogit, Aegritudines quoq; frigidas parit, in regionibus præsertim egeclidi.

EX MESSHA.

Frigida et sicca est, in tertio abscessu. Sanguinem è naribus profluentem supprimit, cum uæ acerbe succo instillata.

EX MESARVIB.

Quidam sex drachmas è Capbura, tribus uicibus belle partitas deuorauit, adeoq; uentriculi calorem dilauit, ut nullam concoquendi cibos facultatem relinqueret, et genituram extinxit.

EX ABEN MESVAI.

Aluum sistit Capbura. Canitiem in potu assumpta accelerat. Effervescentibus autem inflammationibus remedio est.

EX ABEN AMRAM.

Refrigerandi facultatem possidet, in tertio nimirum ordine. Excalcatis cum stillatitio Rosarum liquore auxiliatur, eorum membra, ac spiritus roborando. Non inutilis itidem medicamentis quæ biliosos alui fluores inbibent, ad mixta, in pauciori tamen quantitate.

DE VETERI MEDICINA.

Capbura aluum supprimit, nec non nimius eius usus canitiem accelerat.

DE AVELLANA

INDICA. CAP. CXXXVI.

NOMENCLATURA.

FAVVEL, Arabibus; Auellana Indica, Barbaris.

LOCVS, EFFIGIES, TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX ABOHANIFA.

Arbor indice Auellana, est plantæ quæ Nucem etiamnum Indicam profert, non absimilis, ex qua erumpunt Calyculacea tegumenta, eorumq; singulis Auellana singulle insunt, similitudine quidæ palmularum. In Arabia autem non prouenit.

EX ISAAC BBN AMRAM.

Fauvel est Auellana Indica, fructus nimirum magnitudine et colore Myrsiticae nuci similis, uagis plenus, gustu modice calidus, acrisiue, et subamarus, quique ex Syria affertur. Refrigerandi uim habet, & adstringendi impensius: Membra roborat, Santala rubra facultate profusè emulatur. Effervescentibus autem in inflammationibus auxilio est. Ceturum ubi ad manus non fuerit, uicem eius præstat par pondus ex Santalo rubro, nec non dimidium è recenti coriandro.

EX ATABARI.

Refrigerat & ualenter adstringit, membra, roborat. Santali quoq; rubri facultatem emulatur.

EX MEAZER.

Vim habet tum refrigerandi tum exiccandi. Calidis ægri tudinibus non inutilis, illita.

EX BEDIGORA.

Crisis uel duris abscessibus auxiliatur.

EX MESARVIE.

Dentium dolores, et palpebrarum scabiem curat.

EX ABEN MESVAI.

Refrigerandi siccanâque facultatem possidet in tertio nimirum excessu. Adstringit. Dentium dolores mulcet, ac mobiles ui eius adstringendi roborat, et gingiuas. Inflammationes itidem oculorum reprimat, illita seu emplastri modo imposita.

DE SANTALO,

CAP. CXXXVII.

NOMENCLATURA.

SANDAL, Arabibus. Σανταλον, recentioribus Græcis. Santalum, Latinis. Sandalum, Barbaris, ac Officinis. Sandalo, Italis. Sandel, Germanis. Sandalos colorados, et blancos, et citrinos, Hispanis.

LOCVS, GENERA, ELECTIO, TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA,

È Syria affertur, Candidum, Rubrum, & Luteum.

EX MESSHA.

Refrigerandi uim habet in tertio abscessu, siccanâ uero in secundo.

EX ABEN MESVAI.

Facultatem refrigerandi possidet in tertio recessu. Ven triculii imbecillitatem reficit, capitisque dolores quos terrens

repens bilis excitavit, mitigat. Rubrum autem frigidius ac praesentius candido & Luteo existimatur. Humores qui aliò defluentes partes alias implere solent suspendit. Avelanam insuper indicam ut tum refrigerandi tum exiccandi tum adstringendi emulatur. Gingivas, & utriculum roborat.

B X A B E N M B S E H A.

Santalum omnia cardiacos affectus in febricitibus mulcent, cordi illita.

B X I S A A C B B E N A M R A M.

Santalum lignum est quod è Syria aduehitur. Cuius potissimum tria habentur sùstigia, candidum nempe, rubrum, & luteum. Quae omnia in usu recipiuntur. Refrigerandi autem facultatem habent in tertio recessu. Siccandi uero in secundo. Excelsa factis auxilio sunt, imbecillitatem stomachi resarcunt, cardiacos affectus lenant, quos irrepens bilis excitauerit. Trita itidem est stillatio Rosarum liquore, & illita temporibus, adiecto Capbarum momento, ardentis capitis cruciatus mitigant. Priuatum tamen ex albo oui liquore pars una è Candidi sensu, cum dimidia Sarcocollae, fronti temporibus è illita effervescentes Capitis dolores lenit, deflexionumq; impetus, quae ad oculos decumbunt, cohibet. Viriosum insuper psilothi odorem, à balneo aufert illitum. Rubrum tamen est candido frigidius. Incandescentibus siquidem inflammationibus, podagrisq; ex succo Solani, aut Semperuii, Portulacae, seu lenticulae palustris illinitur, repellit; humores, qui ad loci se conferunt. Praecellit in his generibus Luteum pingui quodam scatenis, ac in de siccum. Secundas partes obtinet rubrum, luteo nimirum longe siccus. Tertiam sibi sedem arrogat album candidum, medicamentum sane quod in tenuissimum pollicem facillime leuigari potest.

B X A B V G E R I G.

Candidum tertiam sibi frigidorum classem assumit. Trium etenim ex stillatio rosarum humore incandescentem caliditatem demulcet, tum fronti tum utericulo impositum. Effervescentibus febribus, stomachoq; ob calorem imbecillo mire opitulatur. Luteum uero ac rubrum tertiam sibi refrigerantium sedem uindicant, exiccantium autem secundam. Nec sunt ea dote adstringendi & roborandi quae Rosa praedit. Ex stillatio tamen Rosarum liquore febribus ardentibus, stomacho in becillo, calidis capitis doloribus auxiliantur, illita.

B X A T A B A R I.

Rubrum est candido frigidius. Incandescentes autem in inflammationes mulcent, illita.

D E C I C V T A,

CAP. CXXXVIII.

NOMENCLATVRA.

SVCARAM, seu Sucharan seu Zucharan, Arabibus, كدوة, Graecis, Cicuta, Latinis, Barbaris, Officinis, ac Italis, Cigue, seu Cocue, seu Segue, Gallis, Zigerkraut, Schirling, Vueterich, Germanis.

EFFIGIES ATQ. ELECTIO.

B X D I O S C O R I D E.

Lib. III, Cap. LXXIX.

Geniculatum profert Cicuta Foeniculi modo & grandem caulem. Folia Ferulae similia habet, angustiora tamen & grauior odorata. In cacuminibus ramos & umbellas habet. Florem sub albidum; Semen aniso eguale sed candidius. Radix fistulosa illi, sed non profunda est. Efficacissima Cretensis, Megarica Atticaq; et quae in Chio & Cilicia nascitur Cicuta:

TEMPERAMENTVM, AC IJVAMENTA.

B X G A L E N O.

Simp. Med. vii.

Cicuta quod extremè refrigerantis sit facultatis, omnes norant.

B X D I O S C O R I D E.

Lib. III, cap. LXXIX.

Inter letalia numeratur Cicuta, frigiditate enecans. Succurrit remedioq; contra eam meracum uinum est. Colligitur ex suprema eius coma succus antequam arefcas semen: cuius causa tunditur, densaturq; in sole expressus succus. Multos hebet in medicina usus. Collirij quae somno dolorem leuant addit us. Extinguit idem sacros ignes, & quae serpunt. Quinetiam concisa herba comaq; eius mox te sitibus emplastris modo imposita, nocturnas libidinum imagines in somno auertit. Languent genitalia emplastris modo imposita Cicuta. Lac extinguit & in uirginibus mammarum incrementa compefcit: et puerorum testes nutrimento augeri prohibet.

D E O X Y P H O E N I C I S,

SEV TAMARINDIS, CAP. CXXXIX.

NOMENCLVTRA.

TAMARINDI, Arabibus, Barbaris, Officinis, ac Italis. Οξύφώνικα, recentioribus Graecis. Oxypheonica, acide è Palmis, Latinis. Vuild Dattel, aut Saur Dattel, Germanis. Tamarido Hispanis.

LOCVS, EFFIGIES, TEMPERAMENTVM, AC IJVAMENTA.

B X A B O H A N I F A.

Plurimum in Caesarea & India nascitur, fronde Saligna uirens.

B X A B E N M E S V A I.

Ex India aduehitur fructus nimirum colore rubro car ne admodum q̄ Ceratua copiosiore, ac firmiore coloreq; è luteo in nigrum languescente, & pingui etiam succo scattente, quae priuatum in usu à nucleis praepurgata recipitur. Probantur recentia, non exuccata, gustusq; maxime acida. Refrigerant autem in tertio recessu. Priuatum flauabilem deficiunt, eiusq; effervescentiam mulcent. Vomitiones cohibent, ac pruritus mitigant. Pondus ex eorum decocto est usque ad selibram.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

EX ABVGERIO.

Oxyphœnica, bilem flavam belle domant, sitim reslingunt, nauseas, & uomitiones infrenant.

EX MEBEHA.

Oxyphœnicum ab efflu tertio refrigerat, aluumq; deicit,

EX MBSARVGIE.

Oxyphœnicum quidem prunis est non absimile, subtilius tamen, & minoris humiditatis.

FRIGIDA ET HUMIDA,
TERTII ORDINIS.

Portulaca.	Sedum minus.	Sanguinalis fer.
Sedum maius.	Illecebra.	Fungi. (mina.

DE PORTVLACA,
CAP. CXL.

NOMENCLATVRA.

BAKLE HANCHA, seu Bachele Albanica, Arabibus. Αὐτοῦρα, Græcis. Portulaca, Latinis, ac Officinis. Herba Jintia, seu Parpitella, Barbaris. Pro cacchia, & Porcellana, Italis. Pourpier, seu Pourchaille, seu Pourceline, Gallis. Burtzelkraut, seu Portzelkraut, Burtzelen, Burgelen, & Sauubon, Germanis. Verdolaga, Hispanis.

TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA.

EX GALENO
Simp. Med. vi.

Andrachme frigida & aqua temperie est pauca particeps austeritatis, proinde fluxiones repellit, & maxime biliosas & calidas: cum eo quod eas mutet, & in qualitate alteret, magnopere refrigerans. Et fuerit sanè in refrigerandi quidem facultate tercij excessus à temperatis ac medijs, in humectandi vero secundi. Hac ratione & asluantes ut si quid aliud adiuvat, tum ventris osculo imposita, tum totis hypochondrijs, maxime in febribus helicis. Præterea dentium stuporem sanat, nempe que ab acidorum succorù contactu asperè exiccata fuerant leniens, atque replens, ut pote cum viscosam habeat humiditatem: Similiter vero & succus eius. Itaque non fors modo impositus, sed epotus quoque refrigerat, hoc sanè & toti herbe comes accidit. Quoniam autem subadstringit, ut lilter dysentericis editur & muliebri profluvio, & sanguinis reiectionibus. Sed ad hæc quidem multo est, quam herba, succus ipsius efficacior.

EX DIOSCORIDE,
Lib. iiii. cap. l.

Adstringit Portulaca. Capitis doloribus ideo, oculorù, aliarumq; partium inflammationibus, stomachi ardoribus item sacris ignibus, vesicæq; doloribus cum polenta subuenit. In cibo eadem dentium ex acriore acerbone aliquo cibo

torpores corrigit: stomachi itidem intestinorumq; ardores & in eas partes destillationes lenit. Renum vesicæq; erosionibus utilis, vitia earum partium emendat. Veneris impetus inhibet. Facit ad eadem in potu succus eius, facit ad febres etiam. Prodest contra rotundos ventris lumbricos, cruenta sputa, intestinorum tormina, hemorrhoidas, sanguinis eruptiones ad summum cocta Portulaca. Prodest & contra chalidica lacere morsus, Oculorum medicamentis utiliter miscetur. Clystere eadem contra destillationes in intestina muliebrium locorum erosiones in funditur. Inspersit capiti in dolore ex astu factu cum rosaceo aut oleo. Inspersit & contra pustularum in capite eruptiones cum vino ut extertantur: & cum polenta contra vulnerum siderationes utiliter emplastri modo inponitur.

EX RVFO.

Portulaca quidem usum ledit obunditiæ, uniuersum corpus refrigerat, ac uomitiones inhibet.

EX ABEN MBSVAL.

Portulaca potissimum ueneris impetus exoluit.

DE MAIORE SEDO,
CAP. CXXI.

NOMENCLATVRA.

BEIAHALALEN, seu Hai albatez, Arabibus; Αἰθαλαλέν, Græcis. Aizoon uel Sedum seu Semperuuius maius, Latinis. Semperuina, Barbaris. Semperuuium, Simpliciter Officinis. Sèperuino, Italis. Loubarbe, Gallis. Hauszumerz, seu Grofz hauszurt, Germanis. Semperuina, seu Yerua pantera, Hispanis.

EFFIGIES, AC LOCVS.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iiii. cap. lxxxiij.

Nomen maiori Sedo ab æterna foliorum uiridine factù est. Caules proferi cubitales & aliquando maiores, pollicis crassitudine, pingues, egregie uirentes: incisuris quales in uallari lactaria herba sunt. Folia habet pinguia, pollicis humani magnitudine, in summo linguarù figura: que tamen in inferiore parte sunt, resupinantur: que uero in capite, concretæ inuicem globum figura oculi conformant. Nascentur montanis locis & siccilibus uasculis. Conferunt quidam et intestis.

TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. vi.

Aizoon utrunque, tum maius, tum minus, aestecat quidem leuiter, quando quidem et mediocriter adstringit, omnis alterius uehementis qualitatis ex pers: quare in eo plus ceteris abundat essentia aqua. Ceterum non mediocriter refrigerat. Est enim ex tertio ordine, et recessu refrigerantium. Hinc etiam ad erysipelata, et herpes, & phlegmonas à fluxione natas accommodatur.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iiii. cap. lxxxiij.

Refrigerandi us & natura illi est, adstringit. Facit ad sacros

DE MASCULA SAN-

GVINALI HERBA, CAP. CXLIIII.

NOMENCLATVRA.

BASIALRAHAGI, uel Hassa Alrbai, seu cum Persis, Berfendarij, aut Berfaudamum, Arabibus. ΠΟΛΥΓΩΝΟΝ αὐτῶν, Græcis. Polygonum mas, uel Seminalis aut Sanguinalis Mascula, & Proserpinaca, Latinis. Virga Pastoris, Barbaris. Corrigiola, & Centummodia, Officinis. Correggiola, et Centinodia, Italis. Corregiole, Gallis. Vuegrasz, Dennygrasz, & Vuuegrijt, Germanis. Corriuela, Hispanis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib. III. cap. III.

Herba est Mascula Sanguinalis, numerosa, graciles et teneros ramulos habens, geniculis interfectis, graminis modo per terram serpentes. Folia rutæ illi sunt, longiora tamen & molliora & singulis folijs adnatum semen: quam ob causam Mascula appellatur. Flores cædidi aut punicei.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Polygonon non uti adstringentem quandam obtinet, ita sanè uincit in eo aqueum frigidum: ut uelicet secundi sit ordinis medicaminum refrigerantium, aut etiam quoddammodo in initio tertij, proinde sanè quibus stomachus est ueruet, foris frigidum illitum prodest, uelut etiam cryspelata & calidas plethmonas iuuat. Porrò tale cum sit, & fluxiones repercutit et hac ratione uidetur esse excitatoria. Quare cum herpetum, tum ulcerum, tum aliorum bonè est remedium, tum etiam efficacissimum inflammatorum & fluidorum. Est & eryentorum uulnerum glutinatorum & fluidorum. Sed & aurium ulceribus prodest. Ac si uel plurimum in se purit, hoc tamen etiam desiccat. Easdem ob facultates sinit profusum muliebre, ac dysenteriam & sanguinis eiectiones, et undecumq; aliunde immoderatis quippiam feratur. Refert DIOSCORIDES, q. & urinam prouocet exhibitum stillicidio seu stranguria affectis: non tamen exactè dispositionem discriminat, in qua ipsam dari expediat. Porrò mas ad omnia dicta quam femina ualidior est effectus.

EX DIOSCORIDE.

Lib. III. cap. III.

Adstringit refrigeratq; potius Sanguinalis herba succus. Sanguinem expulsiuus, & alui fluxibus prodest Cholericis itidem & uescic stillicidio: urinam enim efficacissime trahit. Succurrit & uenenatorum moribus cum uino potus: Bibitur & contra circulares febres una ante accessionem hora. Sinit idem muliebre fluxiones appositus. Infiltrat purulentis auribus, & in dolore eorum utiliter. Genitalium haleribus egregie medetur cum uino de eo Aus addito melle. Contra stomachi ardores, sanguinis ex creationes, que serpunt, sacros ignes, inflammationes tumoresq; & ulnæra, emplastri modo folia utiliter imponuntur.

HH ¶

sacros ignes, hælæra que à serpendo herpetas dicunt: que itidem pasendo serpunt, oculorum inflammationes, ambufla, podagrasq; in quem usum perse & cum polenta emplastri modo folia eius imponuntur. Quinetia succus addit rosæco contra capitis dolores inspergitur. Datur idem contra phalangiorum morbus bibendus. Datur & contra fluores alii quos diarrhoeam uocant, intestinorumq; tormina. Pellit rotundos uentris lumbricos cum uino potus. Preminarum fluxiones sinit appositus. Inunguntur postremo utliter eo lucis oculorum factæ à sanguine perturbationes.

BXFLAM.

Radices eius cum Plantaginis radicibus coctæ, podagricos dolores leniunt, impositæ.

DE MINORE SEDO,

CAP. CXLIII.

NOMENCLATVRA.

Αἰζὼν μίσηρον ἢ Τριφύλλης, Græcis. Aizoon uel Sedum seu Semperrimum minus, Latinis. Vermicularis, Barbaris. Crasula minor, Officinis. Vermicularia, & Granellosa, & Herba grassa, Italis. Triquemadame, Robauit, & Ioubarbe à petiteuelle, Gallis. Klein hauswurtz seu klein hauszlauch, Maurwurzfasser, Dunderzesslin, Vuincer uuisen, seu Erdmaicissen, Germanis.

LOCVS, EFFIGIES, AC IUVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. III. cap. III.

Nascitur in parietibus, petris, murorum coronis, & umbrosis sepulchris. Collicit exeat ab una radice multi, graciles, circinatiss, pinguis & in summo acuminatis foliolis pleni. Exit & ex medio caulis dodrantis fere alitudine, umbellam habens floresq; renues, colore pallido lucet. Habent folia Sedi minoris antedictæ easdem uires.

DE ALTERO SEDO,

CAP. CXLIII.

NOMENCLATVRA.

ALSEBRAM, seu Handrachabara, seu Tilafon, Arabibus. Αἰζὼν ἰδιος τριφύλλης ἢ Αἰζὼν ἰδιότροπος ἢ Αἰζὼν ἰδιότροπος ἢ Αἰζὼν ἰδιότροπος, Græcis. Aizoon Sedumue seu Semperrimum Syluestre, Illecebra, Latinis. Portulaca agrestis Syluestrisue, Barbaris. Coille de prestre, Gallis.

EFFIGIES, LOCVS, TEMPERAMENTVM,

AC IUVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. III. cap. III.

Creditur et tertium Sedi genus esse quod pleriq; Portulacam agrestem, aut Telephon uocant, Romani uero Illecebram. Folia habet latiora & hirvata, ad portulacæ figuram accedentia. Nascitur petrosif locis, Calefaciendius et natura illi est. Acrimoniam habet, exulcerat, & strumas cum axungia emplastri modo imposita discutit.

DE FOEMINA SAN-

GVINALI HERBA, CAP. CXLV.

NOMENCLATVRA.

Πολύγωνον βήλυ, Græcis. Polygonon, seu Seminalis, aut Sanguinalis fœmina, Latinis. Pin aquatic, Gallis, klein kützen, uudel, & kanten kraut, Germanis.

EFFIGIES, LOCVS, TEMPERAMENTVM,
AC IVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE
Lib.iii. cap.v.

Singulari caule exiguis frutex Sanguinalis fœmina est, tener, harundini similis. continuatis geniculis & in seip-
sos tubarum modo sarctis: circa quos pinæ similia foliola in orbem exēit. Radix illi inutilis est. Nascitur aquosis lo-
cis. Adstringendi refrigerandiq; vires habet, ipsam omni-
bus quibus antedicta utilis, sed minore efficacia.

DE FVNGIS,

CAP. CXLVI.

NOMENCLATVRA.

HATAR, seu FATHER, Arabibus. My-
xites, Græcis. Fungi, Latinis, Barbaris, ac Offi-
nis. Ponghi, italici. Champignon seu Potiron, Gallis. Schu-
wappen, Psifferling, reysken, Germanis.

EX DIOSCORIDE,
Lib.iii. cap. lxxxiij.

Fungorum duplex differentia: aut enim edendo sunt, aut
letales. Fungus multiformis letales, quoties aut clavis ru-
biginosus, aut patridis pannis, aut serpentium latibulis &
canis adnascuntur, aut arboribus priuatim noxios ferenti-
bus fructus. Habent qui tales sunt concretum supra se len-
torem quandam: reliq; cum e terra auulsi fuerint, putre-
scentes corrumpuntur. Qui contra tales non fuerint, in ci-
bos idonei suavesq; sunt.

TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. vii.

Fungus frigida humidatq; admodum planta est: quamob-
rem etiam proxime ad deleteriam & enecantem facultate
accedit: sanè inter eos sunt qui interficiant, potissimum
qui ex natura mistam habent qualitatem putredinosam.

Allimen. Facul. lib. cap. lxxix.

Ex fungis Boleti, si belle in aqua elixi fuerint, prope ac
cedunt ad cibos insipidos: non tamen sic solis ipsis vulgo

utuntur, sed apparent uarie, & condiunt, ut alia omnia,
quæ nulla insigni qualitate sunt prædita. Alimentum autem
ex ipsis est pituitosum, & frigidum uidelicet, præuig; est succi
si quis ipsis largius utatur. Omnium igitur Fungorum ij
minimum sunt noxij: secundi autem post hos sunt Amanita.
Reliquos uero tuus est omnino ne attingere quidem: ma-
ti enim ex ipsorum esu interierunt. Equidem noui quendam,
cui post Boletorum non satis elixorum (qui innocentissimi
esse putantur.) usum largiorem, os uentriculi pressum ac
grauatum coarctatumq; fuit, difficilemq; habuit respiratio-
nem, & in animi deliquium incidit sudoremq; frigidum su-
dauit, ac demis seruari egre, sumptis ijs quæ humores cras-
sos incidant, potuit: cuius generis est oxymeli ipsum per se
& cum hysopo & origano ipsi medioeriter incoctis. Is
enim tum hoc à quodam accepit, tum nitri spumam ipsis in
speram: post quæ fungos, quos comederat, uomuit, qui iam
quodammodo in succum pituitosum frigidumq; admodum
ac crasum erant mutati.

De Cibis boni & mali succi, cap. lli.

Fungus frigidissimus, & glutinosissimus, crassusq; si-
mul succus inest: atque inter hos ex solis Boletis nullus fer-
tur interisse, qui tamen ipsi choleram etiam nonnullis attu-
lerunt incocti. At reliquorum Fungorum efus quibus-
dam mortem intulit, nonnulli mortis inde adieue discrimen
diartheis correpti, aut cholericis, aut strangulatu periculi-
tantes.

EX DIOSCORIDE,
Lib.iii. cap. lxxxiij.

Fungi nihilominus qui edendo sunt, maiore copia sum-
pit nocent & ipsi: difficilis in stomacho cocturæ, strangu-
lantes, & malum quod Græci choleram dicunt, afferentes.
Succurrunt remedioq; omnibus contra eos sunt potum ni-
trum, aut lixiua cum oxhalmæ (salsum acetum ea est.) Satu-
re decoctum aut origani: gallinaceorum iidem finum ad-
dito aceto, aut copiosum in eclegmate mel. Iidem tamen nu-
triant, uerum egre resoluuntur: integriq; & quales ha-
sti fuerunt, plerunq; cum reliquis excrementis reddun-
tur.

EX ALCANZI.

Fungorum sanè liberalior usus, urinae stillicidium,
Κρυγγοποιον Græci uocant, efficit.

EX ABEN MESVAI.

Fungi primum ut innocentes reddantur, sicis aut
recentioribus Piris elixandi, ac uinum meracius superbi-
bendum. Priuatim autem Fungi omnes (maiore nimirum
copia sumpti) strangulationes laqueis similes faciunt.

LIBRI QVARTI,

FINIS.

IOANNIS SERAPIONIS

DE SIMPLICIUM MEDICAMENTORVM

HISTORIA.

LIBER QVINTVS.

INTERPRETE

NICOLAO MVTONO

MEDICO MEDIOLANENSI.



CALIDA ET SICCA,
QVARTI ORDINIS.

Euphorbium.	Tithymalus.	Sapo.
Cepa.	Porrum capitati.	Cedrus.
Bulbus q edendo ē.	Porrum agreste.	Cedrinus liquor.
Anacardiā.	Lanaria herba.	Cinis.
Erysimon.	Chamaelea.	Lixiuum.
Dend.	Lathyris.	Pityusa.
Nasturtium.	Mehizaharagi.	Cneoron.
Thlaspi.	Pyrethrum.	Lepidium.
Arabis.	Piper.	Sinapi.

DE EUPHORBIO,

CAP. I.

NOMENCLATURA.

EUPHORBION, seu Farbium, Arabibus. Euphorbion, Graecis. Euphorbium, Latinis, Euforbium, Barbaris, ac Officinis. Euforbio, Italis. Euphorbe, Gallis. Goruion, seu Euforuio, Hispanis.

EFFIGIES LOCVS, GENERA,
ADVLTERIA ATQ. ELECTIO,

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. cap.xcvi.

Ferulacea est in Libya arbor Euphorbium, in Maurisiorum Tmolio nascens, acerrimo liquore plena: Quem ob nimium eius feruorem incolae timentes colligunt, excipulas, ex ouillis lotis uentriculis factas, in arbore suspendentes: tum eminus supra excipulas illas hastilibus eam uulnerantes: qua percussa statim, ueluti ex rupto uase aliquo, copiosus profilit in excipulas liquor: in terram aliquando etiam (tantus est impetus) idem etiaculatur. Duo eius genera sunt. Transmittit alterum sarcocolle modo lucem: conerescitq; in frusta, magnitudine erui. Alterum quod in

uentriculorum excipulis in massam concreuit, uitro colore est. Adulteratur Euphorbium admixtis sarcocolle: ea est Persica arboris lacryma thuri similis, aut glutino. Probatur quod lucem transmittit aereq; est. Sapore gustuq; nō facile Euphorbium probatur, propterea quod lingua semel admotum, permanent ad aliquod tempus feruore eius, linguam adeo incēdit, ut Euphorbium, quodcumque aliud illi admotum, uideatur. Inuentum Euphorbium in Libya regnante Iuba est.

TEMPERAMENTVM, INVVAMENTA.

AC PONDVS.

EX GALENO.

Stimp. Med. vi.

Euphorbium causticae siue urentis & tenuium partium facultatis est, alijs succis similiter.

Comp. Med. per Genera. iii. cap. iii.

Dictum mihi est & antea uetus Euphorbium, recentiori multo inferius. Si igitur anniculum sit etiam Cyrenaeo magis Πρω , id est, succo Lasseriae excalcis: praesertim eo, quem nunc habemus: ex quo per aquae irrigationem stirpes auget, et ad liquoris copiam preparandam procreat.

EX DIOSCORIDE.

Lib.iii. Cap. xcvi.

Euphorbium habet calefaciendi uim. Contra oculorum suffusiones inungitur, disiccitq; eas. Potius hic feruore suo integram diem urit, eamq; ob causam melli in usu miscetur. Miscetur & collyrijs acrimoniae suae habita ratione. Coxendicis doloribus medetur in odorata potione potus. Pellet idem ossium squamas eadem die impositus. Verum tamen oportet eos qui Euphorbio utuntur, carmen circa ossa omnem inditis linamentis & cera munire. Fertur a quibusdam praeterea, nullam sentiri noxam a serpentium morfu, si quis incisa usque ad caluam capitis cute, dilutum Euphorbij liquorem in su derit, tum uulnus et cutem sutura coniunxerit.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

EX BEDIGORA.

Privatim aquam nimirum citrinam ut uocant, prolicite.

Ex Libello Venenorum.

Euphorbium ex oleo solutum, paratysi illitum mirè con-
ducit. Pondere tamen trium drachmarum sumptum necat,
stomachum siquidem, et intestina exulcerat, et urit.

EX ALCANZI.

Euphorbium adeo ualenter muliebrum locorum orifi-
cia adstringit, ut factum exire omnino prohibeat.

EX ABBEN MESVAI.

Euphorbium privatim à lumbis & intestinis uiscidam
pituitam purgat. Ceterum laborem facit, exciecat, & urit,
inanemque seu aspidam egerendi cupiditate que tepro-
mos Græcis nominatur, efficit. Quæ propter ad eius uim
probe infrenandam parum tenetur esse terendum, & mis-
scendum cum Bdello, Glycyrrhizæ eius succo, aut cum aro-
maticis quibusdam, uelut spica, Cinnamomum, & Cassia:
Rosaceo primam, seu amygdalino oleo inuolutum. Præcelsit
clarum, recens à primo usque ad tertium annum, colore læ-
te pallidior, amarum, & acerrimum sapore, & odore.
Pondus est à duobus obolis ad tres usque.

DE CEPIS,

CAP. II.

NOMENCLATURA.

BASIL, seu Bassal, Arabibus. *Κεράμυρον*, Græcis.
Cepa, & in neutro, Cepe, Latinis, Barbaris, ac
Officinis. Cipolla, Italis, Fiboule seu Oignon, Gallis. Zu-
mbil, Hoellen, et Zybollon, Germanis. Cebolla, seu Ceba,
Hispanis.

TEMPERAMENTVM AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Cepa ex quarto est ordine excelsiorum: essentia eius
potius crassiorum est partium: unde etiam hemoroidas aper-
rit tum apposita tum cum aceto inuncta. In sole alphas ab-
stergit, tum alopecijs, attrita pilos alcyonio citius restituit.
Porro si succu eius exprimas, quod reliquum est, admodum
terre substantie est, eiusque calide: at succus aqueæ aere-
que caliditatis. Hic igitur ijs qui suffusi sunt, aut aciem ocu-
lorum obtusam præ crassitudine humorum obtinent, inun-
ctus prodest: ex huius temperatura tota Cepa flatuosa est
manducata. Itaque qua temperatura sunt sicciora, minus
flatuum generant.

EX DIOSCORIDE.

Lib. ii, cap. lxxviii.

In censu Ceparum & genere matore acrimonia sunt lo-
ge, quam rotunda: ruffe, quam candida: sicca, quam uiri-
de: cruda, quam coctæ, aut in sale seruata. Infrandi eroden-
tibus, uires cunctæ habent. Cibi appetentiam excitant, siti-

culosa sunt: extenuant stomachi uelut ex repletione fasti-
dia, & bonam faciunt aluum. Repurgant, laxant qua ex-
cernendum aliquid sit, præcipue; hemorrhoidas appositus
pro balanis earum tunicis ex oleo. In unguentis ad clarita-
tem oculorum cum melle Ceparum succus. Prodest albugini-
bus, oculorum nubeulis, & incipientibus eorum suffusio-
nibus: Prodest & anginis quæ utiliter eo inunguntur.

Mouet idem & trahit menses. Purgat præterea caput na-
ribus instillatus. Contra rabidorum canum morsus, addi-
tis ruta, sale & melle, illinitur. Sanantur eo inuncta in
sole addito aceto utiligines. Finit idem oculorum scabies
cum pari cinerula quam spodium dicunt, inunctas. Varos
cum sale compositi. Inunguntur utiliter eodem cum galli-
naceorum adipe à calcis facti attritus pedum. Quinetium
alui fluoribus subuenit. Facit ad grauitatem aurium, in
certos earum sonos, purulentas ex eis desillationes et ex-
hauriendas quas in eis coierunt aque. Fricantur eo utili-
ter capillorum defluua quas alopecias dicunt, citiusque hal-
cyonio capillum prouocat. Capitis dolores facit copiosus
Ceparum cibulus. Effractorios ad sciendam urinam coctus
Cepe sunt. Faciunt in ualeudine maiore copia in cibo sum-
ptæ somni inexpugnabilem necessitatem quam lethargum
dicunt. Maturant panos & celerrime erumpunt coctas,
mox cum passula uua aut fico emplastrum modo impositæ.

DE BULBO QUI

EDENDO EST, CAP. III.

NOMENCLATURA.

BASAR ALZIR, Arabibus. *Βολβός* & *ἑδω-
δμος*, Græcis. Bulbus esculentus, Latinis Ce-
pe sine tunicis, Barbaris.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib. ii, cap. ccc.

Notus omnibus Bulbus qui edendo est.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Bulbus esculentus quidem frigidiorum & crassiorum
lentique seu uiscosum succum procreat. Nam & coctus dif-
ficilis est, & flatuosus, et uenerem prouocans. Attamen
illius ob amaritatem simul & adstrictionem abstergit sim-
ul & glutinat, et nimirum etiam exciecat. Est enim essen-
sum, amaritudinem in exter gentibus esse substantijs, adstri-
ctione uero in glutinantibus. At siccitas utriusque con-
sequitur.

EX DIOSCORIDE.

Lib. ii, cap. ccc.

Bulbus qui edendo est, stomacho in cibo utilis. Bonam
facit aluum qui colore ruffo ex Africa afferitur. Amarus,
& qui ad scilla figuram propius accedit, siccior, albus
magis accommodatus est, & concoctiones adiuvat. Habent

Bulbi omnes acrimonia calefaciunt, & Venere[m] stimulant. Linguam tonillamq[ue] exasperant. Nutriunt ijdem magno opere, corpus augent, sed inflations faciunt. Luxatis contusisq[ue] implastri modo impositi, & extrahendis sursulis profunt. Profunt & articulorum doloribus, gangrenis podagrifq[ue]; per se & cum melle. Profunt & cutem subeuntis aque tamoribus, et canum morsibus cum melle pariter et trito pipere epplastri modo impositi. Sudores ijdem compescunt, & stomachi dolores sedant. Furfures preterea & capitis manantia bulcera cum cremato nitro exterrunt. Varos & sugillata per se, aut addito vitello oui, purgant: Lentiginis ex melle & aceto. Præcis auribus & contusis unguibus medentur cum polenta. Tosti ijdem inferunt cinere, & cum cinere capium manarum bulcera, quos ficos vocant, impositi sanant. Quinetiam cremati admixto hileyonio asperam & discoloram cœu a sole cutem & nigras cicatrices sub sole inandas, emendant. Conferunt ruptis in aceto elixi & in cibo sumpti: cauere tamen in cibocapiam eorum oportet, nervis enim nocent.

DE BULBO QUI VO- MITORIVS DICITVR. CAP. IJII.

NOMENCLATVRA.

ZIR, Arabibus. Βολβος ἐμμητικός, Grecis. Bulbus uomitorius, Latinis.

EFFIGIES, TEMPERAMENTVM M, AC IUVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE Lib.ii. cap.ccc.

Bulbus quem uomitorium vocant, nihilum & corij modo lentiora multoq[ue] longiora eo qui edendo est, folia habet. Radicem Bulbo similem, nigro cortice uestitam, que in cibo sumpta, per se, nec minus etiam potu eius decocto, vesicæ utriusq[ue] medetur, & uomitiones cit.

EX GALENO. Simp. Med. vi.

Bulbus uomitorius multo est calidioris temperaturæ quam superior.

DE ANSCARDIO, CAP. V.

NOMENCLATVRA.

BALADAR, seu Beladur, Arabibus. Ανεσκαρδιον, recentioribus Grecis. Anacardium, Latinis. Anacardus, Barbaris ac Officis. Anacardo, Italis, ac Hispanis.

EFFIGIES, AC LOCVS,

Fructus est, quem arborea planta profert, anicula cor-

culo non dissimilis, subrubro ac ferme corâs colore, rubete etiamnum intus liquore humoreûe quo veluti sanguine scæte, cuiusq[ue] potissimum frequentior est usus. E Syria autem aduebitur. Prouenit quoq[ue] in Sicilia montibus, quibus flammis ignis eructant, ac euomunt.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX ABEN MESVAI.

Excalfaciendi siccandique facultatem habet, in quarto nimirum abscissa. Labantes sensus refricat, memoriæq[ue] iacturam resarcit, et morbis cerebri quos frigida uel humida causa attulerit, opitulatur.

EX ALCHALAMEN.

Privatim neruorum resolutioni auxilio est.

EX BEDIGORA.

Memoriam amissam potissimum recuperat, sensusq[ue] ex acuit ac fouet.

EX LIBRO QUI ATTRIBUITVR GALENO.

Semidrachmæ pondere assumptum memoriam belle adiuuat. Humor autem liquoricæ qui in fructu conditus permanet verrucas delet, cutem tamen exulcerat.

EX AVGBRIG.

Vim maximam excalfaciendi obtinet. Verrucas siquidem, nec non utiliginis, scabiemq[ue] seu lepram, & Phlegmonas itidem usu creat, præsertim in etate florentibus, & natura biliosioribus. Quam ob rem Iuuenibus & biliosis omnino interdicitur. Resolutis tamen, & quibus etiamnum resolutionis timor imminet, non inutilis.

DE IRIONE, CAP. VI. NOMENCLATVRA.

HVDEREGI, Arabibus. Ἰριον, Grecis. Erysimum, et Irio, Latinis. Herifimon, Barbaris. Ironie, Italis.

LOCVS, AC EFFIGIES,

EX DIOSCORIDE. lib. ii. cap. clxxxviii.

Nascitur circa urbes, domorum aræas, ruderatq[ue] & hortos. Folia habet syluestri erucæ similia: coliculos utilium corrigiarumque modo lætos, & luteos flores. In summo siliquæ cornicalorum figura sunt, graciles, scenogræci siliquarum specie, in quibus tantilla sunt semina nasturtio similia, seruido sapore.

TEMPERAMENTVM, IUVVAMENTA, AC PRÆPARANDI MODVS.

EX GALENO.
Simp. Med. vi.

Erysimi semen sicut gustu nasturtio apparet simile, ita facultate igneum est, excaleariorum. Porro ubi in eligimate uti ex usu est, praestat aqua mizeratum, cremare, aut linteolo inuolutum & crusta pistoria circumlitum torere. Vtile est cum eligmatibus ad promouendas crassorum lentorumque pectoris pulmonisque humoru exuptiones. Quin & parotides induratas & duritias antiquas uberyum & testicularum iuuat. Refert DIOSCORIDES, quod cum aqua aut melle emplastrum in morem impostum oc cultis proficit Canceris.

B X DIOSCORIDE.
Lib. II, cap. CCCXVII.

Trionis semina in pectus destillationibus utilia, purulētis excretionibus tusientibus suffusis felle, coxendicis, doloribus cum melle linēta. Bibantur etiam trionis semina contra letalia uenena: & ex aqua melleū utiliter contra latentia Carcynomata secundum aures abscessus quas parotidas dicunt, durities, testiumq; & mammarum inflammationes emplastri modo imponuntur. Extenuant in uniuersumque calefaciunt trionis semina. Mitiora sunt quam chysere infundenda fuerint, aqua prius madentia, mox per se cremata, aut in linteolo colligata, tum crusta ex pistorio opere inuolata.

DE DEND,

CAP. VII.

NOMENCLATURA.

DEND, Arabibus, ac Barbaris.

GENERA, EFFIGIES, LOCVS, ELECTIO,
TEMPERAMENTVM AC IUVVEMETA.

EX AYSE.

Duum est generum, Seni & non Seni. Seni autem est Ricinino semini non absimile, gustu ueluti Amygdala amara, cineritio puluerulento sic colore, in medio cuius lingua est auiculae linguae similis, quae letalis est, non secus ac uenenum. Quam molissimè siquidem alium desicit, et assiduam inanemq; desidendi seu egerendi cupiditatem que tenet quod Graecis nuncupatur, efficit. Quam obrem qui eum assumpsit statim ad uomitiones cogendum, illiq; praeterre dandum butyrum, & lac, nec non quacumq; alium cohibere ualent, quae uiscida sunt, ueluti Portulaca, Psyllium, Gummi Arabicum uocatum, & Tragacantha. Ex bibenda insuper tum Oryza decoctum, tum Hordei probè repurgati pitisana, siue cum oleo rosaceo, siue cum saccharo. Dentur etiam carnes frustatim concisae unā cum uisummatore seu pomorum succo. Assumant itidem Pisces & alia his planè consimilia.

EX ABVGERIG.

Edendria habentur summa fastigia & genera, Seni, Sahari, et Indi. Seni quidem semina granatū habet magni

tudine Pistatijs similia, Sahari uero Ricino semini assimilatur. Indam autem medium tenet inter Seni et Sahari. Prae cellit tamen Seni, & ualentius purgat, secundam bonitatis aestimationem habet Indam, cui postmodū succedit Sahari. Sciendum insuper quod interior eius medulla seu caro quae intus clauditur, continuo absuntur, donec tota temporis processu euanescat, praesertim cum extra natalem locum ex portatur.

EX ABIGE.

Dend uim habet maxumopere calidam et acrem. Mirandum tamen cum summa acedine flatulentam etiamnum impense facultatem obtinere. Crassos uiscidos humores pellit, & à iunāuris pituitam expurgat, Indā autem homines, magnis antidotis iniiciunt, & stomachicis, et medicamentis itidem purgantibus. Consulo tamen ut non exhibeatur in locis calidioribus, ueluti Hayrach, et Aegyptus. Quibus in locis corpora maxime à frequenter exoluuntur, et ideo à purgatione eius uehementiori summe debilitatur. Aegypto siquidem, & Biges loca sunt calida & sicca, pariterq; putrida. In Hayrach etiam humores exoluuntur à calore & siccitate. In Yemen quoq; uitandus est eius usus, inibi etenim Aestatis tempore Hyems uiget, Hyeme autem Aestas, & finit maxime pluuia, & etiamnum uores. In calidioribus etenim regionibus medicamenta ea utiliora censentur, quae adstringendū roborandūq; leniunt, sicuti Trippolum seu Turbitum uocant, Myrobalana, uiole, Lupulus salictarius qui & Lupulus appellatur, Rosadum seu Aerium Mel, & Pruna, aliq; his similia. In frigidioribus uero Dend magis quadrare uidetur, ueluti in Seni, & in alijs consimilibus. Ego autem si quis ex eius assumptione immodicè purgatur, iubere soleo ut sedeat in aqua frigida, uel ea persfundatur, sic namq; fluxus probè cohibetur. Medicamentum est enim quod assumentes necat, si alia adstringentia ei non admiserint. Ceterum cum quis ex eo assumere uelit, assumat & Seni, cras floribus feminis, & apparatus, seu Indam itidem crassum. Sahari etenim cum minoris est seminis, exhibendū haudquaquam mihi uidetur, tarde enim purgat, & torriones facit, & molestias, & accendit sua. Vin cuius belle emendamus siue sit & Seni siue ex Indo, cortice exteriori nudato, modo ori non admooueatur, labia siquidem ex eius contactu exalbida non secus euadit, ac si uiriligne quae Graecis ἀλφός nuncupatur, insecta foret, moxq; lingulata tenuissima quae in star semigranuli in medio eius, clauditur, asseritur, amboq; proiectatur, inde semen granumū sic repurgatum contundatur cum modico Amylo, nec non cum Croci Rosi rubei à iungue liberis, & cum modico etiam Circo. Si tempus autem fuerit calidum frangenda est eius calida facultas, ne nimium humores exoluat. Ceterum si uolumus eum cum medicamentis purgantibus immiscere, immiscendum est cum Tripolio seu Turbitum ut uocant, nec non cum Abinthijs, Eupatorijs, alijsq; consimilibus succis. Cum praedictis siquidem immixtum, medicamentum est summe utile, praesertim in doloribus à pituita, & atra bile obortis. Articularum etiam dolores muelcet. Capillos nigros tuetur, canitiem prohibens. Exhibetur autem hunc in modum apparatus robustioribus, & affectus molestè purgantibus medicamentis, à duabus siliquis ad se midrachmam.

DE NASTURTIO,

CAP. VIII.

NOMENCLATURA.

NORF ALCHEF, seu Harf, Arabibus. Κορυδοχου, Græcis. Nasturtium, Latinis. Nasturcium, Barbaris, ac Officinis. Agretto, Italis. Cresson Alenoys, seu Cresson de lardin, & Nastort, Gallis. Kressen, seu Gartenkress, Germanis. Masturzo, seu Malpica, seu Moritort, Hispanis.

LOCVS, ATQ. ELECTIO.

EX DIOSCORIDE.

Lib. II, cap. cxxxv.

Probatisimum creditur nasci in Babylone Nasturtiū.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO

Simp. Med. vi.

Nasturtij semen adurentis seu caustice facultatis particeps est, uelut napy, proinde coxendicis & capitis dolores atque adeo quodcumque rubrificationem postular, eo excalfaciunt sicut napy. Miscetur quoque remedijs quæ exhibentur asthmaticis, tanquam ualenter crassos succos incidere ualeat, uelut & napy. Nam per omnia ei simile est. Porrò & herba arefacta similem semini uim possidet. Humida uero est ac uiridis propter aqueæ humiditatis admisionem multum semine inferiorum: adeoque tunc mor dicitas eius moderata est, ut cum pan e ea uti liceat ceu obsonio.

EX DIOSCORIDE.

Lib. II, cap. cxxxv.

Habent calefaciendi uim quodcumque et ubicunque nascatur Nasturtij semen. Acre idem est, stomacho nocet, aluum turbat, uentris lumbricos pellit, lienes minuit, fetus in utero enecat, menses cit, & uenerem stimulat. Sinapis & tracheæ semini æquale Nasturtij semen est. Lepras & impetiginos ex melle illitum lienem minuit, & ulcera quos fasios nominant, purgat: adiuuat pectoris excreationes coctum, & in sorbitione datum. Potum serpentibus aduersatur. Suffitu eosdem fugat, fluentem capillum compefcit: & carbunculos erumpit, ad suppuracionem perducens. Sanat coxendicis dolores cum polenta & aceto illitum. Timores inflammationesq; discutit, Strumas præterea absumit ex muria illitum. Cuncta eadem, sed minore efficacia olus ipsū & herba potest.

DE THLASPI,

CAP. IX.

NOMENCLATURA.

Θλασπι, ή θλασπιδιον, ή ζιμπρι λγρον, Græcis. Thlaspi, Scandulaceum, Capsella, & Pes Gallinaceus, Latinis. Nasturcium tectorum, Barbaris. Thlaspi, Italis. Senecue seu Mousard de Sauvage, Gallis. Bisemkrant, Germanis.

EFFIGIES, AC LOCVS,

EX DIOSCORIDE.

Lib. II, cap. cxxxvii.

Breuis & exigua herba Thlaspi est, folijs angustis digiti tali longitudine, in terram uersis, in summo incisuris diuisis, & modice pinguibus, caule tenui, duorum dodrantum altitudine, paucis in eo adnatis: & circa caulem fructu in summo modice lato: in quo exiguū semen est nasturtio simile, disci figura & ueluti infractum, unde nomen inuenit. Flos illi albus est. Nascitur Thlaspi in semitis, fossis, sepibus & circa domos.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Thlaspi semen habet & ipsum facultatem acrem, adeo ut internos abscessus potum disrumpat, menses cit, & foetū necat. Per sedem infusum sanguinolenta euacuans ischiadibus prodest. Est enim aliqui tum superne, tum inferne bilioforum humorum euacuatorium oxybaphi mensura epotum.

EX DIOSCORIDE.

Lib. II, cap. cxxxvi.

Semen illi acerrimum est. Calefacit: bilem acetabuli mensura potum, per superna & inferna purgat. Clystere etiam contra coxendicis dolores infunditur. Quinetiam potum sanguinem trahit, & interiores abscessus erumpit. Cit menses idem, & foetus in utero enecat. Retalit præterea herbarius Crataeas esse & alterum Thlaspi, quod quidam Sinape Persicum appellat, latioribus folijs, & maiore radice. Miscetur et hoc his quæ contra coxendicis dolores clystere infunduntur.

DE DRABI, SEV

ARABIDE. CAP. X.

NOMENCLATURA.

Δραβη, ή δρι, Græcis. Drabis seu Arabis, Latinis. Nasturcium orientale, Barbaris. Arabide, Italis. Draue, Gallis.

EFFIGIES, AC IUVVAMENTA,

EX DIOSCORIDE.

Lib. II, cap. cxxxviii.

Cubitali altitudine Arabis herba est: Virgas habet tenues folia à lateribus earum utrinque lepidij figura, molliora tantum & candidiora. In cacumine umbellam sambuci figura. In qua candidi sunt flores. Coquitur cum pisana Arabis, præsertim in Cappadocia. Quin etiam semen sciccatum, uice piperis edulij additur.

DE TITHYMALIS,

OMNIVÆ LACTARIA HERBA.

CAP. XI.

NOMENCLATURA.

X TYBER, seu Eruba, Arabibus, $\tau\theta\upsilon\mu\acute{\alpha}\lambda\omicron\varsigma$, à $\tau\theta\upsilon\mu\acute{\alpha}\lambda\omicron\nu$, Græcis. Thybmalus, Lactaria herba, & Lactuca caprina seu Marina, Latinis. Lacticium, Titimalus, & Esula minor, Barbaris, ac Officinis. Titima Italis. Reuille marin, seu Herbe Laich, Gallis. Vuolffs milch, Germanis. Lechetregua, Hispanis.

GENERA, EFFIGIES, LOCVS:

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EXDIOSCORIDE.

Lib. iiii. cap. cix. v. & cxi. v. & cxi. vii. & cxi. viii. & cxi. x. & cxi. xi. & cxi. xii.

Thybmali numero genera septem. Primus mas est, Cha raciasq; quasi Vallaris dicitur. Idem ab aliquibus ob comâ quam in summo caule iuncti modo gerit, Cometes: uel à folio rum figura quæ amygdala similia habet, Amygdaloides: ael à longitudine eorum qua gobiam piscem referunt, Gobios & nominatus est. Secundus femina, aut à myrti foliorum figura Myrtites quasi myrticæ uocatur. Idem à nucibus quibus similes fructum fert, Caryites aut Myrsinites etiâ dictus est. Tertius Paralis id est maritimus, quem quidam diminutiva forma & genere foeminito Thybmali idem quasi lactariolum herbam uocauerunt. Quartus Helioscopos id est solisæquus. Quintus à cupressi similitudine, Cyparissias. Sextus à remouum copia, quod fere arborescit. Dendrodes, Septimus à latitudine foliorum Platyphyllos id est latifolius. Eius quæ Vallaris lactaria herba appellatur, caules cubito longiores sunt, rubentes, acri & lacteo liquore pleni. Folia circa uirgas habet oleaginis similia, longiora tamen & angustiora. Radicem crassam, lignosamq; & in summis caulibus comam qualem in iuncozum uir gis pendet sub ipsiq; caua peluibus similia in quibus semê. Nascitur asperis & montanis locis. Natura & uis lacteo eius liquori est, per inferna alium purgare, pituitumq; & bilem trahere: in quem usum pondere duorum obolorum in posca bibitur. Idem cum malsa aqua potas uomitiones cit. Colligitur Lactæus ex Lactaria herba liquor per uindemiâ, oportetq; in fascem collectas, tum scâas eius uirgas in uas ut desuat lac, pronas deflectere. Quoniam erui magni tudine pastillos conformant. Aliqui etiam siccatis eodem tē pore caricis, tria quatuorue sillicidia eius insillant, siccataq; simul omnia reponunt. Per se autem lacteus liquor hic in mortario confricatur, diuiditurq; in pastillos & seruat. In colligendo liquore hoc, à uento oportet auersum stare hominem qui id agit, neque referendæ ad oculos manus sunt: & antequam ad agendum id accedat, adipe oleuic cum uino corpore unguendum est, præsertimq; facies, collis & scrotum. Exasperat idem fauces: quapropter que eo cō formata deglutienda sunt, cera aut decocto melle illuisse oportet, sicq; illita dare. Caricæ dux tresuic satis per se ad purgandum sunt. Depilat liquor hic recens capillum ex oleo in sole inunctum, subnascentemq; alium flauum et exi lem facti, tandemq; omnem expellit. Cuius densum in ditur doloremq; leuat. Verumtamen que densas antea illuisse oportet, ne defluens fauces aut linguam ledat. Pellit idem quas græci in uerrucarum genere formicas uocant, uerrucas, thymos, clauos, & conadylomata, impetigenesq; in quæ

usum mala hæc eo inunguntur. Vtilis & contra oculorum pietrygia, carbunculos, phagedenas, gangrenas fistulasq;. Legitur & autumnno semen siccaturq; in sole, mox leuiter tusum pure conditur & seruat. Seruantur & folia pariter siccata, præstantq; lacti eadem omnia, semen & folia, seminis acetabali pondere pota. Sale condiunt ea aliqui etiam, lepidio cum lacte et tuis caseo miscentes. Radix eius præterea in pastillos conformata drachmæ pondere cum dulci aqua pota per alium purgat. Coquitur eadem in aceto, decoctaq; eius utiliter in dolore dentes colluntur. Quæ autem femina lactaria herba dicitur, quam quidam Myrsinitem aut Caryitem dixerunt, laureolæ quam daphnoides dicunt, gustu similis est, colore albicante. Folia habet myrto simili, maiora tamen & solida, in summo acuminata & spinosa. Viticulas à radice mittit dodrantes, annuum fructum inuicem alternantes, iuglandi nuci similem, leniter linguam erodentem. Nascitur et hæc asperis locis. Possunt lac eius, radix fractusq; & folia antedictis omnia eadem: maiore tamen ui ad ciendas uomitiones illa est quam hæc. Quæ deinde Paralis id est maritima dicitur lactaria herba, quam aliqui Thybmaliida uel Pappæu uocant, maritimis nascitur locis. Ramulos habet dodrantes, rectos, rubentes, quinque aut sex à radice statim, circa quos folia deinceps sunt parua, angusta, oblonga, lino similia. Habet in summo præterea circinatum capitulum, in quo semen est eruo simile, colore uario. Flores candicant, totusq; frutex & radix multo lactis liquore abundat. Similis idem; antedictis usus eius est, seruatq; pariter. Quæ itidem Helioscopos id est solisæqua lactaria herba dicitur, portulacæ similia habet folia, gracilliora tamen circinatoraq;. Ramulos à radice statim mittit quatuor aut quinque, dodrantes, graciles rubentes, copioso lactis liquore plenos. Capitulum huic est anetho simile, in quo semen ceu folijs clauditur. Circumagitur & huius coma ad solis cursum: unde et nomen inuenit. Nascitur præcipue in ruinarum ruderbis & circa urbes & oppida. Colligitur ex hæc etiam aliorum Thybmalorum modo lac: habetq; antedictis easdem uires, non adeo tamen efficacies. Quæ etiam Cyparissias nominatur, dodrantelem & aliquando maiorem & rubentem caulem profert: ex quo germinant folia pinearum folijs similia, tenuiora tamen gracillioraq; in, in uniuersum autè nuper nascenti pinosimilis est, idq; nomen ex eo inuenitur. Abundat hæc etiâ lacte, & easdem antedictis uires habet. Nascitur præterea in petris lactariæ herbe genus aliud quod Dendrodes id est arborescens uocant, superiore sui parte frondosum comosumq;, lacte plenum, rubentibus ramis, circa quos folia sunt tenui myrto similia. Semen simile priori, quem characiâ id est uallarem uocauerunt. Seruat eodem modo & hic, equali antedictis potestatem. Est postremo quæ Latifolia lactaria herba appellatur, uerbascosimilis. Eius lac, radix, & folia per alium aquosa trahunt. Quæntiam pisces herba enecat, tusa & aqua mixta. Nec minus præmonstratæ omnes id ipsum possunt.

EX GALENO,
Simp. Med. viii.

Thybmali omnes inuenientur habent acrem calidamq; scultatem, inest uero ipsis & amaritas. Vtilis simus itaque eorum est liquor: secundum locum tenent fractus & folia.

DE PORRO CAPITA

TO, CAP. XII.

NOMENCLATURA.

CVRAT, seu KURAT, Arabibus, *Πρόσον κεφελωτων* καὶ *Πρόσον*, simpliciter, Græcis. Porrum capitatum, Latinis. Porrum, simpliciter Barbaris, ac Officinis. Porro, Italis. Pourreau, Gallis. Lauch, Germanis. Puerro, Hispanis.

TEMPERAMENTVM, AC IJVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.
Lib. II. cap. 135. 36.

Inflat Porrum: mali succi est, grauius et tumultuosus facit insonnia, urinam cit, bonam facit aluum, extenuat, oculorum claritati officit, menses trahit, exulcerat uescicæ et renibus nocet. Idem cum pitifana coctum et in cibo sumptum, pectoris excretionem adiuuat. Coquitur in aceto et marina aqua Porri coma decoctio; illo insidentium femininarum preclisio duratq; loci utiliter fontetur. Dulcescit et minore inflatui Porrum sit una et altera elixium aqua, tum frigida demersum. Habet Porri semen acrimoniam habet et adstringendi aliquam uim, eamq; ob causam sistit sanguinis, praesertimq; ex naribus succus eius cum aceto profusa, thure aut polline thuris addito. Venereum stimulat Porrum: facit idem ad omnia pectoris uitia cum melle in elegmate: facit et ad tabem quam graeci pithifin dicunt. Purgat fauces et anime eanlem in cibo sumptum, continuus tamen eius cibis oculorum claritati officit, et stoma- cho nocet. Succi uerit et uenenatorum morsibus potus cum melle Porri succus: succurrunt et folia ipsa emplastri modo imposita. Auriu doloribus, tinnitibusq; confert Porri succus cum aceto, thure, lacteq; aut rosaceo insillatus. De lent uaros Porri folia cum obsoniorum rhu emplastri modo imposita sanant et epinyctidas. Carbunculos erumpit cum sale eodem modo impositum Porrum. Quinetiam pote seminis drachmæ duæ cum paribus myrthi baccis, uetusas sanguinis ex pectore relictiones sanant.

EX RVO.

Porrum menses prolicet, pectus repurgat, acidus renibus lenit, aluumq; emollit.

EX IVD EO.

Porrum potissimum dentes ac gingiuas, ledit.

EX ABEN MBSVAI.

Priuatim Porrum tum renibus, tum uescicæ exulceratis summe noxiu est. Folia aut Scenitici uocati Porri, mulie- bres potissimum locos qui nimio humore madescetes scetum haud continere ualent, egregie purgant.

EX MESARVGIE.

Porri nimirum semen, sedis fistulas exiccat, nempe suffium.

Sed et radix dictarum facultatum participes est: sed non ex æquo. Sane ipsa cum aceto decocta dolores sanat dentium, maxime qui illis erosis proserunt: at liquores, ut qui ualentiores uim habeant, in foramina quidē ipsa dentium indantur: ceterum si alia corporis partem cōtingerint continuo adiuuant, ulcerantq; proinde foris illis cera circumlinitur: quippe cum ex quarto sint excalfacientium ordine, quem esse adurentium posuimus. Sic pilos quoque succus inunctus tollit. Porro cum uibementior sit, oleo miscetur: et si id identidem ac sepe fiat, tandem profum pilorum radices adules corrumpentur, corpusq; depile reddetur. Eadem facultate uerrucas, quas acrochordonas nominant, et myrmeccias, et pterygia, siue oculorum ungues, et thymos auferunt, detergentq; lichenas et psoras: quia scilicet et abstergendū facultas inest propter amaritudinē. Præterea ulcerum phagedænicæ, anthracodæ, et gangrenodæ, quia ualenter tum excalfaciunt, tum extergunt, si in tēpore et moderate utare, iuuare aliquando poterunt. Verumenimvero et fistularum callos eadem facultatem eximunt. Ceterum hæc omnia genere quidem similitur, imbecillius tamen et folia, et fructus in quibusdam possunt. Quibus sanè et ad pisces in aqua stagnali capiendos uti assolent. Celerrime naque ab illis in uertiginem acti, ac semimortui redditi, ad aquæ superficiem feruntur. Porro cum sepiens sint eorum genera ualentissimus est quem Characiam nominant, quem utique etiam quidam marem cognominant, et femina nuncupata Myrsinites: et qui in petris nascitur ad modum arboris: deinceps qui phlomo ad similes est, et Cypris: deinde Paralius siue marinus: denique Heliocopus. Proportione uero comprehensè illorum facultatis et cinis et litiuim erit.

EX ALCHANZI.

Omnis Lactaria herba bilem atram, crassamq; pituitam, et aquam egregie purgat.

EX ABYGERIG.

Inter Lactarias herbas adnumerantur, Chamelea, Pitrysa, Tithymalus, et alia non pauca: priuatim tamen lacteus et Tithymalis liquor, lacticiuim medici appellat.

EX ABIGE.

Lacteus est Tithymalis expressus liquor, hordeacea excipitur farina, unaq; in passillis conformatur. Vim cuius in frenamus, admixtis modico Amylo, et oleo est dulcibus amygdalis seu et uolis. Optima autem medicamenta quibuscum admisceri conuenit sunt Rose in pollinem redactæ, Glycyrrhizæ succus, Aloe, Tripolium seu Turbit ut uocat, Myrobolana, Absinthium et Eupatorium nec non ex ambobus expressus succus, Sal Indus, Crocus, et Amylum. Cum quo uis enim ex his medicamentis admiscetur, uis eius admodum frangitur, et obtunditur. Ad quartanam commedatur. A quas quod aiunt citrinas ualenter at innoxie purgat. Ceterum si quando infrenatus exhibetur, corpus uniuersum perturbat, ac negocium facescit, iecur ledit, ac torquet, uen- triculum subuertit, appetentiamq; deiecit. Calidam et acere facultatem, habet, ueluti Scamonium. Pondus, cum probe ut iam diximus apparatur, est à duabus siliquis ad tres. Vetusate autem imbecillior redditur, atque minus efficax.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

DE AMPELOPRASO,
SEV AGRESTI PORRO QVOD
IN VINETIS NASCITVR,
CAP. XIII.

NOMENCLATVRA.

NABATI, Arabibus, Αμπελόπρασον, Græcis. Ampeloprasmus, seu Porrum agreste quod in uinetis nascitur, Latinis. Porrum uinea, seu uiteale, Barbaris, ac Officinis. Porradoello, Italis. Pourree de Chien, Gallis. Vuill Lauch, Germanis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA,

EX GALENO.

Simp. Med. vi.

Ampeloprasum. Si inter Allium & Prason, hoc est, Porrum, medium quiddam concipias, facultatem Ampeloprasum inuenies. Est enim agreste, ut sic dicam, Porrum: quam ob rem & acris eo & siccius est, sicut agrestia omnia reliqua hortenibus seu domesticis ac proinde stomacho quam illud nocentius: sed & crassos & lentos humores potentius incidit, ualentiusq; in farsa organa obstructione liberat. Hac quoque ratione urinas & menses sepe prouocauit ubi à crassis & lentis retinebantur humoribus. Adeo uerò est calidum, ut illitum cataplasmaticis modo exulceret. Dictum est autem ante, q. quæ eum in modum sunt calida, extremi sint ordinis.

EX DIOSCORIDE,

Lib. ii. cap. clix.

Stomacho magis quam Porrum nocet Ampeloprasum, Efficaciores tamen ad calefaciendum & ciendam urinam uires habet. Menses trahit hoc etiam, ueneneratorumq; morbus in cibo succurrit.

DE STRVTHIO, SIVE
LANARIA HERBA, CAP. XIII.

NOMENCLATVRA.

CONDES, seu Chundes, seu Kunder, Arabibus, Στρωθιον, Græcis. Struthium, Radicula seu Lanaria Herba, Latinis. Condsfi, Barbaris, ac Officinis. Herbe à Foulon, Gallis. Seyffenkraut, Germanis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE,

Lib. ii. cap. cxciii.

Nota omnibus Lanaria herba est, qua fullones in purgandis lanis utuntur.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA,

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Struthij radice potissimum utuntur, ut pote gustu, acri, & calida siccaq; temperamento ex quarto quodammodo

ordine excalescentium. Sed & abstergit & irritat: proinde quoque sternutationem prouocat, eum cetera omnia quæ calida sunt temperie, & gustu acris.

EX DIOSCORIDE,

Lib. ii. cap. cxciii.

Habet radix eius acrimoniam, urinam cit, iocinorosis subuenit, succurrit & tusstentibus, nec nisi recta ceruice spirantibus, cochlearis pondere cum melle sumpta. A liu præterea deijcit, cum panace & capparis radice sumpta Lanaria herba. Calculos uescæ frangit, & cum urina pellit. Duratos lienes eadem minuit. Apposita menses ducit, & in utero fetus manifeste enecat. Lepras emendat cum potentia ex aceto emplastris modo imposita. Cum farina hordeacea in uino elixa, panos discutit. Misceatur præterea collyrijs quæ ad claritatem oculorum conficiuntur. Misceatur & malagmatis. Sternutamenta hæc etiam cit. Concijsaq; nariibus cum melle insillata, per os purgat.

EX EBDIGORA,

Struthium priuatim pituitosos & atrabilarios crassos humores purgat, ac flatulentos spiritus discutit.

DE CHAMELEA,
OLEASTELLOVE SIVE OLEAGINE FRVTICE, CAP. XV.

NOMENCLATVRA.

MEZERION, seu Mezorium, siue Almezorion, Arabibus, Καμυλαία, Græcis. Chamelea, Oleastellum, Olesago, & Olea cilibræca, Latinis. Camelea, Barbaris, Officinis, ac Italis Boys gentil, Gallis. Zylhandt, Germanis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE,

Lib. iii. cap. lxxviii.

* Dodrantes habet ramulos Oleastellus surculosus frutes, folijs olea similibus, tenuioribus tamen, amaris, gustu erodentibus, & sauces scarificantibus.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Chamelea uincem habet qualitate amaram: quam ob rem admodum sordida ulcera, & quæ maximas habent crustas, cum melle purgare potest.

EX DIOSCORIDE,

Lib. iii. cap. cxxxvii.

Purgant per inferna folia eius pituitam & bilem: in quem usum deglutienda dantur, uni foliorum parti duabus absinthij additis, conformanturq; in pilulas missa aqua. Non conficiuntur ea in stomacho, sed qualia sumpta fuerunt reddantur. repurgant cum melle concisa itidem folijs sordida,

fordiã, & quæ crustas quales igne fiunt contraxerunt, hulcera.

EX PAVLO AEGINETA.
Lib. vii. cap. liii.

Chamelææ drachmæ quatuor in melicratî heminis duas bus ad quartam usq; partem elixæ simillem helleboro purgandi uim obtinent. Sunt qui Chamelææ & absinthij duplî in pilulas redigunt, & glutientes exhibent.

EX BEDIGORA.

Priuatim bilem atram, & aquam ut uocant citrinã educit, ueluti et alia Lactariæ herbe.

Ex Libro de Venenis.

Pondere drachmæ unius enecat, omnem siquidem Iecoris humorem excuciat, & excitatue.

EX ALCANZI.

Priuatim atram bilem egregie purgat.

EX CVZENA.

Siccandi uim habet, in quarto nimium abscessu. Erodit, ac omnem tum Iecoris tum totius corporis humorem absumit, indeq; subeuntes cutem aquas progignit.

EX ABEN MESVAI.

Priuatim corpus immodicè siccit absumitue. Aquas bilem & pituitam magnificè purgat, presertim in Catapotia redacta. Assumenda autem est, uni eius parti duabus Absinthij additis, calenti aqua admixta. Mea tamen sententiã hunc in modum uis eius primum infrenanda; assumatur ex ea uncia una, mox superiniquantur aque libræ tres, ferueant inuicem quoad una tantum superfit aque libræ, dein colo traieciantur, denumq; olei amygdalini uncia superinfundatur, denumq; tantisper elixentur, ut aqua prorsus absumatur, oleumq; solummodo permanferit. Ponderus uero fit à tribus drachmis ad quinq;. Ceterum quicumq; eius substantiam ut uocant assumunt, uni eius parti duas Absinthij adijciant, sicq; exhibetur à tribus siliquis usq; ad sex siliquas.

EX ABIGE.

Chamelææ nimirum duo sunt fastigia generatue una quidem folijs magnis altera uero paruis, crassis spissius & rugis plenis seu crispis. Improbatur tamen, quæ folijs est paruis. Præcellit autem et contra, quæ folijs est magnis. Chamelææ uero uim habet Pityusæ proximam, acrem sanè & adstringentem. Ad hæc priusquam uis eius infrenetur assumpta, lassitudinem & in becillitatem affert, unaq; quandoque uomitiones excitat, et alium deijcit, nec non aliquando etiam natura per alterum amborum eam pelit ac eijcit. Excrementa itidem per alium quandoque protrudit, in testinorum ramentis seu sarinæ aqua excepta similia, naturam etenim infestat, & intestina erodit. Verum qui multas habet humiditates sunt præalys ad eius potum ferendũ aptiores, senes similiter quàm iuuenes: fieri enim non potest ut medicamenta quæ adeo sunt calida tum ob uim quam illa habent igneam tum propter bilem quæ in his redun-

dat, iuuenes maxime non ledant. Iuuenibus siquidem ac commodatiora existunt apozemata seu decocta è Myrobalanis tum luteis tum cepulis, nec non ex Oxyphoenicis acidisue palmulis seu ut uocant ex Tamarindis, pariter è prunis, è febestis, è Ziziphis seu iuiuis, atque è sumariis, alia etenim horum ob uis iudatent, alia uero ob uim adstringentem quam possident, leniter alium deijciunt ac purgant. Acria in super medicamenta sine in antidotos, siue in catapotia seu in pastillos prius conformata, propinanda sunt potissimum ex aqua quam tepescerit duntaxat ambiens aer, non autem ignis. Assumpta siquidem ex aqua per ignem excelsa, maxime ledunt, ac uomitiones cient, e contra autem ex aqua quam ignis non excelsa, clementer per alium educunt, modo senibus qui ualde frigidum uentriculum habent, non exhibeantur, in quibus nõ nisi diutino tempore ea pharmaca exolui possunt. Illis igitur ex aqua ad ignem ualenter effervesca, ac tepida demum reddita, in potu propinentur. Nec in loco stolidi potissimum medici imitandi, qui sanè medicamentum ex aqua tepenti quæ nondum prius effervesceat, in potu exhibent, unde uomitiones maxime cient. Scamonium tamen commodissimum est tum in uenibus tum senibus ac etiam inter ipsos senioribus, presertim ex aqua prius excelsa, ac tepida demum reddita. Ceterum qui aliquo medicamento purgandi sunt, & habent uentriculum adeo reluctantem, ut medicamentum in eo continuo fluitet, ac tantisper innatet donec sit pro deiectione uomitorium, ijs in cibum prius uaria tum exhibenda alimeta, & maxime replendi, mox uinum propinandum quod dulce aliquod habeat admixtum, sicq; demum uomant, uel pro uino poscam absorbeant cum melle et sale permixtam, dein uomitionibus reddere enitantur molem omnem superfluitatum quæ in Stomacho resederint, seq; tandem ea die quam accuratissime tueantur, in sequenti uero purgatorio assumant. Præsertim si ad uomitum sint faciles. In ijs enim qui difficulter uomitiones ferunt, uomitus paulatim à mitioribus mouendus, quod stomacho expurgent, ac insidentes in eo humores propellant. Hocq; faciendum per unam uel alteram diem ante purgatorij assumptionem, sic enim ijs per alium optime deijciunt, nec uomitione pharmacum reddent. Si quando igitur exhibenda est Chamelææ, probatiorem quã diximus eligito, eam nimirum quæ folia habet longiora, latiora, & tenuiora, probeq; in optimo fortioris aceto per duos dies ac totidem noctes maceretur, ac potissimum ante quam conteratur, sicq; dum integra permanferit, bis ter uel acetum immutato, quo proiecto, bis ter uel itidem Chamelæam aqua dulci potabiliu ablutio, in umbrâq; exciccato in solatuo. si cito in umbra donec omnè humiditatem exerit, sic eari non potest; deinde cum crasse admodum terito, miscetoque cum dulcium amygdalarum oleo, aut uiolaceo. Nec aliam obrem crasse admodum terendam asserui, nisi ut non adhareat at uillis uentriculi et intestinorum, sicq; ea omnino ledat. Chamelææ quoq; matua quadam familiaritate ac Symbolo rectè admiscetur, Epithimum, Myrobalanauè flaua, seu Rosa, uel Thymum, succus etiam Glycyrrhizæ, præsertim ad humectandum eius siccitatem: Cuminum, & Sal Indus. Quibus cum probe admixta, medicamentum est, quod omnibus ægritudinibus ab atra bile excitis magnificè auxiliatur: atram siquidem bilem educit, picuitosiq; doloribus ua-

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

renti remedio est. Si autem uolumus citras ut uocant, eum subeant aquas omaino educere, ut iam diximus primam est probè apparranda, aquas enim ualenter purgat, presentiq; auxilio est. Vis eius igitur infrenata, demum admiscenda sunt, Iridis radix, Asarum, Acris squama, Myrrha, Sagapenum, Myrobala lutea seu flaua, Sal Indus, Apis fatui femina, tum Eupatorij tum Absinthij succus, spica Nardi, & Mastice. Exhibetur uero cum Solani & Feniculi succis tum elixatis tum probè repurgatis. At si uirtus ualidior fuerit, propinatur nigra uocata Cassia, necnon Thapsia etiam ex prædictis tum elixatis tum probè repurgatis succis, cum modico medicamento ut iam diximus apparrato: flauas enim proliciit aquas. Ex ea etiamnum Catapotia seu pastillos magno adiumento conformantur, quamquàm imbecilliores eam ferre haud possint, ob uirtutis nimirum imbecillitatem, robustioribus tamen non inutilis. Ceterum si Chamæla fuerit ut iam diximus probè apparrata, & exprotantis uirtus tolerare possit, tempusq; Symmetrum sic ac medium inter calorem ac frigiditatem, & aer, & locus, & etas etiam consenserint, fortioribus ijs qui sano sunt corpore, exhibetur à semiarabum ad Iscru pulos duos: exprotantis uero, pro fumosis uiribus, & morbi natura: Hydropticis autem, si robustiores fuerint, in potu nimirum propinatur à quatuor, usque ad sex hordei granis.

DE LATHYRI, CAP. XLVI.

NOMENCLATURA.

MENDANA, seu Mahendane, seu Mehenbete, sicui eius fructus, Artos, uel Assubet, seu Alsheeb, Arabibus. Aelvgis, uel Tibvudacos, Græcis. Lathyris, Latinis. Cataputia minor, Barbaris, ac Officinis. Cataputia minore seu simpliciter, Cataputza seu Cacapuzza, Italis. Esurge, Gallis. Springkraut, seu Springkœrner, seu Tereikœrner, Germanis.

EFFIGIES,

EX DIOSCORIDE.

Sunt qui & hanc inter Tithymalos numerent. Causlem profert altitudine cubitali, inanem, digitis crassitudinem, in summo cuius ex alarū cauis exeūt germina. Folia habet ex caule excreuita oblonga, amygdaliniis similia, latiora tamen & maioris leuoris. In summis autè ramulis minora, aristolochie figura, aut oblonga & bederæ. Fructum fert in summis ramis tribus loculentis diuisum, circinatum, capparidis figuræ: in quo tria sunt femina, utriculis inuicem discreta, rotunda, eruis maiora, quæ ablato cortice, candido colore & sapore dulci sentiuntur. Radix illi est gracilis & inutilis. Totus frutex lacte Lactariæ herbæ modo plenus est.

TEMPERAMENTVM, IVVAMENTA, AC PONDVS. EX GALENO. Simp. Med. vii.

Lathyris, sunt qui dicant & banc esse Tithymalli speciem,

tum quòd similiter illis succum habeat, tum q. eodem modo purget, totaq; illis facultate asimilis sit, nisi q. semen gustantibus uideatur dulce: quòd sane etiam maxime purgatoriam uim possidet.

EX DIOSCORIDE. Lib. iiii. cap. cxxxii.

Purgant alium femina eius numero septem aut octo de uorata, aut in cibo sumpta, potant cum caricis aut palmalis frigida supperpota aqua. Ducunt quoque modo sumpta pituitam, bilem, & aquas. Quinetiam lacteus liquor & lactis lactariæ herbæ modo conformatus idem præstat. Coquantur præterea cum gallinaceo oleribus in eundem usum folia eius.

EX PAVLO AEGINETA. Lib. vii. cap. iiii.

Lathyris Tithymali species est. Sunt qui succum eius pariter cum Tithymali lacte purgare affirmant. Semen uero summa facultate purgatoria pollet.

EX SALAMINE.

Costa siquidem cum oleraceo Atriplice, & ueteri Gallinaceo alium egregie purgat.

EX ALBASARI.

Lactariæ herbæ modo purgat. Semen eius etiamnum uniuersa facultate Lactariæ herbæ femina prorsus emulata, nisi quòd gustantibus uideatur dulce.

EX ABENGVBEIT.

Lathyrides, è Lathiri nimirum femina, non aliter quam Scamonia purgant, quamquam non nihil ualentius. Propinquantur autem, è ueterum sententia, septem usq; ad quindecim: non sine errore tamen autant, cum tutius sit intra unum uel alterum consistere: iuniores uero, quinque duntaxat, exhibent. Quæ robustis et maiorem poscentibus euacuationem mandanda: imbecillioribus autem & malo stomacho præditis, integra deglutienda sunt.

EX ABIGE.

Folia profert longa, digitalis formam referentia, ex caule ramulisque per interualla adeo miro ordine procedentia, ut nobis perpulchram quandam paruorum piscium seriem ac similitudinem repræsentent, quam obrem apud Armenos etiamnum Piscis bellè cognominatur. Scætet autem undiq; lacteo liquore uulnerata. Cocta uero eius folia et in cibo assumpta, aquas nimirum ut uocant citras per inferna deducunt. In potu præterea tum folia tum lacteus eius liquor, ex hibita, alium egregie deiciunt, uomitionesque quandoq; itidem mouent. Lacteus atamen liquor maiore uim quam folia præditus est. Semina autem eius, à circumuectante cortice non secus quam Xylina nudantur, quibus etiamnum similia admodum existunt, quamquam minora. Fructum gerit, in quo ternis sunt femina parua, quibus si in potu binæ drachmæ propinentur, pituitam, bilem utranq; & crassos itidem humores, egregie purgant.

EX RASE.

Alium per inferna purgat, et uomitiones citi podragridis

cis auxilio est bilem, & aquas ut uocant citrinas prolicet.
Consimiles etiamnum Tithymalis, effectus undiq; præstat.

EX ABVGERIG.

E Lathyri duo censentur esse fastigia, quæ folia habent
longa, digitalis formam referentia, quæ Tithymali modo
purgant, ueluti et eius semen, nisi quod gustantibus uidea
tur dulce.

DE MEHIZAHARA

GI. CAP. XVII.

NOMENCLATURA.

MEHIZAHARAGI, seu Mehezeheregi,
seu Mabeizbera, Arabibus, & Barbaris.

TEMPERAMENTVM, IUVAMENTA.
ELECTIO AC PONDVS.

EX ABVGERIG.

Articulorum doloribus mirifice auxiliatur.

EX ABIGE.

Priuatim articulorum doloribus, & digitorum resolu-
tioni remedio est. E cuius equidem planta, exterior tantu-
modo cortex in usu habetur, magnisq; antidotis immiscetur.
Sunt qui affirmant eius folia eundem effectum quem etiam
Tithymalum diximus, præstare: pisces siquidem enecat, iu-
sa & aquæ admixta. Præcellit autem quæ tenuiorem cor-
ticem habet, gustu modice acris. Pondus eius præterea per
se cum Saccharo duntaxat, est sesquidrachma: cum alijs au-
tem medicamentis, quatuor siliquæ. Pariter in Catapotia,
seu electaria conformata. Cocta autem cum alijs medica-
mentis, iniiciuntur bine drachmæ, usq; ad tres. Quæ om-
nia nimirum pondera nullam ob aliam causam commemorata
uimus, nisi quod sola in potu assumpta, ex insidente tantum
facultate uires etiam intendit, cum alijs uero medicamentis
permixta, inuicem omnium facultates roborantur, quare
si quando cum alijs medicamentis permiscetur sit tertia pars
ponderis eius, quæ per se in potu sola exhibetur. Nec au-
gendum est pondus, quando cum alijs admiscetur: ne alia
medicamentum superet, eorum quæ facultates admodum ob-
tundat, et minuat. In decoctionibus uero res aliter se habet
medicamenti siquidem substantia proicitur, et aqua solum-
modo utimur.

DE PYRETHRO,

CAP. XVIII.

NOMENCLATURA.

MACHARCARAHA, seu Macharcharha,
Arabibus. $\pi\upsilon\epsilon\theta\rho\varsigma$, Græcis. Pyrethrum, &
Saliuaris herba, Latinis. Pyrethrum, Barbaris, ac Officinis.
Pietro, Italis. Pyrethre, Gallis. Bertram, Gallis. Pelitre,
Hispanis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Libell. cap. lxxxvi.

Caulum foliaque agrestis danci & foeniculi modo ex se
profert. Umbellam aneubo similem & rotundam habet.
Radice pollicis crassi induræ, longæ, sapore maxime seruido.

TEMPERAMENTVM AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Pyrethri radice potissime utimur causticum urentem
facultatem obtinente, qua utique etiam dentium refrigera-
torum dolores mitigat, & ad rigores ante periodum cum
oleo cõficitur. Ad hæc stupidos, quoque, quos reprobos
uocant, & resolutos adiuuat.

EX DIOSCORIDE.

Libell. cap. lxxxvii.

Abundat commanducata hæc herba in ore salua, caprop-
ter dentium doloribus subuenit, cum aceto elixa in quem
usum decocto illo colluuntur dentes. Commanducata etiã
pituitam trahit. Vnguntur ea ex oleo ad eciendos sudores.
Facit ad longos in accessionibus febrium cum tremore al-
gores. Facit & ad ea quæ frigoribus perfrixerunt cor-
pora & torpent, quibus egregie accomodata est.

DE PIPERE,

CAP. XIX.

NOMENCLATURA.

FVLVÈL, seu Fulful, Arabibus. $\pi\epsilon\pi\epsilon\rho\iota$, Græ-
cis. Piper, Latinis, Barbaris, ac Officinis. Pepe,
Italis. Poivre, Gallis. Pfeffer, Germanis. Pementa,
Hispanis.

EFFIGIES, LOCVS, GENERA,
ATQVE ELECTIO.

EX DIOSCORIDE

Libell. cap. lxxxviii.

Breuis in India fertur nasci Piperis arbor. Fructum
fert a principio siliquarum modo oblongum, quod Longum
Piper est: claudique intra se, quod exiguus milij semini-
bus simile sit, integrum et absolutum mox futurum Piper:
id per maturitatem legitimo tempore debescens, racemos ex
se mittit grans quæ nouimus onustus. oculorum medicina-
re antidotis, et bis quæ contra uenenata conscriuntur, præ-
cipue accomodata. Efficacissimam habent erodendi uim
Longum Piper, habetq; & saporis amaritudinem aliquam,
quoniam importane & antequam maturerit lectum est:
ideoque antidotis & bis quæ contra uenenata conscriuntur
ceteris aptius. Nigrum maiore acrimonia est quam
Candidum, gratius in cibis, et quod tempesiue maturuerit
odoratus, condiendisque obsonijs utilius. Candidum quod
acerbum est, & ob immaturitatem suam antedictis duobus

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

ignauus. Eligito Piper quod ponderosissimum sit, ple-
nium, nigrum, nec adeo rugosum: recens præterea, nec fur-
furosus. Inuenitur in Nigro Pipere quod tabidum, inane,
laeque sit: uocaturque id gentis eius uocabulo Prasma,
quasi Abortus.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. viii.

Piperis radix uirō Costo similis potissimum obtinet.
Porro fructus eius nuper quidem admodum germinantis,
Longum Piper est: quare etiam maturo humidius est, humi-
ditatis eius indicium est, & facile repositum perforetur, ac
non protinus moridescit, sed post paulo incipit, uerum plu-
sculum duret. Porro fructus qui uelut omphax est, Piper.
Album est, Nigro quidem acris. Nam illud iam quasi su-
perassatum est, & superexsiccatum. Verum utriusque ua-
lenter tum exalfacit, tum desiccat.

Sant. Tuem, lili, cap. v.

Quoniam autem Hypochondria istiusmodi omnibus tur-
gida inflataque sunt, ac facile quicquid assumperint,
in flatum ueritur: non inutile fuerit longi piperis ali-
quid cum cibo dare: quippe quod flatuosi spiritus cras-
situdinem soluit, & que in precordijs pigra cessant,
ad uentrem inferiorem depellit, & concoquendis que sum-
pserit subuenit, pro communi piperum ratione. Quod si
huius copia non est, utiq; albo utendum: quippe quod su-
pra duo reliqua genera uentriculum roborat. Sin hoc non
adest, optimum nigrum petendum est, id uero fuerit, quod
pondere præcellit.

EX DIOSCORIDE.

Lib. ii. Cap. lxxxix.

Est uniuerso Piperi cōmuni natura et uis calefacere,
urinam ciere, concoctiones adiuuare, extrahere, discutere,
& quæ claritati oculorum efficiunt exterere. Contra cir-
cularium febrium cum tremore algores bibitur Piper, &
inungitur utiliter. Succurit idem uenenatorum morsibus.
Fœtus ex utero trahit Creditur et sterilitatem facere post
coitum muliebri uulua subditum & appositum. Tussientibus
cum stitque alijs pectoris uitijs, linctū porique succur-
rit. Contra anginas utiliter ex melle inungitur. Tormina
cum lauri teneris folijs potum Pipere finit. Capitis pitui-
tas per os purgat cum pituitaria seu pediculari herba, quæ
Staphidem agriam dicit, comanducatum. Somno idem do-
lores leuat. Somnum & appetentiam cibi conciliat, conco-
ctionem adiuuat: utunturq; ob id eo ad intinatus. Discuit
strumas pice exceptum Piper. Viulligines cum nitro exte-
rit. Crematur Piper in noua testa carbonibus imposita, &
godem quo in cremanda Lente modo fit, continue miscetur.
Non est quod aliqui crediderunt, Zingiber Piperis radix.
Costo enim non Zingiberi similis ea est, sapore seruido,
oris pituitosos humores & salinam prouocans. Eadem ex
aceto illita nec minus etiam pota, lienem minuit. Purgat et
hec capitis pituitas peros cum staphide agria, quam pitui-
tariam seu pedicularem herbam aliqui uocat, comanducata.

EX ABBN MESVAI.

Piper priuatum muliebribus à concubitu genitalibus ap-
positum, conceptus admittit. Tormina & flatulentos spiri-
tus dissipat, tum uentriculi tum intestinorum. Viscidam ni-
dem pituitam extenuat in cidit uis, que potissimum in thora-
ce, pulmone, & intestinis residet. Piper præterea exalfac-
toriam uim & humiditatem excrementosam habet, coctio-
nem egregie adiuuat. Febrientibus tamen inimici sumum.

Ex Libro Quæ sitonum, seu Problematum.

Liberalior nimirū Piperis usus urinas prolicet, parci-
or autem alium deijcit, e contra uero Scammonia.

EX ARCHANDI.

Piper equidem humanum corpus gracile efficit, atque
genituram exsiccat & extinguit. Candidum tamen Piper
excrementitiam habet, cum insidente acredine, humiditatem,
que genituram maxime auget.

EX HYNAHIM.

In Theriaces libello.

Piper tum lecur, tum aliu, tum pulmonem, tum uentri-
culum probè repurgat. Utile etiam contra ea que icteri aut
morsu uenenum relinquant. Nervos præterea & muscu-
los uehementer exalfacit.

DE SAPONE

CAP. XX.

NOMENCLVTVA.

SABON, seu Sabun, Arabibus. Σάπων, Paulo in-
ter Græcos. Sapon, & Sapo, Latinis, Barbaris, ac
Officinis. Sauone, & Sapone, Italis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX PAVLO AEGINETA.

lib. vii. cap. iii.

Sapon absterforia facultate præditum est.

EX ALBASARI.

Sapon siquidem ad Puris generationem aptissimum est,
& ad tumores itidem emolliendos, in scirrhum induratos.

EX RASE.

Exalfaciendi uim habet. corpus exulcerat, idque ad-
modum ualenter.

DE CEDRO, CEDRINO

LIQVORE, ET FRVCTV. CAP. XXI.

NOMENCLVTVA.

KITRAN, seu Alkhran, seu Chitran, seu Chitbrz,
uel Chatbran, liquor: planta autem, Serbin seu Al-
erbin, Arabibus. Κεδρεος, planta: liquor uero, Κε-
δρεος: sicuti fructus, Κεδρείδης, Græcis. Cedrus, planta:
liquor

Liquor, Cedria: fructus, Cedrides: pariter Latinis. Cedro Italis. Cedre, Gallis. Zeder baum, Germanis.

GENERA, EFFIGIES, EIVSQUE.
LIQVORIS ELECTIO.

EX GALENO.
Simp. Med. vii.

Cedrus specie duplex est, altera fruticosa iuniperis ad-
similis, altera arbor non exigua:

EX DIOSCORID. B.
Lib. I. cap. vi.

Grandis proceraque hec arbor est. Colligitur ex ea Ce-
drinus liquor. Fructum fert iuniperi modo rotundum, myr-
tee bacce magnitudine. Probatr autem Cedrinus liquor
qui crassus pellucet, et intenso firmoq; odore est, qui que di-
fusius concretis sillicidijs seipsum continet, nec diffluit.

TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. vii.

Vtraque est calida sicq; temperaturæ tertij quodam-
modo ordinis secundum utrunque. Caterum Cedrea (noea-
tur ita cedri oleum) quatum etiam ordinem uidetur atin-
gere quemadmodum calida simul & tenuium partium. Ten-
eres carnes prompte citraq; dolore putrefacit, sicut alia
omnia, que cum eiusdem sint in cascascendo ordinis, adiu-
dam etiam habent substantie tenuitatem. At in duris plu-
sculo tempore & uix effectum potest consequi. Porro talia
omnia medicamenta; septica uocantur, & septa; sed inter se-
se maioris minorisq; ratione disident. h. autem in hoc ge-
nere medicamentorum ex primo & infirmissimo ordine
Cedre; pleraque enim eorum admodum sunt efficacia. Ta-
lia itaque & mortuorum corporum carnes corrumpunt:
at Cedrea exicat simulq; a corruptione tuetur corpora
demortua, ut pote humiditates eorum superfluas deprensens,
ceterum solidâ corpora band attingens: At in uiuentibus
color ipse qui in corporibus est, Cedreæ uires aduagens,
causa efficitur ut teneræ ab ea carnes deuantur. Nec mirū
uideri debet, si cum tanta polleat potentia, lentēs, pedicu-
los, & tineas, & in auribus natos uermes interficere ua-
leat, tum factum apposita uiuentem quidem interimat, mor-
tuam autem ei ciat, sicut sanè etiam in coitu semen, pudendo
circumita. Proinde conceptum impediens est medicamen-
tum, si sic utaris, nulli secundum: Aliq; multa eiusmodi par-
ticulatum efficit. Itaq; argumentum est ipsam ualenter ex-
calscere, sicut ubi dentium foraminibus insillatur. Siqui-
dem dolores eorum mitigat, sed & ipsos confringit. Exte-
rius quoque oculorum cicatrices: & uisus habetudini ab
humorum crassitudine orta medetur. Porro quod eius est
pinguissimum, & ad unguem oleosum, quod suspensiu-
pra eam coquitur lanis excipitur ac colligitur, tota Cedrea
tenuis quidem est, sed minus acre, quanquam non minus
excalcascens. Eandem quippe rationem habet ad id, quod re-
liquum est Cedreæ, crassius illud uidelicet, quam oleum ad-
anurcam. Proinde illud, ut pote crassius, mordax est, & ma-
iore aperienti facultate præditum. Itaque ulcera irritat,
phlegmonemq; illis excitat. Porro oleosa illa Cedrea adeo
clementibus est uiribus, ut etiam plebeij experientia docti.

uulnera ouibus occasione tendendi à forfice facta, illa illi-
ta sanant, sicut etiam pice humida. Vtuntur autem ea et ad
ouium scabiem, et ricinos, Græci $\rho\epsilon\tau\tau\omega\upsilon\varsigma$ uocant. Porro
Cedrides (nam ita fructum cedri nuncupant) moderatiores
uires obtinent, adeo ut comedi quoque possint. Attamen si
liberalius ijs utare, capiti dolorem inferent, ardoremq; ac
morsum in uentre percipientes.

EX DIOSCORIDE.
Lib. I. cap. vi.

Natura & uis illi est uiuentia corpora corrumpere, de-
functa incorrupta seruare, quam ob causam cadauerum
uitam plerique eum dixerunt. Vestes tamen & pelles ni-
mia siccitate caliditateq; corrupti. Oculorum medicina
uultis, ad claritatem eorum inungitur. Albugines oculorū
& cicatrices exterit. Necat aurium uermes cum aceto in-
stillatus, & cum hyssopi decocto eorum sonos sedat & si-
bila. Causis dentium inditus, eos quidem frangit, sed dolore
sedat. Idem præstat & si cum aceto dentes eo colluantur.
Genitalibus ante coitum inunctis, sterilitatem facit. Inun-
guntur eodem angine consillarumq; inflammationes. Pedicu-
li & lentēs eodem inunguntur. Cerasse moribus cum
sale illitus opitatur, & contra marinum leporem cum
passo utiliter sumitur. Illinunt elephantijs, et lincū isdem
pariter medetur. Purgat pulmonum haicera et sanat, Cy-
athi unius pondere haustus, Iambros uentris et ascari-
das eblytere infusus necat, et sectus emortuos trahit. Fit ex Ce-
drino liquore oleum, expensis supra eum uelleribus, ut in
pice promonstrauimus, isdem omnibus uile quibus et ce-
drinus liquor, quo priuatum canum, bouum aliarumq; qua-
drupedum scabies, ut in homine fit, egregie sanantur, quin-
tamen ricinos eorum admotum necat, et in tonsura factas
exulcerationes ad cicatricem perducit. Colligitur prete-
rea ex cedrio liquore Fulgore eodem quo ex ficomido, is-
dem uiribus quibus et illa est. Dicuntur autem hoc modio
genere et diminutis Cedrides cedri fructus, calcfa-
ciendum habentes, siomacho inuiles, tussientibus tamen
conuulsis, raptis, et stilliticio uesice opitulantur. Menses
isdem eum cum trito pipere poti. Contra marinum lepo-
rem cum uino sumuntur. Fugant serpentes cum cerui adipe,
aut medulla inuncto eis hominis corpore. Antidotis præter
hec omnia miscentur.

DE CINERIBVS, LI-
XVIII. Q. CAP. XXII.
NOMENCLATURA.

CHAMAD, seu Ramed, Arabibus. Τέρεξ, Gre-
cis. Cinis, Latinis, Barbaris, ac Officinis. Genere
Ital. Cendre, Gallis. Aeschen, Germanis. Ceniza, Hispa-
nis.

Kovox, Græcis. Lixiuum, Latinis, et Capiteillum, Offi-
cinis. Aqua cineris, Barbaris. Liscia, et Liscina Ital. Le-
xia, Hispanis.

GENERA TEMPERAMENTVM,
AC IVVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. vii.

Cinis, combustorum lignorum reliquie sic nuncupatur, *ē* *ō*posita ex cōtrarijs tū qualitatibus, tum subtilijs. Habet enim in se partim terrenū, partim uelut fuliginosum, Græce *athalodes*, siue *lygniodes*, id est fuliginosum, siue quomodo docunque quis appellare uolet; atque hæc sanè partes sunt tenues, & quæ maceratis aqua cineribus & percolatis una asportantur atque abeunt. Quod uerò reliquum est, terrenum est & infirmum & morsu uacans, calida facultate in lixiuium deposita. Sed non omnis cinis eadem temperatur a prædatis est, sed pro combustæ materiæ diuersitate uariatur. At nescio quo pacto *DIOSCORIDES* omnes cineres adstringendi habere uim prodiderit, cum siculneo cuiusmodi omnis qualitatis sit expers, utpote cum & ipsa arbor nulla sui parte acerbam qualitatem præferat, cetera quercus, ilex, arbutus, fagus, lentiscus, hedera, & hoc genus alia uerum plena succo ualido tota sit, eoque acri et calido. Ergo ex acerbis utique lignis factus cinis, non parum adstringit meminique me quandoque cum aliud ad manum non esset medicamen, per hanc sanguinis supressisse eruptionem. Verum nullus unquam ad tale uti siculneo audeat. Siquidem hic acrimoniæ multum aduentisq; facultatis obtinet, mystice abstersioni: & utroque differt ab eo qui ex quercinis lignis conficitur, tum quod in eo fuliginium multo est acrius tum quod in illis terrenum quodammodo subadstringens est, in hac abstersgens, ueluti in cinere tithymallorum, est & calx cineris quædam species, cæterum tenuioris essentia quam qui ex lignis fit: nimirum quanto lapides exactius torrerentur ut cinis fiant postulant: non tamen multum reliquū in se habet uelut naturæ igneæ, quod uocant *κρητὸν περὶ πυλῶν*. Proinde elota medicamen est citra morsum desiccans, magisq; si bis teruè lauetur. Cæterum si marina aqua abluta sit, admodum digerit. Dicitur porro de ea ubi de metallicis sermo habebitur.

Et vii.

Lixiuum: sic, quod uelut ablutum est cineris, nominatur. Porro omnium maxime tum abstersorium tum exicatoriū illud est quod ex cinere sicus & tithymallorum efficitur: sereque uocatur *septicæ* seu putrefaciētis est facultatis, quæ cuiusmodi sit, in quinto uolumine exposui.

Et. ix.

Lixiuum: abluto cinere fit lixiuium. Cinere autem, ustorum corporum reliquias Latini nuncupant, siue natura sint lapideæ, siue arborum animaliumque particule. Fit ergo lixiuium pro eius quod eluitur natura: eius quidem quod empyreum, siue igneam naturam habet acerrimam, ipsum quoque acerrimum est, eius quod tale non est, etiam moderatius. Quare & septicis uocatis facultatibus commiscetur utpote causticam caliditatem possidens, sed propter substantiæ tenuitatem citra dolorem adurens.

EX DIOSCORIDE.

Lib. cap. cxxxvii.

Fit crematis satiuæ & agrestitis fci ramis ex relicto cinere lixiui: oportetq; cinere sepius eandē repetere, & repetitā inueterare; misceturq; tunc apte his quæ uendo sunt: & in gangrenam transfusentibus prodest, repurgat enim & absumit quæ superabundant; utuntur quoque spongiam eadementem continue imponentes. Sunt & in quibus chysterem eam infudisse oporteat, ut in intestinorum torminibus, & antiquis alui fluoribus, cuniculosis & profundis hule

rum sinibus; purgat enim glutinam, & carne explet: nec minus concernit quam ea quæ cruentis uulneribus imponuntur. Bibitur & contra sanguinem in grumos coagulatum, rupta conuulsaq;: & his qui ex alto præcipitati fuerint, cū cyatho aque recens per colam triaëta & addito exiguo oleo. Quinetiam cocliacis, intestinorumq; torminibus cyathi pondere per se data, succurrit: Iniungitur præterea utiliter cum oleo conuulsis, & in neruorum doloribus sudores proritans. Bibitur & contra epotum gypsum, & phalangiorum morsus. Præstant idem & ex aliorum lignorum cineribus factæ lixiuæ, & præsertimq; ex robore: omnes enim adstringendi uim habent.

Lib. v. cap. cxxxviii.

Cinis sarmætius uendi uim habet. Cū auxungia oleo cū illius, contusis neruis eorumq; concretionibus & fractis articularis prodest. Ex uino acetose carniū in seroto excrecentias impositus cinis hic reprimi. Idem ex aceto emplastri modo impositus, serpentium & rabidorum canum morsibus medetur. Miscetur præterea emplastris quæ ignis modo crustas uendo inducunt. Fit ex eo lixiuia quæ, cuius usus est contra ex alto præcipitationes, & fungos cum aceto, sale & melle.

BE PITYVSA,

CAP. XXIII.

NOMENCLATURA.

SCEBRA M, seu Pthias, Arabibus. *پیتویسا*, Græcis. Pityusa, Latinis. Esula, Barbaris. Esula maior, Officinis. Esula maggiore, Italis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iiii. cap. cxxxix.

Specie à Cyparissia Laccharia herba differre creditur: unde inter laccharias herbas alias & hanc numerant. Cautem ex se mittit cubito maiorem, multis geniculis interfectum, acuminatisq; & tenuibus foliis uesitum, pineis si milibus. Flores habet paruos colore pene purpureo. Semelatum figura lentis. Radicem candidam, crassam, lacteo liquore plenam. Inuenitur aliquibus locis gradus hic frutex.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO

Simp. Med. viii.

Pityusa, & hanc quidam speciem putant esse tithymalli quod succum habeat ut illi, quodq; similiter illis purget: ceteraq; omnia uiribus illis est adjimilis.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iiii. cap. cxxxix.

Purgant per inferna radix duarū drachmarum pondere cum mulla aqua pota, semen, unius: lac, coclearis: in quem usum farina exceptum & in pilulas conformatum deglutitū datur. Foliorum postremo drachmæ tres,

EX ABEN MESVAI.

Pityusa siquidem eisdem quas Chamaeæ, medicas uires habet. In quem usum eadem quo Chamaeæ modo itidem apparatus exhibetur, nisi quod pro absinthio substituenda sunt & Rosa & Tragacantha. Proprietur autem cum bydromelite, passiloue aut decocto melle, siue oleraceo blit. Modus est ab una siliqua usque ad tres.

EX ABBEN MESEHA.

Pituitam & atram bilem educit.

Ex Libro de Venenis.

Perimit sanè duarum drachmarum pondere assumpta. Præstantissimum autem erit ad frigidæ fluxiones inde excitatas probè cohibendas, in solum frigidè descendere, & cum ea itidem capat ex alto perfundere, atque irrigare.

EX ABIGE.

Pityusa uim excalescendi habet, quarto nimirum abscessu: siccandi autem tertio iam incipiente. Adstrictoria etiamnum & acri facultate præedita est. In potu quidem assumpta, fauces admodum ui eius adstrictoriae ledit, exasperatæ Veteres autem olim maxime ea uidebantur, cæterum inimicissimum profusus temperatissime natura calidioribus esse in uenere, & febrem excitare, hemorrhoidibusq; noxam inferre. Venarum etenim sedis spiracula reserare, ac sanguine prolucit: quippe que etiam natura quam facillime sanguinis fluxione tentantur. Ob Pityuse siquidem tum adstringentem tum excitantem facultatem, admodum intumescunt, & sanguinem emittunt, cum potissimum ambas facultates habeat Pityusa, ac sedis uenale facile fluant. Quod priuatim maxime possant medicamenta que ut tum adstrictoria tum acri potissimum purgant, ueluti Pityusa, & Chamelea. Quam sanè noxam tollant adstringentia omnia naturamq; cogentia, ueluti Glandes, Castanea, uasarum Passarum nucleæ, Punciæ mali cortices quos priuatim Malicorium dicitur, Balaustium, Galla, Myrtus, & eius bacca, atque his similia. Adstringentia siquidem uim Pityuse & Chameleæ potissimum obstant, naturam in unum cogendo, uenarumq; sedis ora stipando, & sanguinis fluxiones sistendo. Pityusa tamen probe infrænata, medicamentum est maximo pere uti le, priuatim enim aquas ut uocant citrinæ, bilem utranque nempe siccant & atram, nec non pituitam quidem crassam à iunioribus itidem educit, et colicos cruciatos adiuuat. Præcelsit autem in colore rubro, leuis & cortice tenui. Improbatur e contra, cortice crasso, colore subrubro, fractuq; contumax. & dum frangitur uillis undiq; scædens: que omnia sanè spectantur in silyestri nimirum Pityusa. Ex Perside uero Pityusi, cæteris omnibus est longè deterior. Infrænatur itaque hoc modo Pityusa: sumito quod satis fore credidiris, dein lacte per integram tum diem: tum noctem macerato, nõ autem ulterius, alioquin imbecillior redditur ad prauos corporis humores ejiciendos: lac tamen interim bis teriè commutato: sic enim ab insita eius ui adstrictoria & exiccante profusus denudatur. Si quando etiam alijs medicamentis admixta uti uolueris, misceto que cum ea symbolum familiaritatem habent, sicuti Anisum, Fœniculum, Cyminum, Tripolium seu Turbith ut uocant, & Myrobalana: hæc namque medicamenta etsi gustu adstringentia sint, non tamen adeo acris sunt, ueluti Pityusa, in eo etenim temperamenti albo existant, ut corpus longe plus adiuuet quam Pityusa. Pityusam insuper attenuant, eiusq; acrimoniam itidem obtundunt. Aduersus autem colicos cruciatos siue à crasso flatulento spiritu, siue à pituitoso humore, siue ab apostemate, uel ab obstructione excitos, admisceto itidem Bællium, Sagesapenum, Ammoniacum, & in catapotia conformato, unaq; etiam inijecto, at medico pondere, lupi nimirum sterces, maxime album, insitæ Ceruæ, quodq; in terram delapsum

reperimus, uerũ in spinas uespere, aut herbas proceriores excretum: ossa quoque in ipso stercore inuenta, quæ ipsius animalis coctionem effugerunt, lapillos candidiores profusus emulancia. Ad hæc cũ uolueris Pityusam à lacte in quod iam probè macerata fuerit, extrahere atq; exiccare: inde in Intubi Satui Latifolij siue ut aiunt Endiuæ, Solani & Fœniculi expressis ac repurgatis faccis demo tribus diebus ac totidem noctibus belle macerato dein in pastillos conformato atq; exiccato: Sale etiamnum Indo, Tripolio, seu Turbith ut uocant, lactis, luteis flauisq; Myrobalanis, et Aloë superinictis: sic namque, medicamentum fiet admodum laudabile, et multi inuauent. Lacteus uero Pityuse liquor est profusus inutilis, quippe qui quàm maxima affert assumentibus nocumenta. Quamobrem agyrite et impostores quidam circumforanei Roldi & ignari quâ plurimum cum eo interiuunt & enecant. Ego enim quàm diligeatissime à quam plurimis eorum iam perhoratissimis fui, quod nam esset medicamentũ, quod in potu exhibebant, reperi: lacteum esse Pityuse liquore cũ Oleo Sesamino: quocũ nonnullos quandoq; tanti sper purgatos intelleximus, donec uitã cũ morte permutarent. Inter quos etiã perditè nonnulli in recetè Colocynthi de Myrobalana iniectum, inox extrahunt, deinde in aliã conijciunt, demum unicum duntaxat è Myrobalanis in potu exhibent, & adeo purgat, ut mortem profusus offerat. Quæ nimirum medicamenta ignea quidem sunt, ea propter non medicamenta sed potius uenena nuncupanda. Alij quoque Kafartim ut uocant, in potu propinant, planta nempe admodum perniciofa, & humanæ temperaturæ infestissima: quæq; bilem etiamnum in lecore magnificè accendit, in eod; obstructiones miras ac præter opinionem progignit. Alij itidem in potu Arthanitam Arabibus uocatam, exhibent, qua fullones in purgandis ac dealbanis lanis utuntur, uim eius effrenitate Kafartim etiamnum proxima. Exhibent præterea Althit ut uocant: herba est enim que secus flumina nascitur, caule rubro, folijs in purpuram languescentibus, que lacteo liquore scætè incisa ueluti Pityusa, quæq; corpori admoda castem rubore per fundunt, & quandoque, in molliore carne prædictis exulcerant. Medicamenta igitur omnia que super cutaneas corporis partes rubore inficiunt, haudquaquam in potu exhibenda. Attamen ij quos dixi, lacteum harum herbarum liquorem uulgo quammiseræ propinant: cum omnes perniciose existant, humaniq; corporis temperaturam profusus labefactantes, uomitionibus nimirum & alijs fluxionibus: quam ob rem satius foret eas omnino interdicerè, quam adeo perditè propinare. Pondus autem è Pityusa, cum alijs medicamentis (ut iam diximus,) probè apprata, bibe sunt silique, usque ad quatuor, profusentis tum robore tam atate, & anni tempore.

DE THYMELÆÆ

FOLIIS, QUÆ PRIVATIM CNEORON
GRAECIS DICUNTUR. CAP. XXIII.

NOMENCLVTURA.

SCEBRAM, cum Pityusa Thymelææ Folia confundentes, Arabibus. Κρέκορον, uero priuatim Græcis. Cneoron, pariter. Latinitis.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MĒDIC.

IVVAMENTA.

EX PAVLO AEGINETA,
Lib. vii. cap. liii.

Cneorum aquam expurgat, cum polenta potum.

DE LEPIDIO,

CAP. XXV.

NOMENCLATURA,

SEITARAGI, seu Hausab, seu Asceitaragi, vel Si-
tharegi, Arabibus. Λεπιδιον, ἢ ΠΥΓΙΔΙΟΝ, ἢ Ἰ Βεβίς,
ἢ Καρδαμουχτιον, ἢ Ἀργιοκαρδαμουχ, Graecis. Lepi-
dium, Hiberis, & Sylvestre Nasturtium, Latinis. Lepidio
& Iberide, Italis. Chasse rage seu Passeraige, & Nastort
Sanguage, Gallis. Gauchbluom, seu Vuider Krefsz, Germa-
nis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE,
Lib. ii. cap. ccv.

Nota cunctis herula Lepidium est.

TEMPERAMENTVM AC IVVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. vii.

Lepidium ex quarto est ordine excalcificatum, simile
Nasturtio, tum odore, tum gustu, tum uiribus: sed minus eo
desiccatur.

EX DIOSCORIDE.
Lib. ii. cap. ccv.

Sale inter salgama cum lacte seruatur. Habet folia acri-
moniam & exulcerant, ideoq; in dolore coxendicis ad
exulcerationem tritum cum inula radice quarta hora
unius parte impostum dimittitur. Imponitur & lienosis
similiter. Pellit idem lepras. Crediturq; Lepidij radix col-
lo adalligata, dentium dolores compefcere.

DE SINAPE,

CAP. XXVI.

NOMENCLATURA.

CARDEL, seu Chardel, Arabibus. Σινπι, ἢ
Νόπιν, Graecis. Sinapi, & Sinapis, Latinis. Bar-
baris, ac Officinis. Senape, Italis. Senecue, seu Moultarde,
Gallis. Senff, Mostardt, Germanis. Mostaza, Hispanis.

ELECTIO.

EX DIOSCORIDE,
Lib. ii. cap. clxxxiii.

Eligito Sinape quod non siccisimum sit, nec rubeat,
quod amplo incremento absolutum sit, quod contusum in-

tus uirescat, & ueluti succosum colore glauco sit. Recens
enim & integræ bonitatis huiuscemodi Sinape erit.

TEMPERAMENTVM.

EX GALENO.
Simp. Med. viii.

Napy calcificat & desiccatur ordine quarto.

IVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE,
Lib. ii. cap. clxxxiii.

Est Sinapius & natura calefacere, extenuare & ex-
trahere. Commaducatum pituitas capitis per os ducit &
purgat. Succus eius dulci aquæ mixtus, contra tonsillas &
ueteres duratasq; in callum faucium asperitates, utiliter
gargarissatur. Cit siernutamenta tritum Sinape naribus
admotum, ea que ratione comitialibus succurrit: stran-
glatu uulnæ, proidentes excitat. Et contra inexpugnabiles
somnos quos graeci lethargos dicunt, deorsus in uniuersumq;
diutinis doloribus cunctis, in quibus ex alto in summam cu-
tem, ut fit, per alterius partis uexationem trahere aliquid
uo luerimus. Sanat idem capilli defluuia quas alopecias di-
cunt illium. Purgat & faciem. Delet sugillata cum melle
adipeuæ, aut cera. Ex aceto contra lepras & impetigines
feras inungitur. Bibitur idem contra circulares febres, fa-
rine modo sorbitionis in spersum. Quinetiam in emplastra
utiliter additur, que ad extrahendum conficiuntur, et con-
tra scabiem, cutisq; asperitates omnes. Aurium grauitati-
bus, incertisq; earum sonis tritum et cum fico auribus indi-
tum, medetur. Prodest Sinapis succus hebetibus oculis, &
contra palpebrarum asperitates ex melle inungitur. Ex-
primitur ex uiridi adhuc succus, & expressus in sole sic-
catur.

FRIGIDA ET SICCA

QUARTI ORDINIS.

Papauer. Papauer Corniculare. Nux Me-
Opium. Papauer Spumeum. thella.

DE PAPAVERE,

ET OPIO, CAP. XXVII.

NOMENCLATURA.

THAXTHAX, seu Chaschas, ueluti eius liquor,
Asiæ, Arabibus. Μηλον, sicuti eius liquor fue-
cusæe Ὀπιο, ἢ μνηλον, Graecis. Papauer, ueluti suc-
cus Opium, Latinis, Barbaris, ac Officinis. Papsuero,
Succus uero Opio, Italis. Panot, Gallis. Magsomen, seu
Man, Germanis, Dormideras, Hispanis.

GENERA,

GENERA, ATQVE EFFIGIES,

EX DIOSCORIDE,

Lib. iiii. cap. lxxv.

Duplex Papaueris genus est: sativum, & hortense alterum cuius semen in sanitatis usu panis compingitur, & cum melle pro seismo eo utuntur uocaturq; Papauer hoc Thylacite. i. Vtricularium, oblongo uasculo, femine albo. Alterum syluestre, sesili uasculo, femine nigro, quod pitibi te a dolii forma quasi deliare nominatur. A liqui etiã R. breada Papauer hoc uocant, propterea quod liquor ex eo defluit. Est & tertium Papaueris genus duobus his syluestrius, medicamentosius & longius, oblongo uasculo.

TEMPERAMENTVM, IVVAMENTA, SVCCIQVE ELECTIO, ADVLTERIA, ESTRAHENDIQ. MODVS, SEV FABRICA.

EX GALENO,

Simp. Med. vii.

Porro omnium facultas refrigeratoria est. Ceterum satiuu semen quod & Thylacite cognominat, mediocriter somnum conciliat, uisu candidum: proinde panis ipsum inspergunt, ac melle maceratum edunt. At quod quidam etiam R. boeada nominant, omnium est medicatissimum tum in femine, tum in caliculis, tum in folijs, tum in succo. Valide enim refrigerat, ad stuporem usque et mortem perducens. Quare medici quo probe eo utantur, medicamentis miscentes, frigiditatis uehementia retundunt. Est enim ex quarto et ultimo refrigerantium ordine. Porro quo pacto maxime ex methodo missionem facere oporteat, non est presentis tractationis proprium, sed eius que de componendis medicamentis agit, que post hoc opus à nobis exponetur.

De Theriaca ad Pisonem. cap. x.

Papaueris succum per se bibitum qui letalem nesciat esse nemo, hic quibusdam alijs admixtus, sicut interdum laborantibus subuenit, ut nulla magis salubris extet medicina. Neque uim raro phreneticorum amantiam frenari curauit, aut uires impotentia dormiendi labefactas, cum omnium admixtione somno reuocato solidauit.

Meth. Med. iii. cap. viii.

Altercum & Mandragoram, & Meconium, ceu supra modum refrigerantia fugies: tamen si sicant ea quoq; quantum sit ulcers ex usu.

EX DIOSCORIDE,

Lib. iiii. cap. lxxv.

Comunis refrigerandi uis omnibus est: ideoq; foliorum & uasculorum in aqua decocto ad somnum fouentur. Bibitur eo eandem causam contra uigilias idem decoctum. Quinetiam ad emplastra contra inflammationes sacrosque ignes concisa Papauerum uascula polenta utiliter & apte miscentur, sed oportet cum adhuc uirent, ea tundentes in pastillos conformare, siccatoq; reponere et uti. Per se etiã in aqua ad dimidias decocta eadem uascula, mox in melle rursum decocta, donec omnis humor densetur crassescat.

que, telegmasunt, quod somno dolorem leuet, contrariusq; destillationes in fauces, et coeliacas affectiones. Efficaci usq; idem sit admixtus et hypocistidis & acacie succo. Datur bibendum nigri Papaueris tritum semen in uino contra destillationes in aluum et muliebres feminarum fluxiones. Idem contra nimis uigilias et ubi dormire opus fuerit, emplastri modo fronti & temporibus ex aqua imponitur. Eiusdem Papaueris liquor maiore refrigerandi, et ascendi & secandi uis, exi qua mensura, erui seque quantitate sumptus, somnificus est. Somno dolorem leuat, maturat, tussibus & coeliacis affectionibus subueniens. Idem maiore copia potus nocet: in expugnabilem somni necessitatem quam lethargum dicunt, usque ad mortem faciens. Facit & ad capitis dolores cum rosaceo inspersus. In aurium doloribus cum amygdalino oleo, croco, myrrhâq; utiliter insillatur: in oculorum autem inflammationibus, cum tolo oui utello & croco. Prodest idem uulneribus sacrisq; igitibus cum acetato: Podagris uero cum humano lacte & croco. Quinetiam sedi pro balano subactus somnum facit. Probatissimus liquor hic papaueris qui densus ponderosusq; est odore caput in soporem trahens, gustu amarus, & qui facillime in aqua liquefit: in quo leuor candorque sit, & omni asperitate careat: non granulosus sit: neque dum per colam trahitur, cere modo durefeat: qui in sole itidem positus diffunditur, & lucere admotus, non caliginosa ardet flamma: qui que postquam extinctus fuerit, odoris uim suam seruat. Adulteratur mixtis glaucio, aut gummi, aut agrestis lactuce succo. Veruntamen qui glaucio adulteratus fuerit, diluto croci colore cum diluitur fit: qui uero agresti lactuca, odore infirmo & asperior est: qui postremo gummi igneus & pellucidus. Quidam in adulterio hoc eo innotant perueniunt, ut adipem illi etiam miscant. Crenatur liquor hic etiam ad oculorum medicinam in noua testa, donec mollior & magis rutilo colore uideatur. Probatissimus Erasistratus est, in aurium doloribus oculorumque malis reprobasse eius usum & damnasse Diagoram, quoniam hebetudinem oculorum faceret, & caput in soporem traheret. Quinetiam Andreas medicus futuram, nisi adulteraretur, ait cecitatem his qui eo oculos inuixerint. Mnesidemus preterea solum liquoris huius usum in ophthalmia & naribus ad faciendum somnum probauit, alioqui noxiu esse. Que omnia falsa esse experientia redarguit: que remediis medicamentiq; huius uim ex euentum testatur. Non fuit ab re etiam colligendi liquoris huius rationem docere. Quidam igitur Papauerum uascula cum folijs tundentes torculari exprimunt, mox in mortario terentes pastillos conformant: uocaturque quod hoc modo expressum est a Papaueribus Meconium, uiribus liquare, que Opon dicunt, multo ignauius. In colligendo autem liquore oportet, cum aruerint rores, cultello stellulam in summo Papauer sic scarificare, ne alius ad interiora uulnus descendat. Oportet itidem & uascula ex obliquo rectaque in summa superficie secare: destillantemq; lachrymam digito in conchulam detergere: rursum que non multo post redire, inuenitur enim continue concretescens, idemq; sequenti die faciendum. Oportet preterea in mortario collectum, liquorem terere, conformatumque in pastillos reponere. Oportet postremo in scarificandis secandisque Papaueribus, retrogrado

linere ingredientes incidere, ne uestibus plage plagisque inherens liquor deteratur.

EX RASE.

Opium excalfaciendi siccandique facultatem habet quam substantia magis exciccat. Alui nimirum fluxionibus, & intestinorum ulceribus magnifice auxiliatur. Modus autem est ab una siliqua, usque ad duas. Opium siquidem duarum drachmarum pondere assumptum mortem potissimum affert.

EX IOANNE ABEN MESYAI.

Papaueris quidem candidioris decoctum, somnum modice allicit capiti illitum: uerum si liberalius irroretur inexpugnabilem penè dormitum necessitatem que λυδοxyos, Græcis nuncupatur efficit. Tusim præterea à calidis ex capite distillationibus compefit, in potu assumptum: præsertim ex aqua pluuiæ & ino, et facultatem nimirum ad strictoriam quam habet pluuiæ quidem aqua.

DE CORNICULARI

PAPAVERE. CAP. XXXVIII.

NOMENCLATURA.

ALMVCHARAM, Arabibus. Μύκων κερτρις, ή παρόλιον, Græcis. Papauer corniculare seu corniculatum, Latinis. Papauer cornutum, Barbaris, ac Officinis. Papauero cornuto, Italis. Pant ocornu, Gallis. Gelbolmsgè seu Moë, et beel magasanè, Germanis.

EFFIGIES, AC LOCVS,

EX DIOSCORIDE.

Lib. iiii. cap. lxxvi.

Folia habet colore candido, hirsuta, uerbascò similia, per ambitum serræ modo incisuris diuisa eodem quo aggressi Papaueris modo, cui caulem similem habet. Florè palidum. Fructum breuem, cornu modo inflexum, fœnogreci corniculis similem, unde & nomen inuenitum: quo semen exiguum est nigrum, Papaueris feminibus simile. Radicè in summa terra herentem nigram crassamque. Nasctur maritimis asperis locis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Papauer cornutum nominatum quidem sic est à semine leuemi inuersionem habente, uelut & fœnum græcum: ut bonis cornu esse uideatur simile. Vocatur porro a quibusdà Paralium, quâdoquidem ut plurimum iuxta mare nascitur. Vim habet incidendi, & abstergendi. Itaque radix herba in aqua decocta ad dimidium, hepaticos affectus adiuuat. Porro folia & flores sordida admodum & contumacia ulcera iuuat: sed ea reijcere oportet ulceribus iam expurgatis. Adeo enim abstergere ualent, ut et paræ quoque carnis nonnihil eliquent. Hoc uirium robore non sordem duntaxat, sed & crustam ulceribus detrahie.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iiii. Cap. lxxvi.

Sanat radix eius usq; ad dimidias in aqua decocta, mox pota coxendicis dolores et iocinorum affectiones. Prodest eadem crassas, araneosas remittentibus urinas. Quinetiam potum acetabuli mensura semen in malsa aqua, alium lenit purgat. Folia præterea floresque ex oleo emplastri modo imposita, bulcerum quales in adultis sunt crustas erumpunt. Eadem iumentorum albugines & nubescales inuncta emendant. Foliolorum similitudine decepti aliqui falso crediderunt ex hac Glancium feri.

DE SPVMEO PAPA.

VERE. CAP. XXIX.

NOMENCLATURA.

DABRE, seu Zebeolij, Arabibus. Μύκων εσφοδus, ή ησφοδus, Græcis. Papauer spumei seu herculeum, Latinis. Papauero spumoso, Italis.

EFFIGIES, AC TEMPVS.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iiii. cap. lxxvii.

Caulem habet dodrantalem, breuissima folia, lanaria herba similia, & circa ea fructum candidum. Totæ etiã herba candida est & spumea: cui radix candida est, in summo terre herens. Legitur semen eius estate, cum toto incremento inte grum fuerit, siccatumq; ceciderit.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. vii.

Papauer herculeum uocatur uero et Aphrodes, hoc est spumosum: eo quod totum candidum est & spumosum, existit. Semen habet pituitam expurgans.

EX DIOSCORIDE.

Lib. iiii. cap. lxxvii.

Purgat semen uomitionibus acetabuli pondere eam malsa aqua sumptum. Priuatinq; comitialibus purgatio ea congruit.

DE NUCE METHELLA.

CAP. XXX.

NOMENCLATURA.

IEVZ METHEL, seu Gienzi Methel, Arabibus. Nux Methel, Barbaris. Nux Vomica, bodie Officinis. Nux Methella, Latinis.

EFFIGIES TEMPERAMENTVM,

AC IUVAMENTA.

EX IAHIBEN ALBATARICH.

Fructus est Vomitorie Nucis non asimilis: semen præterea habet, quod Citrea semina prorsus amalur.

EX HABSE.

Methella quidem Nux similis est Vomice uocate Nucis, semine Mandragoræ feminibus amulo, cortice aspero, gustu non insuauo, & pingui unctioso. Vim refrigerandi habet, in quarto nimirum abscisso. In potu autem pondere unius siliquæ ex uino assumptam magnifice admodum inebriat. duarum uero drachmarum pondere, mortem continuo affert.

EX RASE.

Nux nimirum Methella in obstupefaciendū tum dolores leniendū sedandūque facultatem obtinet, & quandoque inermittit & meatus infarcit ac uomitiones excitat. Semidrachma autem ex ea ebrietati similem amentiam egregie facit, uerum maiore copia enecat & interficit. Oportet itaque qui eam hauserint, butyrum excalfactum cōtinuo assumat, & extrema partium corporis in solium aque calide injiciant, ad uomitionumque quamuisissime cogendi: quibus citiam opem ferunt quæcunque contra Mandragoræ potum remedio sunt.

LIBRI QVINTI

FINIS.

IOANNIS SERAPIONIS DE SIMPLICIUM MEDICAMENTORVM

HISTORIA.

LIBER SEXTVS

INTERPRETE

NICOLAŌ MVTONO

MEDICO MEDIOLANENSI.



MINERALIA.

S tibium.	Cotes Naxie.	Aphrolitrum.
Sandyx.	Lapis Afius.	Spuma nitri.
Cerussa.	Magnes Lapis.	Calx.
Gypsum.	Lapis Pyrites.	Sal ammoniacus.
Diphryges.	Bezaar.	Aes.
Auri pignētum.	Margarite.	Aes crematum.
Sandaracha.	Hyacinthus.	Aeris flos.
Vitrum.	Sarda Lapis.	Aeris squama.
Aerugo.	Lapis Corneolus.	Stomoma.
Smaragdus.	Onyx Lapis.	Argentum.
Iaspis.	Aetites lapis.	Argeti recremētū.
Argentum uiuū.	Ferrum.	Stannum.
Misy.	Ferri rubigo.	Pumex.
Chalcitis.	Ferri recremētū.	Cadmia.
Melanteria.	Bolus Armenica.	Plumbum.
Sory.	Lemnia terra.	Plumbum clotum.
Atramentum su-	Cimolia terra.	Plumbum crematū.
torium.	Pnigitis terra.	Plūbi recremētū.
Halcyonium.	Ampelitis terra.	Alumen.
Adarces.	Sulphur.	Haematites.
Spongia.	Rubrica sinopis.	Pompholix.
Lapis in spōgijs.	Rubrica fabrilis.	Spodium.
Lapis Armenius.	Sal omnis.	Antispodium.
Lapis Cœruleus.	Salis spuma.	Chryfocolla seu Bo
Lapis Iudaicus.	Salis flos.	tax.
Adamas.	Lithargyros.	Teste.
Smyris.	Nitrum.	Aurum.

Stinmi, Stibi, seu Stibium, Latinis. Antimonium, Bar-
baris, ac Officinis. Antimonio, Italis. Spyeſz glasz, Roh
spyeſz glasz, Germanis. Piedra de alcohol, Hispanis.

ELECTIO.

EX DIOSCORIDE.

Lib. v. cap. xviii.

Probatissimum Stibium est quod maxime radiat fulget-
que: & quum frangitur, crustaceum uidetur nihil terræ
aut sordium habens, quodq; facillime frangitur. Stibi hoc
aliqui uocāt. Sunt etiam qui quod oculos dilatat, Platyoph-
thalmon qui Larbsam, qui quod fornice eo utuntur Gy-
næcion idest muliebre: & qui Chalcedonium appellant.

TEMPERAMENTVM, IUVVAMENTA, CREMANDI, LAVANDIQ. MODVS.

EX GALENO.

Simp. Med. ix.

Stimmi ad facultatem desiccantem adiunctam habet hoc
medicamen adstrictionem: quamobrem & ocularibus medici-
nis commiscetur & illis scilicet que conformantur in col-
lyria que uocant, & sicis, que utique siccæ collyria co-
gnominant.

Comp. Med. Εκτά γένυ, iiii. cap. i.

Stibi maiorem adstringendi siccandique uim ac Sory
possidet.

EX DIOSCORIDE.

Lib. v. cap. xviii.

Est illi uis opplere, adstringere, refrigerare, carniū
excrecentias compeſcere, bulcera ad cicatricem perducere,
fordesq; & exulcerationes oculorum purgare. Compe-
ſcit idem sanguinis ex cerebri membranis profluvia. Est
que in uniuersum uis eius cremato plumbo æqualis. Prina-
tim & hoc amplius habet. Non ducunt crustam que addito
recenti adipe ambuſta eo inunguntur. Que uero crustam
duxerunt, additis cera & exigua cerussa ad cicatricem per-
ducuntur.

DE STIBIO, QVOD

GRAECI STIMMI, ET STIBI VOCANT,
CAP. I.

NOMENCLATURA.

AITMAD, seu Atimad, seu Atemed, Arabibus.
Στιμμί, ή Στιβι, ή Πλατυόφθαλιμον, ή
λαρβασον, ή Γυναικείον, ή Χαλκηδόνιον, Graecis.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

ducantur. Crematur Stibium crusta ex pistorio opere in pansificio ducta circumlitum, carbonibusq; obrutum donec in carbonem crusta illa transierit. Amatum deinde ab igne uetere uino, aut mulieris quæ matrem peperit lacte, resin guitur. Crematur & carbonibus impositum, flatuque accenditur donec ignescat: si enim diutius uratur in plumbū transit. Laetatur eris & cadmia modo. Quidam tamen quo plumbi recrementum modo lauatur, Stibium hoc idem lauant.

EX BEDIGORA.

Priustim comitali morbo qui Εΰλιψία Græcis nū cupatur, & crassis superfluitatibus remedio est,

DE SANDYCE,

CAP. II.

NOMENCLATURA.

ASRENGI, seu Sarchon, seu Sandicon, seu Sandax, seu Syrengi, seu Serengi, Arabibus. Σάνδυξ, ή Σάρκων, Græcis. Sandyx, seu Syricum, Latiniis. Minium, Barbaris, ac Officinis. Minio, Italis.

FABRICA.

EX DIOSCORIDE.

lib. v. cap. ci.

In nouum fictile friatâ Cersissam conficit, carbonibusque in fictili superpositam serulmisco, donec Sandara eba colorem duxerit: amotaq; ab igne uitere. Que sic curata Cersissâ fuerit, Sandyx a quibusdam appellatur.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Medic. xi.

Porro Cersissâ adusta, in Sandycæ quam nocent, transit, medicamentum seipso tenuius, nondum tam exalfaciens.

EX ALEXANDRO.

Sandyx uel Syricum est pura exusta Cersissâ. Alij uero Sandycæ fieri contendunt, ex Plumbo nimirum tantis per igni superimposito, donec flammæ conceperit, & rubro undique circumfundatur colore. Exicat autem, & meatus obducit: ulcera itidem purgat, carnemque patrescentem absimit. Adhæc panos tuberculae, ex oleo primum, seu odorato aliquo unguento percossam atque in spissatam, egregie discutit, illitum.

EX ALCHINDO.

Sandyx seu Syricum, eosdē Lithargyro euentus, his qui in potu assumpserint, offert: stomachi nimirum grauelines, spiritus difficultates, mentisq; alienationem seu insaniam furorēque quod malum Græcis Μαξία uocatur. Ea propter remedio itidem sunt, quæcunque cōtra Lithargyrum opem ferunt.

DE CERUSSA,

CAP. III.

NOMENCLATURA.

AFFIDEGI, seu Asfidagi, Arabibus. Σικκίδιον, Græcis. Cerussa, uel Cersusa, Latinis, Barbaris, Officinis, & Βιάσσα, Italis. Cersuse, Gallis. Beley Vuysz, Germanis. Alusyalde seu Blâquet, Hispanis.

FABRICA, ATQ. ELECTIO.

EX DIOSCORIDE.

lib. v. cap. cii.

Eit Cerussa hoc modo: In dolium patentissimi oris aut in fictilem gastram (uetro si uasis est) acerrimū infundito acetum. Subiectaque ex harundinibus fictilis oriflorea, plumbeam superimponito tegulam & ne spiritum accitum, in cæcis stragulis diligentissime operito, usq; dum plumbæ illa tegula soluitur et soluta reciderit. Tunc quod erit purum & in summo fluitabit per colum trajicito: quod uero limosum subsederit, in aliud uas transferendū, & in sole sicandū. Trusatili deinde mola terendū, aut alla ratio ne aliqua friandion & cribro excernendū erit. Post hæc quod aurius supererit, mola repetendū, cribroq; iterum excernendū est: eandemq; omnia alteris ter quaterq; faciendâ. Antecedit bonitate ceteras quæ cribro primum excussa Cerussa est, oculorum medicinæ seruandâ. Secunde bonitatis est quæ secunda cribro excussa fuerit, deincepsq; alie. Quidam in medio uasis ligna suspendunt, plumbumq; in eo quod stratum illic uocant, sic tamen ne acetum tangat, imponunt: operculatoq; et circumlito uasis ore adimitunt: tum post dies aliquot amoto operculo contemplantur: & si solum plumbum fuerit, antedictis similiter omnia faciunt. Quod si in pastillos conformare Cerussam aliquis uoluerit, acri prius aceto macerandâ, tum diuidenda & in sole sicanda est. Aestate agēda omnia hæc sunt: sic enim candida & efficax Cerussa fit. Confectitur tamen et hyeme, furnis, balneisq; aut feruacibus superpositis dolis: qui enim sursum fertur calor, pro sole est. Probat ur præcipue quæ hodi Corimbue aut Lacedæmone confecta fuerit. Secunde notæ est, quæ ex Diezarchia offeritur.

TEMPERAMENTVM, IUVAMENTA, COQUENDI SEV CREMANDI, LAVANDIQ. MODVS.

EX GALENO.

Simp. Medic. ix.

Cerussa, & hoc medicamen testimonium præbet modo dictæ facultati. Nam si ex acri aceto soluitur, gustu tamen neque acre est, neque mordax neq; asensu sorsorium, sed emplastricum & refrigeratorium: facultatis erugini dissimillima, tamen si illa conficiatur aceto es dissolvente.

EX DIOSCORIDE.

Lib. v. Cap. cii.

Coquenda Cerussa hoc modo est: In ignitis carbonibus testam nouam præcipueq; Atticamposito, tum tritam Cerussam

russam teste illi inspergit, miscetoq; continue donec in cinerem transierit: amotam ab igne deinde refrigerato, & utere. Est et alia. Cerussa coctura huiusmodi: In nouum si Aile friatam cerussam conijcto, carbonibusq; in fictili superpositam ferula misceto, donec Sandarachæ colorem dixerit: amotq; ab igne utere. Que sic curata Cerussa fuerit, Sandyx (ut precedenti capite iam diximus,) à quibusdā appellatur. Lauatur Cerussa Cadmæ modo, habetq; refrigerandi, opplendi, molliendi, explendi, extenuandiq; uires. Leniter per ærea, ex crescentia reprimi, & ad cicatricem perducit, ceratis emplastisq; quas Liparas id est lenes dicunt & pastillis mixta. Letalis cerussa est, & uene ni maleficium habet.

EX PAULO AEGINETA
lib. vii. cap. iii.

Cerussa refrigerandi, opplendiq; illitu facultatem sortita est.

DE GYP SO,

CAP. IIII.

NOMENCLATVRA.

G E P S I M, seu Giepsin, Arabibus. Ἰψος, Græcis. Gypsum, Latinis. Gipsium, Barbaris, ac Officinis. Gesso, Italis. Gyps, Germanis. Yeso, seu Alges, Hispanis,

TEMPERAMENTVM, IN VVAMENTA.
EFFIGIES, AC FABRICA.

EX GALENO.
Simp. Med. ix.

Gypsum & ipsum ad communem omnium terrenorum lapidiforum facultatem, quæ desiccare dicta sunt, in super hoc adiunctum habet, quod est facultatis emplastice. Vniatur enim ipsum ad sese, & cogitur lapidescitq; maceratum. Quam ob rem sicis medicamentis, quæ ad sanguinis accommodantur eruptionem, uiliter commiscetur. Nam ipsum per sese lapidosum fit coactum ac congelatum: proinde rigare diliterq; illud excogitauit tenui alboq; omni liquore, quod ad ophthalmias utile est, admisso quod in farina triticea est puluilli tenuissimi, qui in parietibus molendinorum residet. Excipere uero quod sic subactum est tenellis leporis pilis, aut qui perinde sunt molles, expedit. Gypsum combustum non eque emplasticum uim habet, ceterum tenuiorum est partium, & ualentius desiccatur. Quin & reper cassorium est, maxime si maceretur oxyerato.

De Simp. Med. ad Paternianam.

Gypsum lapidis genus est, simile Vitro: cuius optimum est, quod uenas habet latas, lucentesq; & hac ratione paratur. In clibano missum, ut calx candidum sit. Vires habet, quas & terra samia, & amplius Sypticæ, & refrigerantes fortiter, unde illinitus fronti sanguinis fluxum restrigit: potatus uero, & dysentericis, & cæliacis omne profuuium statuit.

EX DIOSCORIDE.
Lib. v. cap. cxxxviii.

Est Gypso adstringendi uis, glutinat, sanguinis profuuium & sudores compefcit. Potum strangulatione perimit Gypsum.

DE DIPHRYGE,

CAP. V.
NOMENCLATVRA.

D I F R I G I S, Arabibus. Διφρυγες, Græcis. Diphryges, quasi iterum coctum, seu bis tostum crematūe, Latinis. Lapis frigiuis, at perperam, Barbaris. Difrige, Italis. Berggruen, una duntaxat eius species, Germanis.

GENERA, EFFIGIES, ELECTIO,
ET ADVLVERIA.

EX DIOSCORIDE.
Lib. v. cap. cxxx.

Triplex Diphrygis genus: Fosile enim aliud in sola Cypro est: luti modo id ex specie quodam illic eructatur, eructatumq; primo in sole siccatur, mox circumiectis cremijs crematur: ex quo Diphryges id est bis crematum nominantur: sole primum arefcens, tum cremijs incensum. Aliud in confectioe aris ueluti fex & sedimentum quoddam eius est: post iniectam enim frigidam aquam, quemadmodum in flore aris premonstrauimus, sublato ex fornace are, in fundo eius hærens hoc genus inuenitur: quod sapore aris est, & aris modo adstringit. Tertium hoc modo etiam conficitur. Lapidem qui Pyrites dicitur, arari in fornace componentes, multis diebus ueluti calorem coquant: quumq; Rubricæ colore contraxerit, ablatum reponunt & seruant. Ferunt quidam ex solo lapide ex quo æs coquitur, præmostratum fieri Diphryges, cum in fornacibus que auree dicuntur coctus, in fornaces foueas dictas translatus, iterum illic coquitur: omnem enim circa foueas illas locum occupans, post sublato lapides inuenitur. Anteferendum contentis alijs est Diphryges, quod in gylu aris laporem et æruginis reddet, linguamq; magnopere adstringit & siccat: quod in cremata Ochra non fit: quam coquentes quidam, præ Diphryge uident.

TEMPERAMENTVM, AC IN VVAMENTA.

EX GALENO
Simp. Med. ix.

Diphryges mistam habet tum qualitatem, tum facultatem. Habet enim in sese quiddam & mediocriter adstringens, mediocriter acre: quam ob rem uelut rebellium optimum medicamen est. Conuexi autem & huius medicamenti uim ingentem ex Cypro Solis, ubi metallum ab urbe abest, quasi triginta stadijs. Proiectum enim erat in medio spacio edium que ante metallum extructæ erant, & uici qui ei subiact. Ceterum præfectus ac procurator metalli, id quod post admittam reperiretur, esse dicebat inutile: itaque abijci non secus atque istorum in foco lignorum cinerem. Verum hoc mihi multo utilissimū factum est medicamentum, tum ad putrescentia oris ulcera, siue per se, siue cum melle cui detrahta sit spuma: tum ad anginam, uidelicet ubi iam per adstringentium medicamentum auxilium constitit quod insuabat. Præterea columellam ubi præscissum, ipso solo & statim, & usque ad cicatris sum usus: ac frequenter exacte occlusam efficit cicatrici tum huius particule, tum omnium adeo exulceratori: sic in ulceribus omnibus pendendori, atq; ani. Vfus autem similis est ut in oris ulceribus: siquidē eæ partes eisde sepe medica,

mentis gaudent, nimirum calidæ similiter ac humidæ. Verû hæc oratio iam tractatum de componendis medicamentis attingit. Ea itaque omiſſa, ad id quod propoſitum eſt pergamus, ut in Jeruſalem medicamenti cuiuſque facultatem exponentes, ſicut ſanè Diphrygis diximus. Adificiam uerò huic qui de illo habetur ſermoni, rem non modo de Diphryge ſcitu utilem, ſed & de Lemnia ſphragidæ, & Pompopholyge, & Opopaſſimo, & Lycio Indico. Nam etiamnum adoleſcens didici hæc ita præparare, ut à ueris natiuiſq; nihil diſſerre uiderentur. Nam qui me docebat ingenti mercede, homo curioſiſſimus erat, non in his tantum, ſed & alijs ſimilibus. Itaque in Lemnum, in Cyprium, in Paleſtinam Syriam eo ſtudio nauigauit, ut medicamentorum iſtorum cuiuſque uim magnam, que in omnem uitam meam ſatis foret reponerem. Sed & Lycium Indicum cum aloe Indica id temporis cômôdi accipere contigit, cû à Paleſtina iter reſpecte rē: cû perſuſum haberē, eo ipſo quod à camelis cû tota ſarcina aduectum eſſet, proculdubio eſſet Indicum: quodq; adulteratum huâ noſci ab ijs qui portanteſſent poſſet, propterea quod materia, ex qua id præparatur atq; adulteratur, illis in locis hauđ naſceretur: Porro ſatius uſum eſt mihi, quibus rationibus ea adulterantur, hauđquam adſcribere, utpote cum homines ſcelerati in luero ponant talia poſſe diſcere. Nec enim neceſſarium eſt cum uerorum ac germanorum notis ac inâcijs, adulterandorum noſſe cõpoſitiones, cum nihil ad ea diſcernenda conferat: imo optem, ſiquæam, que à maioribus me perperam conficiendorum atque adulterandorum medicaminum proditæ ſunt cõpoſitiones, omnes proſum delere atque extirpare.

EX DIOSCORIDE.

Lib. v. Cap. cxxix.

Habet Diphryges adſtrigendi nim. ualidiſſime reperatur, exterit ſiccat, excrescentias carnum reprimi, ad cicatricem malefica & ſerpentia buleera perducit. Diſcutit præterea abſceſſus reſina terebinthina aut cera exceptum.

EX SVLEMBEN EBEN HASEN.

Vim maximâ Diphrygis conſpeximus in agro Nabzîm uocato, ex ſpecu quodam illic eructari, extra urbem nimirum Cordubæ.

DE ARSENICO SIVE

AVRIPIMENTO, CAP. VI.

NOMENCLATVRA.

NARNETH, ſeu Zarnich, Arabibus. *Αρσενικόν* ή *Αρσενικόν*, ή *Αρσενικόν* ή *Αρσενικόν*, Græcis. Arſenice uel Arſenicum uel Arrhenicum, & Auripigmentum, Latinis. Auripigmentum citrinum, & Arſenicum citrinum, Barbaris, ac Officinis. Orpimento, & Arſenico, Italis. Or opimente, Hiſpanis.

ELECTIO, LOCVS, AC GENERA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. v. cap. cxxx.

Naſcitur Auripigmentum in iſſdem quibus & ſandaracha ſodinis. Probatum q. cruſtaceum & aureo colore eſt, cruſtasq; eas habet ſquamarum modo ſibi inuicem ſuperſidentes. Expers alterius omnis naturæ Auripigmentum eſt.

Naſcitur huiuſcemodi Auripigmentum in Helleſponti Myſia. Eius duo genera ſunt: alterum quale præmonſtrauimus: alterum glandium modo concretum, pallidum ſandarachæ colore gleboſumq; quod ex Ponto & Cappadocia fertur ſecundæ bonitatis.

TEMPERAMENTVM, IUVVAMENTA, CREMANDIQ. MODVS.

EX GALENO.

Simp. Med. ix.

Arrhenice ſue arſenicum utroq; enim modo appellat facultatis eſt cauſtica, ſue urentis, idq; uim combuſtum quâ uſtionis expers. Cæterum id conſtat uſtione reddi tenuiorum partium. Utuntur porro & ceu adurent ad deſudandam pilis partem quamuis. Verum ſi diutius in genere nec cuti etiam ipſi parceret.

EX DIOSCORIDE.

Lib. v. cap. cxxx.

Crematur Auripigmentum hoc modo: in nouam teſtâ coniecit Auripigmentum, ignitis carbonibus ſupperponitur, miſceturq; continue. Cum uero candens colorem mutauerit, refrigeratū teritur & reponitur. Habet excedendi uim Auripigmentum, adſtringit, cruſtas ignis modo cum ſeruire & uolenta erofione inducit. Quinetiam in genere reprimentium eſt, & præter hæc omnia depilat.

EX ALCHANZI.

Auripigmentum quidem ea que ſub oculis ſunt uſugilla, ea, quod malum priuatim *Υπαιτιον*, & *Υποφαρυγγα* quandoque Græcis nuncupatur, egregie exterit ac delet.

DE SANDARACHA,

CAP.

VII.

NOMENCLATVRA.

NARNETH, ſeu Zarnich, hauđquaquam inter Auripigmentum & Sandaracham diſtinguentes, Arabibus. *Σανδαράχη*, Græcis. Sandaracha, Latinis. Auripigmentum rubicum, & Arſenicum rubicum, Barbaris ac Officinis. Sandaracha, Italis.

ELECTIO.

EX DIOSCORIDE.

Lib. v. cap. cxxxi.

Anteferenda omnibus alijs Sandaracha eſt, que ad ſatietatem flammeo colore ruſſeſcit, fragilis puraq; & Cinna-baris colore aliquo, Sulphuris uirus oleus.

TEMPERAMENTVM, IUVVAMENTA. ATQ. COCTVRA.

EX GALENO

Simp. Med. ix.

Sandaracha urentis eſt facultatis, ceu Arſenicum quod uocant. Merito itaque eam digerentibus facultatibus commiſcet, atque extergentibus.

EX DIOSCORIDE.

Lib. v. cap. cxxii.

Vires cocturamq; easdem Auripigmento habet. Resina eadem excepta capilli defluvia quas alopecias dicit, explet. Cum pice scabros pellicit unguens. Pediculosis ex oleo prodest: panos cum adipe discutit. Narium & oris hulceribus accommodata est: & cum rosaceo ceteris pustularum eruptionibus & condulomatibus. Datur & contra purulentes excretiones cum mulso, & contra veterem tussim cum resina in cenditur, per fistulam nasore eius in os attracto. Eadem cum melle in fœta uocem purgat, & suspiriosus cum resina utilissime deuoratur.

DE VITRO,

CAP. VIII.
NOMENCLATURA.

ZVGEI, siue Zegiagi, Arabibus $\nu\alpha\lambda\omicron\varsigma$, Græcis. Vitrum, Latinis, Barbaris, ac Officinis. Vetro, Italis. Vidro seu Vidre, Hispanis.

GENERA, ATQ; ELECTIO.

Vitri duo censentur fastigia: unum siquidem in lapidem coactum, alterum uero arenarium. Vitrum etenim cum lapide Heracleo quem Magnetem uocant, concoctum pulchre ferruminatur in lapidem: quoniam in se liquorem Vitri quoque, ut ferrum trahere creditur. Vitrum præterea multis coloribus insignitur: album siquidem impense inuenitur, Crystalleo prorsus candore pellucens, purpureum seu rubrum, luteum flauumq; uiride, & cœruleum. Maximus tamen honos in candido translucente quæproxima Chrystalli similitudine. Vitrum insuper inter alios lapides, est ueluti inter homines solidus homo: utpote cæteris lapideis solidior. Nec est alia nunc materia sequacior, aut etiam pluribus coloribus suscipiendis accommodatior. Omnibus siquidem coloribus insicitur, pluribusq; modis redditur etiamnum uersicolore. Ad ignem calorem facile liquefit, ac funditur: in ambiente autem seu aere frigidiori quamcissimè congelatur, in lapidem, cogitur ac defatur. In genere Vitri & Crystallus annumeratur, quæquam in eius sodinis non nisi in integra frusta concretus inuenitur. Vitrum autem contra in parua ac minutissima fractum: quæpropter ut iam diximus, in lapidem cogitur ac ferruminatur.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

Excalfaciendi facultatem habet in primo nimirum recessu, siccanâ autem in secundo. Ad uaria collyria excipitur. Porriginem seu furfures quod malum $\pi\tau\upsilon\pi\omicron\alpha\omicron\upsilon\upsilon$ Græci uocant, belle extirpat, ac tollit. Lanuginosos seu tenues pilos potissimum facit. In pollinem quoque fratum, cum uino tenui candidoq; sumptum, calculus uesicæ comminueretur perhibetur.

EX GALENO.

Simp. Med. Lib. De L. ap. Ophth.

Extergendi confringendiq; nimè possidet. Admodum enim ipsum ex uino albo ac tenui epotum lapides uesicæ conterit, atque confringit.

EX ABENMESVALI.

Vitrum excalfaciendi siccanâq; potestatem habet. Pulmoni, atque deciduo capillo non inuitile.

DE OMNI AERVGINE,

CAP.

IX.

ZINIAR, seu Zengiar, Arabibus $\nu\epsilon\varsigma$, Græcis. Aerugo, Latinis. Viride æris, Barbaris, ac Officinis. Verde Ramè, Italis. Verderis seu Verdet, Gallis. Spangruen, Germanis. Cardenillo, Hispanis.

GENERA, FABRICA, ELECTIO,
ET ADVLTERIA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. v. cap. xc. & ccc.

Côscicêda Rastis Aerugo ($\nu\epsilon\varsigma$ $\epsilon\upsilon\omicron\tau\omicron\upsilon\upsilon$, Græcis, nuncupata,) hoc modo est: In dolio si simile uel aliud uas acerrimè insundat o acetis: Superponito deinde inuersum æris uas, apertius quidem conuexo: sin minus, ex æquato fundo: sitq; egregie obstersum & sine spiramento aliquo: decemq; diebus dimittito. Post quod tempus amoto eruo uase illo, quod superpositum dolio fuerit, in ærentem deradito Aeruginem. Conscicitur aliter præterea hoc modo: Lamellas ex eodem ærefacito: in eodemq; uase, sic tamen ne acetum tangat, suspendato, & post totidem dies deradito. Conscicitur præterea hoc etiam modo: Vinacetis non recentibus, sed iam accescentibus, massam lamellamæ æris unâ aut plures obrui to pariterq; eruito & deradito. Licet & ex delimita æris scobe facere æruginem, lamellis illis quibus inclusa aurea coronatum folia extendantur, si quis aceto eas inspergens, ter quater uel misceat alote undiq; Aeruginem cõtra xerunt. Quinetiam nasci Aeruginem in Cyprijs sodinis ferunt: non tamen eodem modo ubique, sed alibi in lapidebus quibusdam in quibus concretis est Aes, inueniri: alibi uero ex specu quodam per ardentissimos canis æstus destillare, & alteram quidam exiguum & probatissimam esse: Aeruginem: Ex specu autem illo destillantem alteram copiosam quidem & colore grato, ueram quod calculosa est, deteriorem. Adulteratur multis admixtis alijs rebus Aerugo, sed his præcipue: Pumice, alij illi miscent, alij Marmor, alij Sutorium Atramentum. Deprehenditur autem mixtus Pumex aut Marmor, si sinistra manus pollicem humore aliquo cõsperferis, madenteq; eo Aeruginem tractes, tum altera Aeruginis aliqua partem tenens: Fiet. n. ut altera eius pars dissoluat: quæ uero pumice aut marmoris partes in ea erunt: permaneant: tandemq; diuturniore attritu humorisq; admixtione albecant. Verumtamen dentibus et deprehenditur. Quæ enim sincera erit, facilis, nec apera illis cedet. Igne contra deprehenditur Atramentum sutorium: Si quis enim sic adulteratam æruginem in lamina aut testa extensam in seruente cinere aut carbonibus cremauerit, mutato colore rubefcet, quod in ea ex atramento sutorio erit: propterea quod incensum atramentum sutorium naturalem hunc reddit colorem: Aeruginis itidem quam Ver-

micularem, 1' ov Græci dicunt, duplex genus est: fossilis enim altera fictitia altera est. Confecturæ; fictitia hoc modo: in mortarium ex Cypro ere, cui ex eodem ere coniunctus pistillus sit, album & acre acetum sextarii semissem infundito, pistilloq; tandiu verto, usq; ad pingitrem lentescat. Rorū di mox aluminis drachmā, salisq; fossilis pellicidi aut marini quā canāidissimū, et solidissimū, deficientiq; sale, nitri par pondus conficito, in soleq; ardentissimo anni esu per canis ortum confricato donec æruginis colore vireat, concretio ne vero pingitrem lentescat: conformatamq; in uermiculos Rhodiæ similes reponito. Efficacis sima eadem & grato colore fit, si aceti pars una, urinz veteris duabus miscetur ceteraq; ut præmonstratum est, fiant. Quidam quod ex Rasili Aerugine relictum fuit admixto Gummi in pastillos diuidunt, & uedūt: q; quoniā inutile est, reprobat. Est præter hanc etiam Aerugo alia, quæ ab inducentibus aurum operibus suis in mortario pistilloq; ex Cypro ere & pueri urina fit, quæ aurum inducunt. Proportione communiter cremato Aeri respondent præmonstratæ Aerugines omnes, efficaciores tamen in agendo sunt. Sciendum præterea antefare omnibus fossilem Vermicularem Aeruginem: proximam illi Rasilem: postremam omnium fictitiam esse, etsi maiore erodendi adstrin gēdiq; potestate ea sit. Rasili proportionē respondet, quæ inaurantes utuntur.

TEMPERAMENTVM, IVVAMENTA, CREMANDIQ; MODVS.

EX CALENO.

Simp. Medic.

Aerugo gustantibus acrem qualitatem offert, digerens, detrahens, & liquans non teneram modo sed & duram carnem. Porrò supra dictam est, nonnullis eius generis medicamentis, epulotica, hoc est, quæ cicatricem inducant, appellare, cum ijs in tenuissimum poltinem tritis per specilli cuspidem contigerint ulcera exercerentia, ac postriede contrā sita reperiant: tametsi illos haud lateat, si paulo plus impositum foret, sese ulcus non contractum, sed erosum inuenturos. Si quidem colligat & digerit carnem, cum medicamentis epulotica contrahant, conspiciunt, constringant, & calli in morem illam indurent. Quin & gustum mordicat Aerugo, non tantum ipsa ulcera. Quod si pauculum eius cerato non pauco admisceas, id quod ex ambobus mistum est, citra morsum exterget. Dictum uero supra est de talium medicamentorum natura, tum ut sese quidam fallunt, ex talibus compositionibus aut sarcoticam, aut epuloticam adscribentes facultatem medicamentis quibus minimè oportet, utpote cum ipsa id præstare nequeant, uerum ea quæ ex ipsis cõposita sunt, ad consumptionem proficiunt.

EX DIOSCORIDE.

Llib. v. cap. xci.

Potest Aerugo omnis adstringere, calefacere, oculorū cicatricis exterre & extenuare, lachrymas ducere, quæ pascendo serpunt sistere, uulnerum inflammationes acere, & hucera cum cera & oleo ad cicatricem perducere. Eandem cum melle costæ, clanos purgant, sordidaq; hucera. Quinetiam ammoniaco ad collyria exceptæ, fistulas &

callos absunt. Vtilis præterea oris uitij, quas epulidas dicunt, & gingiarum excrescentijs. Palpebras ex melle inuncte egregie extenuant: Verum oportet cum inuixeris spongia ex calida aqua fouere. Tollit lepras itidem Aerugines omnes, terebinthina resina addito ere aut nitro excepte. Si quam cremare Aeruginem uolueris, cremanda hoc modo erit: in minutis partes concidito Aeruginem, & in fictili patina positam ignitis carbonibus superposito miscetoq; donec mutato colore Paille similis euadat. Refrigeratam deinde reponito & utere. Quidam ut præmonstratum est, in erudo fictili cremant, non semper tamen cremata in eundem mutatur colorem.

DE SMARAGDO,

CAP.

X.

NOMENCLATURA.

ZABARGED, Arabibus, Ζαβαργός, Græcis. Smaragdus, Latinis, Barbaris ac Officinis. Smeraldo, Italis Esmeralda, Hispanis.

Zinarad, Arabibus. Ζιναρὰ, Græcis, non inepte forsitan Græcis Smaragdisformis seu Smaragdeus, pariter, Latini.

GENERA, LOCVS, EFFIGIES.

ATQ; ELECTIO.

Smaragdus nimirum, & Smaragdeus, Lapides sunt omni ex parte cõgeneres, quamquam diuersa sortiti sint nomina. Ambo præterea in aureis metallis apud Carbios unā inueniuntur. Smaragdus autem est acriter, impenesq; admodum uiridis, & translucidus. Præcellit euentim maxime uiridis & translucidus: seu uideque usum potissimum admittens, improprietate uero surdo colore summe obscuro Pseudosmaragdus insuper (Daharieg Mauritanis appellatus.) Smaragdum omnino æmulatur, nisi quod uisum non admittit nec est adeo translucidus, ueluti Smaragdus & Smaragdeus.

EX ALBASARI.

Smaragdus quidem lapis est uiridis, qui potissimum è Nigrorum plagis aducitur.

TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA.

Smaragdus refrigerandi siccandiq; facultatem obtinet. Venenis, uenenumq; morsu aut ita relinquentibus, in potu assumptus, remediū est: in puluere siquidem tenuissimum lima probe friatus, ijsq; qui uenenum sumpserunt, priusq; uniuersum corpus permeauerit, omninoq; infecerit, silique pondere exhibitus magnifice auxiliatur: nec deficiunt pilli, nec sient intestinorum ulcera, & à mortis metu profus, euadent. Quinetiam ex assiduo aspectu contuitus Smaragdi recreatur acies, ac in posterum itidem corroboratur. Smaragdus quoque annulo infertus, à comitiali morbo quem Græci ἐπιληψία uocant, indigito gelatus magnifice tuetur. Quam ob rem Principes ac nobiliores perdisceant, puerulis eorum nuper natis Smaragdum statim è collo suspendendum, ne in Epilepsiam peculiarem quidem puerorum morbum incidant.

EX RASE.
In libro Mineralium.

Smaragdus & Smaragdus non secus ac Hyacinthus gignuntur, non tamen tantam habent veluti Hyacinthus ficitatem. Viridi autem colore maxime insigniuntur, ob natale solum, quippe qui in metallis erarijs potissimum inveniuntur.

In libro de iis quae proprietate substantiae totius quid agunt.

Ex Smaragdi intuitu Viperis oculi mirè hebetantur ac leduntur.

EX IGNOTO.

Smaragdus Elephantias laborantibus utilissimus est, in tenuissimum pollinem lima redactus, & in potu assumptus. Ad haec Smaragdus Viperæ oculos maxime ledit solum continuo.

DE IASPIDE,

CAP. XI.

NOMENCLATURA.

ANASIS, seu Iasit, seu Anasch, seu Hagiar Iesh, Arabibus. Ἰάσπις Ἰδός, Graecis. Iaspis, Latinis. Diaspro, Italis.

GENERA, EFFIGIES AC IVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. v. cap. clix.

Plures Iaspides sunt: in eorum genere alius viridi Smaragdi colore est alius glaciem Chrysellumiae representat, fatuae pituitae similis, aerius alius, (ob id Graecis ἀερίων, appellatus) fumosus alius (καρμινος, Graecis vocatus,) sumo veluti denigratus: Assyrius vocatur alius albescens per transversum lineis tendens: alius postremo à terebinthinae resinae colore Τερεβινθίου seu Terebinthiformis dictus, Calai gemmae similis. Omnes pro amuletis adalligari feruntur: priuatiuq; faemoriibus praegnantium adalligatos, puer perij celeritatem facere.

EX GALENO.

Simp. Med. ix.

Proprietatem nonnulli lapidibus quibusdam testimonio suo asserunt, qualem reuera habet Iaspis vitreus, nempe stomachum adhaesum ventrisq; os adiuuans. Ac nonnulli quoque annulis inserunt, scalpuntque in eo draconem radios habentem: velat rex Nechepsos memorie prodidit in sexto quartoq; et decimo libro. Sanè huius ego quoque lapidis abunde feci periculum. Torquem enim ex huiusmodi lapillis confectum à collo suspendi, ita ut lapides os utris contingerent. Apparebant autem nihilominus professe, etiamsi sculpturam non haberet quam scripsit Nechepsos.

DE HYDRARGYRO

SEU ARGENTO VIVO.

CAP. XII.

NOMENCLATURA.

ZAIBAR, seu Zaibach, Arabibus. Υδραργυρος, Graecis. Hydrargyros seu Argentum uiuum, Latinis, Barbaris, ac Officinis. Argentum uiuum, Italis. Queck silber, Germanis. Azogue, Hispanis.

FABRICA GENERA, REPONENDIQ; MODVS.

EX DIOSCORIDE.

Lib. v. cap. cxix.

Fit ex Minio quod falso Cinnabaris dicitur. Argentum uiuum. Confessionis autem modus hic est: in facilem patinam ferream habentem concham Minium conijcitur. Calice de in luto circumlito, sic illis coo peritur patina illa accensissq; sub ea carbonibus, quae calci fuligo inhaesit deersa refrigerataq; Argentum uiuum est. Inuenitur & in argentarijs fodinis cum foditur Argentum, cameris earum pendens et in guttis coneretum Argentum uiuum. Ferunt quidam etiam per se in fodinis inueniri Argentum uiuum. Seruatur vitreis aut plumbeis, aut ex stanno uel argento usculis. Aliam enim omnem materiam erodit et dissuere cogit.

IVVAMENTA.

EX GALENO

Simp. Med. ix.

Hydrargyros non est ex sponte nascentibus medicamentis, sed ex his quae preparantur, velut Psymythium, Aerugo, Psoricum, Lithar gyros. Nullum autem eius feci periculum, neque quod interimat, si deuoretur, neq; ubi foris admota sit.

EX DIOSCORIDE.

Lib. v. cap. cxx.

Letale potum Argentum uiuum est, pondere suo interanea disrumpens. Remedio est potum copiosum lac, mox uomitionibus redditum, aut cum Absinthio uiuum, Liniu de cocto, aut Orminij semine, aut cum uino Origanus aut Hyssopus.

EX PAVLO AEGINETA.

lib. vii. cap. iii.

Argentum uiuum haud ita multum momenti in re medica praestat, quum sit letale nenum: sunt qui id comburentes veluti in cinerem redigunt, quem alijs speciebus permixtum, colicis & ileosis potantium exhibuerunt.

EX ABEN MESVAI.

Argentum uiuum probe extinctum, contra pediculatones & scabies ex Rosaceo utiliter inangitur.

EX AVBERIG.

Argentum uiuum alijs quidem medicamentis ad scabiem accomodis permixtum, non inutile. Suffitum tamen maxime est noxium: Liberalior siquidem eius usus, potissimum neruis est inimicissimus, Resolutionem quam Graeci τροχόλυγος uocant, excitat, sensum & motum perdit, omnes enim sensus, praesertim uisum & auditum ledit: animae item grauitatem facit, uenenaq; omnia animalia fugat.

EX RASE.

Argentum uiuum bellè extinctum, psoris & pedicula-

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

tioni quæ Phlegmaticis & Ecce nuncupatur, remedio est. Su blimatum autem (ut Chymistæ loquantur) putrefaciens est, & ignis instar adurens. Carnium excrefcientias in collo- fo snu & ulcere comprimit & absument. Nerves interimit; & alia quæcunque animalia, quæ ipsum assumpserint.

DE MISY, CAP. XIII.

NOMENCLATURA.

ZEG, seu Zagi Arabibus. Misy, Grecis. Misy, Latinis. Zeg uiride, Barbaris. Vitriolû Romanû, ut quidam, ut perperâ, arbitrarunt, officinis. Misi, Italis.

GENERA, EFFIGIES, ELECTIO, TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO

Misy in metallo Cypri, cuius modo mentionem feci, in montibus Solorum, domus erat ingens cuius ad parietem dextrum, sed ad nos utique qui ingrediebamur sinistram, descensus erat in ipsum metallum, in quo quædam confixi in longissimum porrectas ueluti Zonas alias super alias numero tres: infima erat ipsius Soreos, super quam erat altera Chalciteos, suprema Misyos. Cæterum id temporis presens metalli, his demonstratis: Sicut inquit, nunc aduenis in cadmie fornacarie inopia, ita horum trium admirandas has uides diuitias. Itaque ego ingenti eius accepto pondere, primum quidem in Asiam, deinde Romam attuli, et usque modo habui, elapsis iam annis plus minus triginta. Et forte quadam absolutum sui hoc opus adusq; octauum librum ante annos uiginti, nec adiectus fuit nonus hic partem quod lapides quosdam nondum conspexissem, partim ob alia negocia quæ mihi interea temporis obenerunt. Nunc autem cum nonum hunc librum cæteris addere pararem in terea forte fortuna mihi accidit res spectatu longe pulcherrima, ac si quispiam eo studio ac industria magno cum artificio effecisset. Nam cum Misy opus haberem ad medicamen quodpiam præparandum, bolam eius acceptam quam fere plena manu teneas, qualem sane consistentiam Misy non admodum solet habere, cum in parua frustula diuidatur. Miratus itaque insolitam eius condensationem, bolos facta extimui quidem Misy circumquaque reperti eius quod intus erat uelut efflorescientiam. Porro sub eo, inter Chalcite ad uidelicet & Misy quidam erat medii uergens ex Chalcite ad Misy, ex dimidio iam commutatum: principio enim bolus fuerat Chalciteos, cæterum quod in alto erat, perfecta erat Chalcitis, nullam dum alterationem experta. Hoc igitur ubi uisidsem, cogitatione repetens et in metallo ita super Chalcitum nasci ipsum Misy, ut ærugo super æs, in mente subito inspicere quod serabatur adibus apud me reliquit ipsum Soreos, nunquid & ipsum ullam accipisset mutationem in Chalcitum: quæ ad leuis certe apparuit suspicio, ut uideretur et ipsum forte longo tempore mutationem in Chalcitum posse accipere. Itaque mirum non est, tria hæc

medicamina eiusdem genere facultatis esse, Sori dico & Chalcitin, & Misy, tenuitate & crassitudine partium inter se diuerse. Crassissimum enim est inter ipsa Sori, tenuissimum Misy, mediam utriusque facultatem habet Chalcitis. Adurunt uinera hæc tria, & escharas quas uocant efficiunt. Attamen etiamsi urant, nonnihil quoque adstringunt. Ceterum Misy adnotum Carnibus duris minus Chalcite mordicat, tamen si ea non minus sit calidum: uerum id habet quod tenuium partium essentia sit. Porro cum utraq; hæc in decoctionibus fundantur, & magis Chalcitis quam Misy, Sori tamen non liquefit, nimirum quod lapidosus sit ac uehementius compactum: sicut rursum Misy quæ a cogenito calore elaboratus est, ac proinde sicca Chalcite, idcirco merito quoque ægrius liquefit.

EX DIOSCORIDE.

Lib. v. cap. cxvii.

Cypri eligendû est Misy, quod auris specie præfert aurû est, & cum friatur aureas scintillas mittit, & stellarum modo, splendet. Sunt illi eadem quæ Chalcitidii uires. Crematur illi etiam similiter, non tamen pistorum ex eo, conficitur. Secundum magis & minus in suo genere differt Misy. Aegyptium siquidem in cæteris bonitate alia omnia, antecedit, maiore efficacia præditum: in oculorum autem medicina multo priore illo ignauus.

DE CHALCITIDE,

LAPIDE SCILICET EX QVO CO- QUITVR AES. CAP. XIII.

NOMENCLATURA.

COLCOTAR, seu Cholebotar, seu Alcolcotar, Arabibus. ΧΑΛΚΙΤΙΣ, Grecis Chalcitis, Latinis. Vitriolum uisum, nescio an recte, Officinis. Calciti, Italis.

ELECTIO.

EX DIOSCORIDE.

Lib. v. cap. cxviii.

Probatur Chalcitis quæ Aeris spetiem præ se fert: quæ friabilis, non calculosa nec uetula erit, per quam longæ fulgentisq; discurrunt uenæ.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Medic. ix.

Chalcitis, dictum de ea est in sermone de Misy: nunc autem tantum dixisse sufficiat, quæ mistas habet adstringentem acremque facultates: Ceterum uincit acris, ut quæ adeo est uehementis, ut carnem urat, uocantque escharam efficiat. Vsum hoc medicamen minus quidem mordicat, ceterum non minus desiccatur: sed & adstrictionis non parum remittit deponitque. Itaque uidequæ melior est Chalcitis usque quam quæ non usque est, nempe paribus tunc quidem tenuioribus, ceterum alia omnia combusta, uerum haud assumpta acrimonia, uelut in alijs multis accidit. Didicisti porro, quod usque omnia si lauetur, moderatiores reddantur, minusq; mordacitas.

EX DIOSCORIDE.
Lib. v. cap. cxiij.

Natura illi & vis est repurgare, calefacere, exulcerare: quæ in oculis & oculorum angulis vitiosa sunt, abstergere. In genere præterea leniter exeditiū Chalcitis est. Facit ad sacros ignes, quæ pascendo serpunt, & ex foeminarum locis naribusq; sanguinis profusiva cum porri succo. Facit itidem sicca ad gingivaram vitia quas epulidas uocant: quæ pascendo illic serpunt, & tonsillas. Cremata Chalcitis tritaq; cum melle, oculorum medicamentis utilis: callosas siquidem & asperas palpebras minuit: fistulas etiam sanat collyrij modo inserta.

DE MELANTERIS,

CAP. XV.

NOMENCLATURA.

BITIRIAS, seu Malta, Arabibus. *Me λαντηπιος*, Grecis. Melanteria, seu Metallicum Atramentum, Latinis. Atramentum citrinum, Officinis. Melanteria, Italis. Gelber bergschneffel, Germanis.

GENERA, ATQ. ELECTIO.

EX DIOSCORIDE.
Lib. v. cap. cxvii.

Concresecit salsuginis modo in fodinarum unde erutum est sicut ossis, in genere Melanterie aliqua. Quedam contra in superiore prædictorum locorum superficie: uerum terrestris ea est. Inuenitur præterea in Cilicia et aliis qui hysida locis Melanteria, excellitq; bonitate quæ Sulphureo colore est, leuorem habet, & in contactu aque celerime nigrescit.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA,

EX GALENO.
Simp. Med. ix.

Melanteria ex medicamentis est multum adstringentibus, cum hoc q; omnia propemodum adstringentia tenuitate partium exuperet.

EX DIOSCORIDE.
Lib. v. cap. cxvii.

Vim in urendo Misy casam habet.

DE SORY,

CAP. XVI.

NOMENCLATURA.

SVRIE, seu Alsurie, seu Alsuri, Arabibus. *Σωρι*, Grecis. Sory, Latinis. Zeg rubrum, Barbaris. Atramentum rubrum, seu Vitriolum Romanum, ut non nulli arbitrantur, Officinis. Sori, Italis. Roter bergschneffel, Germanis.

EFFIGIES, LOCVS, ELECTIO
AC IUVVAMENTA.EX DIOSCORIDE.
Lib. v. cap. cxvii.

Falso crediturum aliqui Melantherian Sory esse, proprium enim genus Sory habet non tamen dissimile illi penitus est: Grauius enim Sory olfactu uirus mittit: eoque nauseam cit. Inuenitur in Aegypto alijq; locis quales Libya sunt, Hispania, & Cyprus. Antefendum omnibus Aegyptium: quodq; in frangendo nigrius apparet, & multis foraminibus peruium pingueq; est: quod item adstringit, potiq; aut olfactu uirosus sentitur, & stomachum subuertit. Quod autem fractum non minus quam Misy splendet, alterius generis & inefficax estimandum est. Vires habet Sory antedictis easdem. Crematur etiam similiter illis. Dentium doloribus medetur casus eorum inditum. Eosq; mobiles confirmat: & cum uino clistere infusum, coxendicis doloribus opitulatur. Contra uaros ex aqua uulter in ungitur, eosq; delet. Miscetur his etiãque denigrandis capillis conficiuntur. Cõmuniter in his alijq; fere omnibus potetiora sunt coctis quæ cocta non sunt, exceptis Hume, Fece, Nitro, Calce, similibusq; alijs, quæ cumq; cruda humore aliquo resolui possunt: cocta enim efficaciora ad agendum potestate redduntur.

DE CHALCANTHO,

SEU ATRAMENTO SVTORIO.

CAP. XVII.

NOMENCLATURA.

CALCANTVM, seu Calcant, seu Calcand, seu Alcaleadis Arabibus. *Χαλκάνθος*, Grecis. Chalcantum, & Atramentum Sutorium, Latinis. Vitriolum, Barbaris, ac Officinis. Veriolo, Italis. Coperose, Gallis. Vitriol, & Ruffen Wasser, Germanis, Caparrosa, Hispanis.

GENERA, LOCVS, ELECTIO, FABRICA.
TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.EX DIOSCORIDE.
Lib. v. cap. cxliij.

Genere unum idemque est omne Atramentum sutorium: omne siquidem gelatus liquor est: specie tres tantum differentias habet: aliud enim destillante in cuniculos quosdam humore striorum modo concresecit unde ab his qui Cypria metalla tractant Stalactis id est Stillicidiare nominatū est. Peteesius tamen hoc ipsam Pinarium uocat. Quidam etiam mutata tantum a superiore illo nomine declinatione Stalacticum (Sciaston, Mauritanis,) eadem significatione nominant. Est aliud itidem q; simpliciter in speluncis sit, idq; in fossis deriuatum concresecit & gelatur: hoc Pecton (Sichon, Arabibus,) id est, Gelatum priuatim nominant. Est tertium postremo, uocaturque Hephthon (Afron, Mauritanis,) id est Decoctum. Conficitur in Hispania, inutile & uiribus infirmum: habetq; confectionem suam huiusmodi: Aqua diluentes id coquunt, tum in cisternas transfatum dimittunt: gelaturq; certis diebus in multas diuisas partes eorum specie inuicem uue modo coherentes. Pro-

batur cerulei coloris, ponderosum pelliculâq; qualle Stilleidiare illud est, quod ab Hispanis etiam Lonchotho di citur. Secunda bonitatis est quod Gelatum uocant. Quod autem Decoctum fuit, tingendo & denigrando aptius esse uidetur: sed in medicine usu infirmis experientia deprehendit. Adstringit Atramentum omne sutorium, calefacit, exulcerat: lumbricos latos pellic potum drachmâ pondere aut cum melle linctum. Vomitiones idem cit, et contra fungos cum aqua potum remediū est. Purgat caput dilutū aqua sutorium Atramentum, naribus cum Lana infusum. Crema tur hoc etiam ut iam in Chalcediā ostendimus.

EX GALENO,
Simp. Med. ix.

Chalcambos. Forte fortuna & Chalcambium in Chalcedin transire cōspexi. Asportau enim ex Cypro & huius medicamenti ingentē copiam. Extimam eius omne post annos plus minusuiginti Chalcedis effectum est, intima eius parte Chalcanthi speciem seruante. Quamobrem & usq; in hunc diem quod sic mutatur, asseruo, obseruans dum ad imum usq; uoluentibus annis procedat mutatio, eū Chalcedis quoque in Misy, ut est ante positum. Ceterum mirari subit de hoc medicamento, quo pacto uehementissime adstritioni admista est caliditas non instruenā. Constat ergo q; omnium maxime cōdire seruaque carnes humidās potest, nimirum caliditate humiditate adsumens, atq; adstrictione substantiam contrahens: hoc enim opere nonnihil etiam humiditatis ipsius exprimit. Constringit uero, desiccataq; contrahit in sese totius substantiā carnis. Porro quo tempore in Cypro diuersabar, hunc in modum medicamentum hoc colligi cōspexi. Domus erat, magna quidem, nō alta sed humilis, ingressū in metallum obiecta. Ad parietem autem domus sinistrum, qui erat ingredientibus dexter, effosus erat specus in continentem collē, ea latitudine, ut tres sese uiri in eo contingerent, tanta uero altitudine, ut uiro summe procerō recto liceret incedere. Specus hic decliuis quidem erat, sed non planus, & multis locis prerruptus. Porro ad sinem eius quasi in stadium porrectū, lacus erat aqua uiridis & crasse, tepentis plenus. At in toto descensu calor similis qualis in primis balnearum adibus percipitur: quas, quod in eis corpora premolliri soleant, proma lacteria apellare consueuerunt. Aqua uero quotidie guttatur ex pertuso colle destillans, quatuor & uiginti horis totius diei ac noctis colligi assolet ad amphoras Romanas quasi octo. Eam autem aquam uincti quidam in uasa balnearia, urnasue seu piscineas quasdam quadratas fictiles in domo ad ingressum posita sitas efferebant, in quibus paucis diebus concresecbat sicut que Chalcanthus. Mihi uero ubi ad terminum effossi specus descendiissem, ubi uidelicet tepi da hæc uiridisq; aqua colligitur, aeris odor uisus est suffocans, et toleratu difficilis, chalcitum æruginemque redolēs. Hæc aqua quoque gustu præferebat qualitatem eiusmodi. Ea propter et nudi, & cum sedinatione amphoras uincti exportabant: nec longiore illic moram per se potuerant, sed celeriter recurrerant. Accessi autem erant medio cribus in specu interuallis lychni, qui nec ipsi longo tempore durabant, sed celerime extinguiebantur. Hinc ergo specum pedetentim excavatum multis annis, ab ijs tunc auti

ui. Hæc enim, inquebant, aqua uiridis quam uides ex colle in lacum manantem, sensim se ipsa minor effici assolet. At ubi prope adest ut desinat, rursum uincti, quod continens est ipsius collis, perfodere pergunt: euenitq; aliquando olim ut subito quicquid perfossum esset, concideret, omnesq; ad unum occideret, ac totam uiam corrumpere. Id ubi fit, alio foramine fodiendo consq; insunt, quoad rursum aqua illis adstrit. Hæc habui que tibi de Chalcanto exponendo censerem, & sane fortasse non necessaria, ceterum que scire prestaret quam ignorare. Memineris autē quod ad sinistram manum in ingredientibus consepsum nobis dixerim metallum Soreos, Chalciteos, & Misyos: ut ex his conijcere liceat, aquam pluuiam totius collis terram illam colluere atque abluere, ex qua sponte quidem fiebat Sori, Misy, & Chalcedis: & per Fornaces Aes, Cadmia, Pompholyx, Spodium, & Diphriges.

DE HALCYONIO,
CAP. XVIII.

NOMENCLATURA.

ZEBETHALBAHAR, seu Zebd albar, Arabibus. ΑΨΥΔΙΟΝ, Græcis. Halcyonium, & nonnullis sine aspiratione, Alcyonium, Latinis. Spuma Maris, Barbaris, ac Officinis. Alcionio, & Spiuma di Mare, Italis. Mer schuuanm, Germanis.

GENERA,

EX DIOSCORIDE,
Lib. v, cap. cxxxv.

Quinque cognoscitur Halcyonij genera: Primum quod densum sapore acrobo, spongiosumq; aspectu est: uiriosum itidem, ponderosum, piscoso odore, quod copiosum in litoribus inuenitur. Secundum habet creti in hominis oculo unguis aut Spongia figuram cōtinet sine pondere, fistulosum odore pene algofo. Tertium uermiculorum speciem ostendit, colore magis purpureo, quod quidam Malesium dicunt. Quartum succidis lanis simile, fistulosum, nec ponderosum est. Quintum Fangorum figuram habet, sine odore & asperum: intus Pumicis similitudinem aliquam. Foris leuorem habet & acre est: quod plurimum in Besbio Propontidis insula nascitur, & gentis eius uocabulo Αδς Αχυν, id est, maris Spuma appellatur.

TEMPERAMENTVM, IUVVAMENTA
CREMANDI, LAVANDIQ; MODVS.

EX GALENO,
Simp. Med. xci.

Alcyonia omnia deterunt ac digerunt, qualitatem habentia acrem & calidam: uerum ipsius plus minusque, in ipsi est non exiguum et in his ipsis que diximus secundum partium essentia totius tenuitatem. Est autem eorum munus densum & graue, odoris prauī. Olet enim pisces putres, spongie in specie simile, secundum uero aliud figura longiore leue, & rarum, odore habens similem phycis. Aliud tertium

verum uermi simile est specie, colore purpureo, consisten-
tia molliuocant id Miliolum. Post quæ quartum, secundo
quidem iam posito similiter & leue et rarum, uerum lanis
succidis simile. Denique & quintum extrema superficie leui,
circumscribitur, ceterum interna substantia asperam, nul-
lius odoris, gustu tamen apparere acere: & sanè omnium
Alyconiorum est calidissimum, adeo ut & pilos urere possit.
Itaque cum duo prima Ictheras, albos, phoras, leprasq;
adiunxit, præterea cutem splendidiorem competentia utri-
um efficiant, idem præstare non potest hoc ultimo loco
positum. Nec enim perinde ut illa superficiem duntaxat ex-
ternam extergit, sed etiam excoriat, usque in profundum
cutis penetrans, ut etiam ulcera molliatur. Porro quod ter-
tio ordine recensuimus, omnium est tenuissimum. Itaque
usum alopecias curat illitum cum uino, colore quidem sul-
uo, tenui tamen essentia. Quartum autem eiusdem cum hoc
speciei uires obtinet, uerum haud parum imbecilliores.

EX DIOSCORIDE.
Lib. v. cap. cxxxvi.

Omnium primo & secundo ad exterendum & inducen-
dum leuorem mulieres contra lentigines, impetigines, le-
pras, uiltiligines, nigredines, uultusq; & reliqui corporis
maculas omnes utuntur. Vile tertium urina angustissis est,
& concretescentibus in uescica harenis: renum præterea cum
urina malo aliquo doloribus, cutem subuentibus aquis &
lieni. Crematur hoc, crematumq; ex uino uiliter contra ca-
pilli defluuia quas alopecias dicunt, emplastri modo im-
ponitur, eas explet. Vltimum dentifricis accommodatum,
candorem dentibus asserens. Misceatur & alijs quæ extere-
do & depilando sint, addito sale. Si cremate aliquod eorū
uolueris, cum sale in cradum fistile coniecit: lutoq; circun-
dilio ore eius, in fornacem coniecit: cumq; coctum fistile pe-
nitus fuerit ablatum ex fistili Halcyonium reponit: & ate-
re. Lauatur Halcyonium eadem modo.

DE ADARCE,
CAP. XIX.
NOMENCLATURA.

ADARCHI, Atharachi, seu Adarachi, seu Ad-
raca, Arabibus. Αδάρχει, ή Αδάρκων, Græcis,
Adarces, pariter Latinis. Palla Marina, ut nonnulli autu-
mant, Officinis, ac Italis.
LOCVS, AC EFFIGIES.

EX DIOSCORIDIB.
Lib. v. cap. cxxxvi.

Nascitur in Cappadocia qui Adarces appellatur. Est is
ueluti gelata salsugo, in humidis palustribus; locis proue-
niens. Fit siccatis paludibus his, concretescit; in harundini-
bus & cremijs, Asii lapidis flori colore similis, tota uero
specie molli & inani Halcyonio: estq; ueluti palustre Hal-
cyonium.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. xi.

Adarcon, quidam uero masculinè efferunt. Adarcon,
alij femininè, Adarcem appellant, essentia quidem sua ue-
lut spuma est aqua salsa concreta, circa arundines & sar-
ragines concretescens. Accerrimum hoc est simulq; calidissi-
mum medicamentum: proinde & per se inutile est, uerum
commiscetur ijs quæ uis eius retundunt, sicq; fit multo uti-
lissimum in ijs affectibus qui excelsiori postulant, quæ
oris impostum. Nam intro in corpus ipsum sumere est in-
possibile, uinum uero ob uirum uehementem.

EX DIOSCORIDE.
Lib. v. cap. cxxxvi.

Vtilis extenendis lepris Adarces est. Asperam & ceu-
ab æstiuo sole discolorè cutem, impetigines, lentigines,
aliaq; huiuscemodi uitia emendat. Acrimoniam in uniuersum
Adarces habet, ex alto in summum euocat. Prodest &
coxendicis doloribus.

DE SPONGIIS,
CAP. XX.

NOMENCLATURA.

ASFEMGI ALBAIRI, seu Albar, Ara-
bibibus. Σπγγος, Græcis. Spongia, Latinis.
Spongia marina, Barbaris. Spongia, Officinis. Spugna,
Italis. Sponge, Galis. Balschuan, Germanis. Spongia,
Hispanis.

GENERA.

EX DIOSCORIDE.
Lib. v. cap. cxxxviii.

Sexu discreuerunt aliqui Spongas, uocaueruntq; ma-
res tenuibus fistulis spissioresq; in eodem hoc genere da-
riores Tragos etiam nominantes: Fœminas contra, quæ
antedictis contrario habitu sunt.

TEMPERAMENTVM, IUVVAMENTA, VRENDI,
LAVANDI, AC DEALBANDI MODVS.

EX GALENO.
Simp. Med. xi.

Spongia usta acris est & digerentis potentie. Vtba-
tur ea præceptorum meorum quidam ad sanguinis eruptio-
nes, quæ manuali opera indigent: in quem usum semper eã
paratam habebat siccam & exarsescam: cum uero res po-
fceret, bitumine in primis imbuebat, sin eo careret, pice.
Porro admouebat, eam partibus sanguine profluentibus
etiãnum ardentem, ut & crusta parti indueretur, & ip-
sum spongia usæ corpus eorum operculum quoddam accipe-
ret. Ceteri Spongia ipsa noua per se sicut lana aut lina-
mentū (quod μόνον τριτόν, i. carpinatum uocant) materia
duntaxat est quæ humores insuadendos excipiat, sed etiam
manifeste desiccet. Id quod scies, si ea sola utaris in uulnere
cum aqua, aut oxycrato, aut uino, pro diuersitate uidelicet
corporum, uti est ante dictum. Glutinabit siquidem ea simi-
liter atque medicamenta quæ uocant en.ema. At si non no-
ua sit, sed usui accommodata, palà cognosces quantum à no-
ua superetur, si uulnerebus eam imponas siue aqua pro-
luens, siue oxycrato, siue uino. Nec mirum est, cum in Spō-
gia noua seruetur, etiãnum ea quam à mari accepit facul-
tas, modice corpora excicandi. Atque hæc quidem præsta-
re potest, cum etiãnum seruetur maris odorem. Nam tempo-
ris spatio, etiãsi nunquam usui accommodata sit, lamen
& odorem maris amittit, neque aque desiccare potest.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

EX DIOSCORIDE.
lib. v. cap. xxvii.

Cremantur Spōgie balcyonio similiter. Vulneraria recentēs, & quę nullo unguine pinguescunt Spongie sunt. Tumorē reprimunt, & ex aqua poscaie recentia glutinant vulnera: cum decocto melle uetustos etiam glutinant sinus: inutiles contra ueteres sunt. Omnes tamen præclusa hūlcera callosq; aperiunt. Lino colligatæ siccaq; linamēti modo indita, siuida, cuniculosa & antiqua siccat hūlcera. Siccæ inanes recentēsq; Spongie, sanguinis profusiuia ex aceto compefcunt. Faciunt crematæ ad aridas lippitudines quę xerophthalmias nominant, & quę extersisse spississimū oporteat. Lauantur Spongie oculorumq; medicina uulsiore lotæ sunt. Cremantur itidem, factiq; ad sanguinis profusiuia cum pice crematarum cinis. Cogantur candorem contrahere etiam quę eorum mollissime sunt, sitq; id hac ratione: Aestu anni ardentissimo salis spumosa lamine, quam halosachnen uocant, in peris herente, adperse madentesq; insolant: constituanturq; inuersæ id est ut sursum spectet quod concauam in illis est: deorsum uero quæ parte herentes fuisse fuerunt: & si noctis serenitas calceat ad lunam etiam disponuntur, eadem salis spuma aut marina aqua conperse. Candidissimæ autem omnium eadunt quę sic curatæ fuerint.

DE LAPIDIBVS, QVI

IN SPONGIIS REPERIUNTUR.
CAP. XXI.

NOMENCLATURA.

HAGIAR ALSEFENGI, Arabibus. Ἀγία οὐρανῶν ἔργων ἑνερσάουρος, Græcis. Lapidēs qui in Spōgijs reperiuntur, Latinis. Lapidēs Spongie, Barbaris, ac Officinis. Pietre delle Spugne, Italis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA,

EX GALENO
Simp. Med. ix.

Lapides qui reperiuntur in Spongijs, frangendi uim obtinent, non tamen ita ualidam ut lapides in uesica comminuant: & qui id scriptum reliquerunt, mentiti sunt. Verum qui in renibus consistunt rumpunt, uelut qui ex Capadocia conuehantur, quos in Argeo nasci aiunt. Soluuntur autem hi in factum colore Laethemex quo liquet, quod extenuandi uim obtinent absq; ut insigniter excalesciant.

EX DIOSCORIDE,
lib. v. cap. xlii.

Inueniuntur & in Spongijs Lapidēs: hi cum uino poti, calculos uesicæ frangunt.

DE ARMENIO, LAPIDE,

CAP. XXXII.

NOMENCLATURA.

HAGER seu Hagiar Armeni Arabibus. Ἀγίως Ἀίθωρ, ἢ Ἀγιάουρος, ἢ Ἀγιάουρος, Græcis. Armenius seu Armeniacus Lapis, Latinis. Lapis Armenus, Barbaris, ac Officinis. Pietra Armenia, Italis.

ELECTIO.

EX DIOSCORIDE,
lib. v. cap. llii.

Probatur Armenius lapis in quo leuor & cœruleus color aliquis est: qui equaliter communicato sibi eo colore splendet. Non calculosus & friabilis est.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO,
Simp. Med. ix.

Armeniacum uim habet extergentem cum lenicula, acrimonia, & leuissima adstrictione. Itaque tale cum sit, ocularibus miscetur facultatibus. Et ipso per sese quoque ad polinis leuorem redacto, utuntur sicco ad pilorum in supercilij incrementum: nempe ubi præ humorū acrimonia partim excidunt, partim uero nec crescunt, nec aluntur. Siqui dem depassis his acrimonijs, in bonum naturæ habitū pars reducitur, cuius cum alia sint munera, tum etiam producenti, incrementum præbendi, ac roborandi qui in supercilij sunt pilis: quippe cum prima & ex professo quedam sint medicamentorum opera: quæ etiam uero mediante natura, quæ animantium corpora dispensat, eduntur uelut quæ in his ipsis callibephara nuncupant. Ipsa enim partes lesas mediocriter desiccant, pilos corruptentem humiditatem absument, quæ ubi alio est tum natura ad proprias redit actiones, nimirum sublatis quæ hactenus ipsi impedimento fuerant.

EX DIOSCORIDE,
lib. v. cap. ciii.

Præstat eadem quæ Chrysocolla, uiribus tamen ea infirmior. In genere eorum est quæ in medicina alendis tantum palpebrarum pilis usum habent.

EX LINACO,
In Lib. de Lapidibus.

Armeniacus Lapis Puerorum pauores mire ardet, colli suspensus. Pilos etiamnum crispōs bellissime facit. Ad pollinis insuper leuorem frictus, uitiliginem quæ Græcis ἄλφός appellatur, & uerrucas tollit, ex oleo illius.

EX ALCANZI.

Vim causticam adurentem, & putrescentem habet, ea propter uerrucas potissimum ælet intra corpus tamē assumptus, atrabilarios humores prolicet, crassamq; sanguinem repurgat. Exhibetur uero à quatuor siliquis usq; ad drachmam, alijs nimirum medicamentis purgantibus admixtus. Potatus itidē renum doloribus, ac suspiriosis adiuuamento est. Menses præterea ducit bibitus seu appositus. In potu autem nauream & uomitionem facit. Ceterum uo mitioriam quam habet facultatem prorsus amittit, cum probe laetur.

DE

DE COERVLEO,

CAP. XXIII.

NOMENCLATURA.

HAGER ALEZAARD, seu Lazuard, seu Azul, Arabibus. Kūvos, Græcis. Coryleus, Latinis. Lapis Lazuli, & Lapis Stellatus, Barbaris, ac Officinis. Azurro oltra marino, Italis. L'asaur stein, Germanis. Azul, Hispanis.

GENERA, LOCVS, VRENDI, LAVANDIQ. MODVS.

EX DIOSCORIDE.
Lib. v. cap. cv.

Nascitur in Cypro Cereuleum in Aerarijs sodinis. Plurimum vero ex littorali harena fit que in cavernis speluncarum in mari factis inuenitur, quod etiam bonitate excellit. Eligenda harena illa est que crassissima sit. Conquiritur Chalcidias, lauatur autem Cadmie modo.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. ix.

Cyanos siue masculino, siue feminino genere pronunciare uelis: hoc medicamentum acris facultate est tum detrahendi, quam *κεκομψι τινος* uocant, tum digerendi, potentiore quam Cinnabari. Inest quoque ei nonnulla adstrictio.

EX DIOSCORIDE.
Lib. v. cap. cv.

Est Cereuleo uis & natura reprimere, leniter exedere, exbulcare, & crustas ignis modo inducere.

DE IVDÆICO LAPIDE,

CAP. XXIII.

NOMENCLATURA.

HAGER ALYEVDI, seu Hagiar Alibeud, Arabibus. I'oudxi nos Alidos, Græcis. Iudæicus lapis Latinis, Barbaris, ac Officinis. Pietra Giudaica, Italis. Piedra Iudæica, Hispanis.

EFFIGIES, AC LOCVS.

EX DIOSCORIDE.
Lib. v. cap. clxiii.

Iudæicus in Iudæa nascitur figura glandis, candidus, elegant & concinne confectus, lineis inter se equalibus ueluti torno factis. Cum diluitur nullas habet saporis qualitates.

IUVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. ix.

Est & alius lapis uiribus ualentioribus in Palestina Syria proueniens, colore candido specie concinna, lineas habens ceu torno ductas. appellitant eum à loco in quo nasci consuevit, Iudæicum: uenturq; ad uesicæ lapides, in cote soluentes, & ex aquæ calidæ tribus cyathis potui præbentes. Sane in quibus nos experisimus, profecit nihil quod ad lapides uesicæ pertinet: uerum ad eos qui in renibus hærent, efficax est.

EX DIOSCORIDE.
Lib. v. cap. clxiii.

Potest ciceris quantitate collyrij modo in cote attritus tum cum calidæ aquæ cyathis tribus dilutus potusq; urinae angustias soluere, et uesicæ calculos frangere.

EX ABEN MESUALI.

Appetentiam deicit, calculos autem qui in renibus hærent, comminuit, Sanguis uenarum itidem sedis spiracula cohibet.

DE ADAMANTE,

CAP. XXV.

NOMENCLATURA.

HAGER Mes, seu Almesu, seu Almas Arabibus. Α'δαμας, ή Α'ραχ'ο'ντος, Græcis. Adamas, similiter Latinis. Lapis Adamas, Barbaris, ac Officinis. Diamante, Italis.

EFFIGIES, LOCVS, TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

Adamas lapis est, qui in flumine ut aiunt Adamante, potissimum inuenitur, ad quem nemo unquam mortalium pedem tulit, nisi solus Alexander, in Corsaseni Arabiae finibus: colore nimirum Ammoniac, id est, harenario Sali maxime pellucido similis. Vim autem refrigerandi sicandiq; habet, in quarto nempe recessu. Que quidem qualitates raro in alijs lapidibus unâ reperiuntur. Natura insuper duplici præuatim insignitur: Prima nimirum, qua nullus est lapis quem non frangat, iuxta positus. Ea propter fragmenta eius summe expetuntur à Sculptoribus annularijs, ferroq; includuntur, nullam non duriciam ex facili cauantes, aliosq; lapides similiter perforantes. Smaragdum inquam, et Smaragdeum, Sapphirumq; et alias itidem gemmas. Frangit etiamnum uesicæ calculos, paruum uerimentum ex eius fragmentis confectum, stylog, serreo gummi adglutinatum, & uirinariè fistule inditum. Altera autem, qua in uictus seu indomitus adeo redditur, ut non nisi à Plumbo frangi rumpiq; possit.

DE SMYRIDE,

CAP. XXVI.

NOMENCLATURA.

HAGER, Sumbedig, Arabibus. Σμυρίς, Græcis. Smyris, Latinis. Smeriglio, Italis.

MM ij

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA,

EX DIOSCORIDE.
Lib.v. cap.cixv.

Smyris lapis est, quo gemmas annularij scalptores exterunt, utilis emplastris quæ extereudo & exedendo sunt. Facit ad humentes gingivas, & dentifricijs accommodatus est.

EX GALENO.
Simp. Med. ix.

Sed & Smyris quod multam abstergentem habet facultatem, clarum est uel ex eo quod δακτυλογλυφοί, hoc est qui annulos exculpunt, eum in usum illo utantur. Quin etiam quod dentes puros efficiat, experti sumus.

Paulo superius, ubi ex professo, de Pumice, petradat,

Smyris acrimonia quiddam obtinet. Proinde causticis & desiccantibus facultatibus additur, eisq; quæ curant gingivas laxas, ac mollitie fluidas.

DE COTE, PRÆSER- TIM NAXIA, CAP. XXVII.

NOMENCLATVRA.

HAGER Almsen, seu Hagiar Almsen, Arabibus. Ἀκόνη νάξια, Græcis. Cos Naxia, Latinis. Lapis in quo acuitur ferrum, Barbaris.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. ix.

Cotis naxie ramentum mammæ virginum suo tempore prohibet tumescere, & puerorum testes: tanquam uideat licet particeps facultatis refrigeratoris.

EX DIOSCORIDE.
Lib.v. Cap. cixvi.

Quod confricato in Naxia cote ferram ento detritum fuerit, inungitur contra capillorum defluuia quas alopecias dicunt expletq; eas. Virginum mammæ augeri idem prohibet. Bibitur cum aceto ad minuendos lienes, & comitialibus prodest.

EX PAVLO AEGINETA
lib. vii. cap. iii.

Oleæ æ autem Cotis detrimentum, absterforium quum sit, capillorum defluuio, ex alopecia confert.

DE LAPIDE ASSIO, CAP. XXVIII.

NOMENCLATVRA.

HAGER ASOS, Arabibus. Ἀσος ἢ Ἀσσιος Ἀβος, Græcis. Assius siue Assius, lapis, Latinis, ac Barbaris, Pietra Assia, Italis.

ELECTIO.

EX DIOSCORIDE,
lib.v. cap. cxlii.

Probatur Assius lapis colore pumicis, fissulofus, non p̄o ærosus, friabilis, & uenis in profundo luteis. Flos eius est quæ ruffo colore in summa superficie conficit saluigo, concretionem quidem sua tenuis, colore autem cum candido, tum pumici simili in luteum uergente. Lingue admodum hic flos, eam leniter mordet.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO
Simp. Med. ix.

Est & alius lapis in Assio proueniens, quem ob id ipsum Assion cognominant, non durus ut petra. Siquidem color illi est pariterq; consistentia ceu topfi, friabilis, & laxus. Innascitur ei seu innutritur, quiddam farinæ tenuissime simillimum, qualis in molendinorum parietibus adhæreere uisitur. Appellat hoc medicamentum Petra Assie Florem Est uero & subtilium partium, ut sine morfu nimis molles carnes ac fluidas eliquet. Petra uero in qua nascitur, tamen si uim habeat illi similem, ætionis tamen uehementia inferior est. Hoc enim ea potior est Flos non tantum quod, magis colligit ac digerat, & uelut sale condita seruet, sed & quia hæc præstet absque uehementi mordicatione. Habet & falsedinem quandam in gustu hic Assie Petre Flos: ut coniectura sit illum nasci ex eo quod Ros ex mari in petram residens, postea à sole desiccetur.

EX DIOSCORIDE.
Lib.v. cap. cxlii.

Habet lapis lapidifq; flos adstringendi uim: ambo leniter exedunt, panofq; terrebintina resina aut liquida pice excepti discutunt: efficacior tamen florem existimant. Siccatus hic præter antedicta uetustis & quæ ad cicatricem ægre perducuntur ulceribus egregie medetur. Carnium excrescentias reprimit. Purgat melle malefica, & quæ sunt gorum modo concreuerant hucera. Cõcota itidem explet, & cum melle purgat. Sicut ceræ mixtus quæ pascendo serpunt. Podagris mixto lomento fabæ emplastrum modo impostus medetur. Lienosis cum aceto & calce, Tabidis itidem prodest cum melle linctus. Conscituntur ex Assio lapide etiam in balneis pelues, in quibus podagria pedes utiliter habent. Fit ex eodem etiam farinæ modo puluis, minuendis carnis utilis: carnosæ crassiq; extenuans corpora, in balneis pro nitro illitus. Quod si quis antedictus florem & lapidem lauare uoluerit, eadmè modo lauandi erunt.

DE MAGNETE, CAP. XXIX.

NOMENCLATVRA.

HAGER ALMAGRITOS, seu Magnathis, Arabibus. Μαγνήτις ἢ Ἡράκλειος λίθος, Græcis.

cis . Magnes seu Magnetes & Heraclæus lapis, Latinis .
Calamita, Officinis, ac Italis . Segel Steyn, Germanis .
Piedra Yman, Hispanis .

LOCVS, ELECTIO TEMPERAMENTVM,
AC IUVVAMENTA .

EX PHILOSO PHO .

In Indiæ maritime parte, mons præruptus altus, totus
ex Magnetis Heraclæo lapide est . Ad cuius nimirum lit-
tus nauigia omnia appellentia, quodcumque ferrum habue-
rint, euellitur, alitemque factum, ad montem (mirabile uis-
su) quamocis sine euolat, omnes etiam clauis, quamquam in
profundò absconditi, extemplo subsultant, et rapiuntur tan-
tisper, donec præruptis ex Herculeo cauitibus itidem affi-
gantur . Quamobrem naues maritimas illis in locis haud-
quaquam ferreis, sed duntaxat ligneis clauis fulciuntur: alio
quin ad litus pessam omnino darentur appellentes .

EX DIOSCORIDE,

Lib. v. cap. cxlii.

Inter Magnetis lapides probatissimus est, qui ferrum fa-
cile trahit: colore ad cæruleum inclinato: densus itidem nec
magnoper e ponderosus . Vis illi est crassa ducere, si cum
mulsâ aqua pondere trium obolorum detur, Quidam Magne-
tem coquentes pro Hematite uendant .

EX GALENO,

Simp. Med. lib.

Ex lapidebus unus est Magnetis, & Heraclæa quam uo-
cant, ad similem Hematiti uim obtinent .

EX MBSARVIR.

Aduersus iam deglutitos acus, et omnem ferream itidem
materiam deuoratum remediò est. Alui etiamnum fluxioni-
bus à ferri recremento, quod $\alpha\ \mu\alpha\gamma\alpha\ \nu\alpha\ \nu\alpha\ \nu\alpha$ uocant, priuatim
excitatis, magnifice auxiliatur . Impense quoque excicandi
facultatem habet, Crematur etiam, cremandique hic modus
est : Sumito Magnetem lapidem, in quo crudum nouumque sic-
cibile conijcito, nec non inpersa Calce quam Graeci $\alpha\sigma\ \beta\epsilon$
 $\sigma\tau\omega\upsilon$, id est, non restinctam aqua nominant, usq; dum sic-
cibile expleueris, luto undequaque uasis osculū illinito, flam-
masque quam copiosissimas tantisper succendito, donec per os
siccile euomantur, in ignemq; penitus sicille petransie
ritum figlinam deinde fornacem dato, ac sinito usq; dum iam
recens ori super illitum undique litum probe coctum fue-
rit teste que similitudinem contraxerit, et sicillique demum
lapidem eximito, et refrigerari permittito: rursus in nouū
aliud sicille transferto, secundoque pariter in fornacem inij-
cito, idque itidem ut præmonstratum est, tertio ac quarto :
postremo iam eductum lapidem aliqua in parte locato, in
qua ab omnibus tum uentorum, tum aquarum uoriumque, tum
aliarum omnium humiditatum iniurijs tutus fuerit, donec
omnino perfrigeretur: refrigeratum uero iam in parua ac
tenuissima frustra diuidito, quorum singula decem drachma-
rum nimirum Graecarum pondere existant, aut plus minus-
ue . Magnes autem sic crematus lapis, igniuomam quidem
facultatem habet. Si enim è Sulphure par pondus iam cre-
mato concisoq; lapidi iuxta positum fuerit, aquaque lapis

irretoret, flammam continuo emittit, sese cubitali altitu-
dine extollentes, & ualidissimas adeo, ut nihil non attractu
peruant . Magnes præterea lapis, crudus nec ut prædixi-
mus crematus, uim quam habet in attrahendo ferrum amit-
tit expiratque ex Allei Ceparumque succis potissimum illi-
tus . Vires tamen deperditas prorsus assumit et reuiscit,
per diem sanguine hircino maceratus . Magna insuper,
probatoris Magnetis fragmina, domus cuiuscunque clau-
stra ex templo reserant, adnota: nam lapis inde attrahit
ferrum . In pollinem quoque Magnes lapis probe friatus,
aduersus uulnera ex ferro ueneno illata adiuumento est,
tum assumptus, uenenum per inferna potissimum eiciendo,
tum unguentis exceptis insectioe uulneri insperisus Hæc
aliq; quæ plurima de Magnete, memorie præta narratur .

DE PYRITE,

CAP. XXX.

NOMENCLATURA.

HAGER AL, seu Alrusenai, Arabibus . $\pi\upsilon\upsilon\upsilon\upsilon$
Tus, Graecis . Pyrites, Latinis . Marchasita, Bar-
baris, ac Officinis Marchesita, Italis . Kis, seu Ertz
Ruoff, Germanis .

ELECTIO CREMANDI, LAVANDIQ; MODVS
TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA,

EX DIOSCORIDE,

Lib. v. cap. cxlii.

Pyrites lapidis genus est, ex quo constat Aeris .
Probatur Aeri maxime similis, & qui facile percutus
scintillat. Cremandus Pyrites lapis hoc modo : Madentem
melle lentis carbonibus imponito, flatusq; continue donec rus-
fescat accendito . Quidam multis & ignitis carbonibus
copioso melle consper sum imponunt : cuncti, in ruffum tran-
sire colorem coeperit, ab igne amouent, flatusq; cinnerem
dissidentes, rursus madentem melle coquunt, donec totus
æqualiter contracta siccitate fragilior fiat : sæpe enim sola
superficies tantum coquuntur: sic deinde coctum siccatum repa-
nant. Quod si eloto lapide hoc opus erit Cadmie modo lauo-
bitur . Est coctio pariter & crudo uis calefaciendi exteren-
diqu, & repurgandi que oculorum claritati officiant. duri-
ties præterea discutit & maturat . Resina inde exceptus
excretescencia cum caliditate et adstrictione aliqua reprimat.
Vocant sic crematum aliqui Diphryges quasi iterum coctum

EX GALENO,

Simp. Med. lib.

Vnus eorum qui ualidam facultatē possident, est & Py-
rites quæ uocat, quo uinum digerenti epulastro admisto: adij-
citur ei et Schistos. Ab hoc medicamine et pus se penumero
& consistentia grumosa in spatijs inter medijs musculorum
nata, per halitum digesta sunt. Ceterum ubi in usum uocan-
tur lapides omnes admodū uehementer cocti, atq; ad leuorē
redacti sint oportet, similiter atque ea que in ophthalmicis
facultatibus applicantur. Et enim nisi pollinis instar comminuan-
tur, adeo ut in profundum corporum quibus applicantur
subeant, assimilés manent marinis, & fluuiatilibus arenis.

EX ABVGERIG.

Privatim intercutaneos putrescentes humores per hali-
tum disijcit. Ea propter ad pollinis leuorem redactus, uti-
lissimum utraq; siue sit, quæ Λευον, siue αλωφος Græcis
appellatur, et faciei lentiginis tollit ex aceto illitus. Vim
quoque maximam habet repurgandi quæ oculorum clari-
tati officunt: opulos siquidem roborat & visum exacuit.
Quamobrem æquid Lidos οφθαλμικος, Ocularius iue
lapis nuncupatur. Capillū præterea attenuat, et incrispat.

DE ALEXIPHARMACO

CO LAPIDE, QVEM BEZAHAR
VOCANT, CAP. XXXI.

NOMENCLATURA.

HAGER ALBEZAHAR, Arabibus. La-
pis Bezahar, seu Lapis liberans à venenis, & La-
pis Theriacalis, Barbaris. Αλεξίφορου λίθος nō ine-
prie Græcis. Alexipharmacus Lapis pariter Latinis.

GENERA, EFFIGIES, ELECTIO, ADVLTERIA
TEMPERAMENTVM, AC IVMAMENTA.

Alexipharmacū, Persis Albezahar vocatū, nō modo me-
dicamentū omne appellat q. aduersus letalia uenena quæ
Δηλητήριον Græci dicunt potissimum exhibetur: sed Lapi-
dem quoque vulgo cognitum, qui mortiferis omnibus tam
retorridis quam argentibus uenenis priuatim totius sub-
stantie proprietate maxime aduersatur, siue in potu assum-
ptus siue appensus.

EX IGNOTO.

Alexipharmacus lapis quam plurima habet, propter co-
lores potissimum, non obscura fastigia: luteo enim colore
quidam est, quidam puluereo ac cineritio aspectu, alius sub-
viridis candicansque alius. Probatissimus omnium est lu-
teus: secundo loco qui puluereo aspectu cernitur, qui que
priuatim ex Coraseni aduehitur, quem eius loci incolæ
Bezahar idest letalibus uenenis aduersans medicamentum ap-
pellant. Inuenitur maxime in Syria, India, & Oriente.
Alexipharmacum præterea multi alij lapides belle menti-
untur, sed non eiusdem nature nec eiusdem effectus: inter
quos annumeratur Chebori & Marina qui quidem ab om-
nibus facile deprehenditur: nec non et Chindos in quo quæ
plurimum longe aberrant. Alexipharmacus autem lapis est
admodum humectus, leuis seu maxime glabrus & leniter
attactu mollis, mediocrique excalescendi facultate insigni-
tus. Priuatim uero aduersus mortifera medicamenta, &
ad morsus istiusque uenenosos egregie pollet, duodecim
nimirum granorum bordei pondere assumptus, aut morsus
illitus. A mortis siquidem periculo Liberat, uene-
numq; sudore propellit. Annulo itidem insertus, in os que
eius qui uenenum assumpsit iniectus & paulatim illin-
dus egregie iuuat. Istibus quoque, morsibusq; uenenosus,
ueluti Scorpionum, Cantharidarum præcipue malarum,

atq; Vesparum, efficacissime quamprimum succurrit im-
positus. In tenuissimum autem polline friatus uenenum sudo-
re pellit istibus morsibusque uenenosus iniectus. At si istius
morsusq; iam putrefieri cœperint, eos probe repurgat, &
sanat itidem inspersus. Scorpiones insuper torpidos &
ad nocendum inefficaces efficit, admotus. Serpentes etiam-
num extemplo suffocat et interimat, duorum hordei grano-
rum pondere ex aqua propinatiss.

EX RASE.

Alexipharmacus seu Bezahar ut uocat, Lapis est luteus,
mollis, nullam qualitatem manifestam gusti representans,
quique letalia uenena irrita facit. Ego siquidem bis exper-
tus sui facultatem eius, quam efficacissimam contra Napellū,
ualidissimam omnium inter letalia uentrem. Erat autem
lapis quem uideamus, ex luteo in album languescere ad uini
colorem accedens, leuis seu maxime glabrus, & luminis
instar pellucidus. In quo potissimum bis experientia com-
peri quod nondum uidere licuit in aliquo simplici medica-
mento, nec etiam in cōpositis ueluti Theriacis, antidotis.

EX HAHAMED EBEN RIRIFO.

Lapis quod aiunt Bezahar seu Alexipharmacus. Scor-
pionum istibus mire aduersatur annulo insertus, ac gesta-
tus, præsertim si in eo insculpta fuerit Scorpionis effigies:
Luna Scorpionis sedem occupante, in eiusque potissimum
ascensu: ad que summe ualet etiam Thus cum iā sic inscul-
pto annulo ueluti sigillo cōsignatū, Luna in Scorpionis iū-
dent domicilio commorante, si commorso deinde sic exhibe-
tur in potu friatum.

EX ABDALANARACH.

Lapidem que uocat Bezahar seu Alexipharmacū, iam
ipsi uideamus, apud filios nimirum Almiram, qui ueluti cu-
stos, DEI Legibus præerat. Re siquidem uera ille Lapidē
emit, pro quo magnificam ac propè regiam edem Cordu-
be rependit, belli quidem initio.

DE VNIONIBVS SEV

MARGARITIS, CAP. XXXII.

NOMENCLATURA.

HAGER ALBATO, Arabibus. Μαργαρίτης,
Græcis. Margaritæ et Vniones, Latinis, Margaritæ, Bar-
baris, ac Officinis. Perle, Italis, ac Perlas, Hispanis.

LOCVS, ELECTIO, TEMPERAMENTVM,
AC IVMAMENTA.

EX MESEA.

Margaritæ uim habent exiccandi humores. Imbecillo
etiamnum cordi potissimum succurrunt. In collyria itidem
probe iniiciuntur.

EX ABEN MESSHA,

Margaritæ ex maritimis afferuntur, ut refrigerandi
exiccandiq;

exiccandis; insignitis, ac modice tenuium partium. Faciunt autem ad ea que claritati oculorum officiant, & ad albugines, & lippitudines etiam. Medicamentis quoque admiscetur que tum sanguinis profusiva cohibent, tum dentibus candorem afferunt.

A T A B A R I.

Margarite exiccatoria facilitate preeditæ sunt, & tenuium partium, humoresque ad oculos defluentes exiccant. Medicamentis præterea que per os assumuntur utiliter immiscentur, sanguinem enim belle repurgant, attenuantque.

B X R A S E.

Margaritæ cæmari adhibentur, utique, refrigerandi & exiccandi habent, in secundo nimirum abesse sunt; modice tenuium partium. His que tenebras oculorum pupillis effundunt, pulchre adhaerent, & albuginibus itidem & lippitudinibus. Muliebrium locorum fluxiones inhibent, leuigandisque dentibus quam accommodæ sunt, & humiditates exiccant.

B X I S A A C E B E N A M R A M.

Margaritæ uim symmetram habent, in calore nimirum ac frigore, in exiccatione etiam & humectatione. Preæcellent autem que sunt tum magnitudine tum candore, tum orbe leuoreque prorsus insignite. Improbantur uero parue subobscuræ, & angulis scæntes. Priuatim equidem cardiaca, cordisque palpitationi, & atrabilaris affectionibus medentur; crassum siquidem ac feculentum corpus sanguinis belle repurgant. Sissum præterea oculorum desillationes: neruus enim roborant, per quos humiditas continuo ad oculos defertur.

E X I G N O T O.

Priuatim tum cardiaca tum timori ab atra bile excitis, una auxiliantur: cordis etenim sanguinem summe repurgant & attenuant. Ea propter medicamentis que contra cordis affectiones maxime pollent, iniiciuntur. Inijciuntur etiam collyrijs ad roborandos oculorum neruus. Margaritæ quoque humore aqueo dissolutæ, utilissimam que Λευκή Græcis appellatur, repente exterrunt, illite. Cephalalgiam pariter ab ocularibus neruis nimium dilatatis excitam, continuo adiuuant, naribus ex aqua instillatæ. Vicem insuper Margaritarum, si defuerint, probè rependant, pari ultra dimidium pondere earum Conche, que magna fuerint, spèsi doreque & fulgore maxime pellucidæ.

DE HYACINTHO LAPIDE,

CAP. XXXIII.

NOMENCLATURA.

HAGER IACOT, Arabibus. ὕακινθος Λίθος, Græcis. Hyacinthus Lapis, Latinis, Barbaris ac Officinis, Gbiacinto, Italis. Iacinto, Hispanis.

GENERA, ELECTIO, AC IUVAMENTA.

Plures Hyacinthi lapides sunt: in eorum siquidem genere quidam purpureus seu rubens est, alter luteus, tertius

Amebythi ac Stibij colore. Sunt & alij lapides qui ad unguem aspectu Hyacinthum adeo mentiuntur, ut cogeneres esse credantur, quanquam non eiusdem effectus. Probatisimum tamen inter lapides nimirum Hyacinthi maxime est purpureus, quippe qui facile igni admotus flammæ colore rufescit. Luteus uero ignem calorem minus perferre potest: sicuti amebytho ac stibio similis ad ignem continuo extabescit. Omnis autem Hyacinthus Lapis siue quodcumque aliud cum eorum aliquo ueluti sigillo cõsignatum, pro amuleto gestari feruntur, aduersus tum fulmina tum immanem quoque ac pestiferam luentem: ut sic tuto quis regionem omnem ingredi possit, in qua uel crebriora fulmina decidunt, uel pestifera læs undique grassatur: peste siquidem haudquaquam corripitur, nec fulmine afflabitur seu percucitur. Que nimirum natura ac uis, iam inter omnes mortales est admodum uulgaris atque percelebris.

DE SARDA LAPIDE,

CAP. XXXIII.

NOMENCLATURA.

HAGER ALBVEDI, Arabibus. سارد, Græcis, Sarda, pariter Latinis. Lapis Rubens, Barbaris.

EFFIGIES, LOCVS, AC IUVAMENTA.

Sarda lapis est, colore rubro, languidius tamen et liuidius quam Hyacinthus. Hyacinthi siquidem rubor maiorem apud homines gratiam habet, ut qui nullam admittat obsecritatem. Inuenitur plurimum hic lapis in oriente. Cum uero iam recens effusus à minera adhibetur, est maxumopere obscurus: at à scalpitoribus perpolitus, præcipuam commendationem ostendit, fulgore undique scæntens. Priuatim autem qui Sardam uiginti saltem granorum hordei pondere gestarit, nec grauiæ nec tumultuosa insomnia cernet. Actem præterea à solis intuitu obscuratam, confestim proben recreat, ac firmat, oculis admotus. Capillis etiam ualentissime attritus, paleas ad se continuo rapit, ut Magnes Herculeus uel lapis ferrum.

DE CORNEOLO LAPIDE,

CAP. XXX.

NOMENCLATURA.

HAGER SALACHIL, Arabibus. Lapis Corneolus, Barbaris, Corneola, Officinis. Corniola, Italis. Cornerina, Hispanis.

GENERA, LOCVS, ELECTIO, AC IUVAMENTA.

Corneolus quidem lapis multa habet fastigia seu genera. Inuenitur itidem multis in locis ac ueneris. Potissimum uero ex Armenia ac Romanorum plagis adhibetur. Probatisimum omnium est, qui maxime in rubrum colorem languescit. Est etiam alius lapis Corneolus, aque prorsus à

iam recenter fa lictis carnisus emanati, nō abſimilis cādūis intercurſantibus lineis capillamentifue. Corneolus autem lapis annulo geſtatus, iram egregie mulcet, litibus iudicijsq; inter poſitus. Profluentem præterea undecunq; ſanguinem, ac ποφ ποφ, Græci uocant, magnifice ſijit, præſertim quidem muliebrium locorū. In tenuiſſimum quoque polline friatus, leuigandis ac æalbadis dētibus nō inutilis.

DE ONYCHE LAPIDE,

CAP. XXXVI.

HAGER ALIAZAH, Arabibus. διψ, Græcis. Onyx, pariter Latinis. Lapis Aliaza, Barbaris.

GENERA, LOCVS, ELECTIO, AC IUVVAMENTA.

Pernūta ſunt Onycheis Lapidis genera. Præcipue uero ex Armenia & Syria aſſertur. Lauatiſſimus omnium cen ſetar Armenus. Vericolor autem eſt lapis, nunc candido nunc atro, nunc alijs itidem coloribus inſperſus, ſed non facile purus aut concolor. Apud Armenos tamen omnino concolor eſſe aſſerunt, ne quis Onychem lapidem ſecum de ferat, aut domi adſeruet: atunt enim nullum unquam Onychem lapidem geſtaſſe, qui non uiderit graua ac tumultuoſa inſomnia. Geſtantes præterea reddit iracundum, moroſum, perſidum, ac ſubdolum. Puerulis itidem conſuſa liuam oris adauget. Vaſa quoque ex Onyche conſtata inſomnia faciunt, ſiquis cibum aut potum ex eis aſſumpſerit, uel hauſerit. In tenuiſſimum autem pollinem friatus, una que cum Hyacintho admixtus, præcipuum coloris gratiam acquirit. Lapis eſt quidem longe omnium duriffimus.

DE AETITE LAPIDE,

CAP. XXXVII.

NOMENCLATVRA.

HAGER ACHTAMACH, Arabibus. Aetitus Aidor, Græcis: Aetites Lapis, Latinis: Lapis Agla, Barbaris ac Officinis. Pietra d' Aquila, Italis.

EFFIGIES, LOCVS, AC IUVVAMENTA.

Lapis eſt Indicus, qui commotus ſonitum edit, ceu lapide alio intra ſe concepto prægnans. Inuenitur in India montibus inter Chinoas nimirū & Sarandim. Græcis autē eſt etiam unum ideo appellatus quod partum egregie adiuuet, ac optime commodat puerperis. Naturam cuius atq; facultatem ab Aquilis reperitam memorie prodiderunt. Maſculi ſiquidem in Aquilium genere, lapidem quem ab argumento Aetitem uocant, ex India corrogatum. For mellis uā iam parturientibus apponunt, ut facile ac citra dolorem pariant. Vnde non inutilem hunc lapidem mortales ſimiliter didicerunt, grauidis mulieribus uel alijs animalibus tempore partus aſpoſitum.

EX RASE.

In Libro de Succedaneis, hoc eſt, que iteret fe cōmūtatur medicamentis.

Aetites medicamentum eſt Indicum, Lapis nimirum Sar

dianis glandibus quas Caſtaneas appellant, non abſimilis, quamquam nubilo ac puluere color: quique prægnans, intus cum quatiās alio uelut in utero ſonante, contractus ſiquidem lapillum emittit. Pontica auellanae uicis magnitudine, & colore ſubalbido. Inueni autem in uetiſſiſſimis nonnullis Indorum libris, quod Aetites lapis parturientibus ſumme commodat, linteo loco femori adalligatus, ut ce lerime ac ſacillime ſectus excludatur. Quem admodum etiā experimento ueriffimum id pluries eſſe comperi.

In Libro de ipſi que proprietate ſubſtantia totius quid agunt.

Aetites Lapis eſt ouo ſimilis, intra ſe ac uelut in alio alio un habens lapillum. Omnes autem in hanc ſententiam uenere quod partum magnifice adiuuet, ac ſumme etiamnum commodat puerperis, tēpore partus femori adalligatus.

ALIBI RVRVS.

In quodam templo ſic inſcriptum uifiſtur: Aetites lapis quam efficaciffime ſubſtituitur etiamnum uice Pæonia.

EX SERAPIONE.

Aetites lapis apud nos ſeruatur à quam plurimis, Naturam cuius ac facultatem pluries experimento comprobauimus.

DE FERRO,

CAP. XXXVIII.

NOMENCLATVRA.

NADID, ſeu Hadid, ſeu Albhadid, Arabibus. Σιδῆρος, Græcis. Ferrum, Latinis, Barbaris, ac Officinis. Ferro, Italis. Fer, Gallis. Roſt, Germanis. Hierro, Hispanis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. v. cap. xcii.

Candens igne Ferrum in aqua uinoue demergitur, utili contra in teſtinorum tormina, lienofos, bilis profluua quam choleram dicunt, & diſſoluto ſtomacho, potu.

EX PAULO AEGINETA.

Lib. vii. cap. ii.

Ferrum aqua ſepenumero extinctum, inſignem ſuam uim ſiccificam in ea deponit, pota idcirco lienofis expedit. At ſi in uino candens Ferrum extingatur, eccliaſicos id uinum, & inteſtinorum tormina, cholericofq; ſtomacho diſſolutos, perſanat.

EX RASE.

Vinum, in quo candens Ferrum ſit reſinatum, aduerſus reſolutionem muſculi anum claudentis quem Sphindærem Græci nomiant et ad ſedis prociidentiam, contraque inuoluntarium urinae profluuium præſtantiffimum eſt remediū. Venærem præterea egregie ſtimulat.

DE FERRI RUBIGINE

NE, CAP. XXXIX.

NOMENCLATURA.

SEDA Alhadid, Arabibus. Ἰὸς Ἐἰθῖοῦ, Græcis. Ferri Rubigo, Latinis. Erugo Ferri, Arabibus, ac Officinis. Ruggine di Ferro, Italis. Ruille re de Fer, Gallicis. Eisen roß, Germanis.

TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. v. cap. xlii.

Astringit Ferri Rubigo subdita. Inis: ideo earum fluxiones sistit. Potâ conceptus impedit. In aceto inungitur ac utiliter sacri ignes & popularum eruptiones. Reduunt, digitorum pterygijs, scabris palpebris, & condilomatibus utilisima est. Confirmat eadem gingivas. Podagris inuncta prodest: & capilli desoluta quas alopectias dicunt, explet.

DE RECREMENTO

FERRI, CAP. XL.

NOMENCLATURA.

CHABET Aladid, Arabibus. Ἐκκορία Ἐθῖοῦ, Græcis. Scoria, seu Recrementum Stercoris Ferri, Latinis. Scoria Ferri, Barbaris, ac Officinis. Schiuma di Ferro, & Loppa, Italis. Schlâhen, Germanis. Mozo de herreta, seu Mozo de fragua, Hispanis.

TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. v. cap. xciii.

Potest Recrementum Ferri eadem omnia que eiusdem metalli Rubigo, minore tamen efficacia. Adversatur præterea Aconito in quem usum cum aceto bibitur.

EX GALENO.

Simp. Med. ix.

Scoria omnis rescicatorum medicamen est, potissimum autem Ferri. Siquidem ad Levorem redigens ipsam in aceto quam accerrimo, posteaq; decoquens, ad aures, que longo iam tempore pure fluxerunt, ea utor medicamento maxime excicatorio, adeo ut mirentur qui præparantem me vident, & ante rei periculum fidem non habeant aures tale posse ferre medicamen.

EX MBSARVIGIE.

Ferri recrementum exicandi facultatem habet, tertio nimirum accersu. In vino autem decoctum, dissolutum stomachum corroborat.

EX RASE.

Experimento iam comperimus tum urine tum mulierum locorum fluxionibus quamvis significè adjuvâto esse.

DE BOLO ARMENIACÆ

CAP. XLI.

NOMENCLATURA.

TERRI seu Thin Armeni, seu Ingibar, Arabibus. Aquæ viæ Ἰθῖ Græcis. Terra seu Bolus seu gleba Armenica seu Armeniaca, seu Armenica, Latinis. Lutum Armenum Barbaris. Bolus Armenus, Officinis. Bolo Armeno, Italis. Boli Armenico, Hispanis.

LOCVS, EFFIGIES, TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. ix.

Ceterum durante hac immani & gravi peste allata ad me terra est ex Armenia ea que Cappadocia finitima est, etiam siccantior, colore pallido. Lapidem qui donarat, non terram appellabat: promptis simeq; in Lemorâ soluitur, ceu etiam calx. Sic enim videlicet nuncupo petram combustam. Verum ut nec in illa areno sum quippiam admistum essita nec in Armenia. Nam postea quam in mortario pistillo cōminuta est, adeo est levis, nec plus est lapidea, quâ aut calx, aut Samsus ager: tamen non æque ut alter levis est. Itaq; illo etiam magis conspissata est minusq; aëria, quam ob rem opinionem ac phantasiâ præbet ijs qui negligentius intuentur, quasi lapis esset. Ceterum quod ad præsentia attinet, nihil interest, lapidē aut terrâ uocites, si id modo teneamus, q. summe desiccat. Siquidē ad dysenterias & uentris profusivâ, ijs sanguinis expuitiones, & catarrhos, ad hæc ad putrescentia oris ulcera, in primis competit. Quin & eos magnificè iuuat quibus ex capite in thoracem fluxio decumbit: quamobrem illis quibus ex tali occasione assidua difficilis est anhelitus, valide prodest. Sed et eos qui phthorâ laborant, adiuuat. Vleus enim eorum desiccat: ut haud etiâ tusiant, nisi in uitu peccetur non leuiter, aut ambiens de repente ad intemperie recidat. Ac mihi uidetur, q. sicut in fistulis sepe conspeximus, non in alijs partibus duntaxat, sed in ipso etiam ano, ut citra colyrii immisionē quod fordem & callum auferret, ipso duntaxat desiccante medicamento contraherentur ac clauderentur ita quoque in pulmone euentat ulcers. Siquidem et ipsum ab exiccantibus iuuari medicamentis perinde conspicitur, utique cum mediocriter est, non admodum magnum. Itaque uisi sunt quidam eorum qui talia habebant, prorsum esse liberati. Ac quidâ qui Roma in Lybiam talē ob causam profecti sunt plane se sanos esse crediderunt: & sanē usq; ad annos aliquot inculpate trāsigeant: postea uero cum non pari degerent cura & cautione, redditus morbi apparuit. Hos ergo, ut dixi, bolus armenia euidenter adiuuit: Quin et eos qui Rome agunt, qui assiduo difficultate spirandi discruciat, magis etiam. Porro in magna hac peste, cuius eadē facies fuit atq; eius que Thucydidis memoria grassabatur, quotquot hoc medicamē bibire, celeriter curati sunt. At quibus non profuit, omnes interiere, scilicet cum nec alio quouis iuuarentur. Unde colligitur q. ijs duntaxat non fuerit auxilio, qui plane erant incurabiles. Ceterum bibitur ex uino consuetaria tenui, modice diluto, si aut plane febris caret, aut leuiter ea teneatur: sin grauis febricit, admodum aqueo. Non tamen calore uehementes sunt febres pestilenciales. Porro de ulceribus rescicari postulantibus quid attinet dicere quantâ uim habeat bolus hæc Armeniaca: Liberum est autem utique; appellare uelis: siue lapidem, ut is qui mihi donauit: siue terrâ ut ego, quandoquidem humidis rigari patitur.

EX PAVLO. AEGINETA.

lib. vii. cap. lii.

Armenia, quam Bolus dicunt, extremum habet arefaciendi effectum: proinde intestinorum torminibus, alui profusiujs, reiectionibus sanguinis, tabi, difficultati anhelitus ex humiditate: præterea humentibus huicribus & pestiferis denique affectionibus egregie subuenit. Interdum cum uino tenui diluto: si febris infestet, cum aqua potatur.

NN

DE LEMNIA TERRA,

CAP. XLII.
NOMENCLATURA.

TERI MACHTIM, seu Thin Machtum, Arabibus. *أرض القطن*, ἢ *Αἰνὴς Μάτος*, ἢ *Αἰνὴς Σφραγίς*, ἢ *Σφραγίς Αἰγός*, Græcis. Lemnia Terra, seu Lemnia Rubrica, seu Lemnium Sigillum, seu Capre Sigillum, Latinis. Terra Sigillata, Barbaris, Officinis ac Italis. Tierra Sellada, Hispanis.

LOCVS, GENERA, ELECTIO.
TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. v. Cap. xlii.

Onē Lemnia appellatur Terra, in cauernoso quodam Lemni cuniculo nascitur, efferturq; ex ea insula: in qua paulifres loci sunt, ex quibus effoditur, & caprino sanguini miscetur. Eam incolæ in passillos conformantes, figuratq; caprae signatæ Sphragidem Aegos, id est, Capre Sigillum appellant. Contra letalia venena egregij antidotim vires habet cum uino pota. Presumpta eadem uomitione venena pellit. Quinetiam letalium serpentium ictibus & morsi bus accommodata est. Quodam ad religionem & initiationes ea utuntur. Intestinum torminibus utilis eadem est.

EX GALENO

Simp. Medic.

At alie sunt terræ differente et diuersi generis corporum nature commistione, qua ratione lapidose & arenose habentur: atque admixtam talium substantiam segregat large aquæ effusione ac maceratione, sub totum humidum efficiatur. Cum enim id effectum est, id quod desertur atq; inest lapidosum atque arenosum, id omne subsistit, & terra exacta supernatat. Tale quiddam & in Lemnia Terra uisitur, quam cognominant, quiddam Milton Lemniam, id est Rubricam Lemniam, & alij quiddam Sphragidem Lemniam, hoc est Sigillum Lemnium, ob impressum uidelicet illi Sigillum. Dianæ sacrum. Siquidem hanc terram sacerdos cū patrio quodam honore sumens, haud masculinis animalibus, sed tritico atque hordeo piamenti gratia terræ redditus, in urbē comportat: quam deinde aqua macerant, atque in lutum humidum redactam, ubi ualentē cōturbaui, paulumq; inde quiescere sinit, primum aquam quæ supernatat, aufert, & mox quod sub ea est, lutum tollit, ac reliquum duntaxat quod ad inam subsedit, lapidosum scilicet & arenosum, relinquunt ut inutile ac superuacuum. Porro lutum illud pingue usque eo desiccet dum mollius esse consistentiam accipiat: huiusq; exiguis acceptis particulis, sacrum Dianæ signum imprimat. Ac postea rursus in umbra sicandam reponit, donec omnem planē humiditatem amittat, sicut illud medicis omnibus cognitum medicamen Lemniæ Sphragidis, siue Sigillum. Sic enim quiddam illam cognominant ut dixi ob impressam illi Sphragidam, hoc est Sigillum eū etiā nōnulli ob colorem Lemniam Milton siue Rubricam appellant, habet enim eundem cum Mito seu Rubrica colorem. Verum ea ac differt, q̄ contactu nō contaminat atque illa & secundum collem in Lemno quitotus colore fuluo est,

& in quo neque arbor neque saxum neque plantā nascitur, tantum huiusmodi terra uisitur. Porro tres eius signatur differentie: una quam posuimus terræ sacræ, quam alij nemini præter unam Sacerdotem contingere fas est: altera uero eius quæ reuera militos est siue rubrica: utuntur autem ea potissimum fabri: demum tertia eius quæ extergit, qua utuntur qui lintea & uestes lauant, quibus utique col libitum est. Ceterum cum & apud DIOSCORIDEM & alios quosdam scriptum legissem, Lemniæ terræ hircinum misceri sanguine, atque ex luto quod ea missione conficiebatur, sacerdotem quas uocant Lemniæ Sphragidas tum conformare, tum consignare, cupiebam profecto & ipse missionis modum inspicere atque symmetriam. Itaque quemadmodum in Cyprum nauigaueram uidentium quæ in ea sunt metallorum gratia, & in caua Syria Palestina parte profectus fueram, bituminis & aliorum quorundam inspiciendorum causa, ita nec in Lemnum enauigare piguit, ut quantum sanguinis terræ admisceretur, conspicerem. Nam iterum cum ex Asia Romam pedesstri perirem itinere per Thraciam & Macedoniam, prius à Troæ Alexandræa in Lemnum ad nauigauim, nactus illic nauem quæ ad Thessaloniam cursum destinabat. Conueniebam autem cum nauclero, ut in cursum Lemno appelleret. Et sanè ille præstitit, sed non ad eam ciuitatem ad quam oportebat. Antea enim nescieram duas esse in insula ciuitates, sed credebam, ut Eamus, Chius, Cos, Andrus, Tenus, & omnes adeo quæ in Aegeo sunt mari, unam duntaxat ciuitatem habent toti insule cognomine ita & Lemnum eiusdemque tota insula nominis unam habere ciuitatem. Porro ut ex nauis descenderam, intellexi ciuitati nomen esse Myrinæ: nec in regione ciuitatis illius ut Philoætis templum esse, aut sacrum Neptuni collem. Sed in altera quæ uocatur Hephæstias: nec ciuitatem eam Myrina esse propinquam. Cumq; me nauclerus expectare nō posset, discessi, ut cum Roma in Asia redire, tunc Hephæstias uisirem: id quod feci prout speraueram & proposueram. Nam ubi ex Italia in Macedoniam traiecissem, eamq; penè totā pedestri itinere pertrāsisssem, peruenissemq; Philippis, quæ ciuitas est finitima Thraciæ: inde ad mare descendis quod proximum aberat cētum uiginti stadijs primūq; Thæson transfisidis distantem plus minus ducentis stadijs: atque illinc in Lemnum septingentis ac rursus ferme septingentis in Alexandræa Troada traieci. Ac proinde sanè ex industria tum de nauigatione, tum de stadijs adscripti, ut si quem eadem quæ me caperet Hephæstias uisendi cupiditas, cognitio eius sitis, si nauigationem institueret. In tota namque insula Lemno orientem spectat Hephæstias, occidentem uero Myrina. Et quod à poeta dictum de Vulcanus est, qui græce dicitur Hephæstus. Decidit in Lemnum, propter colles naturam occasionem sumpsisse fabulæ crediderim. Apparet enim combusto similibus tum colore ipso, tum etiam quia nihil in eo nascitur. In hunc itaque collem Sacerdos quo tempore ego ad insulam accesseram, egressa, certo quodam tritici hordeiq; numero in terram coniecto, alijsq; quibusdam pro religione patria perpetratis, plaustrum totum terra impleuit. Atque ubi in uerbis conuexissem, quod dixi modo: illas fama hominum adeo celebratas Lemniæ Sphragidas præparabat. Vifam ergo mihi erat percontari, nunquid

quid unquam antea hircinum sanguinem aut caprinū huic terræ misceri solitum, memoria proditum accepisset. Quo auditio omnes in risum soluti sunt nec ij sanè quiuis ex uulgo, sed utri oppido quam eruditi cam in alijs, tum præcipue in uniuersa patrie historia. Quin & à quodam librum accepit quondam ab incolarum quopiam conscriptum, qui omnem Lemnia terræ usum edocebat. Quæ ob rem nec me quoque piguit huius medicamenti periculum facere, acceptis sphragidum uiginti millibus. Sed & is à quo librum dono accepit, inter principes habitus, ad multa hoc utebatur medicamine. Siquidem ad uulnera tum cicatricis inducendæ, contumacia ad hæc ad morsus uiperæ, atque adeo omnes ferarum morsus, ne non aduersus medicamenta letalia non ante modo exhibere, sed & post sphragide uti consueuerat. Addebat porro sese periculum scisse medicamenti, quod quia fructum iuniperi accipit, dicit τὸν ἀπὸ πικρῆς ὕλης, nū cupatur, cui utique indebat & terra Lemnia: uonitumq; ciere aiebat, si quis cum etiam in uentrem letale uenenum hæret, alexiterium siue amuletum ebibisset. Et sanè nos quoque huius fecimus periculum in lepore marino, & cantharidibus, cum se letale quippiam accepisse homines, su spicantur: uerum hæsto quod Lemnia sphragida habeat medicamento, protinus omne euomerunt, nec postea ullum illis accidit symptoma eorum que ad leporem & cætharides comitari consueuerunt, tametsi conuicta esset perniciosorum medicaminum exhibitio. Ceterum an ad alia mortifera medicamenta, hæc inquam que uocant deleteria, eandem uim habeat medicamentum quod ex fructu iuniperi & terra Lemnia conficitur, mihi utique ignotum est. At ille ab Hephæstide profecto asserbat, adeo ut & rabentis canis morsum cam sanare diceret in uino diluto epotam at ulceri ex aceto impense affpositam: Sed et aliarum ferarū idem ex aceto sanare referebat, extrinsecus folijs herba rum in super impositis, que putredini resistere didicimus. In primis uero prædicabat Scordium, deinde Centaurium exile, inde Marrubium. Porro si quando nos sanè ad ulcera cacoethe et putrida terram Lemniam adhibuimus, magnifice profuit. Vfus autem est pro prauitatis ulceris magnitudine. Quippe id quod grauius olet, impenditq; laxum molleq; est, ac sordidum, sustinet ut uel per acerrimum acetum Lemnia terra in lutosam soluat consistentiam, aliorum more pastillorum, quorum alius alio utitur: hæc autem Polydia, et Præstionis et Andronis, et qui nunc dictus est, quæ Betinum uocant. Siquidem bi omnes ualenter desiccantes profunt ulceribus contumacibus, soluti interim quidem in uino dulci, interim sapa, interim ænomelite, nonnunquam etiam aliorum uinorum quopiam, aut suluorum, aut stauorum, prout nimirum usus postulat. Nam de talibus alibi definetur. Similiter uero quandoque soluuntur aut ex aceto aut uino, aut aqua, aut oxymelite, aut oxycrato, aut melicrato. Porro Lemnia terra ex aliquo comprehensorum soluta medicamen fit idoneum tum recentibus glutinandis uulneribus, tum medendis inueteratis, ægre ad cicatricem uenientibus, et contumacibus.

EX PAULO AEGINETA.
Lib. vii. cap. ii.

Ex terra medicaminosa, Lemnia rubrica, quæ sphragis, hoc est, sigillum appellatur, exiccando et conspando mo-

derate uirulentis medicaminibus præsentem amuletum existit. Medetur itidem maleficis hircubris, admixto aceto, seu uino. Ad hæc sanguinis eruptiones quasanicque sifunt et intestinorum tormina, deapsentium quoque hælcerum naturam immitantia, intestino mulla prius, mox salislagine etiam eloto, sedat.

EX ALCANZI.

Sphragis Lemnia quæ præsertim adulteria non admiserit, sanguinis reiectionibus medetur, in os probe inspersa. Omnem siquidem Hemorrhagiam profuentem undecanque sanguinem, ut si qua alia, præter opinionem reprimi.

DE CIMOLIA TERRA,

CAP. XLIII.
NOMENCLATURA.

TERI Chimolea, seu Thin Chimulia, Arabibus.
Κιμολία γῆ, Græcis: Cimolia creta seu terra, Latinis.

GENERA, EFFIGIES, ATQ; ELECTIO,

EX DIOSCORIDE.

Lib. v. cap. cxxxv.

Cimoliæ creta duo itidem genera sunt: candida altera, ad purpurâ inclinatio colore altera, nativam quandam pinguitudinem habens, & quum tangitur frigiditatem cunctis alijs anteferenda.

TEMPERAMENTVM, AC INVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. ix.

Porro Cimolia cum misce sit facultatis, partim refrigera, partim etiam digerit, sed leuiter: proinde dum lauat hanc facultatem deponit atq; exuit. Ab hęc eo secundū utrasque agit facultates, ceu alia quoque compositorū medicamentorum plurima digerentia pariter & repercutientia. Porro utramque facultatem facile indicat modo illi miscentur humores naturæ contrariæ. Nam si misca sit repercutientibus refrigerantibusque, lutum quod ex ipsa et illis conficitur, refrigerans repercutiensque efficit. Sin digerentibus, & ipsum digerens. Sic ambustis conuenit. Atque idiotæ quidam protinus aceto macerant illinum. Sed in tali usu non impense acris sit acetum oportet. At si tale sit, aquam miscere præstat. Et illud mihi semper memoria teneto, ceu commune omnis terræ leuis. Omnes enim ambustia inuunt, continuo illite ex aceto, aut oxycrato, nimirum bullas existerè prohibentes. Ceterum contemplan dum in super est, corporis curandæ que sit natura siue habitudo, durane an mollis: id in uniuersum semper præ oculis habendo, corpora mollia ualentium medicaminum uim haud posse perferre, dura uero posse.

EX DIOSCORIDE.

Lib. v. cap. cxxxv.

Discutiunt ambe aceto dilutæ secundum aures abscessus quos parotidas uocant, panos, tuberculaq; alia. Ambustis quam primum utiliter inunguntur, pustulas excitari in eis prohibentes. Testium durities reprimunt, & toto corpore inflammationes. Sacris ignibus aduersantur: habent que in uniuersum sinceræ multiplicem usum.

DE TERRA QVÆ

PNIGITIS APPELLATR,

CAP. XLIIII.

NOMENCLATVRA.

TERI Hanem, Arabibus *ἡμῆτις ἰσῆ*, Grecis. Pnigitis Terra, Latinis.

EFFIGIES, AC IUVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. v. cap. cxcvi.

Quæ Pnigitis Terra appellatur, colore ad Eretriam in clinante est: crassiores habet glebas, & ipsa tactu manum refrigerans, linguamq; adeo glutinans, ut ex illa pendeat. Potest eadem Cimoliz, vires tamen infirmiores illi quam Cimoliz, sunt: pro Eretriade quidam eam uendunt.

EX GALENO.

Simp. Med. ix.

Est & alia terra dicta Pnigites, tota quidem facultate Cimolizæ assimilis, cæterum colore diuersa. Est enim atra, perinde ut Ampelites. Porro uiscositatem & tenacitatem non minorem quam Samia terra obtinet, imo nonnunquam etiam maiorem.

DE AMPELITIDE

TERRA, CAP. XLV.

NOMENCLATVRA.

THIN ALCHARIN, seu Teri Hamen, cum Ampelidite terram quæ Pnigitis dicitur, confundit. Arabibus *ἡμῆτις ἰσῆ* & *φραγκῶν ἰσῆ*, Grecis. Ampelitis seu Pharmacitis terra, pariter Latinis. Lutum uitis, Barbaris.

LOCVS, EFFIGIES, AC IUVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

lib. v. cap. cxcvii.

Est & Ampelitis Terra quam plerique Pharmacitium uocant, in Syriæ Seleucia nascentem. Nigra in hoc genere cæteris omnibus anteferenda est, exiguis picæarum carbonibus similis, assulatum scissilis, equaliter splendens, & quæ primum trita aliquid olei inspergitur, liquefens: reprobanda ediuerso cinerulenta nec liquefens. Disficiendi refrigerandiq; vires habet. Vfus eius ad honestandam palpebras tingendumq; capillum. Vtilis & unguendis uittibus antequam gemmas proferant: uermes siquidem in illis nascentes enecat.

EX GALENO

Simp. Medicis.

Nunc rursus ad medicaminosam terram reuertor, quæ proinde quod aqua irrigata facile in lutum soluitur, terra appellatur, quia uerò ea utimur uelut alijs medicamentis,

idecirco non iniuria Græce Pharmacitis, Latine medicaminosa sola uocatur nempe quia aut sola est eiusmodi, aut euidentiorem uim medicaminosam possidet. Id quod sanè uerum est. Nominatur autem Ampelitis, non quod uitem in ea fertre præstat, sed q; uiti circuli interminat nascentes in ea uermes, quos Scipias apud nos uinitores cognominant. Nasçitur porro hi incute uere, & uergerinate uites, tur greeq; earum pars uerde germem exit (quem oculum nominant) incipiunt. Hos igitur oculos Scipias depascentes, non leuem uiti noxam afferunt, ac proinde ocalorum istorum radices, qui hæc sapiunt, inungunt ac illinant. Hac itaque ratione Ampelitis & Pharmacites id genus terra appellata est, uel ex eo quod Scipias perdat, quantum habet facultatis medicaminose indicans. Sed & à reliqua terra, quæ ad curationes utimur, multum diuersa est: quippe quæ proxime ad lapideam perueniat quam ob rem miseri eam in medicaminum scriptiõibus comperies, ubi exicare atque digerere quid opus est. Nec enim mordacitatis expers est, nec moderata, nec mitigandi uim obtinet uelut Chia, Samia, & Selnusia.

DE SVLPVRE,

CAP.

XLVI.

NOMENCLATVRA.

CRIBRIT, seu Rabrie, Arabibus *ἰσῆ*, Grecis, Sulphur, Latinis, Barbaris ac Officinis. Zolfo seu Solfo, Italis. Lebeadiger Schuebel, nempe uiuum & nondam ignem expertum, Germanis. Piedra azufre, Hispanis.

ELECTIO, AC LOCVS.

EX DIOSCORIDE.

Lib. v. Cap. cxcviii.

Probatissimum habendum Sulphur, quod quia ignem expertum non est, & *ἄπυρον*, id est, uiuum appellatur, quodq; in eo genere splendet, pellucet, nec calculosum est. In eo autem quod ignem expertum fuerit, primam bonitatis æstimationem habent quod uiride & pinguisimum est. Plurimum nascitur in insulis Melo & Lipara.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO

Simp. Medicis.

Sulphur omne trahendi uim possidet, estq; temperamenti calidi, atque essentie tenuis, adeo ut ad multa uenenatorum animalium resistat. Si quidem ego aduersus turturum marinum & draconem sepe numero eo sum usus, & cum id piscatores quosdam docuissent, reuerso post aliquantum tēporis magnifice medicamentum eo commendarunt. Vfus eius est ut & sicum icū inspergatur, & cum salua mistū nam cum & hoc excogitasset, ab experientia comprobari reperi. Sed & urina maceratum idem effectum excogitaui. Docebat enim piscatores medicamentā maxime parabilia dixiq; pulchre illos et cū oleo ueteri, et melle te resina tere binthina usuras. Et sanè horū omniu experientia iudicū præstitit. Quin & pforas & lichenas, & lepras, non raro hoc

pro hoc medicamento cum resina terebinthina sanavi. Extergit enim omnes id genus afflicti, absque ut in profundum repellat, cum alia multa medicamenta que illos curent, mistam habeant potentiam, nempe ut digerant pariter et repercutiant.

EX DIOSCORIDE.

Lib. v. cap. cxxiii.

Calefacit antedictum Sulphur, discutit & celerrime maturat. Tusi preterea, purulenti excretionibus suspiriosisq; suffitu & in ovo sulphuris opitatur. Suffitu etiam factus trahit. Lepras, itemq; impetigines et scabros ungues pellit, terebinthina resina exceptum. Ex aceto idem contra lepras utiliter inungitur, ut ilignes tollit. Medetur scorpionum ictibus resina mixtum Ex aceto eadem utilitate contra scorpj & marini drachonis ictus utiliter inungitur. Sedat & toto corpore pruritus cum nitro confricatum. Fellic suffusione purgat cochlearis podere fronti in persum, aut in sorbili ovo sumptum. Facit preter hec ad narium mucum, & in subiectas partes a capite destillationes. Sudores idem compefcit corpori in persum. Podagra eo ex aqua utiliter inungitur, Grauitati aurium medetur per fistulam subeunte in aures napore eius. Prodest eodem suffitu ueris etiam. Sanguinis profluua cohibet. Sanat et contusas aures, ex uino addita myrrha eo inunctas.

DE RUBRICA SINOPIDE.

CAP. XLVII.

NOMENCLATURA.

MOGAR, seu Magra, Arabibus. ΜΙΑΤΟΣ & ΙΟΥΡΩΣ, Grecis. Rubrica Sinopis, seu Rubrica Sinopica, Latinis. Sinopida, Barbaris. Magra, Officinis. Almagra, Hispanis.

ELECTIO, LOCVS, TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA,

EX DIOSCORIDE.

Lib. v. cap. cx.

Sinopis rubrica que densa, ponderosa, iocinoris colore, non calculosa, sibiq; ipsi tota concolor est, & que cum diluitur copiose diffundatur. Foditur in Cappadocia ex spelancis quibusdam purgataq; Sinopē fertur, in qua uenditur: inde cognomine inuento. Habet secandam uires rubrica Sinopis, opplet, adstringit, ea propter uulnerarijs emplastris miscetur, pastillisq; qui secando & adstringendo sunt. Silitur preterea alum in ovo hausta aut clystere in usum. Datur eadem iocinorosis etiam.

EX PAVLO AEGINETA.

lib. vii. cap. lii.

Rubrica Sinopica maiorem habet uim quam Lemnia, emplasticis inseritur remedijs, tenasiq; uetris in pori sumpta interficat.

DE FABRILI RUBRICA.

CAP. XLVIII.

NOMENCLATURA.

MOGAR, seu Magra, haudquaquam inter Sinopicam & Fabrillem Rubricam distinguentes, Arabibus. ΜΙΑΤΟΣ ΤΕΚΤΟΝΩΝ, Grecis. Rubrica Fabrilis, Latinis. Terra rossa, & sinopia, Italis. Roetelstein, Germanis.

GENERA, LOCVS, ELECTIO, AC IUVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. v. cap. cxi.

In cunctis ignauere Sinopide Fabrilis Rubrica est. Optima in hoc genere Aegyptia est & Carthaginensis, friabilis nec calulosa. Fit & in occidentali Hiberia ex uisita Oebra mutato colore in Rubricam translata.

DE OMNI SALE,

CAP. XLIX.

NOMENCLATURA.

MELEH, seu Melba, Arabibus. Ἀλς, Grecis, Sal, Latinis, Barbaris, ac Officinis. Sale, Italis.

GENERA, LOCVS, ATQ; ELECTIO,

EX DIOSCORIDE.

Lib. v. cap. cxxv.

In toto Salis genere efficacissimus fossilis (Sal gemma, Officinis ac Italis.) est, conuniturq; in hoc qui candidus, pellucidus, densus, concretionem sua equalis, nec lapidosus est. Priuatum uero genere ammoniacus id est ha renarius, scissilis, uenis per longitudinem redit, in marino probandus maxime densus, candidus & sine asperitate equalis. Optimus hic in Cypro & cypru Salamine. Fit in Sicilia etiam Sal, sit Megaris & Libya. Inter predictos autem palustris anteferendus cunctis est: ualidissimq; in hoc, genere Phrygius quem Tatum uocant.

TEMPERAMENTVM, IUVVAMENTA, CREMANDIQ; MODVS.

EX GALENO.

Simp. Med. ad.

Sales eiusdem genere facultatis sunt, siue fossiles sint, siue marini: utrum hoc differunt, q; salis ex terra effossi substantia magis sit compacta, ac proinde in hoc maior est & partium crassities, & adstringendi potentia. Itaque marinus affusa ipsi aqua protinus liquefcit, ac fossile hoc non perperitur. Porro eiusdem speciei cum marino est qui in stagnis quibusdam salcedinem habentibus nascitur, esta te uidelicet aquis estu ex ijs absumptis, cuiusmodi est Tragastus, non procul a Sminthio. Confluit enim illuc ante aquas spontaneas, que admodum sunt calidae, copiosa aqua stagnans non amplo in loco: & ea estate omni absumitur, a sole uidelicet arefacta. Porro quoniam locus ipse salcedinem natiuam continet, q; reliquum est eius omne, Sal est, cognominationem a loco pariter & aquis fortitus. Nam spontane & ipse illis in locis aque Tragastie nuncupan-

tur. potētia summe exiccatoria: & sane qui in ea regione sunt medici, ad hoc illas accommodāt. Porro dictum est et de Sodomis in mari mortuo uocato prouenientibus, in quarto libro, quē si quis librum diligenter perlegerit, illi tantum refricare memoriam nunc opus est, ut exposita gustus qualitate, ipse medicamenti facultatem cognoscat. Igitur eam qualitas falsa digerat simul & contrahat contacta ab ipsa substantiā, uocatum aphroditō in hoc differt, & in ipso unum modo saporem exuperantem expresse sit uidere, quem uocant amarum, uim habentē digerenti, haud etiā contrahēdi uti Sal. Nā hie quicquid in corporibus humidum inest, id totum quodammodo absūmit: & quod reliquum est substantiā solidā, adstrictione contrahit: ac proinde etiā conditūra sua corpora siccāt, et ā patreine tuētur. Quippe quae putrescent, excrementum continent humorem substantiamque tum dissolutam, tum minime compactam, quibus ergo corporibus nulla prorsum est humiditas superflua, ceu melli optimo, & corpus solidam & compactum est, ceu lapidibus, ea ut putrescant est impossibile: ac proinde in his Salis non probatur usus: uerum in ijs in quibus suspensa est patredo. Sal uisus digerit quidem potentius quam uisionis ex pers, quanto scilicet tenuiorum partium ipsum corpus accepta ab igne facultate recitari: uelut & in alijs quae combusta sunt, euenire monstratum est. uerum non perinde ei qui non est uisionem expertus, solidam ipsam substantiā contrahere constringereque potest.

Simp. Med. lib. cap. cxxx.

Ceterum cuius gratia oratio ad bituminosum digressa est flagnum, id nondum omne expositum est: nullum enim in eo neque animal, neque planta inesse conspicitur: imo cum duo in eum flauium confluant longe maximi, piscium quae copia scateat, maxime qui prope Ierichontem fluit, quem Iordanē nominant, nullus omnino piscium flauiorum ostia excedit, ac si captos quis in laeu inijciat, celeriter mori eō spicit: adeo est omnibus, tum hominibus, tum plantis inimi eam quod exacte amarum est, & quod squalidum pariter et siccum est, atque natura uelut fuliginem ab exsiccatione referens. Quamquam ne illius quidem flagni aqua exacte amara sit: quippe cum nec ipse Sal. Vocant autem id Sodomennam, à circumiacentibus stagnum montibus, quos Sodomā appellat, multique ipsum accole ad omnia, ad quae nos alio utimur sale accommodat. Vis eius nō modo plus quam cuiusuis alterius salis exiccatoria est, sed & extenuare natura, quae scilicet plus quam alius exsiccata est. Omni enim salī obscura quaedam adstringendi uis inest, quae eas quae cōdiuntur carnes constringit, densatque: potissimum ubi durus & minime fragilis extiterit. Talis est exactissimus quidē fossilis fere omnis: Minus autem illo marinus: tum qui multis in locis aquis leuiter salis arcescentibus prouenit: Tertium locum obtinet fossilis, abstergere magis quam adstringere contrahereque potens: Proximas his uires habet Sodomiticus, eque atque marinus durus: ceterum ob admirabilem amaritudinem, facultatem ualentius abstergentem ac digerentem quam marinus possidet.

Comp. Med. Κατὰ γυν. ij. cap. v.

Præter alia hoc quoque Sal eximum habet, ut adstringat magis quam purget.

Multiplicem comuniter prædicti Sales uim omnes habent: Adstringunt, exterunt, repurgant, disiccant, reprimunt, extenuant, & crustas urendo inducunt, solo magis & minus inter se differentes. Excedentia compefcunt. Miſcentur & his quae ad exterendas cutis asperitates & scabies conſeuerant. Reprimunt quae in oculis excreſcant. Vngues oculorum abſumant. Tollunt præterea carniū excreſcentes omnes alias. Chyſeribus utiliter miſcentur. Contra laſitudines ex oleo pari utilitate inunguntur. Inunguntur eodem modo etiam Salibus ſubeuntium cutem aquarum tumores. Calentes iſſam facies inditi impoſitiq; dolores leniunt. Pruriginē fedant ex oleo & aceto uſq; ad ſudorem prope ignem inuicti. Impetiginos quoq; lepras itidem & ſcabies: contra anginas ex melle, aceto & oleo utiliter inunguntur. Contra tonſillas columellamq; oris cum melle toſti, hūlceraq; itidem quas apthas uocāt: humore diſſuentes gingiuas, & hūlcera phagedenas cum polenta emplaſtri modo imponuntur. Scorpionum iſtibus cum lini ſemine: uiperarum uero morſibus cum origano, melle & hyſſo po emplaſtri modo impoſiti, medentur. Contra ceraſtem cum pice aut cedrino liquore aut melle. Contra ſcolopendras cum aceto & melle. Contra ueſpas erabronſq; & capitis hūlcera quae pſydracia, & quae thymos appellant, nec non panos, uitiſino adipe excepti. Cum uua paſſa ſuſſone donec igniti candent. Quadam ſoſſibus uocant, & teſtium tumores diſcutiunt. Cum origano fermento quae celeriter eadem tubercula maturant. Crocodilorum morſibus remedio ſunt triti & in linteolo colligati, tum in aceto demerſi, in quem uſum uinculis locum adſtrinxiſſe prius oportet. Venenatorum morſibus ſuccurrit. Sugillata eum melle delent. Contra opium ſungoſq; cum aceto mulſo bibuntur. Luxatis cum farina & melle imponuntur. Bullare ambaſta ex oleo impoſiti prohibent. Podagris utiliter etiam imponuntur, & in dolore aurium ex aceto. Sacros ignes & hūlcera quos herpetas dicunt ex aceto inuicti, aut cum hyſſo impoſiti compeſcunt. Cremandi Sales hoc modo ſunt. In teſtaceum uas conijcito Sales: & ne diſſiliant, diligenter operculato, tum carbonibus obruito donec igniti candent. Quidam ſoſſibus cruſta piſtorio opere paſijcio modo conſecta circumſilientes, carbonibus iniectos dimitunt uſque dum cruſta illa tota cremata ſit. Licet & communes Sales hoc modo cremare: Aqua eos abluito, diſſiſſoſq; donec ſecentur in ſicile conijcito, operculatoſq; uſito continue miſceas, donec amplius non diſſiliant.

DE SALIS SPUMA SEU LANVGINE, CAP. L.

NOMENCLATURA.

Α' Λός Α' ΧΥΗ, Græcis. Salis spuma uel Lanugo, Latinis. Spiuma di Sale, Italis.

EFFIGIES, LOCVS, TEMPERAMENTVM, AC INVAVENTA.

EX DIOSCORIDE.
Lib. v. cap. cxxvii.

DE LITHARGYRO,

SPUMA'VE ARGENTI, CAP. LII.

Spumosa maris lanugo Salis Spuma est. Inuenitur in sa-
cis, easdem Salis vires habens.

EX GALENO.
Simp. Med. xi.

Halos achne, spumosa e Salis efflorescentia, multo tenuio-
ris naturae quam Sal ipse: quare et extenuare & digerere
multo plus ipso potest: utrum quod substantiae est reliquum,
contrahere ut Sal nequit.

NOMENCLATURA.

MARTECH, Arabibus. Ἀθράγγυρος, Graecis.
Lithargyros seu Spuma Argenti, Latinis. Li-
thargirium, Barbaris, ac Officinis. Litargio, Italianis. Li-
tharge, Gallis. Glett, Germanis. Almaraga, seu Litargi-
rio, seu Yexes de Oro, seu Poluos de Cauallo, Hispanis.

DE SALIS FLORE,

CAP. LI.

GENERA, ELECTIO, LOCVS, CREMANDI,
ABLVENDI, DEALBANDIQ. MODVS.

NOMENCLATURA.

Adσ αἰθρος, ἢ Ἀλακώδης, Graecis. Salis Flor,
Latinis. Fior di Sale, Italianis.

EX DIOSCORIDE.

lib. v. cap. ci.

LOGVS, ELECTIO, ET ADVLTERIA.

EX DIOSCORIDE.
Lib. v. cap. cxxviii.

Defertur Nilo aegypti flumine Salis Flor. Innatet &
paludibus quibusdam. Probatum qui sit croceo colore, odo-
re ingrato ceu gari, nonnunquam etiam grauiore, maiore in
gusto erodendi vi, cum pinguitudine aliqua. Improbatur
qui Rubrica colore rubet, grumosusq. est. Syncerus oleo
tantum resoluitur. Adulteratus iniecta aqua, defluente co-
lore diluatur.

TEMPERAMENTVM, AC INVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. ix.

Quidam ut unum nomen Halosanthos, quidam diuiden-
tes Halos Anthos nominant. Est autem hoc medicamen li-
quidum, tenuiorum partium etiam quam sal usus: tum acris
qualitatis, & admodum digerentis facultatis.

Ad Glaucomem. ij. cap. v.

In scirrhostis quidem tumoribus vim dissolutiuam supe-
rare conuenit: parum autem eius, quod stringendi vim ha-
bet, admiscendum est. Cum igitur de numero simplicium et
sponte nascentium medicamentorum Flo Salis tali sit na-
tura praeditus, sanat Splenes induratos, si extrinsecus ip-
sis in vesica apponatur.

EX DIOSCORIDE.
lib. v. cap. cxxviii.

Facit ad malefica dolosaque huiusmodi, et huiusmodi phage-
denas Salis Flor. Facit ad ea quae in genitalibus nascendo
serpunt, purulentas aures, & hebetes oculos: cicatrices
albuginesq. eorum tollit. Additur in emplastra. Miscetur
& unguentis, qualiter in rosaceo fit, coloris causa. Sudo-
rem cit. Aluum turbat cum vino & aqua sumptum. Stoma-
cho nocet. Miscetur acopis & his quae extenuo sunt, ad
extenuandos palpebrarum pilos: in uniuersumq. salis mo-
do feruidus & acris est.

Fit Argenti Spuma quaedam ex Harena, quae a Graecis
Molybditis quasi Plumbaris uocatur, in fornace usq. dum
tota in ignem penitus transferri, coacta. Fit quaedam ex Ar-
gento etiam: quidam itidem ex Plumbo. Bonitate antecedit
alias omnes Attica: secundus illi honor ex Hispania est, post
has quae in Dicaearchia, Campania, Sicilia, Puteoliis &
Bais sunt: Copiosa enim omnibus his locis conficitur, plu-
beis incensis laminis. Appellaturq. quae flauo colore est et
splendet, Chrysitis quasi Aurea, omnium optima. Quae ue-
ro in Sicilia fit, a candore Argyrutis quasi Argenteae nomi-
natur. Quae postremo ex Argento fit, Calauritis appella-
ta est. Coquenda Argenti Spuma hoc modo est: In frustra
inglandis nucis magnitudine cum diuidio, in carbonibus
posito, solibusq. usq. dum ignita candeat, ventillatur. Aufer-
to deinde inhaerentes illi sordes omnes purgatamq. repo-
nito. Quidam aceto uinoque redinflatam, iterum & tertio co-
quant, sicq. coctam reponunt. Lauatur eadem cadmie simi-
liter, dealbaturq. quo mox dicitur modo: Sumit argenti
spumam quae & Argyrutis quasi argentea dicta est, et si ea de-
sit, aliam: diuidioq. fabarum magnitudine Attici modij men-
suram, tum in nouum coniecit sicile, aquamq. superinfun-
dito, candidi tritici modium adiciens. Seorsum a tritico iti-
dem in puro raroque linteolo quantum manu capies, hor-
deum colligato, & sicilis aure suspendito. Coquito de-
inde donec disrumpa cute frangantur hordea. Post haec in
nouum patentioris quae oris craterem translatis omnibus,
tritium quidem eicit a reliquis seperatum: spumam ue-
ro argenti ad fusca aqua lanato, manibus quamualidissime co-
fricans: mox separatam ab aqua argenti spumam siccataq. in
Thebatico mortario calida superinfusa aqua donec solu-
ta omnis sit, terito: tum per colum traiecta aqua rursus in-
tegram diem terito. Vespere autem iniecta calida aqua di-
mittito. Matutino deinde effusa aqua, nouam superinfundi-
to: terq. septem diebus effundito pariter et infundito. Post
quod tempus fossilis Salis drachmas quinq. spumae argenti
pondo miscetas: calidaq. ad fusca aqua ter per diem confrica
bis, miscens et per colum traiciens. Cumq. candorem traxe-
rit, calidam superinfundens aquam, idem facito donec salu-
ginis nihil superesse illi sentiat: tuncq. sub ardentissimo
sole siccata omni exaecto humore reponito. Quod si id no-
lis, spumae argenti quae & Argyrutis dicitur, pondus libram su-
mito, concidito diligenter, concisaq. triplum fossilis tritium

Salem misceto, & in nouum ficile omnia conijcito: super-
 insulaque aqua usque dum superflet, quotidie matutino &
 uespero misceto, aquam continue superinfundens, sed nihil
 ex priore aqua effundens, idque tringinta diebus facito: ni-
 si enim miscueris, in testacea soliditatem duratur. Post hæc
 effusa leniter salsa omni aqua illa, in Thebaico mortario
 argenti spumam terito, coniectamq; in ficile superinfusa
 aqua manibus diligenter misceto, primam effundens & no-
 uam continue superinfundens aquam, donec omnem salsu-
 ginis saporem amiserit. Acceptum postremo quod in spu-
 ma argenti candorem duxerit, in passillis conformato, &
 in plumbea pyxide seruato. Quidam argenti spumam in
 frusta sabbarum magnitudine diuisam, in crudo iullo uen-
 tre in aqua coquant, quousq; uenter coctura flascet: ex-
 ptam deinde & cum pari Sale tritam, ut præmostratum est,
 lauant. Sunt etiam qui salis pondò libram & spumæ argē-
 ti tantundem sub sole in aqua terant, a quam continue ef-
 fundentes, donec candorem duxerit. Alij aliter etiam id
 agunt. Sumitur spuma argenti quantum aliquis uoluerit:
 candidaq; lana inuoluta argēti spuma in nouum ficile cōij-
 citur: tum additis aqua & purgatæ non tamen uetuste fa-
 be manuali mensura coquitur. Cuncte disruptæ sabæ erūt,
 & lana cādorem duxerit, exempta argenti spuma noua la-
 na inuoluta iterum coquitur, additis aquæ cyathò sabbarūq;
 pari mensura, & eadem antedictis omnia tertium sunt: in
 uniuersis junq; usque dum lana ultra non inficiatur. Postre-
 mo cum in mortarium argenti spumam transtuleris, octo-
 ginta Atticis eius drachmis fossilis salis pondò libram mi-
 sceto & terito. Dimitto deinde aliquantulum, mox nitri
 quam candidissimi aqua diluti quadraginta et sex drachmas
 illi adijcito, rursumq; terito donec candorem spuma argenti
 duxerit: sicq; in ficile patentioris oris translatam copiosa
 superadijusa aqua considere sinito: et quæ consederit, per co-
 lum trajecto, noua superadijciens aquam, & manibus mi-
 sceas. Quo tempore ut iterum considerat dimitto, & quæ
 consederit per colum trajecto alternisq; predicta omnia
 facito, donec pura effluat aqua, dulcisq; sit nullo salsuginis
 sapore. Post omnia in nouum ficile translatam, omniq;
 sensim per colum trajecto humore, diebus quadraginta per
 canis æsum in sole habeto, siccatoq; & utere.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.
 Simp. Medicis.

Lithargyrus desiccatur quidem uelut alia omnia metallica,
 lapidea terenaque medicamenta, uerum omnium id efficit
 moderatissime: & secundum alias tum qualitates, tum fiscal-
 tates quodammodo in medio est, neque manifesto excalsa-
 ciens, neque refrigerans: modica tamen adstringendi abster-
 gendiq; facultas ei inest: quamobrem inferior est & seruo-
 ticis medicamentis, que medicoriter exteriorgentia ostendū-
 mus, & contrahentibus atq; adstringentibus. Ceterum ad
 intertrigines faciorum utilis melior est: quandoquidem
 nitriusque iam diste facultatis uelut est particeps. Iure
 itaque medi ordinis in metallicis habebitur. Proinde ea
 frequenter utitur ceu materia ijs miscentes que ualentem
 facultatem obtinent siue mordicantem, siue adstringentem,

uel aliud quid piam efficientem, sicut in liquescentibus ad-
 pleraque medicamenta. ceram adhibemus tanquam materia,
 quia salicet & ipsa quodammodo medium tenet eorum que
 ualentem facultatem possident.

EX DIOSCORIDE.
 Lib. v. cap. ci.

Vis Argenti Spuma que candorem iam probe contraxerit,
 cana explore, carniū excrecentias reprimere, ad cicatri-
 cem perducere, refrigerare & opplere. Videtur autem lo-
 ta Argenti Spuma oculorum medicinæ accommodata esse:
 fœdis itidem cicatricibus, rugosis uulnibus & maculosis.

EX ALCHANZI.

Argenti Spuma que candorem iam probe contraxerit,
 cicatrices papularū, quas Ἐξοχθίματα Græci nominat,
 ualentius quam que candorem non duxerit, potissimum ex-
 terit. Contra graue itidem alarum uirus illinitur, ac suda-
 res compefcit.

Aluum & urinam supprimit, pota Argenti Spuma.
 Strangulatum idem concitat, & interimit.

DE NITRO, APHRO:
 LITRO, ET SPUMA NITRI,
 CAP. LIII.

NOMENCLATURA.

BAVRACH, Arabibus. Νίτρον, ἢ λίτρον, Græ-
 cis. Nitram, Latinis. Barbaris, ac Officinis. Ni-
 tro, Italis.

BAVRACH AFRICE, Arabibus, ac Barba-
 ris. Ἀφρόλιτρον, Græcis. Aphrolitrum, seu Aphri-
 canum Nitrum, non inconcinne, Latinis.

AFFRONITVM, Arabibus, ac Barbaris. Ἀφ-
 ρόνιτρον, καὶ Ἀφρός του Νίτρον, Græcis. Aphronitru,
 seu Spuma Nitri, Latinis.

GENERA, LOCVS, ATQ; ELECTIO.

Nitrum eodem pene modo quo Sal in fodinis gignitur.
 Alibi siquidem e nitrosus aque densatur: alibi lapidis in-
 star effoditur: alibi colore rufes rubrone: alibi candido,
 cineritioq; seu puluereo aspectu, ac uersicolore. Salmi-
 trum autem quamquam e Nitri censu habeatur, uiribus ta-
 men longè admodum distidet.

EX ISAAC EBBEN AMRAM.

Nitrum multa habet fastigia seu genera. Alterum nigrū,
 nitrum Armenū appellatur, quippe quod ex armenia affer-
 tur: Alterum uero simpliciter Nitrum, ex R abath allatiū:
 quod rursus partitur in album & nigrum, fossitio pro-
 ximum sali, gustu inter salsedinem & aciditatem. Medi-
 cus autem quidam inquit, Nitri duo dantaxat esse fastigia:
 facitium & fossile: fossile autem est quod e fodinis erui-
 tur: cuius etiā duo habetur genera, Armenum et Aegyptiū.

Præcellit

Præcellit tamen Armenium, quæquæ ad nos non nisi Aegyptium afferatur. Aegyptium vero bipartitum etiam acceptum: alterum eternum simpliciter Nitrum cognominatur, salinè in lapidem ferruminatum proximum, colore subrufo, gustu saluginoso, modice tamen odoris adspersione amaror: alterum vero Nitrum panis: quo in Yaya salis uice in pane utitur: aqua enim liquatur, ac inde panem illinunt antiquè in farinum conficitur ut sic probe contrahat candor. Factitium autem Salnitrum appellatur, seu Sal petrosus: ut incendi et abstergerendi præditum. Fit vero è nitrosa materia plumbicè humiditate, & Kali inuicè mixtis, & igni admotus.

EX RASB.

In Introductione ad Praxim.

E Nitri censu est Nitri factitium: candidum: spumosum, omnium probatissimum colore terre seu puluere: nec non Tincar arte factum, & ueluti sigillo consignatum.

EX DIOSCORIDE.

Lib. v. cap. cxxxix. & cxxxv.

Probatum quod leue & sine pondere est, roseo colore aut albo, & spongiarum modo fistulosum: quale est quod ex Bumis affertur. Vires exalto in summum euocandi habet. Probatissima Nitri spuma quæ leuissima est sine pondere est, quæ crustacea, friabilis, colore pene purpureo, spumosa, gustumque, erodens, qualis est Philadelphe lycinæ affertur. Secundam bonitatis estimationem habet Aegyptia. Nasctur & in Magnesia Carie.

INTERSTITIVM, TEMPERAMENTVM,
AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. lib. v.

Aphroditræ ab Aphronitro differt. Litri enim Aphros, hoc est spuma medicamentum est exicatorium, aspectu triticæ farine similis. Etenim alba est, nõ ut asis peræ flos, cinerica. Aphronitrum uero farine speciem non habet, neque solutum est, sed congelatum & coactum, quo omnes qui in balneis sordes exterunt, quotidie utuntur: ea detergendi facultate, ut non modo sordes extergeat, sed etiam pruritum sanet, nempe discussis eo quæ ipsam excitant saniebus. Non abs re itaque medici ex eo multa digerentium medicaminum preparant. At spuma Litri, eiusdem quidem cum Litro tum nature, tum facultatis est, ceterum essentia tenuioris. Dicitur tamen paulo ante est Litrum in medio consistentem habere facultatè Aphronitri & Salis. Aphronitro enim sola inest usi extergendi: salis uero etiam adstringendi multo magis, ac extergendi.

Eodem libro, at paulo infra.

Nitrum dicitur est supra in medio esse Aphronitri et salis uirium: ceterum usum proprius ad Aphronitrum accedit, utpote exustione tenuius redditum: desiccatur itaque ac digerit: & si intro in corpus sumatur, secat et extenuat crassos lentosque succos potentius multo quam sal. Aphronitrum uero nisi grauis urgeat necessitas deaurandum non est, nimirum inimicum stomacho: quandoquidem plus etiam Litro incidit. Sane ad fungos suffocantes, rusticus quidam uti eo dissoluit: & semper profuisse probatum est. Ceterum Nitro isto simul & non isto, & multo etiam magis eius spuma in talibus uti consueuimus.

Simp. Med. lib. v. cap. xxx.

sic & Nitrum ipsum, & ipsius spuma, & quod composita appellatione uocatur Aphronitrum, ceteris magis extergere possunt, nempe quia minime adstringunt, et exacta sunt amara.

Eodem libro, cap. xxxi.

Sic in genere salis, qui durior est & densior, terrestri orq; qualis fere est uniuersus fossilis, minus calidus est, subtilissimè minus partium: qui uero rumpi facilis, laxusq; tenuior simul & calidior est: in quo genere est & qui subamarus est, medianè quodammodo naturam inter salen darum et Aphronitrum obtinens. Sane & inter Aphronitrum quædam sunt duræ, & crassæq; essentia, quæ nec facile liquari in aqua queant. Verum de prauis non est in hoc loco nobis sermo, sed de his quæ iuxta nominis rationem essentia, habent spumofam, qualis utiq; est & ipsa nitri spuma. Est enim ea omnium modo ditorum tenuissima: uelut & asis peræ flos: multum enim & hic quoque, tenuis est, sed aphronitro minus calidus. Quare utiq; carniam excrementiam minore cruciatu colligat: mordicat autem eas nitri flos: mordicat uero & aphronitrum: nec fecius quoque & ipsam nitrum, tametsi illis sit minus calidum.

EX DIOSCORIDE.

Lib. v. cap. cxxxix.

Vires habent & Nitrum & Nitri spuma salis equales: cremanturq; illi similiter. Amplius tamè id Nitrum Nitricè spuma posunt, ut tormina finiant trita & in aqua dulci addito cymino pota, aut cum decocto aliquo eorum quæ in flatationes disicere possunt, quale est ruta anethiue, aut anistiniunguntur his etiam in suspitione accessionis circulares febres. Miscentur emplastris quæ disicunt, extrahendo, ex terendo & extenuando sint. Medetur purulentis auribus, earumq; inflationibus & tinitibus cum calida aqua uinouè illis instillata. Purgant & sordes cum aceto issem instillata. Cum uislo asininoiue adipe rabidorum canu morsus & abscessus quos dothienas uocant, terebinthina resina excepta sanant. Cum caricis contra autem subeuntes aquas emplastri modo imponuntur. Exceptis melle ad claritatem inunguntur eis oculi. Bibuntur et contra fungos utiliter in posca: in aqua, contra buprestim: contra taurinum sanguinem, cum silphio. Imponuntur emplastri modo etiam utiliter his qui cibum non sentiunt: cum cera luxata & in scapulis rigentibus in decessione, & cum iam decessit malum. Miscentur pani etiam utiliter, danturq; uescenda ad linguam resolutam. Coquant quidem prædicta, Nitrum silicet & Nitri spumam, in noua testa ignitis carbonibus donec candeat superposita.

DE CALCE QUAM
GRAECI ASBESTON, ID EST, NON RESTINCTAM
AQVA VOCANT. CAP. LIIII.

NOMENCLATURA.

HORACH, seu Nira, seu Nure, Arabibus. A' O' B' I' O' T' O' S, Græcis. Calx uina, Latinis, Barbaris ac Officinis. Calcina uina, Italis. Vngelischer halch, Germanis. Cal, Hispanis.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

GENERA, AC FABRICA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. v. cap. cxxxii.

Fit hoc modo Calx: Sumito marinorū Buccinorū testas, igne eas obruito, aut in candentes igne furnos conijcto, finitoq; integram noctem illic esse. Matutino deinde si candorem contraxerint, tollito: sin minus, coquito iterum usq; dum penitus ablescant. Frigida deinde aqua restinctas, in nouum scilicet ināitas, diligenterq; uetere lacinia operculatas, integram noctem dimittito. Matutino deinde si Calcis totam et integram confessionem transferint, tollito reponitoq;. Fit et ex coctis fluminum uoluntate atritis lapidibus. Fit ex uulgarī albo lapide etiam, que alios omnes bonitate antecedit.

TEMPERAMENTVM, AC IJVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. ix.

Calx, uina quidem, que cō BēTTOS Græcè dicitur, uehementer urit, adeo ut crustam efficiat: extincta uero protinus etiam crustam molitur et ipsa: at post diem unum aut alterum minus urit, minusq; inādere crustam potest. At uero temporis progressu prosum nec crustam quidem genere quit, tamen si etiamnum calfaciat, carnemq; liquet. Porro si laetetur in aqua, suam mordacitatē exurit: efficitq; inuicupatam Græcè ξοξοξ, Latine lixiolum. At ipsa absq; morfu resiccat: ac si bis terq; aut amplius abluta fuerit, plane mordacitatis experta constituitur, ac strenue, absque mordacitate exicat.

Simp. Med. viii.

Est et Calx cineris quedam species, ceterum tenuioris essentie quam qui ex lignis fit: nimirum quanto lapides extictius torrerit ut cinis fiant postulant: tamen multum re liquum in se habet uelut nature ignee, quod uocat̄ εαυτὸν εὐξοξ. Proinde elota medicamen est circa morsum desiccans, magisq; si bis terq; laetetur. Ceterum si marina aqua abluta sit, admodum digerit.

EX DIOSCORIDE.

lib. v. cap. cxxxii.

Habet cōmunit̄ omnis Calx feruida uim, erodit, urit, et ignium modo crustas inducit. Excepta quibusdam alijs calx, quæ sunt oleum, aut adeps, maturandi uim acquirit, molli, dissicit, et ad cicatricem perducit. Efficaciorq; cum eis existimanda est recens, et que aquis nondum aspersa fuerit.

DE SALE AMMONIAC

GO.

CAP.

LV.

NOMENCLATURA.

HYXANDER, seu Nausader, Arabibus. Ἀλς ni fallor, αμμωνιακός, Græcis. Sal Ammoniacus, Latinis. Sal Armoniacus, Barbaris, ac Officinis. Salmiæ, præsertim scythicus, Germanis.

EFFIGIES, LOCVS, GENERA, ATQ; ELECTIO, TEMPERAMENTVM, AC IJVAMENTA.

EX ISAAC BBN AMRAM.

Sal est candidus ac purpureus rubrusq;. Effoditur autem et lapidibus maxime duris et translucentibus, gustu nimirum salis, ac summe etiamnum particeps mordacitatis. E Coraseni uero seu Cyrene aduehitur. Sunt et non pauca in eius genere colorum differentie, nigricans enim quidam est quidem puluereo aspectu, alius etiam candidus. Præcellit tamen qui colore est tum puluereo tum candido translucente quam proxima Crystalli similitudine, ad medicinæ usus potissimum laudatus. Excalfaciendi enim sic candiq; facultatem habet, in quarto nempe recessu. Exterit quoque, attenuat, et repurgat, uires præterea ex alto in summum euocandi habet. Vnæ itidem procedenti humorum influxu remedio est.

EX MESSA.

Vim excalfaciendi obtinet, in quarto nimirum abscessu. Estq; accerrimè siccis.

EX ATABARI.

Repurgandi, humores crassos attenuandi, nec non ex terendi uribus pollet, et acrimonia. Prodest autem deie ctæ faucium columelle.

EX ALCHANZI.

Laxatæ oris columelle, et anginis auxiliatur. Albugi nes etiam ocalorum seu suffusa exterit. Excalfacit uero ordine quarto iam completo.

DE AERE,

CAP.

LVI.

NOMENCLATURA.

HOHAS, seu Nhas, Arabibus. Κάλκος, Græcis. Aes, Latinis. Es, Barbaris, ac Officinis. Rame, Italis, Kupfer, Germanis. Cobre, Hispanis.

VIRES.

EX PHILOSOPHO.

Vasa omnia ex Aere tam ad comedendum quam ad potandum conflat, sunt maxime noxia, præsertim ijs qui ea habent in frequentiori et continuo fere usu. In elephantia sim equidem, canerum, ac dolorem tum ictericorum tum litem prompte incidunt: præcipue si alimenta acida, uina uero dulcicia fuerint, que ex eis asumantur, et hauriuntur: eodq; magis si per integram diem ac noctem in eis moram contraxerint. Vas in super ex Aere Piscibus frixis et ad huc calentibus impositum, eos adeo inficit, ut sint instar ueneni letales.

DE CREMATO AERE,

NOMENCLATURA.

Καλκός,

Χαλκός Κεκαυμένος, Græcis. Aes crematum seu usū, Latinis. Es usūm, Barbaris, ac Officinis. Rame abruciato Italis. Kupfer stein, Gebr ant aertz, Germanis. Alhadida, seu Ferrete, seu Cobre quemado, Hispanis.

ELECTIO, AC FABRICA.

EX DIOSCORIDE.
Lib. v. cap. lxxxvi.

Probatur crematum Aes quod rubet, & in attritu Cinabaris colore est. Nigrum ultra quam oportebat crematum fuisse se indicat. Confitur ex clavis solitarum navium in crudo fistili compositis, adiecto sulphure & pari sale, al ternisq; his inspersis: operculum deinde fistili & sigulari creta circumlitum, in fornacem coniectum usque dum in tigre cremetur, dimittitur. Quidam sulphure & sale alumen inspergunt. Sunt etiam qui sine sulphure & sale compositum in fistili Aes pluribus cremant diebus. Nonnulli præterea solo sulphure utuntur, verum fuligine hoc nigre scit. Alii clausos fistili alumine additis aëto & sulphure un gentes, in crudo fistili cremant. Quidam etia aëto tantū insperfos in æneo lebetē cremant: cūq; semel Cremati erunt, iterū & tertio idem agunt, tunc, reponunt & servant. Primæ bonitatis prærogativam habet quod in Aegypria Memphide Crematum fuerit: secundam quod in Cypro.

TEMPERAMENTVM, INVAMENTA, LAVAN
DIQ. MODVS.

EX GALENO.
Simp. Med. ix.

Aes usum habet & acrimoniam quandam, sed & ad strictionis est particeps. Proinde si laeuer, pulcherrimum est medicamen, inducendis cicatricibus: quanquam ipsam præstare & antequam laeuer possit, potissimum in ærne duriore: alioqui in molliore comnodius est quod ablu tum est.

EX DIOSCORIDE.
Lib. v. cap. lxxxvii.

Est cremato Aeri vis adstringere, siccare, extenuare, reprimere, extrahere, hulcra repurgare, ad cicatricem perducere, oculorum vitia, exterre, carnum excrescentias minuire, & que serpendo pascunt sistere. Vomito rium præter hæc crematum Aes in dulci aqua potum, aut cum melle linctum aut inunctum. Lavatur cadmie modo crematum Aes quater quotidie diffusis, donec illi nullus super sit splendor. Quinetiam recrementum eius pariter lotum easdem habet vires, verum minus efficacies.

DE FLORE AERIS,
CAP. LVIII.

NOMENCLATVRA.

ZAR ALNHAS, aut Zer Alnhas, Arabibus: Χαλκός δυδός, Græcis. Flos Aeris, Latinis, Barbaris, ac Officinis. Fior di Rame, Italis.

ELECTIO AC FABRICA.

EX DIOSCORIDE.
Lib. v. cap. lxxxvii.

Flos Aeris quem ex antiquioribus aliqui veterum clavorum psegmi, Resegmina scilicet & micae dixerunt. Probatis simus qui friabilis est, et in attritu ruffescit quique exiguis granis quibus constat, milio similis est: mediocriter splendet ramentisq; & scobe aeris, quibus adulteratur caret: quod dentibus & reprehenditur, prolatanibus se sub eis, ramentis illis & scobe. Fit Flos Aeris quum in metallicis fornacibus liquefacto ere per cola à fornacē ad cisternas pertinentium canalium, fluere Aes coeperit: quo tempore qui illic rem tractant, sordes purgantes, purissimam superfundunt aquam, refrigerare volentes. Ex repentina itaque densatione concretaeque; antedictus flos aeris emicat & quasi expatitur.

TEMPERAMENTVM, AC INVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. ix.

Flos Aeris tenuioris essentie est, quam aut Aes usum aut Squama. Merito itaque ex eo factis collyrijs extergunt auferuntq; palpebrarum magnas asperitates, quas uocant scycofes.

EX DIOSCORIDE.
Lib. v. cap. lxxxviii.

Adstringit Flos hic Aeris etiam, excrescentias reprimi, exteris que claritati oculorum officium, egregie erodens. Crassa præter hæc tribat ponderetrium obolorum datus. Absumit carnosam narium vitia, & papularum in sede eruptiones ex animo reprimi. Tritus idem, sed ex candido Aere factus, in diutinis aurium grauitatibus statu per fistulam in eas utiliter demittitur: coluellaq; & tonsillas oris melle exceptus & admotus reprimi.

DE SQVAMA AERIS,

CAP. LIX:
NOMENCLATVRA.

Αέρης, Græcis. Squama Aeris, Latinis, ac Officinis. Bati tura Eris, Barbaris. Squama di Rame, Italis. Hamerschlag & Kupfer Schlag, Germanis. Esquama de Cobre, Hispanis.

ELECTIO, LOCVS, TEMPERAMENTVM,
INVAMENTA, ET ALBVENDI MODVS.

EX DIOSCORIDE.
Lib. v. cap. lxxxviii.

Probatissima Aeris Squama est que in Cyprijs æarijs ex clavis Cyprio Aere confectis crassa decutitur: Elitissq; id est, Clauaris uocatur. Dannatur contra que vulgari Aere aut candido confecta tenuis & infirma est: quam & nos reprobamus, antefertur illi crassam, rubentem, & quum aceto inspergitur, Aeruginem ducentē. Habet Squama Aeris adstringendi, reprimendiq; & extenuandi vires: Sistit que pascendo serpent, exest, & ad cicatri

cem perdit. Pota eadem cum malsa aqua corporis aquas trahit. Quidam farine eam compingentes, pilulas ex ea deglutendas dant. Miscetur præterea oculorum medicamentis: siccatur enim eorum destillationes, & palpebrarum asperitates absunt. Lauatur Squama Aeris etiam hoc modo: Puræ sicæq; Squamæ Aeris pondio semissem in lapideam pilam simulq; limpida aquam conficito, manu tñ diligenter misceto, usque dum Squama subsidat. Auferto deinde que subsederunt: diffusaq; priore aqua illa, celestis aquæ sextarium superfundito, apertaq; manu ualidissime quasi depurgans in pila conficito. Quum autem remittere lentorem aliquem ceperit paulatim aquam usque ad sextarios sex superfundito, ualidissime confricans, Squamamq; manu per pile latera conuerrens ualidissime illic etiam fricito. Postremo per colum traictis omnibus quod defluxit in pyxidem rutilo are consecram transferito & seruato. Est enim hoc ceu Squamæ Flores uiribus effcacissimum, & in oculorum medicina, utilissimum: quod seu perfuit infirmum & inefficax. Id quoque similiter Lauatur, donec nullam lentorem ex se remittat. Peractis his linteolo operculatum biduo sine motu aliquo dimitendum est: tum effusa omni superstante aqua, siccatur in pyxide seruabitur. Quidam Cadmia modo lotam Aeris hanc Squamam reponunt & seruant.

DE SQUAMA STOMOMATIS, CAP. LX.

NOMENCLATURA.

TVBEL, seu Battiture SABARTAM, seu Cortex Aftas, Arabibus, ac Barbaris. Δέντρο τὸ μωχρὸς, Græcis. Squama Stomomatis, seu ex Chalybe quæ Acerem uocât, Latinis. Squama Chalybis, Officinis. Squama d'Acciaio, Italis. Esquama de Azero, Hispanis.

IVVAMENTA, ET ABLVENDI MODVS.

EX DIOSCORIDE.
lib. v. cap. lxxxv.

Squamæ autem Stomomatis uis est eadem quæ Aeris nurgina. Lauatur etiam seruatorq; similiter: nurgina tamen alio ignauior quam Squama Aeris est.

DE ARGENTO, CAP. LXI.

NOMENCLATURA.

FEDHE, seu Fada, Arabibus. Ἄργυρος, Græcis. Argentum, Latinis, Barbaris, ac Officinis. Ariento, seu Argento, Italis. Plata, Hispanis.

TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA.

EX ADAMASTI.

Refrigerandi exicandiq; facultatem habet. Argenti au

tem scobis, lima detrita, cordis palpitationi quæ πάλμης καρδίας Græcis appellatur, remedio est.

DE ARGENTI RECREMENTO, CAP. LXII.

NOMENCLATURA.

Ἐκκρίσις Ἀργύρου, ἢ Ἐΰλυσμα, Græcis. Argenti recrementum, Scoriciæ, & Helcysma, pariter Latinis. Loppa d'Argento, Italis.

TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA.

EX ALCANZI.

Helcysma uocatur Argenti Stercus seu recrementum. Contra scabies autem, & pruritus magnifice pollet.

EX DIOSCORIDE.

lib. v. cap. c.

Helcysma seu Argenti Recrementum, Plumbagini eadem habet uires, ea propter nigris emplastris, & his quæ ad cicatricem perducunt miscetur, ob eam quam habet adstringendi & extrahendi uim.

EX GALENO

Simp. Med. lib. i.

Porro Argenti Scoriciam proprie Helcysma appellant. Verum emplastris quibusdam reficicatoria facultatis commiscetur.

EX PAVLO AEGINETA.

Lib. vii. cap. lli.

Helcysmata, argenti recrementa appellantur, ea plumbagini consimiles habent uires, emplastris fuscis, quæ Phæas nuncupant, & ijs quæ cicatricem conciliant, inseritur, quoniam astringunt & euellunt.

DE STANNO, CAP. LXIII.

NOMENCLATURA.

FERENG, Arabibus. Κασσίτερος, ἢ Κοσσίτερος, Homero inter Græcos. Stagnum, seu Stannum, Latinis. Barbaris, ac Officinis. Stagno, Italis.

LOCVS, TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA.

EX ABENMBSEHAI, ET ALBASARI.

Fereng est uulgo uocatum Stannum. Exicandi refrigerandiq; uires obtinet. Ex Visabar autem aduehitur. E subterraneis siquidem fodinis priuatim eruitur, cuius singula frusta, tres pendunt drachmas, usque ad quinque, plus minusue.

EX ASAVERI.

Chymicorum arti, & oculorum medicinae potissimum expetitur.

EX RASE.

In tenuissimum pollinem friatum, Scorpionis ictibus in potu assumptum, remedio est.

DE PUMICE,

CAP. LXIII.

NOMENCLATURA.

FANECH, Arabibus. Κίτρισις, Graecis. Pumex, Latinis, Barbaris, ac Officinis. Pomice, Italis. Pymfen stein, Germanis. Piedra Pomex, Hispanis.

ELECTIO, CREMANDI, MODVS.

EX DIOSCORIDE.

Lib. v. cap. cxxiii.

Probatur Pumex qui leuissimus, fistulosus, scissilis, nec in attritu harenosus, quiq; facillime teritur, & candidissimus est. Crematur Pumex, cremandiq; hic modus est: Summo Pumicis quantum uolueris: ignitis obruto carbonibus: cumq; candens iam factus fuerit, amotum ab igne odorato restinguito uino: rursumq; eundem eodem modo coquentis pariter restinguito: tertio itidem eodem, ab igne amotum si nito per se refrigerari: refrigeratumq; reponito et utere.

TEMPERAMENTVM, AC INVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. Lib.

Pumicem si inter metallicas recenscas, calumniabuntur quibus animus prurit accusanti libidine, & si inter lapides ponas, lapidem esse negabunt: ac multo minus terram esse concedent, nec marino rum haberi quod ipsi uolent. At qui alicubi tamen de illo dicendum est: quippe qui in sarcotica in datur medicamenta, et ea quae dentes extergunt, partim utionem non expertus, partim etiam usus, quando uidelicet, alijs omnibus combustis similiter, substantiae efficiunt tenuiores. Caterum utione quiddam acquirunt acrimonia, quam rursum lotione exiit. Videtur autem poterit splendorem conciliare non tantum facultate, sed etiam asperitate: uelut etiam si Smirin, aut Testam, aut hoc genus quipiam tritum admoneas. Quae certe & ipsa splendorem afferunt, forte utroq; tum quia detergendi habeant facultatem, tum quia asperitatem. Eundem in modum cornua deusta dentes splendidos efficiunt.

EX DIOSCORIDE.

Lib. v. Cap. cxxviii.

Adstringendi uim Pumex habet, gingiuis exterit, purgat quae claritati oculorum officium, calefacitque similiter. Hincera explet, et ad cicatricem perducit: excrescentias reprimet. Idem trius dentrificum est. Crustas ignium modo exulcerans inducit depilgat. Retulit Theophrastus, si in fermentis musti dolium Pumicem demiserit aliquis, cessare uini quam primum omnem feruorem.

DE CADMIA,

CAP.

LXV.

NOMENCLATURA.

CLIMIA, seu Chlimia, Arabibus, Barbaris, ac Officinis. Καδμεία, Graecis. Cadmia, Latinis, ac Italis. Grauer Augstem, Germanis.

GENERA, ELECTIO, LOCVS, FABRICA, ADVLTERIA, CREMANDI, ABLVENDI, MODVS, TEMPERAMENTVM, AC INVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

lib. v. cap. lxxcxi.

Probatissima Cypria Cadmia est, & in eo genere quae Botrytis (Hancocia, Mauritanis.) quasi Acinosa appellatur, densa, mediocriter ponderosa, leuitatis propior, aspectu acinorum figura, colore Cinerule quam Graeci Spodio dicunt similis: quae contusa cinerem intus habet, & rubiginosa est. Secundae bonitatis praerogatiuam habet quae foris caeruleo colore est, intus calido, maculis Alabastris (Zasari, Arabibus.) lapidi similibus. Tales plerumq; sunt quae ex antiquis foduntur fodinis. Est & Cadmia alia Placodes quasi glebosa aut crustacea appellata, quae maculas lineis similes habet: camq; ob causam Zoniti id est Cingularis eam uocat. Vocatur et Ostracitis alia (Cazasi, Arabibus,) quasi Testacea, concretionem suam gracilis, & plerumq; nigra, ter estri & testacea superficie. Damnat quae candido colore Cadmia est. Viles oculorum medicinae Acinosa & quae Onychitis id est Alabastris dicitur: reliquae emplastris & sicando accommodatae sunt, ad cicatricem perducentes. Ex Cypro utiliter omnibus in Cadmia est: quae enim ex Macedonia, Thracia & Hispania afferuntur, inutiles. Adstringendi uim Cadmia habet, coctam explet, sordida purgat, oplet, secat, crustas ignis modo obducit, carnis excrescentias reprimet, & quae Graeci cacothe dolosa malefica hucera appellant, ad cicatricem perducit. Est Cadmia ere in fornacibus accensa, adherente fornacum parietibus & cameris eius fanilla. Grandes haec ferreae sunt, ab Aerijs Aesides appellatae, summis fornacum cameris inserte, ut retineant sidantq; in eis, quae ab ere sursum feruntur. Ea continue magis magisque insidentia in corpus paulatim augentur. Fitq; aliquando unum cadmie genus, aliquando duo, nonnuncquam omnia. Conscitur cadmia etiam cremato lapide qui Pyrites dicitur, ex superstate Solis in Cypro mote effo. Inueniuntur in eodem monte etiam Chalcitidis, Mijoes, Soreos, Atramenti, Carulei, Chrysocolle, Atramenti Sutorij & Diphrygis seu uene quaedam. Sunt qui affirmant etiam in lapidicinis inueniri Cadmiam, Lapidum multa similitudine decepti, qualis prope Cumas lapis inuenitur, nulla potestate. Verantamen deprehendunt, quod leuiores Cadmia lapides hi sunt, & commaducati nulla nouitate gustus sensum movent: quodq; in commanducando lapide laborant & egredie opus & consciant dentes: in Cadmia uero, quoniam ea cedit, nihil huiusmodi patiuntur. Deprehenduntur etiam quod friata & aceto macerata Cadmia,

cum in sole siccatur, exudato humore coit: lapis contra nihil tale ostendit. Deprehenduntur itidem, quod lapis tritus & igni impositus dissiluit, summusq; igni concolorem ex se mittit: Cadmia contra manet, luteamq; favillâ & eri concolorem uersicoloris singuli modo ostendit. Lapis præterea igne candes, tum refrigeratus, murato colore leuior erit: Cadmia nulla in re mutabitur, præterquam si quis ali quot diebus eam coquat. Fit Cadmia etiam in argenti fornacibus candidior, minus ponderosa, minorq; efficacia. Coquitur cadmia antedicta carbonibus obruta donec pellucet, bullasq; recrementi ferri modo agat, tum uino Amineo resinguitur. Quæ uero ad scabiem oculorum priuatim expetitur, aceto. Quidam sic coctam Cadmiam diluentes iterum in crudo fistili cremant, donec aspectu pumicosa fiat: rursusq; uino diluentes, tertio eam coquunt, usq; dum tota in cinerem resoluatur, nihil operatiss in se habens, & pro Cinerula que Spodium a Grecis dicitur, ea utuntur. Lauatur trita etiam in mortario, effusa continue aqua, donec nulle subsistant fordes seruantur, in passillos conformata.

EX GALENO
Simp. Med. ix.

Cadmia fit ubi in fornacibus Aes paratur: nempe tota terra illa ex qua Aes generatur, in fornacibus in alium egerente uelut fuliginem quampiam, aut fauillam siue utcumque appellare libebit. At si non terram sed lapidem nuncupare uelis, ex quo in fornacibus secerando partim fit Aes, partim Cadmia, partim Diphryges, nihil sane reulerit. Sed & in argenteis metallis efficitur simili secretionem siue generatione, aut quomodo eam uocare uoles. Quin & ex Pyrite lapide in fornacibus uesto fit Cadmia. Ceterum absque fornace in Cypro Cadmia inuenitur: dicitur quispian illam lapidem nuncupat, itaque in Solis, quo tempore ego in insula peregrinabar, paucissimum etiam erit Cadmia quæ in fornacibus fit. Verû lapidibus qui in montibus & riuus reperiebantur, à metallis profecto acceptis, eos in Asiam, Italiamque portari ad amicos, à quibus summam inuicem gratiam, quod se uel maximâ manus accepisse dicent, & que alia omni Cadmia multo esset præstator. Et talem certe merito quis lapidofam (calaminaris uulgo, Salmey Germanis.) uocet Cadmiâ. At eius que combusta est aliam Botryitiam, aliam Placitiam medicis nuncupant: Botryitiam quidem, que in editioribus doctorum, in quibus fornaces extruæ sunt partibus colligitur: Placitiam uero, que in inferioribus. Ac liquet sane Botryitiam partium esse tenuiorum, erefiorum uero Placitiam, utraque autem in desiccandi eorum alia metallica omnia, & lapidosa terrenaque. Porro præter desiccandi facultatem mediocriter item extergit. Attamen que in fornacibus colligitur, ignis facultatis aliquid habet necesse est. Merito itaque lauantes eam medicamentum efficiunt mediocriter tû desiccans, tum extergens absque mordicatione, utile ad ulcera impletionem poscentia, & in oculis, & in toto corpore. Porro ulcera magnopere humida aut putrescentia in corporibus impendio molliibus, qualia sunt eunuchorum puerorum, ac mulierum, eiusmodi Cadmia adiuuat. At in durioribus & contentioribus, quæ ualentius desiccant requiruntur. Itaque illud semper memoria tenendum, sermone ad temperatam & mediam ex-

cessuum naturam in ijs omnibus quæ ita simpliciter offeruntur, referendum: puta cum dicimus medicamentum aut uiscera carne implere, aut cicatrice claudere, aut alius quiduis eius generis præstare ad quem utique & nos respicientes, leuiter desiccatoriam absterforiamque Cadmia inesse facultatem dicimus. In caliditatis autem & frigiditatis differentia temperata quodammodo existit Cadmia nempe neutrum insigniter efficiens.

DE PLUMBO,

CAP. LXVI.

NOMENCLATURA.

RASAS, seu Alanoë, uel Alabar, Arabibus. µεταλλος, & cæcis. Plumbum, Latinis, Barbaris, ac Officinis. Pimbo, Italis, Plomb, Gallis Pley, Germanis. Plomo, Hispanis.

TEMPERAMENTVM, AC INUAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. ix.

Plumbum facultatis est refrigeratorie. Siquidem non modo multam habet substantiam humidam à frigore congelatam sed & aerem, paucâ autem terream. Igitur quod plurimum habet essentie humidæ à frigore coactæ, indicium tibi est, quod ubi admotum est igni, celeriter fundatur fluatque. Quod uero & aeris fit particeps, hoc habet signum. Omnium quæ nouimus, unicum Plumbum tum in ole ipsa, tum pondere augetur, si condatur in edibus subterraneis aerem habentibus turbidum, ita ut quæcunque illic ponantur, celeriter situm colligat. Tum etiam plumbeæ statuarum uincula, quibus earum pedes onneduntur, sepe numero creuisse usum est, & quedam adeo, intumuisse, ut ex lapidibus dependenter crystalli modo. Atque hæc probabiles quidem sunt humiditatis eius frigiditatisq; nota, prius quam experiri: ceterum scientificæ & certæ per experientiam cognoscuntur. Preparato igitur mortario, simuloque pistillo utrisq; ex plumbo, infunde quælibet liquorem: itaq; terito ut & pistillus, & Plumbum mortarium succum quandam reddat: id quod ex utroq; constabit, multo erit frigidius facultate quam liquor iste fuerat. Licet autem & aquam, & uinum reme aquam, & oleum inmiscere, aut quiduis eiusmodi. At si etiam plus efficeret succum uoles refrigeratorium, oleum omniacimum sit, aut rosaceum, aut melinum, aut myrrinum. Porro si succo qui proponitur uti uoles, optimum habebis remedium & ad phlegmonas in sede cum ulcere aut rugis, & ad eas que in pudendis, testibusq; & uerbis consistunt: similiter ad uersus cæteras omnes fluxiones incipientes, que aut in inguina, aut in pedes, aut in alium quomuis articulum decumbunt. Sed & ulceribus rebellibus utile est. Nam & ad caneros eo utens, uirtutem medicamenti mirabere. Quod si celeriter multum succi Plumbei uoles colligere, conare in sole terere, aut quocumq; certe modo dere excoctas. Multo autem utilissimum habebis medicamentum, si ad solo refrigerantium succorum quopiam teras, seu semper uini, cotyledonis, in tybi, lactuæ, Chondriles, pisij, Omphacis,

portulacæ. Porro si qua horum nõ facile in succo soluuntur, uelut portulacæ, misceto illis aliorum succorum quempiam, uelut omphacis, qui & ipse per sese prædicto mortario inditus, medicamentum efficit refrigeratorum longepulcherimum. Quin & in laminam ductum Plumbum ipsum per sese athletarum sese exercitantium lumbis inseruitur, ubi Veneris somnijs uexatur scilicet: nimirum haud obscure eos refrigerans. Sed & bractea tenuis ex Plumbo facta probe gangliis illigata, plane ipsum dissipat. Illigabit autem probe quisquis ab Hippocrate didicerit in ipsum noxam potius firmandum, quam hinc uel inde.

EX DIOSCORIDE.

Lib. v. cap. cccii.

Quinetiam contra marini Scorpij Draconisq; utiliter simplex conficitur Plumbum.

DE LOTURA PLUMBI, ET ELOTO PLUMBO, CAP. LXVII.

NOMENCLATURA.

Μόλυβδος πικρῶν υγρῶν, Græcis. Plumbum elo-
tū, Latinis, ac Officinis. Piombo lauato, Italis.

LOTURA, TEMPERAMENTVM,
AC IUVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. v. cap. cccii.

Lanatur Plumbum hoc modo: Aquam in plumbeum mortarium conijcitur, plumbeoq; pistillo confricato usque dum nigrescat, & in limbum crassetat aqua: Per linteolum deinde eam traicitur, aquam identidem superfundens, ut quod detritum est, totum transfundatur: Idem iterum facito, donec satis tibi esse uideatur. Sinito post hæc quod lotum fuerit considerare, effusaq; priore aqua et superinfusa alia, Cadmiæ modo lauato quousq; nulla supersit nigredo, conformatumq; in pistillo reponito. Quidem purum Plumbum lima deterentes, in lapideo mortario, lapideo pistillo terunt, aut manibus cum aqua confricant. Quod sub manibus paulatim apparet confricando nigrescere, collectū abijciunt. Quib; id considerare permiserint, diffusa aqua quam primum in pistillo conformant: quod enim diutius confricatur, cerussæ simile fit. Sunt etiam qui plumbi ramentis lima detritis exiguan admiscant Plumbaginem, asferentes bonitate alia omnia sicut lotum Plumbum antecedere. Vis illis est refrigerare, adstringere, opplere, mollire, concaua explere, oculorū destillationes & in huiusmodi carnium exferentias com-
pescere. San guinem præterea sistit. Facit ad sedis huiusmodi, condylomata & hemorrhoidas cum rosaceo, & quæ ad cicatricem ægre perducuntur. Potestq; in uniuersum quemcunq; & cinerula, sine exulceratione tamen.

DE COCTURA PLUMBI
ET CREMATO PLUMBO. CAP. LXVIII.

NOMENCLATURA.

Μόλυβδος κηκευμένως, Græcis. Plumbum.ustum seu crematum, Latinis. Plumbum adustum, Barbaris, ac Officinis. Piombo abbruciato, Italis.

COCTURA, LAVANDIQ. MODVS.

EX DIOSCORIDE.

Lib. v. cap. ccv.

Crematur etiam hoc modo Plumbum: Sumito Plumbi quam tenuissimas lamellas, in nouo fictili eas composito, inspergito sulphure, alias superimposito Plumbi lamellas, rursusq; sulphur inspergito: iterūq; alias lamellas & sulphur donec fictile impleueris. Succendito deinde, accensog; Plumbo ferramento aliquo misecto, donec totum cinis factū sit: nihilq; non coctum aut Plumbeum superstit. Aucto de inde oclusis naribus, noxius enim halitus eius est. Crema tur idem alio hoc modo etiam: Delinatam Plumbi scorbem in fictile cum Sulphure conijcitur & coquito. Sunt præterea qui in crudo fictili compositas lamellas, ut præmonstratum est, in fornacem conijcunt, aut circumlito operculo, exiguoq; ad spiramentum relicto foramine in carbonibus cremant. Sunt qui cerussam aut hordeæ pro sulphure inspergunt. Alij simplices Plumbi laminas ualidisimo igni superpositas cremant, uersantq; ferro ualide, donec cinefiant. Difficilis tamen coctura hæc est: Diutiusq; sic coctum Plumbum, argenti spume colorem contrahit. Nobis prior illa coctura magis placet. Lanatur crematum Plumbū eadem modo & reponitur.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. ix.

Mirum ergo non est, si plumbum crematum, ac rursus ablutum, refrigerantis efficitur facultatis, cum ante lotionem misce fuerit. Et hoc ipsum medicamen, nempe plumbū combustum, bonum est ad ulcera rebellia. Vbi uero lotum fuerit, multo optimum medicamen est & ad ulcerum impletionem, & ad eadem cicatrice obducenda. Conuenit & Chironis quæ uocant ulceribus, & cancriosis omnibus, & putredinosis, tum ipsum per sese, tum medicaminum ad cicatricem perducentiū, quibusdam commissum, quale est quod ex Cadmia fit. Ceterum solendum est principio, si copiosa sit sanies, quotidiè: si minus, tertio aut quarto quoque die. Verum foris spongia imposito aqua frigida, quæ si desiccetur, rursus mergatur. Sed hæc fusius quam pro instituto diximus, plusculam sermone affinitate prouehi. At tempus iam est sequentia deinceps persequi.

EX DIOSCORIDE.

Lib. v. Cap. ccv.

Vires habet quales et lotū Plumbū, uerum efficaciores.

DE RECREMENTO
PLUMBI, CAP. LXIX.

NOMENCLATURA.

Μολυβδία μόλιβδου, Græcis. Plumbi scoria seu recrementum, Latinis, Scoria Plumbi, Barbaris, ac Officinis. Spiuma seu Loppa di Plombo, Italis.

ELECTIO, INVVAMENTA, AC LOTVRA.

EX DIOSCORIDE.

lib. v. cap. cxxvi.

Probatissimum Plumbi Recrementum quod Cerusse Spe-
tium maxime refert, quod densum est, difficile frangitur,
quodq; nullas habet Plumbi reliquias, colore ad luteum ac
cedente, & nitri modo pellucidum. Potest cremato Plumbo
eadem, magis tamē adstringit. Lavatur in lapidea pila adie-
ta aqua, tum in aliud vas diffusio quod luteo colore super
stabit. Agendumq; id quosq; totum absumentum sit recre-
mentum. Dimittitur postremo dum confidat, tuncq; effusa
aqua in pastillos dividitur & conformatur.

DE ALUMINE,

CAP. LXXIX.

NOMENCLATVRA.

SCEB, seu Seb, Arabibus. ΣΤΥΡΤΡΟΣ, Grecis.
Alumen, Latinis, Barbaris, ac Officinis. Alumē, Ita-
lis. Alun, Germanis. Alumbre, Hispanis.

GENERA, LOCVS, ELECTIO, ET
ADVLTERIA,

EX DIOSCORIDE.

Lib. v. cap. cxxvii.

In Aegypto Aluminis fere omne genus in insulam inveni-
tur fodinis: siquidem quod Scissile Alumen uocant, glebo-
si quod Bolitidem nominant veluti flos est. Nasitur alijs
locis etiam, Macedonia, in insula Melo, Lipara Sardiniaq;
Hierapoli Phrygiae, Libya, Armenia, plurib; alijs locis
Rubricae modo. Sunt eius plura genera, sed in medicina
usum habent Scissile, Rotundum & liquidum. Probatissi-
mum omnium Scissile, (Alumen Iameni, Arabibus, Alumē
plumae, Officinis, Alumē diuina, Ital.) & in hoc gene-
re quod recens, candidissimum, nec lapidosum: quod ual-
dissime adstringit: itēq; non glebae modo aut assulatum con-
cretum, sed sigillatim quasi in capillamenta caescentia diui-
sum, quale est quod priuatim Trichite, id est, Capillare no-
minant. Nasitur hoc in Aegypto. Inuenitur eodem loco
& lapis illi maxime similis, qui gustu deprehendendus erit,
non adeo adstringens. In Rotundo Alumine quod manu
hominis eam formam acceperit, reprobandum: ex figura
autem cognoscitur. Ante serendam quod naturaliter rotun-
dum bullosum est, modice candidum ualidissime adstrin-
gens, palloris & pinguedinis aliquid habens, & praeter
haec non lapidosum friabileq;. Natione praefertur alij ex
Melo insulae Aegyptium: in liquido pellucido & lacteo
praecipue probatur, quodq; sine asperitate est, omni sui
parte succosum, nō lapidosum, cum quoddam igniculo caloris.

TEMPERAMENTVM, INVVAMENTA,
CREMANDIQ; MODVS.

EX GALBNO.

Simp. Medic.

Styteria: huius medicamenti nomen ab adstrictione de-

ductum est: nam adeest illi uehementissima. Ceterum cum
sit crassum partium, tenuior quodammodo est alijs Alumi-
num generibus, quae uocatur Schiste, hoc est fistilis: proxi-
ma est Strongyle, & Astragalote. Admodum autem cras-
sa est, tum Liquida, tum Placites, & Plinthites appellata.

EX DIOSCORIDE.

lib. v. cap. cxxviii.

Habent Alumina omnia calescendi, adstringendi, repur-
gandiq; uires. Exterunt quae claritati oculorum officit.
Absument palpebrarum carnosa uita; aliaq; carnis ex-
crefcentias. Rotundo scissile efficacius est. Crematur chal-
citis modo alumina omnia. Compefcit excedentia, proflu-
uia sanguinis, bumantes gingiuas cohibet, mobileq; den-
tes ex aceto aut melle confirmat. Oris huiusmodi quas
aphthas dicunt cum melle profunt. Profunt & papularum
eruptionibus, itemq; aurium destillationibus cum seminali
herbe quae polygonon dicitur succo: lepris autem cum bras-
sica succo aut cum melle cocta. Pruriginibus itidem sebris
unguibus, digitorum pterygijs & perionibus, ex aqua illi-
ta. Contra huiusmodi quae phlegmatica nominat, cum aceti
fecce parig; galle cinere inunguntur. Contra uero ea quae
pascendo serpunt, cum duplo sale. Furfures cum piece & er-
uo inuncta exterunt. Contra lentes pediculisq; & amblyopia
ex aqua inunguntur. Inunguntur itidem praeter ea ad ar-
cedum odoris uirus ale & inguina. Ex Melo insula alumē
priuatim sterilitatem impedito conceptu facit, naturalium
ostio ante coitum appositū. Quinetiam foetus ex utero pel-
lit. Oris huiusmodi quas epulidas nominat, uuae, & scissilisq;
accommodata sunt. Ex melle etiam ori, auribus, & genitali-
bus inunguntur.

DE HAEMATITE

LAPIDE. CAP. LXX.

NOMENCLATVRA.

SCEDENIGI, seu Sadenei seu Alfadenei, Arabi-
bus. ΑΙΜΑΤΙΤΗΣ ΛΙΘΟΣ, Grecis. Haematites lapis, La-
tinis. Lapis Emaites, Barbaris, ac Officinis. Lapis,
uulgo Italis. Blutstein, Germanis.

ELECTIO, CREMANDI MODVS,
ADVLTERIA AC, GENERA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. v. cap. cxxviii.

Probatissimus Haematites lapis qui friabilis, rubescit aut ni-
ger est, in seipso durus & aequalis: Qui nullas habet admi-
xtas sordes, nec lineas aliquibus uariatur. Crematur He-
matites lapis Phrygio similiter, sed nullo modo perfundit-
tur. Vtendi quae modus & finis est, quum bullare inceperit,
& pondus amiserit. Adulterant eum quidam lapide qui
Schistos, id est Scissilis dicitur. In quae usum lapidis eius den-
sati & rotundam glebam sumunt: talis autem pars est, quae
radices eius uocantur: conscientesq; in uentrosium scissile
seruenti cinere obruunt, non multo post auferentes, attri-
tuq; in cote probantur, si haematite colorem duxit: quem si
duxerit

fluxerit: reponunt: sin minus, iterum nouo cinere obrunt, intuentes continue probantesq; inferuenti enim cinere ille longius relictus colorem mutat, mox etiam diffinit. Deprehenditur adulterata primum quidem diuisuris & lineis, quas pectinum modo per longitudinem diuisas habet: at non sic Hematites. Deprehenditur preterea colore quem hic floridum habet: Hematites uero profundioris & Cinnabari similem. Inuenitur Hematites preterea in Sinopide rubrica. Quinetiam ex Magnete lapide conficitur ad extremum coloris: qui uero per se nascitur, in Aegypto fossilis eruitur.

TEMPERAMENTVM, AC INVAMENTA,

EX GALENO.
Simp. Medix.

Lapis Hematites quem uocant a coloris similitudine id appellationis sortitus, tantum frigiditatis habet, quantum adstrictionis. Merito itaque ausi sunt medici ocularibus facultatibus lapidem miscere Hematiten. Ac solo eo utipossis palpebris exasperatis: si quidem cum phlegmone alpebra sint reddita, ex oio ipsam deluens: ac si magis, etiam per decoctum facni graeci. Ego uero circa phlegmoneu, ex aqua, incipito uero semper a modice humido, per specillum insundens. Vbi autem q; uires eius serat conspexeris, magis ac magis crassum officies: ac tandem adeo crassum facies, ut specilli cuspidem inangas secundum subiectionem aut euetisionem palpebrae. Hic idem lapis similiter in cote contritus, sanguinis exputioni competit, omnibusq; ulceribus. Porro sicus si ad tantum redactus fuerit leuorem, ut pollinem tenuitate aequet, reprimit excessentia, atque eo nullus solo atq; per se nascitur. Ego uero, ad ea quae dixi, usus sum facultate eius ex gustus qualitate comperita, cum mox experientia periclitari uellem, nunquid recte conticissem. Et ipsa quidem oculorum uicera solus per se cicatrice includit (Carpulo ante comprehensum est) attritus, ceterum affusus, aut inunctus. Nam & id experientia exploratum habeo.

EX DIOSCORIDE.
Lib. v. cap. cxxlii.

Est illi uis adstringere, calefacere leniter, extenuare, oculorum cicatrices & asperitates cum melo exterere. Cum humano lacte lippitudines, rupta, & cruoris suffusio nes in oculis emendat. Contra urinae angustias cum uino bibitur. Contra muliebres fluxiones itidem & cruenta sputa cum succo punicis mali. Finit ex eo etia contra oculorum affectiones accommodata collyria & aconia.

DE POMPHOLIGE,
QVE BVLLA: ET SPODIO, QVE CINE-
RVLA: ET ANTISPODIIS, QVAE CL-
NERVLAE VICES EXPLENTIA LA-
TINIS DICI POSSVNT, CAP. LXXI.

NOMENCLATURA.

THVCIA, seu Thucia, Arabibus. Barbaris, ac officinis. Περσπολυξ, Graecis. Pompholyx, seu Bulla, Latinis. Tutia, Italis.

SIDOS, Arabibus. Ἐπόδιον ἢ πόδος, Graecis. Spodium, seu Cinerula, Latinis. Tutia preparata, et Nil seu Nihil, Officinis.

Αντιπόδιον, Graecis. Antispodium, Latinis:

INTERSTITIVM, GENERA, FABRICA, ELECTIO, LOTVRA, CREMANDI MODVS, TEMPERAMENTVM, AC INVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.
Lib. v. cap. lxxxiii & lxxxv.

Bulla que in metallicis Pompholyx a Graecis dicitur, a Cinerula quam eadem gens Spodium uocat, specie differt: genere nullam habet diuersitatem. Nigriscent enim Cinerula, & ponderosior plerumq; est, festicus, terra, pilisq; plena: ex ararijs fornacibus ueluti derasa, & earum pauimentum purgamentum, Bulla uero pinguis & candida est, tanteque leuitatis, ut per aera uiolare poterit. Sunt etiam Bullae huius duo genera: alteru colore aeris & modice pingue: alterum candidissimum & extreme leuitatis. Fit que candida est Bulla, cum in coctura aeris liquescente eo qui in ararijs operantur, crebriorem friatam Cadmiam inspergunt meliorem facere eam uolentes: quas enim ab hac tenuissima sursum fertur fauilla, in Bullas tumet: Nec solum ex aere coctura; eius Bulla fit, uerum ex Cadmia etiam, confulso ad confectionem eius folibus uentilata, fit autem hoc modo: In domicilio quod duas habebit contiguationes fornax edificatur, in summo eius conuexus mediocri foramine peruia, & ad contiguationem ex superiore parte aperta. Paries domicilij etiam cui fornax adiacet, angusto foramine usq; ad fornacem, ad exitiendam folium fistulam perforatum. Habet praeterea ostiolum ad ingressum exitumq; ab opifice constructum. Coniunctum domicilio illi etia in quo fornax accenditur, alterum est domicilium, in quo folles sunt & uentilator operatur. In fornacem postremo carbones inieciuntur, & accenduntur aspicensq; opifex, ex locis supra fornacis caput tenuissime friatam Cadmiam inspergit. Idem facit & qui in inferiore parte est: simulq; carbones ingerit, donec omnem quam animo destinauerunt Cadmiam consumpserint. Incensa itaq; Cadmia, quod tenuissimum in ea leueque est, in superiore domicilio parte fertur, parietibus & conuexo testi haerens. Quodq; illic ex his quae sursum feruntur concreuit corpus, bullis a principio in aqua surgentibus simile fit: maiore deinde acceden te incremento, tanarum peniculis imitatur. Quod contra ponderosius in Cadmia fuit, deorsum fertur, & per fornacis terga & domicilij pauimentum diffunditur: idq; tenuiore illo aeternis existimatur, propterea quod est, & quon colligitur sordes secum trahit. Opinatur aliqui simili hoc modo tantum fieri antedictam Cinerulam. Veruntamen probatur maxime Cypria, quae aceto macerata, aeris balitum ex se mittit: colore picis aliquo, & caeni sapore est: et quae si ignitis carbonibus sincera imponitur, contra aera aeris colore seruet. Probanda ex praemissis inaeijs diligentissime est: Adulteratur enim tauri glutino, agnitis pulmonibus, aut marinis, crematisque caprificorum grossis alijsque huiusmodi quibusdam: ueruntamen facile deprehenduntur: nihil. n. quae probatur eorum q; praemonstrata sunt in cadmia inuenitur. Lauda coiter Bulla.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

hoc modo est: Avidam aquaue prius maceratam Bullam in puro mediocris raritatis linteolo colligatam, & in peluim celestii aqua plenum demittito: aqua; identidem proliuto, linteoli uinculum hac & illac agens: sic enim quod est in ea limosum & utile, transfluat: quod uero inutile & durum, retinebitur. Sinito deinde considerare, & quum confederit, aquam cum Cinerula per collum traicito, rursusq; alia superinfusa aqua misceto & diffundito: totiesq; id facito per colum traiciens & diffundens, usque dum nihil ha renoium subsidat. Postremo aquam per colum traieciam abijcito, siccatamq; Cinerulam reponito. Quidam siccam manibus quousq; satis est in aqua confricant, & ad crassitudinem mellis redactam per linteolum traicunt: quod uasculo eam excepturo superpositum non adeo tamen extensum sit, copiosaq; in linteolum illud adfusa aqua, ut facilius transluat, Cinerulam miscitum: quod ex ea in uasculo deflucit, & in eo spumosum fluitat, concubula latim auferens in nouo picato sicili reponit. Quod uero subsedit, sensim cribro filtratum in aliud uas diffundunt, relictis in fundo si qua harenosa erant: rursusq; subsidere permittentes, que lapidosa sunt in aliud puru uas per colli traicunt: idq; tadium agunt, donec pura & sine harenulis Cinerula sit. Alij Cinerulam totam ut se habet, paulatim aquam coniungunt, exsiccantes que harenosa & lapidosa in ea sunt, proprio pondere in uasculi fundum defensura fessucas uero pilosq; & huiusmodi, leuitate sua in summo fluitatura: separatam deinde ab his Cinerulam in medio positam, in lapideam pilam conijciunt, Cadmie modo lauant. Lauatur uino Chio etiam, cui marina aqua admixta sit, quibus pramonstratum est modis. Estq; hec maioris adstringendi uis, refrigerandi, explendi, purgandi, opplendi, & aliquatenus siccandi. Quod si cremare Cinerulam oporteat diligenter eam teres & aqua conperges, conformatisq; pastillis in noua testa eos ponas: testa uero lentis carbonibus superpones, pastillos continue subigens, donec ruffo colore fiant, & siccitate aruerint. Sciendum prater hec & illud est, ex auro, argento, itiq; plumbo fieri Cinerulam: esseq; post Cypriam plumbeam probatissimam. Verumtamen quoniam deficiente nonnunquam Cinerula, que uices eius explent ANTISPODIA, non parum habent utilitatem: que pares habeant Cinerule uires monstrasse oportet, & quoniam ea sint, & quomodo parietur. Sumito igitur Myrti cum floribus & immaturis ad huc bacis foliis: in crudum sicile ea omnia conijcto, circumlitioq; undiq; opereulo, quod continguis foraminibus te rebratum sit, in siglinam fornacem dato: cumq; coctum sicile fuerit in crudum aliud sicile Cinerem transerto: rursusq; cocto secundo illo sicili, eductum cinerem leuato & utere: Eadem ratione coliculos Oleæ sumito & prepara to: sintq; Olestri: sin minus, satine Oleæ cum floribus suis aut concisa & exossata Cotonea mala, aut Gallam, aut Linteorum Lacinias, aut immatura Mora candida, in sole antea siccata, aut Lentiscum, aut Terebinthum, aut Labrafce uitis flores, aut Rubi tenera folia, aut Buxi comam, aut eam que Pseudocyperus id est falsus quadratus uincens dicitur, cum suis floribus. Quidam etiam Picæ germina in sole antea siccant: & pariter preparant. Alij taurinum

Glutinum. Sunt & qui succidam asperamq; Lanam piceam aut melle madentem similiter preparant.

B X GALENO.
Simp. Med. ix.

Pompholyx sit & in aris fornace, uelut & Cadmia: sitq; & dum in fornacibus Cadmia uritur, ut in Cypro. Cum enim Praefectus ad aris fornacem intructas res non haberet, praecepit ex ipsa Cadmia preparari (praesentibus atque inspectantibus nobis) Pompholyga, uidelicet minutis Cadmie fragmentis in ignem coniectis, qui ante aram iacebat sollem. Camera erat incurua, nusquam pertusa sed integra, que egestam ambusta Cadmia fauilla excipiebat, quam ubi collegissent, habebant Pompholyga. At quod reflectens infra in pauimentum recidebat Spodos est quae uocant, que plurima ubi es in fornacibus uritur, colligit assollet. Quidam eam Spodium neutro genere pronunciant: Cui uidetur similem habere facultatem quod uocant Antispodium. At ego illo usus sum nunquam, cum large mihi semper Pompholyx suppetere. Nec enim quisquam ubi hec ad sit, spodio uti uelit, nedum Antispodio. Est autem Pompholyx medicamentum prope omnium que citra morsum deficiant, si elota fuerit, praestantissimum: quam ob rem ad ulcera canerosa idonea est, & ad alia omnia maligna. Itaque inditur collyrijs que ad oculorum imponentur fluxiones: quaeque bullas siue pustulas, in eis natas curant. Præterea ad pudendorum ac sedis ulcera optimum est medicamen, nimirum unum sine morsu deficans.

Comp. Pharm. per loca. lib. cap. i.

Pompholyx igitur lota nulli pharmacorum mordacitatis expertium inferior est, atque ob id ea utimur ad tenues & acres fluxiones, capite uidelicet prius simulq; uniuerso corpore euacuato. At uero manifestum est quod per uenis sectionem ac purgationem totum corpus euacuemus, per apoplegmatis uero caput a pituita uindiciamus. Potest enim pompholyx lota, quemadmodum etiam spodium atque amyllum, simul & moderate humores resiccare, simulq; ne per tuniculas euacuetur ea que in magnis ipsorum uenis superflua humiditas continetur, prohibere.

DE CHRYSOCOLLA,

QUAE BORAX VVLGO VOCATUR,
CAP. LXXII.

NOMENCLATURA.

TINCAR, Arabibus. Χρυσόκολλα, (ni fallor,) Græcis. Chrysocolle, Latinis. Borax, Barbaris, ac Officinis. Borrax, Italis. Schiffer gruen, fossilis: salitua uero, Borrax, Germanis. Atticar, seu Borrax Hispanis.

GENERA, TEMPERAMENTVM,
AC IUVVAMENTA.

B X ISAAC EBBEN AMRAM, ET RASE.

Chrysocolle in salis genere censetur: sapore nimirum nitroso,

nitroso, ac modice amaro. Altera fossilis, factitia altera. Priuatim siquidem in maritimis littoribus eius sodine repe- riuntur. Vim autem habet calefaciendi siccandiq; & tenuium partium. Erosiones dentium sistit, innatosq; uermes in eorum cauis interficit, ac dolores etiam finit, ut medicamentum maxime celebre.

EX ABEN MESVAI.

Chrysocolia presertim factitia, ex impubis pueri urina fit: accommodatum nempe auri ferrumen.

DE TESTIS,

CAP. LXXIIII.

NOMENCLATURA.

CHAZEF, Arabibus. ΟΥΤΡΑΧΟΝ, Græcis. Testa, Latinis. Tegula, Barbaris. Testi, & Ciottoli, Italis. Teia, seu Tella, Hispanis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. v. cap. dxxvii.

Fornacæ Teste uehementer toste, crustas ignis modo inducunt, ea propter pruriginè & pustulis utiliter ex ace to inunguntur. Podagricis profunt, & strumas discutiunt, cerato excepte.

EX GALENO.

Simp. Med. ex. De Panice.

Cæterum si Pumex inter lapides recenseri potest, & ipse eiusdem est facultatis, quod certe ad absterisionem attinet,

LIBRI SEXTI

FINIS.

uelut etiam sigalina Testa, ac multo magis ea que fornacium est.

Hocem libro, Paulo inferius.

Testa desiccandi uim possidet, atque abstergendî, maxime que ex fornacibus est, q. uidelicet tosta sit. Quocirca & ex emplastris quam uocant Hephesiadam, ex hac præparata uidelicet, optimum est medicamen inducende cicatrici.

DE AURO,

CAP. LXXIIII.

NOMENCLATURA.

DEHEB, seu Deheb, Arabibus. Χρυσος, Græcis. Aurum, Latinis, Barbaris, ac Officinis. Oro, Italis, ac Hispanis.

IUVAMENTA.

Elimata quidem Auri ramenta, cordis tum palpitatio- ni ab atrabulario presertim humore, tum imbecillitati etiã- num magnifice auxiliantur. Inustoriũ insuper, ex Auro cau- teriũ partes adustas bullare non finit: tutiusq; ac citius cicatrices coalescere cernuntur. Antiquiores præterea hoc etiam memoriæ prodiderunt, quod si ex aureo argen- teoũe annulo ad ignem candefacto, palambium ale inuratur, quamcelerrime ac sponte ad consuetam turrim rediret, nec imposterum amplius abire.

EX ALCHANZI.

An ex annulo siue aliter hæscuires sortiantur, ueluti si Auro dantaxat inurantur?

DE TERRIS
NOMENCLATURA
A

IOANNIS SERAPIONIS DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM

HISTORIA.

LIBER SEPTIMVS.

INTERPRETE

NICOLAO MVTONO

MEDICO MEDIOLANENSI.



EX ANIMANTIBVS.

L Epus terre Purpure.	Rana.
Anas. (Stris. Buccina.	Cafeus.
Gallina. Ostrea.	Butyrum.
Gallus. Mituli.	Viperarū carnes.
Multipede siue Milipede. Conchula Indica.	Fel.
Coagulum.	Medulle anim aliu.
Cochlea. Castoris testiculus.	Pinguedo.
Silurus piscis. Oua.	Adeps.
Cancer. Ealius.	Senecta Anguiū.
Sepia. Vrina animaliu.	Salsugo.
Scorpio terrestris. Pellis Ouina.	Smaris piscis.
Scorpio Marinus. Calceamentorum veterum corium.	Omotarichos.
Tellina. Sanguis.	Thynnus.
Chama. Cerebrum.	Ossa combusta.
Erinaceus marinus. Oesopus.	Araneus.
Erinaceus terre- stris. Finum animaliu.	Sudor.
Alauda avis. Vngule.	Lana.
Torpedo. Lichenes equorū.	Cornua. $\left\{ \begin{array}{l} \text{Cervi.} \\ \text{Caprae.} \end{array} \right.$
Vulpes. Ebur.	Venter mergi.
Vermes terreni. Dentes canini.	Iecur aliquot ani malium.
Hirundo. Iecur aliquot ani malium.	Palmones aliquot animalium.
Cantharides. Renes Scingorū.	Capita aliquot ani- malium.
Brupeftis. Lac.	
Pityocampa. Serum lactis.	Pili vsti.
Salamandra.	

DE TERRESTRI

LEPORE, CAP. I.

NOMENCLATURA.

ARNEBERRI, seu Arneberri, Arabibus. $\Delta\alpha\gamma\omega\delta\ \mu\epsilon\sigma\sigma\alpha\iota\omicron\varsigma$, Græcis. Lepus terrestris, Latinis, ac Officinis. Lepus syluestris, Barbaris. Lepre, Malis. Lieure, Gallis. Hase, Germanis.

IVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Lib. II. cap. xxxi.

Leporis nimirum terrestris inassatum cerebrum tremoribus qui ex mala corporis affectione aliquis fiunt in cibo succurrit. Prodest & infanzium dentitionibus: in quem usum gingiuis confricatur, aut in cibo comedendum datur. Explet capillorum defluuia quas alopecias dicunt, cremati Leporini capitis cinis, ex urfino adipe aut aceto inunctus. Eiusdem Leporis coagulum post triduum in purgatione menstrua potum, sterilitatem feminis creditur facere. Feminarum præterea fluxiones, & aliu in utroque sexu compefcit: comitialibus subuenit: quietam contra uenena cum aceto bibitur, præcipueq; concretum lac, & viperarum morsus. Vitilignes postremo, lentigines, aspera; & discolor ceu ab aestiuo sole cutis, calido Leporis sanguine utiliter inunguntur.

DE ANATE,

CAP. II.

NOMENCLATURA.

BAT, Arabibus. $\text{N}\ddot{\text{H}}\text{T}\text{T}\alpha$, Græcis. Anas, Latinis, Barbaris, ac Officinis. Anadra, seu Anitra, ita lis. Anade, seu Lauancho, Hispanis.

TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA.

EX ABEN MESVAI.

Anatis caro multum est humida & ad coquendum difficilis. Perpulchrum colorem, & uocem maxime canoram efficit. Belle saginat: semen adauget. Flatulentis spiritus, discutit. Mollis est, unctuosus, stomachoq; grauis: corpus ita men roborat.

EX ALCHALBMEN.

Anatis caro inter omnes auium omnium domesticarum carnes calidior est, & crasfior.

EX

EX SALENNIA.

Pinguedo Anatis, internas potissimum corporis mordicationes demulcet ac lenit. Estque calida, et tenuium partium.

DE GALLINACEIS,

CAP. III.

NOMENCLATURA.

DEGEDI, seu Giazindich, Arabibus. Αλεκτογιδες. Græcis. Gallinæci, seu Gallina & Gallus, Latinis, ac Officinis, Gallina, & Gallo, Italis, ac Hispanis. Gellines et Coq. Gallis. Henné et Han, Germanis.

IUVAMENTA,

EX GALBNO.

Simp. Med. xi.

At Gallinarum ius simplex retinendi uim possidet, uti Gallorum ueterum subducendi. Coquendi autem sunt cum sale prolixissime. Sed horum ipsi fecimus periculum.

EX DIOSCORIDE.

lib. ii. cap. lii. & liii.

Succurrunt serpentium moribus dissæctæ, & ita ut tepentur imposta Gallinaceorum carnes: crebro tamen & subinde mutandæ sunt. Datur & in potione cum uino contra uenenatorum morsus Gallinaceorum cerebrum. Cõpescit idem cerebrum in membranis erumpentem sanguinem. Quæque in interiore parte uentriculi maris Gallinæci cornis ramentis similis membrana heret, & que in costura eius de tracta abijctur, siccata primum, mox trita, cibum in stomacho non continentibus, cum uino utiliter bibitur. Pulluli Gallinæci iusculum præcipue pro præuæ temperaturæ correctione, proque stomachi æstus depulsiõne propinatur: Gallorum uero in senectute ad purgandam aluum datur. In quem usum oportet exemptis interaneis omnibus pro his salem indere, consutumque gallum in aquæ sextarijs uiginti, usque dum ad beminas tres decrescat, coquere: Post quod tepus datur bibendum totum sub dio antea refrigeratum. Quidam cocturæ eius adijcunt mirinã brassicam, aut mercurialem herbam, aut enicum, aut polypodium quæ filicula est. Trahit hoc ius crassa, cruda, glutinosa & nigra. Vitæ idem diutinis febribus, suspensuris, articularum doloribus, & stomachi inflationibus.

DE MULTIPEDIS

VERMIBUS QUOS GRAECI ONOYS DICUNT, CAP. IIII.

NOMENCLATURA.

HARNA, Arabibus. Κοβαπίδες, Ο'ιοι, Ο'ιοσκοι, ή Ο'ιοπολυπόδες, Græcis. Asini, Aselli, Porculi, Millipeda, Centipeda, & Multipeda, Latinis, Porcellionis, Barbaris, ac Officinis. Porcellietti, Italis, Cloporte, Gallis. Esel, Germanis.

EFFIGIES, LOCVS, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. xi.

Ad aurium uero dolorem Afellis quos uocant Oniscos Græci, Latini multipedas, in oleo coctis utebantur nostratum medicorum quidam, sed & superiorum nonnulli. Ea enim animalia rotunda cum in globum sese contrahunt, uocantque ea apud nos quiddam Κωμάουρ hoc est Fabas, quandoquidem esulentis fabis sunt persimilia, ubi sese uidelicet in globum conuoluerint, colore fusco. Porro in agro conplures uidere est natos sub stulis, quibus à fontibus rusticis aquam comportant, deponuntque eas iuxta focum. Vidique quosdam ex ijs qui medicinam in agro exercebant, asidue oleo ex illis composito ad uniuersos aurium dolores, uti nõ discernentes affectum unde oriretur. Itaque nõ ab re euenit, ut interim effectum consequerentur, interim laderent.

EX DIOSCORIDE.

Lib. ii. cap. xxxvii.

Quæ in aquis et humidis agunt Multipeda, multis pedibus ingredientia animalia sunt. Natura his est cum manibus hominum tractantur in globum circumagi. Medetur Multipeda suffusis felle, & urine angustis, in uino potæ. Ex melle iisdem utiliter angina inunguntur. Quæ in etia concisis & in malicorio addito rosaceo calefactis, mox in aures instillatis, eorum doloribus medentur.

DE COCHLEIS PRÆ-

SERTIM TERRESTRIBVS, CAP. V.

NOMENCLATURA.

DALZVM, seu Halzum, Arabibus. Κοχλίες, ή Κοχλίον, Græcis. Cochlea, Latinis, Limacia, seu Limax, Barbaris, ac Officinis. Chioeciolo, Lumache, Bugoni, Buouali, Italis. Escargotz, Gallis. Schnecken, Germanis. Caracoles, Hispanis.

GENERA, ELECTIO, TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. xi.

Cochleæ si totæ cum testis uratur, admista galla omphacitide, simulque pipere albo mirifice profunt dysenterijs, in quibus ulcera nondum putredinosa sunt. Conuenit autem ut piperis sit pars una, galle uero due, quatuor cochlearum. Hæc ubi ad unguem leuigaris, cibus inspergito, bibendumque aut ex aqua, aut ex uino albo & austero præbetur. Ceteris absque galle missione cinis Cochlearum admodum resiccatis est facultatis, obtinens item nonnihil ex uestione calidum. Porro Cochleæ quæ uestione non sunt expertæ, si tritæ una cum testis imponantur, & toti uentri aqua inter eorum laborantium, & in arthriticis articularum tumoribus, ægre quidem diuelli poterunt, ceterum impesse desiccat. Et omnino inherere ipsis sine ore oportet quod sponte decidunt. Idemque faciendum in tumoribus ex icteru natis dis-

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

facile solubilis, et ex cōtusione factis in auribus. Desiccāt enim illos magno per e universos, etiam si viscosus crassusq; in alto humor continetur.

Exdem libro, Paulo tamen superius, ubi agitur de Cochlearum carne, & Mucō.

At Cochlearum caro prius in mortario contusa, ac postea ad lenorem redacta, omnium ualentissime desiccāt partes superfluo humore grauatas, adeo ut et hydericis cōueniat. Ipse autem humor solus per se citra carnem (uocatur autē ijs a uulgo Cochlii myxa hoc est macis limacis) thuri mistus, aut aloē, aut myrrhā, aut botū quibuslibet, aut omnibus quoad habet cerati crassitatem, medicamentum fit tenax glutinatorium, desiccātq; pulchre mucosos tumores seu puri lentos mucos aurium: sed & fronti impositum inheret, oculorum fluxiones resiccans. Quidam etiam ad palos eximendos utuntur totis una cum testis ad lenorem tritis: sed & quidam ad sistendos menses. Equidem ego aliquando in agro carnes ipsas solas in uulnus cum nervi uulneratione & contusione factum tritis imposui ipsūq; uulnus polchre glutinatum est, & neruus phlegmonem hauri perpersus: erat autem homo durus & agrestis, miscui tamē illis contritis pollinem farinæ acceptum ad pariete mole proximo. Scripsere autem maiores me nonnulli medici, ad eiusmodi usum, miscendum ipsis thuris aut myrrham aut utruq;. Verum horum habebam tum neutrum, ut qui tunc ab urbe abessem in uilla. Pōsis autem & resinæ frictæ contrita ad miscerēsi adit, quippiam. Porro ubi multum mucī Cochlearum accipere uoles scorum silo carnem earum pungito sed nō ante multos dies uenatas esse expedit: alioqui enim tempore desiccantur. Nam recenter plarium habent viscosi illius humiditatis, quam silylo compuncte effundunt. Humiditas hæc pilorum in palpebris præter naturam glutinosa est.

EX DIOSCORIDE.

Lib. II. Cap. xi.

Stomaco accommodata est terrestris Cochlea: difficillime eadem corrumpitur. Probatissima quæ in Sardinia, Libya, Aethyppaea, Sicilia & Chio nascuntur. Probatissima etiā quæ in Liguria alpibus Pomatiæ ab operinō to suo appellatur: Marine etiam stomacho accommodata facillime excernuntur: fluuiales uirus habent. Quæ uero syluestribus frutetis & sentibus herentes inueniuntur, quas Scilos aliqui nominant alii & stomachū turbāt, & ad uomitiones mouēt. Posunt crematæ omnes in cinerē cinere illo calefacere & urendo exulcerare. Lepras idem exteris cinis, uittilignes & dentes, Oculorū præterea cicatrix, albuginesq; Asperā discolorēq; eui a sole autem, et hebetes oculos, integræ cum tota carne crematæ, & in cinerem tritæ, tum ex melle inunctæ, emendant. Crude eadem cum suis operimentis illita, cutem subeuntium aquarum tum mores exinaniant, nec prius decidunt quam humorem illū omnem ficeauerint. Podagrarum inflammationes leniunt. Quinetiam surculos corpori infixos pariter illita extrahunt. Ducunt & menses concise & apposita. Concisa itidem earum carnes, additis myrrhā & thure, uulnera illita præsertimq; neruorū glutinant. Sanguinis è naribus eru-

ptiones concise ex aceto compescunt. Vientibus Cochleis exempta cato Africanisq; præsertim, stomachi dolores hausta lenit. Totæ cum suis operimentis trite Cochleæ, et cum uino addita myrrhā non adeo copiose potæ, crassioris intestini quod colon Græci dicunt, & uesicæ dolores sedant. Relegunt palpebrarum pilos terrestres Cochleæ, siquis tritæ per earum carnē ac, mucoso lentore quem secum acus reuulerit, pilos inuixerit.

DE SILURO PISCE,

CAP.

VI:

NOMENCLATURA.

HARBE, Arabibus. Ἀλῶπος, ἢ Ἐπὶ λῶπος, Græcis. Silurus, Feles uē Piscis, Latinis. Bolich, seu Balich, Germanis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO

Simp. Med. xi.

Sed & salitorum Heluorum carnem ad lenorem contritam palos & spicula educere aiunt, impositam uidelicet tanquam trabendi nim habeat.

EX DIOSCORIDE.

Lib. I. Cap. xxix.

Nutrit & bonam facit alium recentis Siluri cibus. Salsi contra non sentitur cibus: sauces tamen expurgat, et ad uocem adiuuat. Corpori infixos surculos salsi Siluri caro imposita extrahit. Contra incipientia intestinorum tormina utiliter Siluri salsamento liquor e fomentur in extima enim cutem fluores illi auertit. Chyltere idem insusus eoxē dicit dolores finit.

DE CANCRIS, POTIS

SIMVM FLVIATILIBVS, CAP. VII.

NOMENCLATURA.

SARTAM, seu Sarthan, seu Sarathan, Arabibus. Καρκίνος, Græcis. Cancr, Latinis. Barbaris, Meuser, & scinīs. Granchio, Italis. Cancores, Gallis. Meuser, Germanis. Cangreio, Hispanis.

GENERA, TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA,

EX GALENO

Simp. Med. xi.

At fluuiatiliū Cancrorum cinis quaquam similiter prædictis exiccatorius est, substantia tamē totius proprietate mirabilis est euis in ijs qui a rabient e cane sunt morsu effectus, ique tum solus, tum con gentiana & thure multo præstantior. Thuris sane partem esse unam oportet, quia que autem gentiane: Porro Cancrorum decem. Eraro equidem aliter illis uisus nos sumus usi, ceterū ad eum no-

dum plerunque, quo Aesclepius empiricus, medicamentorum peritissimus senex, concitius ac preceptor meus. Patella erat eris rubri in quam impositus Cancros uiuente, habte nus urebat, donec in cinerem redigerentur ut facile ad leuorem redigi possent. Hic Aesclepius sic paratum promptu semper in aëbus hoc habebat medicamē; urens Cancros ipsos post ortū Canis, quando Sol in Leonē transfisset, Luna decimo stauit. Porro bibendū hoc medicamē ijs qui a cane rabido fuissent morfi præ ab eo quotidie usque ad diem qua dragestimam mensura Cochlearij satis magni aquæ inspersum. At si non protinus ab initio uerum aliquot post dies à morfu curam cepisset demorsus, tunc quotidie duo Cochlearia aquæ inspergebat. Ad ipsum uero uulnus emplasticum applicabat medicamentum, quod ex picæ bruti & opoponace acetoreo conficitur, habens picis libram unam, unum aceti acerriimi sextarium Italicū, opoponacis uero uncias tres. Hæc tamen si præfenti instituto essent aliena, scribenda ta men censui, quia medicamento huic ipse consilerem, nimirum cum nullus unquam eorum qui illo fuerint usi sit mortuus. Cæterum scorjum alterum librū conscribam aliquando de ijs que proprietate substantiæ totius quid agunt, è quorum numero sunt id genus omnia. Ignoscendum itaque scripturæ importunitati, tum nunc, tum sicubi præterea id mihi hoc in opere cōtingit: nempe quia ex dictis summa proueniret utilitas, quam sane posteris impertire uolebam, si forsā me prius quam quæ his deinceps sunt opera perfecisset, mors occupasset, propositum impediens. Cæterum Pelops doctor meus & ipse omnium eiusmodi causas reddere uolens, non abs re inquit, Cancrum cum animal sit aquaticum, prodest à cane rabido morfi, quibus uidelicet metus est ne corripiantur affectu scississimo, nempe rabie: quam obrem sane etiam aqua metuum, ac flumiatiles, non marinos conuenire Cancros dicitabat, scilicet quæ animalia marina ob admissionem salis natura scississimi haud æque exactam tuerentur eam quæ est aduersus rabiem contrarietatem. Ac cum quidam subiecisset, cur non omnia que in potabili aqua degunt animalia perinde ut Cancri iuuare assolent & quia inquit, similem Cancris præparationem non admittunt. Nam horum usorum cinerem, exiccatorius cum sit, canum rabientium uenenum absumere simulque digerere professus uide licet, et ambitione magna iactans, omnū setalium nouisse causas. At ego nisi plane me scire quippiam prius persuasum habeam ijs qui adsunt persuadere non tento. Itaque nec Pelopis rationem ut ueram accepi, ut quæ crebras habeat contradictiones: uerum Cancros opinor ex proprietate totius substantiæ prodesse. Quoniam autem nullum mortui scieram eorum qui fuerant illis usi, totis utique corporibus, hoc aperendum recensendumque à me existimauim, tamen si non esset huius instituti proprium (nam id non erat propositum.)

EX DIOSCORIDE.
Lib. ii. cap. xii.

Succurrit præfenti remedio rabidi canis morfiibus fluiui atiliui Cancrorum cinis, cochliarium duorum pondere, & gentianæ radicis uno, per triduum in uino potus: cum decocto melle idem sedis pedumque rimas permoneas & carcinoma mitigat. Crudi tritici flumiatiles Cancri & cum asinino lacte poti serpentium, phalangiorumque morfiibus et

scorpionum ictibus subueniant. Elixi ijdem cum suo iure in cibo sumpti tabidis & contra potum marinum leporem operantur. Triti præterea et cum ocimo Scorpionibus ad moti, eos necat. Minore ad hæc omnia marini efficacitatis sunt.

DE SEPIA;

CAP. VIII.

NOMENCLATURA.

SARATHAN, seu Sarthan, Bhari, cum Cancris, marinis. Sepias confundentes, Arabibus. Σαρτιός, Græcis. Sepia, Latinis, Officinis, ac Italis. Cancrum marinum, at perperam, Barbaris. Seche, Gallis. Blacfish, Germanis. Xiuija Hispanis.

TEMPERAMENTVM, AC INVMENTA.

EX GALENO.
Stap. Med. xl.

Sepiæ testa admodum laxa est, non ut ostræorum lapidosa. Itaque abstersio quidem illi cum alijs ostræodermorum testis communis est, uelut etiam desiccatio: cæterum partium tenuitas eximia illi præ cæteris inest. Quocirca usita ea uti mur ad uirilignes, epelin, lentignes, pforas. Quin & fossili Sali mista, in oculis existentes unguis eliquat. Et antequam uratur contrita & ad leuorem redacta, dentibus splendorem adfert, ulceraque desiccata. Porro hoc nomine, quod medioerum obtinet asperitatem adhibemus eam & ad ingentes oculorum asperitates, quas scycotes appellare consueuimus. Nam exalpentres ex ea quidam ipsa figura simile collyrio, eo illas confricamus, donec sanguinem reddant, quo facto collyria cathartica siue detrahentia præstant effectum suum in illas exerunt.

EX DIOSCORIDE.
lib. ii. cap. xxxii.

Aegre concoquitur si comelatur decoctæ sepiæ atramentum. Alium tamen mollit. Conformata eiusdem in collyrii testa, leuigandis asperis palpebris accommodata est. Crematæ itidem in suis testis Sepiæ usque dum quod crustaceum in eis est abscesserit, tum in puluerem trita, uirilignes, furfures, dentes, asperam & discolorum ceruæ sole cutem exterunt. Miscuntur lotæ prius oculorum medicamentis: faciunt & ad inuentorum albugines oculis flatu oris iniectæ. Absumunt oculorum unguis tritæ, & cum fossili Sale eis impositæ.

DE SCORPIONE,

CAP. IX.

NOMENCLATURA.

HARRAB, seu Hacharab, Arabibus. Σκορπιός, Græcis, Scorpis seu Scorpis, Latinis, ac Officinis, Scorpis montanus, Barbaris. Scorpione, Italis.

INVMENTA,

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

EX GALENO.
Simp. Med. xi.

Porro Scorpionum suum ipsius idem curare si tritus imponatur, similiter si assus edatur. Congruere autem aiunt & ijs qui à Vipera sunt morsi, Aescalabota uero ijs qui à scorpione.

De Theriaca ad Pisonem cap. ix.

Scorpius si assatus cum pane comedatur, Calculos in vesica rumpit.

EX DIOSCORIDE.
Lib. ii. cap. xiii.

Contra ictus suos remedio est, concisus crudus & impofitus idem ille qui percussit, terrestris Scorpio: Comeditur & totus in eundem usum.

DE MARINO SCORPIONE, CAP. X.

NOMENCLATURA.

MΑΡΙΑΣ ΒΟΛΑΣΤΙΟΣ, Græcis. Scorpio marinus, Latinis, Scorpione marino, Italis.

IVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.
lib. ii. cap. xiiii.

Oculorum suffusionibus, albuginibus & hebetibus oculis, utile marini Scorpionis fel est.

DE TELLINIS, CAP. XI.

NOMENCLATURA.

SΕΔΕΦ, seu Talsam, Arabibus. Τελλίνα, Græcis. Telline, Latinis. Onchiliū, Barbaris. Telline, Italis.

TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA,

EX GALENO.
Simp. Med. xi.

Et falsas Tellinas usas adeo urentem efficere cinerem aiunt, ut cum cedria, euulsos radicibus ex palpebris pilos, instillatus in locum, renasci prohibeat. Porro citra usum nem aut fixationem, totorum animalium in partes affectas impostorum, aut intro in corpus sumptorum, quidam medicorum fecere periculum, aut ceu fecerint periculum, ita scribunt.

EX DIOSCORIDE.
Lib. ii. cap. viii.

Bonam faciunt aliuu recentes Telline, presertimq; coctarum esculentum ius: Salsæ eadem crematæq; tum quæ minimutissime friatæ, & ex cedrino liquore insperse, euulsos palpebrarum pilos nasci iterum prohibent.

DE CHAMIS, CAP. XII.

NOMENCLATURA.

HA M E, Arabibus. Χαμου, ή Χημου, Græcis. Chame, seu Hiatile, Latinis.

IVVAMENTA,

EX DIOSCORIDE,
lib. ii. cap. ix.

Soluit alium Chamarum, Conchularumq; aliarum in exigua aqua coctarum esculentum ius: Bibitur autè cū uino.

DE ECHINO, SEU ERINACEO. CAP. XIII.

NOMENCLATURA.

CΕΥΦΥΔ, seu Caused, Arabibus. Εχινος, Græcis. Echinus, seu Erinaceus, Latinis. Ericius, Barbaris, ac Officinis. Riccio Italis. Herifon, Gallis. Hechel, seu Ygel, Germanis. Erizo Hispanis.

GENERA, TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. xii.

Erinacei utriusq; tum marini, tum terrestris corpus totum usum cinerem efficit, facultatis tum extor gentis, tum digerentis, tum detrahentis. Itaque eo quidam & ad excrescentiam carnis, & ad sordida usi sunt ulcera.

Eodem libro: Paulo tamen superius.

Scripserunt autè & aliorum animalium carnes quidam prodesse tum comesas, tum in partes affectas impostas, ut Erinacei terrestris desiccata, si bibèda præbeatur elephãto obnoxio, cachectis, hoc est qui mali sunt habitus, tum conuulsionem sepe numero patientibus nephreticisque, & ijs qui laborant aqua inter eum, quam anasarca uocant. Ac si ea efficere potest, facultatem habuerit ualenter simul digerentem desiccantemque.

EX DIOSCORIDE.
lib. ii. cap. i. & ii.

Stomacho accommodatus est marinus Erinaceus. Idem bonam facit alium, ciendæ urine utilis. Miscetur utiliter his quæ ad extendendas scabies conficiuntur, tosta & cruda eius testa. Crematæ cinis sordida purgat hucera, & carni um excrescentias reprimi. Crematum terrestris Erinacei corium contra capillorum defluuiã, quas alopecias dicunt, cum liquida pice utiliter inungitur. Inueterata eiusdem caro et cum aceto misco pota, renum cum urine malo aliquo doloribus succurit. Prædest & toto corpore resoluentibus se in aquæ naturam solidis partibus, quod malū hydropem anasarca Græci nominant. Prædest neruorum conuulsionibus, & his quorum corpus macie conficitur. Siccat interanea, destillationes omnes. Datur præterea pari utilitate siccatum in testa sub ardentissimo sole, seruatumq; terrestris Erinacei lecur.

EX

EX ABIGE.

Erinacei terrestris caro diuturnis febribus magnifice auxiliatur.

DE ALAUDA, SIVE

GALERITA AVE, CAP. XIII.

NOMENCLATURA.

HANABROCH, seu Kanabroch, Arabibus. Κρόυδος, ἢ Κρουδαῖος, ἢ Κρουδαῖος, Græcis. Alauda, Galerita, & Casita, Latinis. V. pupa, at perperam Barbaris. Lodola, Italis. Alouette, Gallis. Vualdt Lerch, Germanis.

EFFIGIES, LOCVS, AC INVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. xi.

Galerita tamen uolucere animal hoc paruum quod iuxta uias sepe uidemus, in iare elixum colicis adiuvat. Verum assidue & frequenter ad edere simul cum iure necesse est. Habet uero hoc animal in capite uelut Cristam seu galerum ex pilis sponte enatum, cuius occasione efficta est, que apud Aristophanem comicum scribitur fabula. Is enim de hac inquit hanc in modum: Imperitus es & minime curiosus, & nec Aesopum quidem didicisti, qui ait: Galeritam primam omnium uolucrum fuisse, etiam ante terram: inde patre eius morbo desuncto, cum humus nondum esset, illum quidem dies quingue iacuisse: at hanc præ inopia melioris consilij, in capite tandem patrem suum desoluisse. Hoc quoque aiunt obscure licet, designasse tamen Theocritum. Οὐδ' ἐπιτιυβίῃσιν κρουδαῖα μέδεις, ἢ δολοῦ τι. Nèpe indicare illum eas que in capite tymbon, hoc est, sepulchrum gerant. Annexi autem huic ita sermoni uellem quod clare hoc animal, nempe Galeritam, manifestare quos seriat in capite pilos erectos: quandoquidem expertus sum eius aduersus colicos utilitatem, uelinq; qui ipsum non norunt, ijs bene monstratam. Nam & ipsa CORYDALIS appellata herba colicis conuenit. Et hoc quoque tibi obiter sit notatum.

EX DIOSCORIDE.

Lib. II. cap. LXI.

Auicula Alauda est in summo uertice Pauonum modo apicem habens. Hæc tosta & in cibo sumpta, crassioris intestini, quod colon Græci dicunt, doloribus medetur.

DE TORPEDINE,

CAP.

XV.

NOMENCLATURA.

TEAD, Arabibus. Νεῦρον, Græcis. Torpedo, Latinis. Pifeis stufeaciens, Barbaris. Tremolo, seu Tremoriza, & Batti potta & Botterigia, Italis. Turpilles, Gallis.

INVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. xi.

Secl & torpedinem totam (dico autem animal marinum) capitis dolores sanare capiti admotam, sedemq; euerfam

coercere, à quibusdam est proditum. Verum ego cum utrumque essem expertus, neutrum uerum comperi. Eam igitur cum cogitarem adhuc uiuam esse applicandam, cui caput doleat (posse enim fieri ut hoc medicamen anodynon sit, seu dolore liberet similiter alijs que sensum obdupefaciunt) ita habere comperi. Putoq; cum qui primus est usus, teli quapiam motum ratione uti aggressum.

EX DIOSCORIDE.

Lib. II. cap. LXI.

Cõtra diutinos capitis dolores imposita Torpedo, uebementiores eorum impetus lenit. Badem inuersam aut proci dentem sedem coercet apposita.

DE VULPE,

CAP.

XVI.

NOMENCLATURA.

THALEB, Arabibus. Αἰλώπῃς, Græcis. Vulpes, Latinis. Barbaris, ac Officinis. Volpe, Italis.

INVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. xi.

Ceteram de Vulpibus que totæ in oleo coquantur (nè sic quidem curant arthriticos, partium uisus in lebetem ingentem injicientes, partim etiam mortuas) fusius dicere mihi necesse est, quandoquidè plerisque uisæ sunt principio planè morbo hoc liberasse, uerum post multum temporis non ita profuisse. Siquidem illos malum repetij, quam non ita uehemens quam antea. Sane oleum in quo cõta Vulpes est, non est potentioris in digerendo facultatis, quam in quo hyena (Adbib, Mauritanii uocant.) que si similiter in oleo lixetur, redditur oleum longè potentissimè in digerendo facultatis. Porro frequenter dictum est, talibus medicamentis inesse potentiam eorum que in alto continentur corpore, in extimam autem extrahendis, ac eo nomine quandoque sedandi dolores: nõ enim perpetuo hoc ad ea sequitur, cum ij duntaxat dolores ab eiusmodi medicamentis sedentur, quorum causa est humor in alto contentus dolorem ciens aut subsistens crassitie, aut refrigeratione, aut uehementi acrimonia, aut etiã spiritus flatuosus exitum non habet. Itaq; qui uisatur Vulpibus, & ipsi olei discussorijum efficiunt: atque in hac impletis co aleolis solius uotos arthriticos in eos imponunt, multo ibi tempore immorari præcipientes: uerum ex hoc fit ut non tantum qui circa articulos ipsorum sunt tumores euacuentur, sed etiam uniuersum corpus. Itaque ubi totum corpus illis antea plenitudine affectum fuerit, mirum non est per euacuationem consecutum commodum, nempe cum nihil etiam in affectas partes influat, quia corpus uniuersum iam euacuatum est, & qui continebantur ipsi humores exhalantur. Ceterum quemadmodum antea cum corpus noxa uacaret, praua uisus ratio morbum inuexit: eundem in modum, aut etiam amplius, à simili diæta par est rursum illos similiter afficiendos in articulis quibus iam laborauerunt.

EX PAVLO AEGINETA.

Lib. VII. cap. III.

Pulmo Vulpinus sale inueteratus, si potu sumatur, anhelos restituit.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

DE VERMIBVS TER-

RÆ, CAP. XVII.

NOMENCLATVRA.

CHARATIN, Arabibus. ῥῖς Ἐντρεῶ, Græcis. Terra Intestina, Vermes terre. Latinis. Hisculi, & Lumbrici terreni, Barbaris. Lumbrici, Officinis. Lombri chi, Italis. Vers de terre, Gallis. Regen Wurm, Germanis.

IVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. xi.

Terra quidem intestina contrita, nervisque diuisis imposita, protinus mirum in modum profect: atque hæc ipsa quoque cum mullso pota, medicamen esse mouenda urine idoneum.

EX DIOSCORIDE.

Lib. ii. cap. lxxvii.

Glutinant præcios venas concisi & impositi terreni Vermes: Finitur idem tertianas febres, & cum aserino adipe elixi, aurium uitij utiliter instillantur. Quinetiam cum oleo decocti, dentium dolores lenant in contrariam aurem instillati. Urinam idem trahunt, tritii & cum passo poti.

DE HIRVNDINE,

CAP. XVIII.

NOMENCLATVRA.

THARTAF, seu Chatas, uel Chats, Arabibus. ختات & حات, Græcis. Hirundo, Latinis. Barbaris, ac Officinis. Rondine, Italis. Arondelles, Gallis. Schwalb, Germanis.

IVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. xi.

Nec solis animalibus de quibus dixi, sed & Hirundinibus usi sunt multi, comburentes uidelicet, & cinerem melli miscentes, ac deinde synanchicos inungentes, & in totum omnes quicunque in gutture ac columella cum tumoribus consistunt affectus. Vtuntur & ad acendum usum hoc cinere nonnulli. At alij eas arefactas drachmæ pondere bibendas exhibent.

EX DIOSCORIDE.

Lib. ii. cap. lxx.

Disectis ex prima sectura ante plenilunium Hirundinum pullis, in uentriculis eorum lapillos inuenies duos, ex quibus nersico colore & uario altero, uniformi uero concoloraq; altero, priusquam terram attingant, in buccule aut cerui aluta inclusis, & brachio colloque adalligatis, comitalibus proderis. Sepiusque omnino ad sanitatē restitues: hirundines ipse etiam siccularum modo in cibo pro medicamento sumptæ, oculorum adiuuant claritatem. Quin-

etiam matrum pulloꝝq; in sicili crematorum cinis ex melle ad oculorum claritatem inungitur. Inungitur & in anginis eadem utilitate, & contra uas tonsillarumq; inflammationes. Inueteratæ sale eadem earumq; pulli, drachmæ pondere anginis cum aqua potæ opitulantur.

EX IGNOTO.

Hirundinis cerebrum aduersus iam incipientes oculorum delachrymationes ex melle collyrij instar illitum, præstantissimum est remedium.

DE CANTHARIDI-

EV S, BVPRESTIBVS, ET PINORVM

ERVCS. CAP. XIX.

NOMENCLATVRA.

DHERARIE, seu Carariba, Arabibus. كوربا جديس, Græcis. Cantharides, Latinis, Barbaris, ac Officinis. Cantarelle, Italis. Cantarides, Gallis. XOFOSTIS, Arabibus. Βούπυστος, ἢ Βούπυστος, Græcis. Buprestes, Latinis. Knoelzer, Germanis. PYTORIAPSA, Arabibus. Πυτοράψα, Græcis. Pityo campæ seu pinorum Erucæ, Latinis. Bruchi de Pini, Italis. die Wurm uon Fichten, Germanis.

ELECTIO, ENECANDI, SERVANDIQ. MODVS,

TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. xi.

Veruntamen sufficientē habemus de cantharidibus experientia, quod iniquos psorodas cum idoneis ceratis aut emplastris impositæ sic illos educunt, ut toti cedant. Misui mus eas etiam facultatibus psoris & lepris congruentibus, necnon quibusdam sepris atque interim etiam ipsæ clauos, quos uocant, eiciunt. Porrò præceptorum meorum quidam earum paulum quiddam in medicamento urinam mouentia iniiciebat. At quidam solas alas & pedes iniiciunt que aiunt esse alexiteria ijs qui corpora ipsorum bibissent Alij contrā. At nos totas indamus. Cæterum aptiores sunt ad ea que expertum me dixi, & cantharidum que inuenta in frumento, lutea transversalia in alis cingula obtinent, potissimum si iniiciantur in uas fictile nouum, deinde ori uas iintem obdolum sit rurum, & uas ita tenes inuersum ut Linteum quod cātharidibus subest uaporem ab aceto sursum elatum excipiat, donec emoriantur ipse cantharides. Sic Buprestes quoque reponere expedit. Sunt autē & ipse animalis quoddam genus cantharidibus tum specie tum uiribus adsimile. Quin & Erucæ que in pinis nascuntur merito sanè nuncupatæ Pityocampæ, huius sunt facultatis.

EX DIOSCORIDE.

Lib. ii. cap. lxxv. & lxxvi.

Seruatu optime Cantharides sunt, que in frumentacea segete

NOMENCLATURA.

segete lecta fuerint. Eas in fistile non picatum coniectas fistilisq; ore parvo raroq; linteolo colligato, supra feruentis accerrimi aceti uaporum circumagato, habetq; illic inuersum fistile usque dum funiculo trahetas suspensas reponito, Efficacissime omnium quas uariis & lateis obliquis cingulis in penis sunt, longo corpore crasse, & blattarum modo obfese: inutili istime contra quas uno colore tantum conspicuas erunt. Seruantur eodem modo & Buprestides, quas cantharidum genus sunt. Seruantur et pinearum Erucæ. Omnes hæc supra feruentem cinerem suspensio cribro impositæ, breuiq; tempore halitu caloris uaporate & reponuntur. Communes omnibus uires sunt, exedere, exulcerare, et in summum corpus calorem trahere. Quam ob causam medicamentis miscentur Cancrescentia, lepras & asperiores impetiginis sanantibus. Menfes etiam trahit pestalis qui molliendo sint additæ. Tradiderunt aliqui subeuntibus euentem aquis auxiliari cantharides, antidotis ad ciendam urinam factis additis. Retulerunt plerique etiam, potarum cantharidum maleficio aduersari remediisq; esse eiusdem animalis alas & pedes.

DE SALAMANDRA,

CAP

XX.

NOMENCLATURA.

A DHAYA, Arabibus. *زالماندره*, Græcis. Salamandra, Latinis, ac Italis. Salamandre, Gallis. Olm, seu Moll, Germanis.

EFFIGIES.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii. cap. lxxvii.

In lacertarum censu & genere Salamandra est, ignauum animal, colore uario, falso creditum non cremarigine.

IUVAMENTA,

EX GALENO.

Simp. Med. xl.

Et Salamandræ combustæ cinerem quidam septicis & lepricis, psoricisq; miscent facultatibus.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii. cap. lxxvii.

Exedendi, calefaciendi, exulcerandiq; uires habet: quæ ob causam medicamentis quæ exedendo sunt, miscentur. Misceatur & his quæ ad lepras conficiuntur, non minus quæ cantharides, quibus etiam similiter reponitur. Depilat Salamandræ cinis ex oleo inunctus. Seruatur & in eundem usum in melle cuiuscera, abiectis interaneis, capite & pedibus.

DE RANIS,

CAP.

XXI:

D I F D A H A, seu Dafda, Arabibus. *Βατράχοι*, Græcis. Rane, Latinis, Barbaris, ac Officinis. Ranocchie, & Rane, Italis. Granoille, & Raine, Gallis. Frosch, Germanis.

IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. xl.

At Ranarum instersum cinerem sanguinis eruptioni meri referunt instersum, ceterum cum liquida pice sanare alopecias.

EX DIOSCORIDE.

Lib.ii. cap. lxxviii.

Aduersantur in cibo serpētibus omnibus Rane, in oleo addito sale elixæ: Sumitur eadem utilitate & decoctarum ius illud. Prosumt & contra ueteres neruorum in cruce, quos tenontas Græci dicunt, abscessus. Sanguinis eruptiones sistit instersum crematarum Ranarum cinis. Ad capillum defluuiam quas alopecias dicunt, idem ex pice liquida utiliter inungitur. Prohibet nasci euulsos palpebrarum pilos uiridium Ranarum instillatus sanguis. Coquantur Rane in aqua & aceto, colluunturq; decocto illo utiliter in dolore dentes.

DE PURPVRIS, BVC

CINISQ; ET EORVM VOLVTIS, ET

OSTREIS. CAP. XXII.

NOMENCLATURA.

N APORAM, seu Porpura, Arabibus. *Πορφυρα*, Græcis. Purpura, Latinis, ac Officinis. Porpora, Italis. Bios, Gallis.

Barçora, seu Cobros aut Cobron, Arabibus. *Κβρυξ*, Græcis. Buccina seu Buccina, Latinis. Buccine, & Cornetti, Italis. Bios Cornetos, Gallis. *Ὀστρεον*, Græcis. Ostreum. Latinis. Ostrea, Barbaris.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA,

EX GALENO

Simp. Med. xl.

Buccinorum Purpurarumq; testa quandoquidem durissima est, nunquam absque uestione usus sum. Atque ista quidē sufficienter desiccandum possidet, ceterum ad anguem eam leuigare, planare, pollinis in modum necesse est, tundendo scilicet & cribrando prius. Quod tibi commune sit in omnibus lapidosis testaceisq; substantijs. Nam nisi exacte leuia sint reddita, arenis similia sunt ipsa autem per se illarum tritarum farina ulceribus malignis competit. Id quod ipsum quoque commune est omnium quæ citra insignem modum desiccant uehemēter: quippe cū aliqui fluxionū causa existant. Sed et aliud est omnium id genus cōe nēpe ut cū aceto, aut oxyerato, aut oxomelice, aut oxymelice idonea sint ulceribus putrescentibus. Idcirco lapides oēs ubi ad eū usum

Q. Q. ij

applicantur, alij magis, alij minus, certe omnes conferunt. Ostræorum testa usta similis est facultatis buccinorum teste. Et præsertim etiam tenuiorum partium, sicut ut certius ueriusq; dicam, minus crassarum. Nam terrosam duramq; corporis sortita consistencia concretionemq; impendio omnia crassarum sunt partium. Itaque accurate ad Leuigare conuenit. Quamobrem cum dicimus horum aliud alio esse tenuius, ita inaudienda dictio est, tanquam si Vlysses Theriostedicanus maiorem, cum uterq; tamen fuerit paruus: aut Aiaceum Achille minorem, cum ambo itidem fuerint magni. Cæterum omnia id genus (ut et cetera est dictum) cogendi quandam in se facultatem obtinent, per quam condensata eorum essentia, dura terrosaq; sunt reddita, quamubi per usionem deposuerint, contrariam adsciscunt facultatem, quam uocant digerentem. Porro si laueris ea ufferisq; ignea in aquam natura deposita, ipsam efficiunt cum tenuitate excoalsfacientem, adeo ut & putrefaciat, sed nunquam reliquum illud terrenum est, morsus expers, id quod maxime implendis cicatricem; claudendis ulceribus humilis est ntile. Igitur testa eorum qua peculiariter uocantur ostræa, combusta uero ad diurnas ex fluxione, egrèq; carne implebiles cauitates, nempe qua fistulosa sunt atque profunda, eam foris cum fustulo adipe ueterato circumponens: id uulgo axungiam nuncupant. At in sinum ipsum ali quid eorum qua talia carne implent, immitto, quale est ustru diaphanæ, quod specarium nominant. Parem in genere facultatem habent & cæterorum ostræodermorum teste densæ, maxime uero, ut dixi ostræorum, acinde buccinorum & purpurarum. Itaque cinis eius generis emplastis miscetur facultatibus digerentibus, & cum quouis adipe digerit. Verum quonia inueteratis efficacius digerit, illi magis miscei solet. Acris uero quam conueniat redditur medicamentum, si acrimia illi adipum quempiam miscueris, de quibus superius determinatum est. Quin & dentes splè didiores talium omnium cinis efficit, non tantum extergendi potentia, sed & asperitate substantiæ, uelut & pumex, & testa clibani. Verum in usu eiusmodi non est necesse que sic usta sunt admodum lauigare. At in ulceribus re bellibus inspergens præ omnibus diligenter lauigabis. Porro excrecentem carnem mediocriter exterunt comprimentq;. Ad hæc cum sale omnia id genus usta dentium sme gma reddunt efficacius, adeo ut non modo laxitatem molli timentie gingiuarum desiccet, uerum etiam ulcera putrefec tiam adiuuet. Opercula purpurarum ex aceto pota quidam memorie prodiderunt, lienes tumentes sanare, & suffitas eas que uteri suffocatione periclitantur, iuuare: præterea petentas eiecit secundas.

BX DIOSCORIDE.
Lib.ii. Cap.iiii. & v. & vi.

Siccat Purpurarum cinis. Dentificrijs idem utilis est. Carnium excrecentias reprimi. Hulcera repurgat & ad cicatricem perducit. Potest eadem & buccinorum cinis, maiore ut tamen urendo exhulcerat. Si quis præterea sale plena in crudo fictili buccina cremauerit, dentificrijs utilis sinum cinerem fecerit. Quinetiam ambustus utilis sine hic cinis illinitus: dimittendusq; illitus sine usque dum intestæ duritiem transferri: post inductam enim ambustus cicatrice, ipse sponte sua decedit. Fit præterea ex buccinis his calx,

quemadmodum de calce agentes, dicemus. Cionia uero qua si columella uocantur purpurarum buccinorumq; mediæ partes, circa quas exterioris testæ uoluta est. Cremantur & hæ partes similiter, efficaciore in aduendo in qua purpure & buccina, ob eam quam habent constringendi uim. Snaues ori & stomacho accommodatæ sunt buccinorum carnes, alium tamen non molliunt.

DE MITVLIS,

CAP. XXIII.
NOMENCLATVRA.

A MARCHAS, Arabibus. Μύαρες, Græcis.
Mitali, Latinis.

ELECTIO, LOCVS, AC VVAMENTA.

BX DIOSCORIDE.
Lib.ii. cap.vii.

Probatissimi omnium e Ponto Mituli sunt. Buccinis ea dem cremati possunt, priuatimq; plumbi modo loti, oculorum medicinae cum melle utiles sunt, palpebrarum crassius dines minuente, oculorumq; albugines & cetera que clari tati eorum officunt, exterentes: Canum præterea morsus bus utiliter caro eorum imponitur.

DE ONYCHE, SEV CON

CHVLA INDICA, CAP. XXIIII.

NOMENCLATVRA.

A THFAR ATHEB, seu Adfar Althaib, Arabibus. Οὐγγε, antiquioribus, Βλέπτως καὶ Βλάττιον Βύσσινος, recentioribus Græcis. Vnguis odoratus seu aromaticus, & Conchula Indica, Latinis. Vngula aromatica, Barbaris. Βλάφα Bizantia, Officinis. Vngbia odorata, Italis.

EFFIGIES, LOCVS, ELECTIO, AC IVVAMENTA.

BX DIOSCORIDE.
Lib.ii. cap.x.

Conchula Purpurarum testis similis testa Onyx est: In nariferis Indiæ paludibus inuenitur: odorata ideo est, nardum pascentibus conchulis. Colliguntur siccatas aestu anni paludibus. Bonitate antecedit qua à rubro mari afferuntur, albescentis & pingues: nigre minoresq; Babylo nia sunt: ex utroq; loco bonitate odoris commendantur, quom incensæ uaporantur, castoreij odorem aliquè referen tes. Suffitu strangulatione uuluarum concident: excitant. Excitant & comitialis: alium potè turbant. Crematarum cinis etiam eadem qua Purpurarum & Buccinorum cinis potest.

BX MESARVGE.

Vnguis odoratus excoalsfaciendi siccatidq; facultatem obtinet, in tertio potissimum excessu.

EX MESAHA.

Onyx Conchulae Indica uim habet excalescendi & exiccandi ualentius tamen est etiam num particeps adstrictionis, ac tenuium partium. Ventriculo, Cordis palpitatio ni, locinori, uuluaq; odoris fragrantia non inutilis. Muliebrium locorum profusio uisum itidem comprimit.

DE ALIQVOT ANI-

MALIVM COAGVLIS, CAP. XXV.

NOMENCLATVRA.

ANFEE, seu Anshae, seu Anshaa, Arabibus. ΠΥΘΑ, Graecis. Coagulum, Latinis, Barbaris, ac Officinis. Caglio, Italis. Presseure, Gallis. Lyp, seu Kymn Lyp, & Kaefz Lyp, Germanis.

TEMPERAMENTVM, AC INVAMENTA.

EX GALENO

Simp. Med. x.

Coagulum omne acris ac digerentis potentiae est, et nimium etiam excicatoria: nam necessario id superiora comitatur. Ac leporis quidem coagulum comitale morbum, si cum aceto ebibatur, praetera profusuum muliebre sanare prodiuum est: sed & lac in uentre coagulatum dissoluere, quod certe & nos experti sumus, non solum in leporino, sed etiam in aliorum animalium coagulo. Attamen leporinum omnium est praesantissimum. Sed & sanguinem in uentre concretum simili modo epotum dissoluit, ac efficacius fortasse quidem ceteris. Leporinum, uerum non solum, quod quibusdam scriptum legitur, sed & hoc commune est omni coagulo. Quidam autem sanguis ex thorace refectiones leporinum coagulum epotum suppressimere prodiderunt: ceterum nec alium quenquam eo usum noui, nec ipse sum ausus acri uti remedio ad affectum adstrictionem possetem. Porro coagulum equinum ad dysentericos & caellicos peculiariter accommodari scripserunt nonnulli. At phoca (Koki, nuncupatur Mauritanis.) coagulum eximie aptum esse quidam praedicant, tanquam uires obtineat castorij. Verum quaecumque prodiuum est, quodque coagulum secundum essentiae totius praestare proprietatem, non est nunc tempus exponere.

EX DIOSCORIDE.

Lib. ii. cap. lxxxv.

Venentorum morsibus, coellicis, & intestinorum torminibus utile est potum in uino trium obolorum pondere leporis coagulum. Vitale & facinrarum fluxionibus concreto sanguini, difficilibusq; peccoris excretionibus. Conceptus idem adiuuat, uulua cum butyro post menstruas purgationes appositum. Idem potum factus in utero enecat, et a puerperio statim sterilitatem facit. Coellicis intestinorumq; torminibus equinum, quod Hippacem aliqui dicunt, accommodatum est. Pares illi uires habent hcaei, agni, hinnulli, dorcaei, capreae, quam a latitudine cornuum platycerota (Falatrifos autem Mauritani,) dicunt, dorci, cerui,

uituli, & bubali caogula: omnia contra aconitum potum in uino sumpta, & in aceto contra concretum sanguinem. Hinnulli priuatum triduum a purgationibus appositum, sterilitatem facit. Phoca (Koki, Arabibus uocatur.) pares castoreo uires habet. Creditur idem comitalibus & strangulatu uuluae accidentibus praecipue conferre. Probatuq; an phoca sit, hoc modo: Sumito cuius uolueris alterius animalis coagulum, sed praecipue agninum, adpersaq; illi aqua paululum dimittito, tum in phoca coagulum coaguli illius dilutum inpergito, ex eo fit, ut aquescat statim uerum phoca coagulum: Sin contra, sibiipsi simile permanebit. Sumitur autem ex phoca coagulum, nondum ualentibus cum matre enatae catulis eius. Soluit communiter omne coagulum coagulata, & soluta coagulat.

DE CASTORVM SIVE

FIBRORVM TESTICVLIS, CAP. XXVI.

NOMENCLATVRA.

INCHIAM ALGINDE BEDVSTER, seu Giendestiar, seu Giendibidestiar, Arabibus. ΚΑΣΤΟΡΟΣ ΔΡΑΧΗΣ, ἢ ΚΑΣΤΟΡΙΟΥ, Graecis. Castoris siue Fibri testiculi, & Castorium, Latinis. Testiculi Castorei, Barbaris. Castoreum, Officinis. Castoreo, Italis. Bieure, Gallis. Byber, Germanis. Questorio, Hispanis.

EFFIGIES, LOCVS, ELECTIO, ET ADVLTERIA.

EX DIOSCORIDE.

lib. ii. cap. xxxvi.

Ambiguum terraq; pariter & aquis agens animal Fiber est, sed in aquis plurimum: inter quas piscibus & cancriis uescitur. Eligito semper in castoreo fibri testiculos, ex uno & eodem principio coniunctos. Impossibile enim est uescitas duas in eadem tunica coniunctas inuenire. Eligito praeterea ceroso intus liquore ponderosos, uiroso odore, acres, friabiles, erodente gustu, transuersisq; naturalibus membranis undiq; interseptos. Adulterant eos aliqui ammoniacum gummiue eiusdem animalis sanguine aut castoreo ipso maceratum, in uescitas illas instillant & siccant. Falso fertur hoc animal in fuga a seipso amputatos sibi testiculos relinquere: impossibile enim est, quales in suis sunt, parum exertos apprehendere. Verum dissecta cute auferre eos oportet, simulq; liquorem illum mellis similem continentem tunicam siccatamq; castoreum bibendum dare.

TEMPERAMENTVM, AC INVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. xi.

Testiculos Castoris nuncupant Castorium, medicamentum et celebre, & multi usus, adeo ut Archigenes de Castorij usu totum conscripserit librum. Atque ille sane particulae eius facultates exposuit, nos uero uelut in alijs medicamentis fecimus, ita & in hoc quoque generale modo

Facultatem diuicem. Quam si prae oculis habeas, ipse per te particulares inuenire poteris. Itaque quod exalfaciatur, mani festum est. Nam si uoles ipsum ad unguem leuigatum oleo maceratum parti cuiusdam illinere & infricare, euidenter illam incallescere percipies. Porro calefacientia omnia ubi contacte & substantiae quippiam digerunt, continentiam etiam illam deficcant, nisi si quid naturae fuerit humidum, ceu oleum & aqua, atque aduentitiam qualitatem calidam, non fa cultatem assumperit: sicut certe haec ipsa igni & soli estiuo admoda. Itaque cum castorei consistentia quoque sit sicca, & calefaciendi potentiam habeat adianctam, merito deficcet. Atque hoc illi cum multis alijs medicamentis commune existit. Porro quoniam impense subtilium est partium, ob id plus ualet quam alia, quae similitur ad ipsum & calefaciunt & deficcant. Nam quae tenuissima sunt partium medicamenta, ijs quae sunt crassarum, plus sunt efficacia, etiam si parum sortita fuerint facultatem, nimirum quis penetret & in altum subeant ad motorum corporum, potissimum si ea densa fuerint, uelut neruacea. Palam igitur talia ob causam positam magnifice inuuantur a castorio. Ceterum falluntur medicorum plerique in usu castorii, cum id modo considerant, parient quamquam aut tremere aut conuelli, aut sensu motuue priuatum esse aut aegre sentire moueri: haud scientes id genus symptomata ad dissimiles sequi corporis affectus. At tu ab Hippocrate doctus, ex plenitudine pariter & inanitione conuulsionem consequi: ubi quidem quae in neruis continentur praeter naturam, euacuare consilium est ibi & bibendum exhibere, & foris cuti castoreum impone. Vbi uero ex siccitate nimia obenerit consilium, scito, hoc medicamen illic esse aduersissimum. Ad eundem modum ijs qui praee plenitudine tremant, utilissimum: aduersissimum uero ijs quibus id accidit ab inanitione. Ad portionem modicam affertur, ubi singultus euenit stomachi, speruato prius inuentoque illius affectu, ac discreto, si quidem a plenitudine ipsum aegroti perpetuantur, ad castorei usum accedito. Sin autem a siccitate & euacuatione, aut acrimium humorum morfu pronenerit, medicamen hoc fugito. Sane si odori gustuique adueras animam, suspicaberis humano corpori aduersissimam habere substantiam: tamen si in natura nihil efficere coperiatur eorum quae talia facere assolent. Siqui dem alia stomachi uitiant, alia uentrem, alia caput, alia alia quamuis parte laedunt. At hoc medicamen siue corpori humido applices ressecatione poscenti, siue frigido exalfactione, si ue humido simul frigidoque exalfactionem pariter et ressecationem requirenti, magna utique ostendit utilitate: nec ullam parti cuiquam noxa afferet, potissimum si febris uacet, aut non admodum calidam perpetuat homo febrim, sed ut sic dicam tepidam febrim qualis accidit in cataphoribus maxime & lethargis. Ac multis sane castorium exhibimus una cum pipere albo, utrinque mensura cochlearij ex mellicrato bibendum praebentes: nec quisquam ullam sensis noxam. Sed et mensibus retentis, ubi per uenam quae in talo est, modice euacuassem, oblato Castorio una cum pulegio aut calamintha, semper medicamen hoc expertus sum purgationem eicere absque ut hominem lederet. Praeterea locos morantes eicit. Eaque omnia ex mellicrato potum efficit. At quibus ita uenter flatu distenditur, ut aegre curationem admittat, aut torminibus uexatur atque singultu, idque ob frigidum

uiscosumque humores, aut crassos flatulentosque spiritus, eos ex oxycrato potum adiuuat. Quae porro inuat in corpus intro sumptum, ijs prodest quoque cuti impositum cum sicyonio aut ueteri oleo. Quae uero ampliori caliditate indigent, ijs etiam per se infricari debet. Inuata etiam, si quis suffutur eius in prunis impositi inspiratione attrahat hauriatue, maxime frigidis & humidis affectibus, in pulmone aut cerebro consistentes. Attamen lethargicos & cataphoricos omnes affectus, qui quidem adiunctam habent febrim, praestat non dictorum oleorum quopiam macerates curare, sed potius ex rosaceo capiti colloque imponere.

Comp. Phram. secundum locos. viij. cap. liij.

Quo uero uehementem Opij frigiditatem compositor ipse corrigere, Castorium ipsi adiecit, oppositum ferme ipse in facultate.

EX DIOSCORIDE.
lib.ii, cap. xxvii.

Vint contra serpentes habet Fibri testicularis, quem Castoreum uocant. Sternutamenta idem elactu cit, habentque in uniuersum multiplices usus. Cui pulegio siquidem pondere drachmarum duarum potum, menses, secundasque trahit, & foetus ex utero pellit. Bibitur & contra inflationes cum aceto, tormina, singultus, letalia uenena, praesertimque Ixiu. Vt uero sos idem et quacunque alia in ex pugnabilis sonni uel sopitos, ex aceto, & rosaceo in perspersus, excitat: idemque olis et suffutur per se. Tremulis praeterea, conuulsis, neruorumque omnibus uitij potum pariter et in uniuersum prodest, calefaciendi uires in uniuersum habens.

DE OUIS,
CAP. XXVII.

NOMENCLATURA.

NAID, seu Beid, seu Baiid, Arabibus. Ouo, Graecis. Ouum, Latinis, Barbaris, ac Officinis. Ouo, seu Vouo, Italis. Oeuf, Gallis. Ey, Germanis. Hueno, Hispanis.

ELECTIO, TEMPERAMENTVM,
AC INUAMENTA,

EX GALENO.
Simp. Med. xii.

Consequens fuerit ad partium doctrinam de Ouis differere. Nam alibi eorum meminisse non licet. Sane Ouis partes non sunt animalium, ceu nec arborum fructus, nec grauidarum foetus: uerum proportionem respondent ijs quae agnoscantur. Itaque eorum quae agnoscantur, quaedam plane familiaria propriae cospiciuntur plantarum, aut animalium naturis: quaedam non omnino talia, ut uisum quod agnoscitur querubus: & ut semel dicam si qua arboribus, aliterius generis arbor, fructu, fructus, herba aut omnino germen quodpiam, ut fungi agnoscantur. Et familiaribus autem est et in ouibus Lana, & in alijs animalibus pili, & cornua quae decidentia denno recreuant, ut in masculis ceruis, ex hoc sunt genere. Cuiusmodi autem siue foetus fructibus pro

portione respondent, nimirum ad generis propagationem à natura creati. Exhibis unum quoddam est & ouum factum ad generis successionem perpetuat emq;. Ceterum utile est & tanquam nutrimentum. Verum de nutrimento non est nunc institutum differere. Proinde quæ tanquam medicamentum efficit, ea hoc sermone recensentur, ex pauculis usibus particularibus uim eius exquirentibus nobis, tum in partibus, tum in tota substantia. Siquidem quo pacto inuenta rerum cuiusque generis facultate, ad multos eam usus particulares ducere possumus, dilectissimè. Insuper docti iam sumus, quomodo ex uno altero experimento de uniuersali facultate liceat colligere. Igitur ouorum album & tenue illud, quo item ad ophthalmias utimur, ex numero est medicamentorum minime mordacantium, nec unquam effectum fructuosum ex ulla tali intemperie, qualem habet sepe lac, uti ante ostendimus, in animalibus cruditate, aut nimiam famem, stimule perperis aut quæ cibis usa sunt prauis. Quæ sane potius euenire solent in mulieribus, ob uictus uidelicet errorem. At oua unam modo prauitate accipiunt eâ quæ ex uictitate, quam facillime cauebis si utaris recentibus. Porro usitatissimum nobis est, maximeque parabile gallinarum ouum: ea propter illo utimur, alijs nihil egentibus, tamen si eandem habeant naturam. Temperatura porro symmetra frigiditas est. Itaque utendū est ovi albumine non tantum ad oculos, uerum etiam ad alia omnia quæcunq; medicamenta requiritur suavissima, minime que mordacia, ut sunt omnia felis ac pudendorum ulcera maligna. Miscetur quoque idonee medicamentis profusius sanguinis ex cerebri inuolucris suppressis, quæ nimirum citra morsum illinantur, atque adstringunt. Sed & ad ulcera rebelia miscetur ijs quæ absque morsu ea possunt desiccare, cuiusmodi est medicamē pompholyx elota, et metallicorū quædam elota, de quibus prius supra differimus. Porro et ipse inuoluis assimilis est nature, ac proinde miscetur ceratis morsus experibus, ijs uidelicet aut lixis, aut astis. Verum id tamen manifestum est inter hos leuiculam existere differentiam, quod paulo plus desiccant quæ sunt assæ: ac quantum huius accipiunt facultatis, tantum deperdant de mitigandi potentia. Miscetur & cataplasmas phlegmonem extinguentibus, ut ijs quæ ex meli loto constant, sedi applicandis. Crudum uero ouo toto utimur admisso rosaceo ad palpebrarum, aurium, mammarumq; phlegmonas, quæ scilicet aut idis illis, aut alio quouis modo euenient, aut extiterint in neruosis corporibus, puta cubitis, & digitorum tendonibus, aut articulis, idque in pedibus pariter & manibus. Porro in aceto coctum ouum si edatur, fluxiones uentris desecat. At si etiam quippiam eorum quæ ad dysenteriam, aut colicam affectū conueniunt, illi miscueris, atq; in igne modico fumique experte (qualis est qui ex prunis constat) in sartagine frixeris, edenatq; ita præbeas, non minime sane laborantes adiuueris. Aptissima talem ad mixtionem sunt ompachiū, rhus, tum ipse qui cibis aspergitur erythros nunc cupatus, tum succus ipsius: galla, sidia hoc est mali granati putamina, cinis cochlearum integrarum usuarū. Aptæ quoque & uarum uinacæ, & mirra, & mespila, & corna. Magis istis medicaminosa sunt balaustium, hypocistis, cythni, siue mali punice flores. Sed & ad ambustiones crudum protinus impositum est utile, siue quis seorsum albumen

aut taxat ipsum molli lana excipiat, siue etiam cum uittelo totum commiscens confundensq; applicet. Etenim modocriter refrigerat, & citra morsum desecat. Tale quum sit, & ad anacollema uocata, quæ fronti uidelicet imponuntur, utimur, & pilos palpebrarum ad glutinamus, nimirum admisso idoneorum quopiām, cuius generis est, thus, potissimum pingue si fuerit, ac non inueteratum & siccum. Verum in illiusmodi, ipsius albuminis commoda est uiscositas, non autem temperies, nisi quis quatenus nequamquam aduersatur, illi quod adhibebit medicamentum, eo nomine utillē ipsam dixerit. Nam viscosorum quædam sunt quæ aduersantur, uelut uiscum nimirum acre & calidum, ad ea quæ excalfieri non postulant, dicuntque frequenter est, ea quæ uelidam uim nullam obtinent medicamentam, seu materiam ijs quæ tales uires obtinent, miseri: proinde quoque creberimini sunt usus, ut pote ijs quæ ualenter agunt, inferuentia. Eiusmodi cum sit ouum, simulque non paruum adipiscatur in lixationis assationisque qualitate differentiam, sit sane multo utilissimum. Nam medicamentis quæ humiditates desiccant, aut lixam, aut asum, atque cataplasmas modo inberet, tum quod substantiæ suæ leuitate eas mitigat, sanatque. Eadem ratione stomachi, uentris, intestinorum ac uescicæ medetur asperitatisibus.

EX DICIOSCORIDE.

Lib. II. Cap. lliii. & lii.

Nutriendo magis est molle quam forbile ouum, mollitur sursus quod durum, & igne duratum fuerit. Vitæ oculorum doloribus additis rosaceo & crocotozostum uo luteum est. Vitæ itidem eam fertula campana scdis inflammationibus et condylomatibus. Estur idem cum uua quam rhus diximus aut galla srixum, ad sistendam alium. Pote est idem per se etiam sumptum. Quod uero candidum in ouo est crudum, refrigerat, glutinat, & oculorum inflammationes admotum lenit. In ambustis excitari pustulas prohibet, si quamprimū eo inungantur. Non aduritur sole facies eo inuncta. Compescit in oculos destillationes, glutini modo fronti addito thure impositum. Quinetiam oculorum inflammationes lenit lana exceptum, tum admixtis rosaceo, uinoq; & melle impositum. Crudum contra hemorrhoidis morsus forbetur. Sorbetur itidem exiguo calore tepens contra uescicæ erosiones, renunq; exhalerationes, faucium scabritiem & asperitatem, sanguinis excretiones, & capite in subiectas partes, & in pectus destillationes.

DE SALIVA,

CAP. XXVIII.

NOMENC LATVRA.

BV SACH, seu Bezach seu Hab, Arabibus. Ἐλε λου, ἢ Ἐλε λου ἢ τρυ λου, Grecis. Salina, Latinis, Sputum, Barbaris, ac Officinis. Salua & Sputo, Italis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA,

EX GALENO.
Simp. Medic.

Sielon, siue Sialon, siue Ptyelon appellare libet, nihil in terest. Verum id sciendum est, uim eius esse differentem tum in animalium speciebus, tum in eorum unoquoque sano aut egroto, ieiunio aut sitibundo, aut cibo potuq; sumpto. Etenim ut urina & bilis & sudor, sic et Saluia sumpto quidē cibo imbecilla est: ualida & acris eorū qui ingenti aut inedia, aut siti peramitur. In medio utriusq; est eorū qui probe concocere quidem, nondum tamē cibū potūue ingesserunt, hauserūt. Hac ergo Saluia nutrices pueroꝝum lichenas curant, patrum uidelicet digitum rigantes. ac deinde cutem affectam confricantes. Idq; faciunt subinde, tanto scilicet tempore, dum Saluae uires in lichene perdurent, ac nōdum sint extinctae. Sed & triticum mandentes rusticionum pauci furunculis imponunt. Nam celeriter eos & digerit, & concoquit: cum si maceraret aqua non aequē prodesset. Ex quo liquet Saluam in ipsam auxiliij robur adferre. At que corporibus mollibus, & puerilibus, panem non triticum imponunt, ore commansum. Porro omnia sic commanfa digerunt & sugillata, ceteraque ecchymonata, maxime ubi panis simul cum pauco radice fuerit commansum. Porro tota substantia uel maxime aduersa est saluia beuissis hominim interficientibus, ceu alicubi etiam Nicander poeta refert. Pollicitus autem mihi quidem incantationem sese ostensurum, quae scorpionis interficeret: ubi illam semel dixisset, in scorpium exiit, inde rursum eam ob murmurās, iterum scorpionem conspuit: ac ubi tertio dixisset, atque exiisset, mortuus est scorpium. At postea ego absque incantatione a sola saluina morientem uidi scorpionem, idq; celeriter patientem a saluina esurientium, aut sitientium, tarde autem ab illis qui cibo potuq; fuerant impleti: in alijs autem proportione.

DE ANIMALIUM,

VRINIS. CAP. XXIX.

NOMENCLATURA.

BAVL, Arabibus Ούρον, Graecis. Lotium siue urina, Latinis, Barbaris, ac Officinis, Orina, Italis. Urine, Gallis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Medic.

Dictum quidem est de tota eius natura in sermone de sudore: diciturque & nunc, quod quanta est in animalibus bilis diuersitas, tanta item sit in urinis. Atque omnes quidem facultate sunt calidae: sed plus tamen animalium calidiorum: minus autem frigidiorum. At urina hominis omni uero prope aliarum urinarum est imbecillima, exceptis porcis domesticis, quibus exest sunt testes. Nam illorum similis est totius corporis temperatura, temperiei hominum, et urina similiter debilis. Verum montanorum Aprorum ualida est, ut etiam ex odore apparet, qui utiq; acerrimus est. Sed & in alijs animalibus omnibus ex odore uim eius conijcere liceat. Nam urinas illas degustare plane est maxime

abominandum, cum ne Puerorum quidem urinam uir quidā honestus uita pariter ac moribus ebibere sustinerit, cum pessifere egrotaret in Syria, ubi cum multirurum Puerorum simul & Virorum haussissent, sese hinc furuatos credebant. Ceterum urina hominum, ut si quid aliud, extergendi uim obtinet: quod cum alijs multo satis indicant, tum maxime fallones, qui sordida uestium expurgant ea atque extergunt. Hanc eius uim cum et medici conspexissent, phoras & lepras ea detergent, perfundunt que ulcera tum multa humiditate, tum sordibus & impuritate scamentis, ac multo magis ubi putridum quiddam obtinent. Sed & pudendis, ubi sic afficiuntur, urinam infundunt, & auribus pure fluentibus. Quin & achoras, & furfures ea curant, capiti identidem infundentes. At nos haec facere odimus potius, cum ad manum sint que illis conducunt alia medicamina. In ulcera digitorum pedis maxime que ex illusione atque ossione essent inflata, sepe numero, ubi nimirum phlegmone careret, & ipse urina curauit, eaque in seruis & hominibus rusticis, quos iter ingredi abique medicis erat necesse. Siquidem linamento (μύρον) Graeci uocant) alteri imposito, ac in super linteo circumuoluto & ligato quoties mediendi incesset cupiditas, in digitum ferri urinam precepi, nec ante solere quam bene esset curatus. Nam & si quem alium ruri sine medico agentem, urinam ulceribus perfundentem auissem, non uetui ubi scilicet in partibus thoracae inferioribus usque ad imos pedes ulcus constitisset. Siquidē ulcera aut capitis, aut faciei, urina perfundit sinere auserfabar. Attamen medicamentum quod ex urina Pueri conficitur, quod quidam uocant chrysocollan, quia eo ad auri glutinationem utuntur, ad ulcera difficilia sanata optimum esse assero. Est autē id figura phialae, confecto mortario ex ere rubro, habente pistillum eiusdem materiae, in quod meientē. Pueri pistillum circummagatur identidem, ut non tantum ad mortario quid deradat, sed etiam a sepononibilibi deratat, id quod pluribus deinceps diebus peragitur, donec urina crassitudinem consistantiam ue assequatur mellis. Faciendū uero id in sole. Nam facilis in aere eiusmodi, eris ad mortario quid deteritur. Aut si sol absit, calidus alioqui esse edes conuenit. Hoc medicamentum misto ijs que curandis ulceribus rebelibus sunt idonea utimur, ut dixi, ceu optimo. Nihil enim habet abominandum perinde: ut urina capiti, alterius parti infusa. Nam quid commemoros em urinae potius? Scripsere tamen medicorum quidam de subsidentem in urina crasso illo uidelicet & albo, dicentes id mideri erysipelatis. Sane ea erysipelata, quae ignea etiam non sunt, & reuera erysipelata, calidorum et acrium medicamentorum omnino nullum iuuare potest. Quae uero per refrigerantia refrigere, tum hoc, tū alia multa medicamina digerentia adiuuare ualent. Atque hoc quidē uti licebit, ubi non in facie, aut prope ipsa erysipelas constitit, uerum in artuum quopiam aut dorso aut ventre. At urinae pueri orthopneae uocat & gratia ebibere necessarium non est, cum sint & alia medicamina, quae huic medeantur affectui. Quin cum bibisset quidam, affectu liberatus non est, ut non eximium quod prae ter alia possideat.

EX DIOSCORIDE.
Lib. ii. cap. cxx. & c.

Contra uiperæ morsus, letalia uenena, & erysipelas cutem

cutem subire aquas, remediū est urina Hominis & sua cuiusque pota. Fountur eadem utiliter marinorum scorpionum, echinorum, draconumque; morsus Canina itidem rabili canis morsus pari utilitate fouetur. Lepras pruriginemque addito nari ex terit urina. Inueterata maiore efficacia ca pitis manantia bulcera, furfures, scabies, papularumque; eru piones abstergit. Compescit que pascendo serpunt genita lium uitia. Infunditur purulentis auribus, insusque; adstrin git, uermesque; carum pellit in malicorio decocta. Prodest in pubis Pueri urina non nisi recta ceruice spirantibus in sor bitione data. Eadem cum melle in enae uase decocta, oculo rum cicatrices, albugines & nubeculas ex terit. Conficitur Cyprio are & urina accommodatum Auro Gluten. Sanantur inuncti urinae Sedimento sacri ignes. Hæc ipsa cum ligustrino oleo inferusfacta, muliebrum locorum do lores apposita mitigat. Strangulatu uulue; procidentes le uat. Palpebras abstergit & oclorum cicatrices emulcat. Auribus in dolore utiliter instillatur Taurina cum myr rha coacta. Habet & Aprina eadem uires; pruatim tamē pota, uescica calculos frangit & pellit, Prodest Caprina cū spica nardi quotidie pota, resoluentibus se in aque natura solidis toto corpore paribus, quod malum Greci hydro pen Anasarca dicunt, sic ut simul aque cyathi duo bibatur, urinam per aluum duces. Meletur eadem aurium dolori bus instillata. Renum cum urine impedimento aliquo dolo ribus quos nephritin dicunt, mederi Afini urinam traditū est. Lyncis urina quam Lyncurion (Faryos, Mauritani.) dicunt, creditur cæca statim lapidescere, sed falso: Eamq; ob causam inanem & inutilem habet historiam. Est enim Lyncurion quod à quibusdam electrum dicitur, cognomen to Pterygophoron, (Ablataron seu Batarapton, Arabi bus.) quod est plumas trahens: id in aqua potum stomacho & fluenti aluo accommodatum est.

DE PELLE OVINA,

CAP. XXX.

NOMENCLATVRA.

GELDALCHEBE, Arabibus. Δελμας πο βοτου, Grecis. Pellis Ovina seu Ouilla, Latinis. Cutis Arietis, Barbaris. Pelle Pecorina, Italis.

TEMPERAMENTVM, AC INVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. xi.

Pellis Ovina recens detracta, circumposita ijs qui quo cunque modo fuerint uerberati, luculenter adiuuat prae om nibus alijs auxilijs adeo ut die ac nocte una illos curet: con coquit enim & digerit que sub cute sanguinem habent.

DE VETERVM CAL

CEMENTORVM CORIO. CAP. XXXI.

NOMENCLATVRA.

GELDALATICHE, Arabibus. Καττιμυα τρι, Grecis. Veteris calceamentum Corium seu Co rit ueteramentaria, Latinis. Corium uetus, Barbaris, ac Officinis. Cuoio necchio, seu Scarpe necchie, Italis.

INVAMENTA,

EX DIOSCORIDE.

lib. ii. cap. 1.

Cremantur Veteres Calceamentorum solea: tritusque cinis, ambustus, in terriginibus, & ex calceis pedum attributibus utilime illinitur.

EX GALENO.

Simp. Med. xi.

Coria uetera, que uidelicet ueteramentorū sunt, uisā, ad attritiones comodari calceamentorū scriptū à quibusdā est, tanquā scilicet hoc faciāt ex antipatheā quadā. Certe que phlegmone obsidentur, haudquaquā iuuantur: uerū ubi extincta fuerit phlegmone, non iniuria iuuantur, nempe quia refecantur. Est enim talis cinis refecatorius. ac nos sane quandoque in agro ad uicis eiusmodi ex attritione sumus usi. Curat autem talis cinis non abs re ulcera ambusta, & que uocantur intertrigines in fœminibus existentes.

DE SANGVINIBVS,

CAP. XXXII.

NOMENCLATVRA.

DEM, Arabibus. Αίμα, Grecis. Sanguis, Latinis, Barbaris, ac Officinis. Sanguis, Italis. Sang, Gal lis. Sangre, Hispanis.

TEMPERAMENTVM, AC INVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. x.

Sanguis, intelligendum uidelicet est animalis secundum naturam habentis: nam is re uera Sanguis est. At melanco licus, aut picrocholus, aut pituitosus, aut serosus, aut pu tridus, sanguis est mistus, ex sanguine scilicet uero, & sucto, aut sanie illi permista. Tum ipsius quoque sanguinis na taralis in quoque animali alius est liquidior, alius siccior: hic magis, ille minus calidus. Nā frigidus sāguis nullus est. Sanguis Suillus humidus est, & minus calidus: Humano maxime temperie similis. Siquidem & carnes Suum Hu manis sunt similes. Comperit enim sunt hospites & coqui complures, qui Humanas carnes pro Suillis uenderent: ita met si qui eas edissent, nullum omnino discrimen percipere potuerunt. Quin et ipse narratē audiui uiros sibi dignos sese in diuersorio publico ius estasse delicatum cum carni bus suisuissimis: ceterū cum tā sene patuui essent, inuenisse digiti partē anteriore, que uidelicet ad unguē est: quo pul si, ac metuētes eos qui agebant in diuersorio, ne se quoque uorarent, eū ei rei asuerit, protinus quidē illinc exiere, ac uomitus rediit que ederāt, ita iter denuo ingressi sunt. Sed et in ipsos facinore homines malitātes deprehensos qui indi uersorio debebant, non ita multo post eserebant. Itaque iure quispiam existimē Sullum sanguinem Humano esse simillimum. Ex tali enim sanguine tum prima constat gene ratio, tum postea nutritio carnibus, itaque quisquis sangui

R R

nem Humanum morbo alicui utilem esse ait, in Saïllo primum id comprobatur: ac si non eandem, saltem similem actionem offendat. Nam etsi aliquatenus, inferior sit Humano sanguine, saltē asimile quippiam efficit, quo cognito, ab Humano pleniorē fore utilitatem sperabimus. Nam si ne paulum quidem promissis respondeat, non erit cur in Humano experiri oporteat. Quippe similia efficere posse similia, experti sumus. Nam Columba sanguinem Pergameni nostri, atque adeo per totam ferē Asiam qui capitis ossa confracta perforat, in crassum cerebri involuolum effundere assolent. Postea quidem cum habere: Palumbum, nec esset ad manum Columba, usus est Palumbi sanguine, & tamen seruatus est homo ille. Et alius Turturem eandem ad usum applicans, nihil hominē lesit. Siquid similibus ad eosdem uti affectus, ubi quæ antea expertus non adfuit, unum esse ex confessis, & experientia comprobatis. Et huiusmodi, plerumque hunc in modum peraguntur. Porro quoniam exempli uice mentionem feci sanguinis Columbinum, nihil deterius fuerit iam ipsum sermoni proponere. Siquidem eo ad hypophagmata in oculis consistentia quidam utuntur, procius uidelicet sumentes qui ex animante mactata effluit. Nam calidum in hypophagmata ipsum asfundunt, uenis ad alarum exortus incisus, quo uidelicet ad multos usus idem animal sufficit. Alter Pullorum tenerorum extrahit pennis (sunt autē he molles, & fistulas humore plenas obtinent) eum ipsum humorem exprimebat oculis instillans. At alijs medicis controuersa fuit, Pulline sanguinem, an Columbae adultæ meningi asfundere oportet: & an maris, an femine. Ego uero Romæ sexcentos noui eorum quibus perforata fuere capitis ossa, nec quicquam ab usu rosacei citra Columbae sanguinem offensos. Verum id calidum sit æque atque Columbae sanguis necesse est. Ac fortassis ipsa tantum caliditas in contactu moderatione est utilis, haud quaquam eximia & incognita facultate. Adest illi quoque bona facultatis temperatura. Sed quid hoc? Nam & hæc rosaceo inest, præterquam quod leuiter asfringat. Itaque melius inuenire nihil possis in capite perforato, quam ut rosaceo probe utare. Indicauimus autem supra, quo pacto oporteat rosaceum, de quo queri non liceat, præparare. Sed & collyria sunt plurima quæ medeantur hypophagmatis, & maxime quod plurimum recipit myrrham, quale est quod à Democrate compositum est, quod uocant Diasmyrron. Secundo sunt quæ habent multum thuris: post quæ sunt quæ ex eroco constant. Quin & scenigreci saccus sanguine Columbino in hoc utique præstat. Quid ergo moramur aut Colombos, aut Palumbos, aut Turturem, cum omnium medicamentorum paratu facillimum habeamus scenum? recunt: tum memorata collyria in promptu seruemus? Ad eundem modum nec noctuæ sanguine ad difficultatē spirantes egebimus: quanquam sunt qui non sanguinem bibendum exhibeant, sed ipsam iubeant coctam edere ex simpliciter alboe iure. Ac sanguinem quidam alij aque, alij uino instillantes exhibent. Et fuit etiam quidam qui immodice hunc sanguinem apud mulierem assidue difficultatē spirantem extolleret, & cum rogaret, qualem ab eo sciret curatam spirandæ difficultatem, ne id quidem nouerat, quod plures essent. Et sane in muliere quidē est usus, uerum profuit nihil. Sicut nec sanguis Vespertilionis, quem scribitur

quidam, si uirginum uberibus illinatur, plurimo ea tempore ab extuberatione tueri. Est autem & ipsum salsum, ueluti & quod enasci sub alis pilos prohibeat: id quod recte Xenocrates tanquam mendacium calumnians est. Verum ipse censet post illius usum aut chalcantion inaspergendum, aut semen cicutæ. Aitq; ubi hoc factum erit, aut prorsum pilos non prodituros, aut certe languinosos: æu leue atque exile medicamentum adderet cicute semen, ce non per sese sufficiat strenuè refrigerare partes quibus fuerit impositum. Alij uero & puerorum padentis sanguinem Vespertilionis illinunt, credentes ita diuissime eas partes a pube seruari posse immunes. Atqui non oportebat putare diuissime, uerum perpetuo uero tales, uelut eximentibus & alas. Ergo ex refrigeratione partis uidentur eiusmodi quippiam posse contingere, non est a ratione alienum. Nō tamen adeo frigide facultatis est Vespertilionis sanguis. Nam in totum nullus sanguis frigidus est. Sunt tamē multi qui pro alimento habent sanguinem Leporis, Gallinarum, & Caprarum: uerum Leporis & Gallinarum non pauci etiam eorum qui urbes incolunt: at agrestes uentres suos Caprarum sanguine una cum adipe implent, uti Homerus ait solitos sponso Penelope. Sed nunc, non tractatur de ijs quæ aborum loco sumuntur, sed quæ adhibentur ut medicamenta. Sed quedam sunt, uti supra posui, alimenta simul & medicamenta, quorum hic faciendā mentio est quatenus medicamenta, non quatenus alimenta. Etenim qui aqua inter cutem laborantibus sanguinem Caprarum cum melle exhibuerunt, eum ut medicamentum, non ut alimentum obtulerunt: qui ad hysenteriam tosto co, & ad uentris fluxum sunt usi. Videturq; mihi quippiam crassam eius essentiam et terræ cum caliditate excitatoriam esse suspicatus, ad hunc usum perducit. Porro Galli Gallinæq; sanguinem cum ab ipsis ad meningem hemorrhagiā scriptum inuenissem, nec magnum quippiam effecturum speraui, nec ausus sum egeri uiri. Simul enim metuēbā, ne curiosus & solidus uiderer si tantis, tãq; probatis remedijs semel præteritis, considerē sanguinē Gallinacē illis plures posse præstare. Simul uero cum eiusmodi sanguinis eruptio admodum sit periculosa, non est mihi uisum fore honestū, si ad ea quæ inexplorata essent, transissem. Siquidē periculosa adeo est eiusmodi experientia, & quæ solis regibus in homines noxios merito usurpatur. Desperabam uero etiam de sanguine Agnorū, quem quidā comitiali morbo mederi potū scripserunt. Itaq; nec hunc quidē etiā experimento dare sum ausus. Quod si quis experiri uolet, certofcio dānabit qui talia scripserūt. Siquidē quæcūq; pota iuuant epilepticos, ea facultatis sunt incidētis. At sanguis Agnorū omnium minime talis est. Porro quod de Hædorum sanguine prodidit Xenocrates, cum exultimassent non esse impossibile, ratus ob aceti missionem posse aliquid efficere, persuasi cuidā in agro degētī, ac rusticæ quidem studio, cæterum primis discipulis eruditō, retulitq; se eo in duobus sanguinē expunctibus usum, nō nullā utilitatē expertū. Cæterū illorū neuter ex ijs quæ mihi narrabat, neq; ex arteria, neq; ex laringe aut pulmone expulisse uisus est. Xenocrates igitur in primo libro De percipiendā ab animalibus utilitate, ubi de Hædis diserit, scribit in hæc uerba: Ad hæmopticos, hoc est sanguinem spūtes, admodum uile. Oportet autē Hædorū sanguini, nonnullam

concreto plus minus mensura fenicotyla tantū admisce
re aceti acris, idq. seruescētū trifariam partiri, & in sin-
gulis dies singulas partes exorbendas præbere. Itaque li-
ceat tibi forte fortuna in agro, ubi reliquorum fuerit ino-
pita, hoc uti, cum citra periculum id experiri possis. Vro-
rum uero sanguis si abscessibus calidus imponatur, fieri po-
test ut concoquat. Adijciam uero etiam sermoni Caprinū,
Hircinum, Taurinum. Licetq; tibi, si uoles, præteritis de-
cem millibus medicaminum paratu promptorum, quibus
concoquuntur abscessus, Vros, Tauros, ac Hircos macerare,
quolibet scilicet usu: nec enim quispiam semel imposito
in partem patientem medicamento promissum eius exiget,
nec etiam si refrixerit ut iam cogatur. Porrò cum asserere-
ret quidam sanguinem utridum Ranarum, paruarum scilicet,
quas quidam Brexantes nuncupant, si euulsis ex palpebris
pilis inungeretur, ut in posterum ne recrescerent prohibeturum,
saluum id comperi facit. Postea uero scriptum à quibusdam
reperi illud ipsum, sicut etiam Crotonum, quos potius ueteres
appellat Cynoraistas. Verum nec hic factio periculo promissa
præstitit. Ceterū an Crocodili terrestris sanguis usum acuat, ne id
quidem experiri uolui, cum haberem probata aciei exacuenda
medicamina. quæ Greci uocant οξυδερκην. Neque an admissa
riorum Equorum sanguis crustam molitur, & septicus
fit: neque an Murium domesticorum sanguis uerrucas, quas
uocant αροχορδιδας, decidere faciat. Nam aliorum fuit
mihi magna semper copia & ad hoc patema, & quod
ægrius illo medicabile est, nempe ad uocatam myrmecciam.
Et caueam ne prestigiatu & opinionem referrem, cum iā
etiam improbi quidam medici ex diuinandi quapiam arte,
non ex speculatione medica me in morbis solere prædicere
calumniantur.

EX DIOSCORIDE.
Libal. cap. xcvij.

Antidotis utiliter miscetur Anseris, Hædi & Anatis
sanguis. Palumbis, Turturis Columbe, Perdiciq; sanguine
recentia oculorum unguina, sanguinisq; eo concursus,
& lusciosi inunguntur. Columbe priuatum sanguinis ex
cerebri membranis eruptiones cõpescit. Hirca, Capræ,
Leporisq; & Cerui, intestinorum tormina & alui fluores si
sint: in quem usum frigus in sartagine statim sanatur. Potus
cum uino idem, contra uenena que toxica dicunt, uires
habet. Emendat Leporinus sanguis leniginosus, asperamq;
& discolorum ceu à sole cutem, si calente eo inungantur.
Contra rabidi canis morsus & epotum toxicum Caninus
utiliter bibitur. Ferit prodesse comitialibus potum terre-
stris Testudinis sanguinem. Marinæ uero cum uino additis
coagulo leporis & cymino, contra uenenatorum morsus
& rubetam Ranam. Discutit Taurinus, mollitq; durities
cum polenta illius. Miscetur medicamentis que excedendo
sunt, matricum equarum & que admixtae inseruiant, san-
guis. Creduntur euulsæ oculorum palpebræ Chamæleontis
(Harbe Mauritanis uocatur,) sanguine inunctæ, non reu-
nasci nec minus Viridium Ranarum etiam. Creditur ititē
Foeminarum Mensis sanguis, si peragnantes eo illinan-
tur, aut super eum ingredientur, sterilitatem facere. Podag-
re idem dolores & sacros ignes inunctus leuat.

DE ANIMALIUM

CEBRO, CAP. XXXIII.

NOMENCLATURA.

DIMAG. Arabibus. Εγκεφαλος, Grecis. Ce-
rebellum seu Cerebrum, Latinis, Barbaris, ac Offi-
cinis. Cereullo, Italis.

IVVAMENTA,

EX GALENO.
Simp. Med. xl.

Cerebrum Leporis attritum & esum utile esse didici-
mus pueris dentientibus, capite uidelicet toto elixo, ut ego
facere soleo. Non tamen eximia nisi eius est, sed similis Mel-
li & Butyro, & alijs que ad Dentientes pueros conueni-
unt. Quidam etiam aduersus tremorem utiliter eā cere-
brum hoc prodidere.

De Theriaca ad Pisonem cap. ix.

Aliorum animalium multas partes strenuum non pau-
cis morbis auxilium prestare scimus, ut capita Murium,
que combusta & ex melle inuncta alopecias sanant. Item
Milui caput laborantibus podagra succurrit, si quis ipsum
sine penne excisecet, & ex eius puluere quantum tribus dā-
gitis continere potest, cum aqua bi bere uelit.

EX DIOSCORIDE,
lib. ii. cap. liii.

Datur & in potione cum uino contra uenenatorum
morsus Gallinaceorum Cerebrum. Compescit idem ex Ce-
rebri membranis erumpentem sanguinem.

DESORDIDA PIN-

GVEDINE, QVAM GRAECI OESYPVM
DICVNT, CAP. XXXIII.

NOMENCLATURA.

SENFE RATAB, seu Isfarathab, Arabibus. Οΐσου-
πος, antiquioribus: υοστρον υγρον, recentiori-
bus Grecis. Oesypum, Ouium Sordes, succidarum lanarū
Pinguitudo, seu Pinguedo è lana Sordida, Latinis. Hisso-
pus humida, Barbaris, ac Officinis, Grassizza della Lana
Succida, Italis. Gresse de la Laine Sorge, Gallis.

TEMPERAMENTVM, IVVAMENTA, FABRI-
CA, ELECTIO, ADVLTERIA, DEALBAN-
DI, VRENDIQ. MODVS.

EX GALENO.
Simp. Med. x.

Ea tamen sordes que lanis ouium inheret & adnasci-
tur, ex qua Oesypum, quod uocant, conficitur, concoquendi
uini habet similem butyro: paulum uero quiddam etiam di-
scussorium obtinens.

EX DIOSCORIDE.
lib.ii. cap. lxxcxiij.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

BX GALENO.
Simp. Med. x.

Qui uero Oesypus quasi ouium sordes dicitur, succida-
rum lanarum collecta pinguitudo est, quem hac ratione co-
ficiet: Samito molles et succidas lanas, lanarumq; herbae ra-
dicibus non curatas calida aqua lauat, cunctas simul ex-
primens oris: expressas deinde sordes in craterem paten-
tioris foris conficit, superinfusaq; ex alto simul multoq;
impetu maiore hausto in uas aqua, uiolenter ut spume-
scat subigito, aut lignea rude ualidis misce, us-
que dum multa et sordida concresecat spuma: marinam de-
in aquam illi inspergito. Quumq; confederit spuma, colle-
ctam supernatantem pinguitudinem in aliud fictile conij-
cito: Iterum deinde noua crateri superinfusa aqua iterum
misce, et marina aqua spumam iterum conspergito et
colligito: Idq; tandiu facito, donec nulla amplius omni ab-
sumpta pinguedine concresecat spuma. Post haec collectum
Oesypum manibus subigito et emollito: purgatisq; si quas
habebit sordes, omnem sinito priorem defluere aquam: no
uamq; infundens, iterum manibus subigito, donec ad motus
linguae Oesypus linguam leniter adstringat, nec mordeat,
niteatq; simul et albescat. Curatum postremo sic Oesy-
pum in fictili repositum seruato. Quae omnia sub calidis si-
mo sole agenda esse memineris. Sunt etiam qui per colum
traiecta Oesypi pinguitudine, frigida aqua manibus confri-
cantes, eodem quo ceram mulieres modo lauant: enatitq;
Oesypus in candidiore colore. Inueniuntur et qui ex lotis
lanis expressas sordes in aqua lento igne in lebece coquunt:
colligentesq; supernatantem pinguitudinem aquae ut pre-
monstratum est lauant, et in fictile quo calidam habebit
aquam transferentes, linteaeq; lacinia operculantes, in sole
ponunt, donec satis erasescat et candido colore fiat. Quin
etiam pleriq; post biduum eiecta priore aqua aliam su-
perinfundunt. Probatur Oesypus qui ex lanis radicibus
lanariae herbae non curatis collectus fuerit, qui nihil aspe-
ritur in tactu habebit, et succida lanas odore erit, quique
in testa confricatus cum aqua albescet, duru concretiq; ni-
hil in se habebit, qualis est qui cera adipeu adulteratus fue-
rit. Calefaciendi uires Oesypus habet, haluera explet et
mollit: praecipueq; sedis et muliebrium locorum cum cam-
pana fertula et butyro. Facilis idem et mensis in lana op-
positus extrahit. Facit ad aurium et genitalium uitia cum
anserino adipe. Facit et ad erosos oculorum angulos, gen-
arum scabies, callos, et palpebrarum destina. Crematur
Oesypus in noua testa, donec cinis factus omnem amiserit
pinguedinem. Colligitur ex Oesyppo fuligo etiam, eodem
quo praemonstratum est in alijs modo, oculorum medicinae
accommodata.

DE ANIMALIVM
FIMO, CAP. XXXV.

NO MENCLATURA.

HEBEL, seu Zebel, et Bbar hianan, Arabibus.
Α Πόντος, Α Πόντιου, Βολ Βιτος, Α Φο-
δος, η Κορπος, η Κορπος, Grecis. Fimus, seu Fimum, La-
tinis. Stercus, Barbarys, ac Officinis. Sterco, Italis. Fiant
Gallis: Estercol, Hispanis.

Copros, siue Copron, siue Apopatema appellari uelis,
perinde est. Scito autem hanc substantiam uim habere uel
maxime digerentem. Verum stercus Humanum ob feccore
abominandum est. At Bubulum, Caprinum, Crocodilorum
terrestrium, et Canum, ubi ossibus dumtaxat uescuntur,
neque grauitur olet, et multa experientia non tantum no-
bis, sed et alijs medicis me natu maioribus comprobatum
est. Siquidem Aselepiades, cui cognomentum erat Pharma-
ceon, et alia omnia medicamenta composita collegit, ut
multos implet libros, et stercore ad multos saepe asse-
ctus utitur, non modo medicamentis quae foris imponun-
tur commiscens, sed ijs quoque quae intro in os sumantur.
Sanè ego memini me admirandam tum Humanam, tum Cani-
ni stercoreis expertum facultatem. Sed prius dissera de Cani-
no, quo uti assidue consueuit praceptorum nostrorum
quidam, sola ossa Cani edenda exhibens duobus continen-
diebus, ex quibus durum candidum ac minime foetens ster-
cus proueniebat. Hoc igitur acceptum desiccabat ut cum po-
stea usus esset, facile ad leuorem posset redigi. Utebatur
et ad anginam, et dysenteriam, et summe inueterata ulcera.
Ad anginam quidem, ijs medicamentis admiscens quae alto-
qui huic asse hui congruebant. Ad dysenteriam, lacti illi
immiscens, cui decocto calcule uocatos κατὰ λυκους igni-
tos iniicit ante posuimus: aut, ut ego postea ob parabilitate
ad ferrum confugi, id candens lacti probe decocto iniicit.
Vocant autem medicum nonnulli lac eiusmodi, nescio quo pa-
cto schisium. Verum oportebat non hoc se appellare, sed
in quo segregamus ac scindimus (quod κατὰ λυκους et cetera
dicitur) serum in casco. Ceterum medicus ille stercus Caninum
aridum tritum lacti, in quo extincti erant calculi marini,
clam iniiciebat, et id solos generosissimos quoque disci-
pulos dicebat. In his ergo duobus multum expertus sum
stercus Caninum ceu medicamentum mirabile, sicut et in
ulceribus extrane malignis. Misui ergo et ad illa pau-
lum quiddam stercoreis Canini medicamentis probatis: et
manifesto seipso ualentius redditum est medicamen. Et si
quando digerere et desiccare quid opus esset, illis etiam me-
dicamentis admiscui. Ceterum Humanum stercoreis hoc habeo
experimentum. Assidue quidam ad phlegmonis ad guttur
faucesque exsistentibus hexabatur, adeo uehementer, ut suffo-
cationis subiret periculum, et sane ob hoc periculum san-
guine mittere cogebatur. In hunc cum forte quis incidisset,
pollicibus est se praebiturum medicamenti experimentum,
et se uocari si quando rursus aliqua in parte gutturis
emicuisset phlegmonem, ante sanguinis missionem praecipit.
Itaque uocatus, medicamento illito statim hominem cura-
uit. Ut autem iterum profecti non in ipso tantum, sed et
in alijs qui similiter erant affecti: rogabat is qui assidue
suffocari periclitabatur, data mercede, ut sese medicamen-
tum illud doceret. Erat enim ille et locuples, et in pecu-
nia sumptu liberalis. Porro ubi conuentum esset de pretio,
is qui uendebat scripturam: Hoc medicamentum, inquit, per
antipathetam quandam utilitatem obtinet. Esse autem eam
antipathetam, ut qui curatur nesciat unde conficiatur. Ins-
sit itaque

fit itaque alium daret qui pro ipso diceret, quique iureiurando reciperet, sese nulli eius medicamenti faciendum copiam, priusquam ipse qui dedisset, foret defunctus. Itaque à morte eius qui indicarat non tantum ille suum hominem, sed & alios sanabat & mihi ne petenti quidem medicamentum exemplum uolens ac lubens obtulit. Erat autem stercus Pueri sic cum cum melle Attico ad Leuorem tritatum. Visitabat autem puer cuius stercus accepturum erat ut ipse qui medicamentum dederat ostendit Lupinis, illis uidelicet qui ex more edii solent cum pane bene cocto in cibano, modicum salem & fermentum habentem. Præbebat autem bibendum uinum uetus: atque hæc omnia mediocri in quantitate, modo ut perfecte ea puer posset concoquere. Itaque cum primo die eo uictus esset usus, postero tamen die nondum stercus capiebat, sed in eo quoque die rursum eodem oleo uictus, tertio denum exeretum sumebat, ac postea refectio utebatur, similiter ut stercore canino ut ante dictum est. Dicebat autem illi qui docuerat, fugitantem alios cibos ob factorem, prætulisse lapinos: sese uero experimèti gratia, carnes Gallinaceas aut perdicum esse aqua, aut tenui iure bene coctas per sepe exhibuisse, & medicamentum nihilominus operatum. Atque ego sane hæc tibi de Canino Humanoque; stercore narrare possum. At Lupinum stercus quidam colicis potandum dabat, non tantum in ipsis paroxysmis, sed etiam in interual-
lis, si quidem phlegmone uacarent. Quorum ego quosdam uidi non amplius inuadi: & corropes, non amplius id grauitèr passos, sed nec post paucum temporis. Accipiebat autem ille albus potius Luporum stercus, quale ubi ossa uidentur solent excernere. Verum illud etiam in eo mirabar quod uel suspensum euidenter sepenuero inuisset. Itaque huic stercus capiebat quod non decidisset in terra: id quod non erat inuentum difficile. Ea enim est Luporum natura quæ canam, ut suspensio altero posteriorum crurum & ne iant & cacent in eminenti quopiam ex terra. Itaque in spinis sepe efflate stercus Lupinum reperitur, & fruticibus, uepribus, herbisq; procerioribus. Inuenitur porro in stercore illorum & nonnihil osium deuorati animalis: quod ut effugit commanstonem, ita & conuersionem: quod & ipsum contundens ac conterens, bibendum præbuit colicis ac si homo esset puritatis amans misceret & salis quippiã aut piperis, aut quippiã eiusmodi. Vt plurimum autem ex uino albo consistentie tenuis bibendum præbebat: interim uero etiam ex aqua. Hoc ergo stercoris quod patientis illius, Λαγύδος Græci uocant, applicandum esset, præcepit suspendi ex uinculo confecto ex lana, sed non qualibet, uerum multo præstabat eam esse ouis à Lupo lanata, unde quod ad hunc usum accommodaretur esset sciendum. Quod si talis non adesset lana, ex pelle ceruina & lorum quod cingeret illa, & id in quo stercus inuolueretur, parauit præcipiebat. At nos olulam ad magnitudinem maxima fabæ confecimus, quam experiundi gratia in duto stercore quibusdam suspendimus, nec potuimus non mirari, cum plurimos ipsorum uideremus adiuuos: ceterum ad ollulam duas ceu aures affiximus, per quas lorum transmitti posset. Sed hoc quidem obiter dictum esto, siquis inuenietur qui sic suspensum fidem habere dignabitur. Dico autem sic, nam substantia est quæ suspenditur, non uoces barbaræ, ut quidam facere præstigatorum assolent, quando et alias

expertus sum substantias, quæ in alijs affectibus similiter operantur. Sed de his non est nunc dicendi tempus. Ad propositum itaque reuertamur. Nam Humani, Canini, Lupiniq; stercoris memini aliorum uero nondum, quorum etiam maior est quam dictorum numerus: & quedam assiduò habentur in usu, quædam rariore. Omnium creberrime utitur Capri stercore: Græci σαρπηδόβος proprie nominant) digerens et acris facultatis: adeo ut et induratis scirrhorum in modum tumoribus congruat, nec tantum lenis, ad quos ex eberrieme medici non pauci huiusmodi stercora applicant, sed etiam aliarum partium. Siquidem ego eo usus sum ad genu tumorem habens inueteratum et egre solubile, iussu fieri cataplasmate ex farina bordeacea per oxycratum in duto uidelicet hoc stercore: et mirifice homo ille fuit adiutus. Erat autem rusticus in quo id factum est. Et iam etiam alijs rusticis cum sic usus esset non tantum in genu, sed etiam alijs in partibus ad tumores similes, perinde adiutus est. Nam acris est medicamentum quam ut mulieres urbanas, aut pueros, aut omnino qui tenera sunt carne sanare possit. Sed de particulari omnium medicamentorum usu in opere de componendis illis tractabitur. Quin et ad aquam inter cutem et ad splenicis uarie Caprino stercore utitur. Sed et uisum tenuioris quidem essentie, uerum haud manifestò redditur acris: quam ob rem sane ad alopecias congruit, et omnia adeo quæ extergentia medicamenta desiderant ut lepras, psoras, lichenas, et hoc genus alia. Miscetur et digerentibus cataplasmatibus, qualia sunt quæ accommodantur ad parotidas et bubonas diuturniores. Est enim eius cum uisum non uisum, non uisum, absterforia, et digerens, nec eam paruum habet digerendi potentiam. Nã medicus quispian ex ijs qui in agris, et uicis medicinam exercent, utebatur eo ex aceto ad uiperarum morsus, et multo sane etiam magis aliarum bestiarum, ac profecto ex ijs complures seruauit. Et hic ipse quoque medicus ad auriginem potandas ipsas σαρπηδόβος ex uino præbuit, & ad proflauium mulieris cum thuris apposuit. Quæ omnia sane optimus medicus ignorare non debet: ceterum potiora eligere potissimum ad urbanos & honoratos, alicuiusq; existimationis uiros: in quibus equidem ego tali nunquam sum usus medicamine, cum multorum meliorum suspeteret copia. Attamen existit nonnquam talium usus, aut in itinere, aut in uenatione, aut rusticatione, cum scilicet meliorum nihil adfuerit aut homo rusticus perinde uerit carnis dura ac asinus. Nam eiusmodi multos in agris reperias dignos qui bibant spyrathos. Porro quod & supra monui de urinis & bile & Salua, id nunc memoria repetere, nempe uniuersalem & communem facultatem eandem omnibus inesse, uerum pro animalium temperaturis uariam. Nam eorum quæ siccora sunt temperatura, & stercus exccitantis essent & calidiorum magis etiam ex calfactorum. Verum nullum omnino stercus refrigerat, sicut nec humectat. Sed & pro natura eorum quæ edunt, multa item fuerit diuersitas. Proinde in hominibus potius quam alijs animalibus maior est: quandoquid hoc animal diuersissimis maximiq; uarijs cibis utitur. Nam quid simile habet qui allia ac capus comedunt, & qui excubitum, uerbi causa? At caprarum spyrathi pro pastu uario nonnihil item habuerint differentie: inter se, non tamen tantum quantum

stercus Humanum. Similiter stercorea Bubula exigua habent differentiam, suntque & ipsa facultatis exicatorie. Verum atractoria etiam obtinent, ut monstratum apud nesparumque morbus inuant. Atque hæc ut a proprietate substantiæ totius inuentur, fieri potest. Cæterum medicus quidam medicamentorum peritus, in Mysia quæ in Helle-spōio est, aqua inter cetera laborans imbuo stercore oblitens, ad solem exponebat. Atque hic ipse impulsus et partibus rusticorum phlegmone obfessus humidi illud uere colledium, cum herbarum boues pascerant. Manifestum autem hoc esse alio moderatioribus multo uiribus. Dico autem aliud, cum paleis uescuntur. Nam hoc medium est inter id quod modo diximus, & eius quod prouenit ab erai passu. Liqueat ergo quemadmodum id quod ex passio herbaceo prouenit, ad phlegmonas accommodatur, sic istud aqua infusatis esse idoneum. Scire tamen oportet, omnia id generis medicamenta dæris a gressibus hominum corporibus aptari, nempe fossorū & messorum, & qui opus obeant adeo ualidum, in quibus utique Mysius ille medicus, et ad chæra dæris adhibebat, & ad tumores omnes feirrhosos, et aceto in cataplasmatibus formam compositum illinens. Sed & hic ipse medicus Onium utebatur stercore ad acrochordonas, & myrmecias, & thymos, & furunculos duros, quos clauos nominant, aceto uidelicet diluens. Quin & ulcerum ambusta ad cicatricem illo duebat, nempe stercore hoc cerato rosaceo commiscens. Sed et per sterces Caprinum compositum similiter curabat: cæterum pauculum eius multis numeris maiori cerati molli assiduebat. Et in totum studium illi erat, omnia curare per ea que ex agris facillime parantur: inter que sunt & herbe, & fructus, & arborum flagella, & germina, & folia mollia, & fractus, & cortices: super quibus copiosius dicitur in facile parabilibus. Porro stercore Columbarum nomadum (nam sic eas quidæ cognominant, à domesticis uidelicet distinguentes) tanquam medicamento excalcificante & ipse ad multa frequenter admodum utor, nempe cum semine nasturtii contusum eribratumque siccum uice nappos ad ea que rubrificari debent adhibens. Manifestum autem est, quod inueterata omnia dico in talibus affectibus quales sunt coxendix, hemierania, scotomata, uertigines, & cephalæ, & in lateribus, scapulis, ceruice, lumbis dolores inueterati: & ad hæc nephritides, & affectus cæliaci, & podagricæ arthritides: quando uidelicet in articulis eorum nondum consisterint topi sine pori. Atque hoc stercore plane fecitum non est, maxime arctadium. Quocirca & in uribus eo uarie utimur, alias alijs miscens medicamentis. Porro cum confixisset illum in Mysia medicum Gallinaceo utentem stercore in eo qui ab esu fungorum suffocabatur: et ipse quoque sum usus in quibusdam urbem inhabitantibus qui & ipsi fungos estirant, ipsum uidelicet ad leuorem contritum tribus quatuorue oxycrati aut oxymelitis inspergens cyathis, & palam adiuti sunt, idque celeriter. Nam qui profocabatur, paulo post uocabant pituitosum humorem omnino crassissimum, & ex eo perfecte liberati sunt symptomate. Est autem hoc sterces Columbino minus calidum. Cæterum Mysius ille medicus dabat etiam bibendum sterces Gallinaceum ijs, qui diutino coli dolore subsistent uexati, ex enorme lite. Quod si hoc non aderat, ex aceto aut uino aqua dilu-

to. Porro memoria tenere oportet communem de omnibus animantibus rationem, nempe tum in ijs que in corporibus ipsorum continentur tam humida quam solida, tum in ipsi partibus plurimam esse diuersitatem montanorum que uocant, & eorum que in pratis campis, paludibus, lacubus, & adibus uersantur. Semper enim que exerceant, ijs que non exerceant sunt sciora: & que citius utuntur calidioribus scioribusque, ijs que humidis frigidisque utuntur. Nam in Columbis (quandoquidem creber nobis earum stercoreis est usus) multo semper inferius imbecilliusue expertus tum earum sterces que in domibus degebant, quam earum que in montibus, quas nomadas nuncupant. Tum Gallinarum quoque inueni multo etiam imbecillius earum que concluse seruantur, & furfuri-bus aluntur, non paulo autem ualentius earum que in agris, atrijs, aut foris pascerant. Cæterum sterces Anseri nam præ nimia acrimonia inuile esse. Colligo etiam ita esse & Accipitrum, et Aquilaram. Verum fugienda est materia omnis cuiusmodi que difficulter comparari potest. Quæ occasione complures ualidas uires talibus materijs testimonio adscribit suo ceu non facile redarguendi: uelut qui Ciconierum sterces comitiales morbo mederi scripserant, Veram quanquam hoc multis alijs que scribunt, longe sit parabilibus curiosum tamen est, ut taceam falsum esse, quod de illo est proditum. Nam quidam ijs qui talia memorant credulus, epoto hoc stercore nihil adiutus est Nam & antequam experire, promissorum prauitatem ac falsitatem ipsi qui talia scribunt detegunt. Nam cum multis modis difficulter homines spirent: nec quod omnibus conferant adscribunt, nec quod his, aut huic. Tametsi sunt inter eos qui talia scripserunt, qui non simpliciter dyspnœa, hoc est difficilis spiratio nis, sed orthopnœa talia esse remedia dicunt, nempe Ciconia sterces, Nothæ sanguinem, urinam humanam, & alia his absurdiora: hæc scientes quod pituitosus uiscosus que succus bronchii obstruens pulmonis, huius affectus sit causa, & quod in eo euacuando consistat melæla, sed quod euacuetur dum per tussim exeretur, & quod id fieri nequeat nisi crebro epoto medicamento acriore. At hi adeo sunt nugaces, aut prestigiatiores, aut quo illos digno appellatione nomine nescio, ut dicant absurdorum istorum poculorum unum quodque epotum à dyspnœa liberare egrotates, quod fieri non posset, ne si uel specillum fas esset alicui in pulmonem demittere, quo infixum humorem tolleret, semel dantæat demisso. Præstabat ita que illis dixisse, non si epotus sit hic sanguis, aut urina, sanare dyspnœam, sed si poterat. Reticusque etiam quod non semper & omnino sanabit, ne si uel assiduo poterat: sed q. multos sanauit, multos uero adiuuit quidem, sed morbo prorsum non liberat. Sed hos iam mittamus, & quod æneiceps est, ad id pergamus. Cuiusque enim stercoreis acrimonia & digerendi uim possidentis, pro ut aliud alio plus minusue eius sortitum est facultatis, ita particulares in ipsis proueniunt differentie: ac proinde aliud hoc pathema potius, aliud illud magis curare ualeat. Sic enim Murium excrementa alopecias curare proditum est, & fuit quidam medicus, qui ad hoc pathema utebatur composito medicamento ex murium stercore confecto. Et alius quidam glandem puero familiaribus rogantibus ut apponeret, præcepit ut ex stercore conficeretur murium. Quo

Adiō omnes qui audierant in risum soluti sunt, quod cum tot essent que apposita sedi ad excretionem excitarent in testinum, ille omnibus præteritis ad Murium confugisset steruus. Nam re uera pendendum est talia etiam experiri uel le, cum omnes cœu curiofum et prestigiatorem nomenclant eum qui talia aut faciat, aut dicat. Itaque de Murium sterco re hæc quoque sufficiunt. Cæterum terrestrium Crocodilorum, horum inquam exiguorum, et huius reptantium steruus pretiosum effecere mulieres deliciose, quibus non est satis quod alia sint medicamenta tam multa, quibus faciei cutis et tensa & splendens efficitur, quænetiam adiungant steruus Crocodilorum. Similis illi est & Sturnorū (Zerzir uocantur Mauritanis) cum solam oryxam ederint. Clarum itaque est quod abstergerendi defæcanti que facultatem utrinque moderatam habent steruora eiusmodi, & multo moderatio rem & hebetiorum steruus Sturnorū. At steruus Crocodilorum sicut à facie ephelen tollere potest, ita et uittigenem & lichenas.

EX DIOSCORIDE.
Lib.ii. cap. xcviii.

Lenit uulnerum inflammationes, uicem Bouis in pascuis & armento agentis, simum, in quem uinum folijs inuoluitur, & in seruenti cinere calefit, calefactumq; imponitur. Lenit idem coxendicis dolores, si eodẽ modo foueantur. Ex aceto hoc ipsum illitum, durities, strumas, & panos dissicit. Priuatiu masculi bouis procedentes uulnus suffitu restituit. Fugat perter hæc etiã culices incensum. Caprarum præsertim, in montibus agentium Globuli seu Bacce, suffusos felle cum uino poti emendant. Cicuti idem menser in odoramento aliquo poti, factusq; ex utero pellunt. Compefcunt muliebres fluxiones siccitritiis, & in lena addito thure appositi: sistant & alias sanguinis eruptiones ex aceto. Contra capillorum defluuia, quas alopecias dicunt, ex aceto acetosie multo inunguntur. Quam adipe illiti podagrysi medentur. Contra serpentium morsus & uulcera que à serpente herpetas dicunt, sacros ignes, & secundum auris abscissus quas parotidas uocant, in aceto uinoque decocti imponuntur. Vrantur his etiam coxendicis dolores hoc modo: In concaua pollicis parte, qua manus brachiali coniungitur, inter duos neruos lanam oleo madentem imponito: tum Caprarum globulos incendens sigillatim, subindeq; inponito, donec sensus per brachium ad coxendicem perductus, dolorem sedet: uocaturq; istio hæc Arabica. Omitit ex aceto illitum pustulis quas epinyctidas dicunt clauis uerucis & bulceribus que thymos uocant, medetur. Ambustis uero cum cera rosaceo oleo subacta, coactum. Sanguinis excretiones sistit, & lateris diutinos dolores lenit, Aprinum tritum & in aqua uinoque potum. Rupta itudẽ et conuulsa lenit in aceto potum. Sanat luxata etiam cera rosaceo oleo subacta coactum. Asinorum Equorumq; simum erudum per se, crematig: itidem cinis admixto aceto, sanguinis eruptiones sistit. Quod uero ex Equis Asinisq; in armento herbas pascetibus lectum fuerit, siccatum uinoq; dilutum et potum, scorpionum ictibus succurit. Columbarum quod maiore calefaciendi et arandi uis est, malignatis, que hordeacea serina et hyæreleo conficiuntur, utiliter miscetur. Ex aceto strumas dissicit: carbunculos cum melle, lini

femine & oleo subactum erumpit. Ambustis præterea medetur. Eadem potest & Gallinarum simum, sed minore efficacia. Priuatiu tamen contra letales fungos, & crassioris intẽtini quod colon dicitur, dolores, cum aceto uinoque utiliter bibitur. Creditur Ciconiarum (Lacali, Arabibus dicuntur) simum comitialibus in aqua potum prodesse. Feritur & Vulturis (Rocham appellatur Mauritanis) suffitu factus pellere. Murium, quas Musceras dicunt, tritum et ex aceto inunctum, capilli defluuia quas alopecias dicunt, emendat. Cum thure idem mulloq; potum, calculos pellit, & infantibus excrementa alui appositum prouitat. Siste aluum Caninum, per canis æstum lectum, et in aqua uinoque postquam aruerit potum. Humanum recens (Alhadra uocatur Arabibus) illitum uulnerum inflammationes ardet, simulq; ea glutinat. Idem siccum contra anginas ex melle utiliter traditur inungi. Terrestris Crocodili ad bonitatem coloris & uulnus nitorem, feminis inseruit: probatissimum quod candidissimum, friabile, sine pondere, & instar amyli est: quod celerrime liquoribus soluitur, & quiteritur subactum, & fermenti odore est. Adulterant id aliqui, Sturnos oryxas pascentes, simumq; eorum simile hinc uidentes sunt etiam qui amyllum cimoliamæ cretam aqua macerantes, & modica ancusa colorantes, per rariorum cribrum in tabulas percolant: siccanturq; uermiculorum specie, pro terrestris Crocodili simo uidentur.

DE VNGUPLIS,

CAP. XXXVI.

NOMENCLATURA.

CHAFIT, seu STES, seu Dalef, Arabibus. O'VXES, Græcis. Vngues seu Vngule, Latinis. Barbaris ac Officinis. Vnghe, Italis. Ongle, Gallis.

TEMPERAMENTVM, AC INUMENTA.

EX GALENO
Simp. Med. xi.

Quidam Vngues Caprarum deurunt moxque cinerem aceto macerantes, alopecias illinunt. Itaque fuerit & talis cinis facultatis extenuatorie. Sunt autem qui combustas Asinorum Vngulas comitalem morbum curare dicant, si scilicet assiduo bibantur si uero oleo macerentur subigantur, & choeradas digerere. Sed & ipsum cinerem si siccus inspersus fuerit, sanare pernio nes siue chymelas.

EX DIOSCORIDE.
Lib.ii. cap. xliiii, xlv.

Feruntur comitialibus prodesse in cinerem cremati, & aliquot diebus poti cochliarium duorum pondere asinini ungues. Idem crematorum cinis oleo maceratus, subactus uel strumas & pernio nes illitus sanat. Caprarum uero unguularum cinis, defluuium capilli quod alopeciam dicunt, ex aceto inunctus medetur.

DE EQVORVM,
LICHENIBVS. CAP. XXXVII.

NOMENCLATVRA.

ZEIDE, Arabibus. Λιχίνες ἰππιῶν, Grecis.
Lichenes Equorum, Latinis. Augmentationes
que sunt, in cruribus et in iuncturis Equorum, Barbaris.
Porri, seu Calli delle gambe de Caualli, Italis. Cal des iam
bes des Cheaux, Gallis.

IVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.
Lib.ii. cap. xv.

Equorum Lichenes, Calli sunt in Equorum genibus &
supra ungulas, in flexu earum partium durati. Qui triti
& in aceto poti comitialibus remedio esse traduntur.

EX GALENO.
Simp. Met. xl.

Equorum Lichenes cum aceto tritas comitiales curare
scriptum quibusdam est. Alij vero & ad cuiusvis seræ mor-
sum adhiberi consulant.

DE EBORE,

CAP. XXXVIII.

NOMENCLATVRA.

E'Αέρας, Grecis. Ebur, Latinis, ac Officinis. Dens
Elephantis, Barbaris. Auorio, Italis. L'Yuoire,
Gallis. Halstantbeyn, Germanis. Masfil, seu Diente de
Elefante, Hispanis.

TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.
lib.ii. cap. lxi.

Eboris ramenta digitorum reduuias sanant, illita. Est
enim illi adstringendi natura & vis.

DE DENTE CANINO,

CAP. XXXIX.

NOMENCLATVRA.

NEB, Arabibus. Κυνόδοντες, Grecis. Canini
dentes, Latinis. Molares dentes, at perperam,
Barbaris. Sanne seu Denti Canini, Italis.

IVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.
Lib.ii. cap. xliix.

Vtuntur autem ad arcendos aque pauores Dente eo,
qui Caninus dicitur: hunc a Cane qui momordit exëptum,
& folliculo inditum, pro amuleto ex brachio suspendunt.

DE ALIQVOT ANI,
MALIVM IOCINORIEVS, CAP. XL.

NOMENCLATVRA.

BEBID, seu Kebd, Arabibus. ἠπάρα, Grecis.
Hepar, seu Iecur, Latinis. Epar, Barbaris, ac
Officinis. Fegato, Italis. Foyes, Gallis.

IVVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. xl.

Iecur Canis rabientis si assum edatur, remedium existe-
re ijs, qui ab ipso fuerint morfi, quibusdam est proditum: ac
scio certe quosdam qui ipsū sumpsere mansisse superstites,
uerum nō illo solo, usos autem alijs præterea remedijs, quo-
rum fecimus periculum, in rabientibus tunc adhibuimus.
Audiui uero quosdam cum illi soli fidem habuissent, postea
mortuos. Porro Caprinum Iecur quiddā assantes, sanienti-
q; effluentē excipientes, ea utuntur ad nyctalopas. Vaporē au-
tem eius dum lixatur, oculis apertis excipiendū accipiunt.
Quin & assum si edatur, & ad eosdem affectus accommoda-
ri aiūt: et eos qui comitiali morbo sunt obnoxij arguere, eō
uulsionemque illis accersere. Idem potest Hiracinum Iecur
autem Lacerte erosis impositum dētibus, eos dolore libera-
re nonnulli scriptum reliquere. Iecur Lupinum septennue-
ro in medicamentum indidi Hepaticum, quod ex Eupatorio
conficitur, nec tamen quod mentione dignum sit amplius
præstare comperi, ad illud uidelicet comparans quod sine
ipso componitur.

EX DIOSCORIDE.
Lib.ii. cap. xlvii. xlviii. lxxix. & li.

Prodest comitialibus in cibo tostum Asini iecur, sumpsit
se autem id ieiunios oportet. Que ex tosto Caprino Iecore
destillat sanies, lusciosis, quos Greci dicunt nyctalopas, uti
liter inungitur. Vtile præterea dum id torretur, fumo eius
uaporari apertos lusciosorum oculos, prodest & tostum
in cibo ad eadem Caprinum Iecur. Deprehenditq; comicia-
les eodem cibo ferunt, præcipueq; ex Hirco. Serpentium
quadrupedumq; morsibus succurrit recens Aprinum Iecur
& siccum, si tritum cum uino bibatur. Cræditur & rabidi
Canis Iecur tutos à metu aque seruare, quos idē ille Canis
rabiens momorderit, tostum & in cibo sumptum. Secundus
postremo pellit sale inueteratum Mergi Iecur, duorum co-
chliariorum pondere cum dulci aqua potum.

DE TERRESTRI

CROCODILO SEV SCINCO,
CAP. XLI.

NOMENCLATVRA.

BHVLE, pars circa Renes: animal autem, Aſchen-
chur, seu Schanchur Arabibus. Σκινκος, Grecis.
Scingus seu Scincus, & Terrestris Crocodilus, Latinis.
Stinco, Barbaris, ac Officinis. Stinco, Italis. Lagartija del
agua, Hispanis.

GENERA

GENERA, LOCVS, ELECTIO,

AC IUVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.

Libri. cap. lxxi.

Aegyptius alter, indicus alter Scingus est. Est & tertius qui ad rubrum mare nascitur, Est & quartus, qui in Libya Mauritania inuenitur. Terrestris Crocodilus Scingus est, proprium suumque genus habet. Hic addito nasturtio sale inueneratur: Feruntque laterum propinquas renibus eius carnes pondere drachma cum uino potas. Veneris cui pidiatates accendere: quae deinde pota cum melle lentis decocto, aut lactuca semine cum aqua extinguuntur. In antidota praeter haec etiam Scingus additur.

EX GALENO

Simp. Med. xi.

Scincorum partes circa renes bibunt quidam tanquam pudenda intendentes: cuius contrarium facere uidetur maxime semen lactuca potum ex aqua. Sed & quidam lenticularum decoctum cum melle bibunt intensiones sedare referunt.

EX MESBHA ET RASB.

Vim exalfactoriam habet. Genituram adauget, ac uenem stimulat. Probatissimus omnium qui magnitudine excellit, maxime pinguis, Vereri captus. Quinetiam medicamentis non inutiliter expeditur, quae potissimum egelidis neruorum affectionibus remedio sunt.

DE LACTE,

CAP. XLII.

LEBEN, Arabibus. Γάλα, Graecis. Lac, Latinis, Barbaris, ac Officis. Latte, Italis. Lait, Gallis. Leche, Hispanis.

ELECTIO, TEMPERAMENTVM,
AC IUVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. x.

Lac, bisariam hoc utimur, partim ut cibo, partim ut medicamento. Sed quid ualeat ut cibum, in curandis methodo alibi; expositum est. At facultatem eius cum medicamenti ipsam nunc explicabimus, ac primum illud hic commonebo, ueluti paulo ante de sanguine, quod non de morbido Lacte, sed de naturali cuiusque animantis, ea quae dicenda sunt, intelligere oporteat. Igitur Lac sanissimum, uelut etiam sanquis purum sine urumque est, nec amaritudinis, nec acrimoniae, aut aciditatis, aut falsedinis, aut faetoris particeps, sed ut dixerit quispiam, bono odore praeditum, aut odoris exers, aut certe exiguum odorem bonum referens. Clarum etiam est id esse gustu suaue, paucam habens dulcedinem, sicut & sanguis integre sanitatis, ex quo & Lactis constat

generatio. Tale Lac ad acres & mordaces fluxiones est utilissimum, non abluens tantummodo eas ad partibus afflictae (est enim id illi cum aqua commune) sed & corpora circumliens, ut non in nuda ipsa cadat quod defluit. Nec in hoc duntaxat aqua praestat, uerum etiam quia colluit, ut pote extergentem in sese humiditatem continens, quam uocant Serum (Aqua Lactis, Officinis.) id quod colluit, diluitque corpora: reliquo autem quod crassum pingueque est colluitur, non aliter quam pinguedo, adeps, atque oui albumen, & ceratum ex eloto oleo cerag. confectum. Nam & haec ab acerbis humoribus natas mordicationes mitigant, corpora uidelicet oblinendo, ipsa naturae minime mordacis. Porro cum Lac omne facillime alteretur, praesertim si amens fuerit calidus, multum a dicta facultate amittit, nisi protinus quis ab uberibus effuso calido etiamnum utatur. Maxime igitur Mulieris, bene habitae, & bonam uictus rationem seruantis, Lacte utendum (nam id humano corpori est familiarissimum) deinde aliorum animalium, quae quidem ab humana natura non longissime absunt, id quod facile scies ex carniui odore: nam fastidiosus est & iniucundus eorum quae multum diuersam habent temperiem, cum Canis, Lupi, Leonis, Pardalis, Vulpis, Hyena, Vrsi, & similia: non iniucundus autem est eorum quae non porro absunt, ut Sus, Caprae, Equae, bouis, Ouis, Asini. Quocirca etiam homines docti experientia, Caprino, Ouillo, Bubulo, Asininoque, utuntur, Lacte, & Caseos ex eis conficiunt, excepto Asinino. Nam id plane tenue est, & plenum humoris serosi, uelut Bubulum crassum: ceterum consistentia medium Caprinum est. At Sus crudum aequumque lac obtinet. Porro Lac omne ex tribus constat essentis, caseosa, serosa, pinguis: hanc plurimam habere conspiciunt Bubulum, ex quo conficitur & id quod Butyrum nominant, concoquentis & laxantis facultatis. quam ob rem maxime illo utuntur ad parotidas & bubonas. At Serum, ut dictum est, extergendi potentiam possidet sumiturque; subducendi uentris gratia ac per clysteres inicitur, exter gens, & abluens sine mordacitate intestinorum acrimoniam. Praetera si quis ulcera quae sanie infestantur acri, uice aquae Sero colluat, optime sanantur. Praetera quaecumque medicamenta digerere solent ecchymomata et atra, ea praestat Sero, quam a qua diluere. Sic etiam eo utimur ad sugillata & byposphagmata peculiaribus ad haec medicamentis commiscents. At caseosum illud & crassum ipsius lactis magis illitum adhaeret & eo nomine acrimoniam retundit magis. Porro ubi alia quampiam desiccantem facultatem habuerit adiuuam, optimum est remedium dysenteriae, & omnium uentris acrimiarum fluxionum. Eam accipit ad lapidibus qui praedecoci ipsi inijciuntur igniti. Porro eos esse oportet quos uocant καὶ χλωαὶς: Et lac eoque decoqui debet, dum plerumque serosis in eo humoris absumpta pars fuerit. At non iniectis ferreis in ipsum cylindris candentibus eandem, ut etiam me liorem facultatem efficiamus. Nam ferrum adstringentis quoque (ut est dictum) facultatis est particeps: ac proinde cylindros ego copiosius effici huius gratia, ad fines uerum propendentes, quo uidelicet quis manubrio ignitum ferrum facile igni eximat, sicut cauteriorum, ita horum manubria pannis inuoluo. Porro Lac totum ad aures oculorum fluxiones tum per se, tum cum mellium collyriorum

quoquam est utile, præterea ad hypopiâ, & hyposphagmata. Quinetiâ palpebris extrinsecus, ubi qui ophthalmia la borant, somno sese dabunt, inpositum simul cum rosaceo & oïo, phlegmonas eorum concoquet. Sed hoc esto lac mulieris recens ex mamillis expressum. Infundimus ipsu m & utero ulcerato tum per sese, tum ijs medicamen tis commiscentes quibus misceri potest, utique citra morsu m curantibus, & ubi in sede ulcera mitigamus præ sanici acrimonia dolentis, aut phlegmonas aut stolidas præ petentia. Sic & ad ulcera pudendorum nitimur, & omnia quæ leniri possunt, siue ob morsum, siue ob malignitatē. Ea propter & cancerosis applicatur ulceribus, medicamen tis anodynis commixtum, qualia sunt quæ constant ex pom pholyge. Et quid attinet commemorare, quod ore conten tum & collatum gargarizatumq; vel maxime phlegmonas eius mitigat. Sed & tonsillas, & columellam, & antiadas phlegmone affectas admodum mitigat, & proinde & synā chen siue anginam. Atque ut semel dicam, & medicamentu m est leniens (Græci uocant τριχορροπικόν) totam quidem sub stantiam habens mordacitatis expertem, sed multo magis ubi concoctione moderata potissima pars serosis humoris absorpta est. Sic mihi uidentur etiam medici ad uenena quæ erosione interintunt, lac dari suadere, uelut Lepus mari nus, & cantharis. Sed & sunt qui exhibent ijs qui accon tum & thapsiam sumpserint. Sed hæc ex ratione fecerunt. Alia uero palam mentiti sunt, ut de lacte Canino, quod in palpebris pilos renasci prohibeat, si prioribus euulsis ei loco foret illitum, unde pilorum radices extrahæ essent. Ad eundem modum qui scripserunt, quod celerem pilorum in pendendis exhortum reprimat, si quidem foret ante puberta tem illitum, qui que quod factus emortuus eieceret potum, uerum non protulere. Sed & alia quorundam præstigiaturis contaminata, tum de horum, tum de aliorum quorundam animalium lacte conscribunt, quæ me ab initio dicturum negauit, etiam si experientia didicissem uera dixisse.

EX DIOSCORIDE.
lib. ii. cap. lxxxv. lxxxvi. lxxxvii. & lxxxviii.

Habet communiter omne lac saporis & succi bonitatē, Idem egregie nutrit, aluum tamen mollit, intestinorumq; & stomachi inflationes facit. A quatuor est lino uernum lac est: ex uiridi pabulo magis aluum mollit. Probatu r candidum equaliter crassum, & quod ungui instillatum non desinit. Aluum minus tentat Caprinum, propterea quod Capræ multo adstringente pabulo utuntur, quæ uel lentisco, olea & terebintho: quam ob causam stomacho etiam utile est. Ouilum dulce, crassum, & pingue, ideoq; non tan topere utile. Bubulum, Asininum, & quinumq; magis aluum soluant & turbant. Aluum stomachumq; euertit omne lac, ubi pabulum fuerit scammonia, ueratrum, mercurialis her ba, aut clenatis, ut in Iustini montibus fieri traditum à no bis est: Capræ enim illic ueratri albi folia in prima eorum eruptione pascentes & ipse uomunt, & lac reddunt quod stomachum euertat, & uomitiones faciat. Adstringit aliud decoctum omne lac, præcipueq; quod marinis ignitis calcu lis liquidioris humoris abundantiam amiserit, interneo rum exulcerationibus communitur lac medetur, præcipueq; gutturis, pulmonum, intestinorum, renum, uescicæq;. Datur

etiam recens cum crudo melle admixta aqua, & addito exiguo sale, contra summæ cutis pruriginos, papularum eruptiones, & malos corporis humores, quod uitium Græci cacochymiam dicunt. Minore inflandi uis est quod semel decoctum fuerit lac. Exulceratis etiam alui fluori bus medetur lac ignitis calculis usque ad dimidias deco ctum. Habet omne lac coniunctum sibi Serum, quod à lacte separatum, efficacius in purgando est. Datur his quos sine acrimonia purgare uoluerimus, quales erunt, atra bile la borantes, comitiales, lepræ, elephantiasis, & toto corpo re papularum eruptiones. Secernitur autem omne lac, & fit quod Græci Schiston id est Scissile nominant, in nouo scissili feruens, cuius rei causa nuper ceso à sua arbore si culneo ramo miscetur: quumq; bis tertie inserberit, quot erunt lacis hemine, totidem acetii missi cyathi superinsunduntur: sic enim discedit à lacte Serum. Oportet tamen ne dum coquitur feruore redundet lac, spongia ex frigida aqua continue scissilis labra præfricæ, argenteumq; sexta rium frigida aqua plenum in lac demittere. Datur bibend um hoc Serum heminis per interualla temporis usque ad quinas: Verum à potu eius spatia ribentes per interualla illa temporis oportet. Facit præter supradicta recens lac ad letalium uenenorum erosiones intensioneq;, quales in cantharidibus sunt, pinearum crucis, salamandra, bu presside, apollinari herba quam Græci hyoscyamum dicunt dorycnio, aconito & ephemero: & contra postremum hoc bubulum præcipue confert, priuatim ephemero accom modatum. Colluuntur lacte utiliter accommodata gargarif satione oris & tonsillarum exulcerationes, priuatimq; gingiuas & dentes colluendo confirmat Asininum. Alii exulceratos fluores, crebrasq; et inanes eger endi uoluntates, quas Græci tinefimos dicunt, ouillum, bubulum uel caprinum scissit, marinis ignitis calculis decoctum. Chyste re præterea infunditur, per se aut cum pisana, aut halica succo, misce fac leniens intestinorum erosiones. Infunditur et sceminarum exulceratis locis. Dulcissimum est hominis Lacidem maxime nutrit. Prodest stomachi & osionibus, et tibi quam Græci phibissim dicunt, ex ipso uerebus sum. Bi bitur contra potum marinum leporem utiliter. Instillatur addito thure, cruentis ex istu oculis, et contra podagras, cum cera & opio utiliter innungitur, in uulne lienosis om ne lac est, iocinorosis itidem, ueriginosis, comitibusq; ner uorum uitijs, febris, & capitis doloribus: præterquam si purgationis causa separatim à sero illud, ut præmonstra uimus, aliquis det. Ferunt quidam primiparæ Canis Lacte si innugatur glabrescere inuandum eo caput. Potum præterea letalibus aduersari uenenis & emortuos in utero seq tus pellere,

DE CASEO,

CAP. XLIII.

NOMENCLATURA.

LVBON, seu: Gieben, seu Giuben, Arabibus. Tupos, Græcis. Caseus, Latinis, Barbaris, & Offi cinis. Cascio, & Formaggio, Italis. Fourmage, Gallis.

TEMPE

TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. x.

Sermoni qui habetur de Lacte, annexum est de Caseo propterea quod Lac sit coagulatum ac glaciatum, non tamen uniuersa Lactis essentia in Caseo cogitur, sed qd' cras sum est duntaxat, siccit tenui seroso secreto ac separato. Porro dictum est habere Lac in se naturam quandam pingue & uelut oleosam eamq; plurimam esse posui in Bubulo, ac ubi ad reliquum Lacte scindum fuerit, solumq; per se consistit id pingue, Butyrum appellari. At ubi cum toto lacte coagulatum fuerit, seroso duntaxat humore per coagulationem separato, pinguem casum efficit. Euntq; hoc pacto Casei Bubuli quidam adeo pingues, ut ex ijs effluat quiddam ad speciem olei. Porro tum hi, tum reliquo omnes teporis spatia acriores tibi apparebunt, siue guttes, siue olfacias. Itaque cum mihi olim Caseus allatus esset Bubulus, quem ex odore acrem esse coniecibam, abiici, & iam a famulis absumptum putabam: ceterum illi talia seruare soliti longo post tempore ex promptuario proferentes, quidna de illo fieri iuberem rogant. Cum igitur edendo non esset propter acrimoniam, ludicrum nobis problema extitit, proponentibus cui rei quis illud utiliter posset accommodare. Interea cum ad me arthriticis quispian in curru conuersus esset, topbos quos Graeci πώποβος nuncupant in articulis habens: subiit mihi crure fuillo salso decocto, caseum eo decocto macerare, ac probe in mortario subinocendo unitum, topbis imponere. Et sane arthriticis ab hoc medicinae magnifice adutus est. Nam rupta sponte sua cute, absque incisione uidelicet, effluxere quotidie citra dolorem topborum particulae. Vbi autem totus qui apud me erat caseus, fuisset absumptus, talem sibi alium comparans arthriticus in posterum seruauit, & postea rursum usus est inueterato: atque ubi tunc quoque idem percepit commodum, se pios deinceps uti perseverabat: & quosdam amicorum similiter affectorum docuit. Atque id quidem nos excogitamus ceterum comprobauit atque confirmauit experientia. Porro recentē, qui inueterato contrarij est temperamenti, quando homini in agro degenti moderatē magnitudinis uulnus habenti imposui, antea uidelicet ad leuorem tritū. Extrinsecus autem illi imponebam folia lapathi. Posint uero etiam, si haec non adsint, folia superponi uitis, aut platani, aut betulae, aut lactucae. At ipse quidem Caseus uulnus glutinauit, cum simplex esset. Alius uero qui uocatur & in patria mea Pergamo, & per superiacentem Asiam Oxygalactinus (Mast, Arabibus.) magnam rusticū uulnus conglutinauit similiter impositus. Nam recens coagulatus ac mollis Caseus repercutiendi uim obtinet, nimirum leuiter refrigerās. At Oxygalactinus praeter haec digerendi insuper leuem quandam uim possidet.

EX DIOSCORIDE.

Lib. ii. cap. lxxix. & lxxx.

Nutrit in cibo Caseus sine sale recens, stomacho utilis est, facillimeq; digeritur, corpus auget, aliu leniter mollit. Ipse a seipso ex lactis quo confectus est natura differt. Elixus & ab elixatione statim sepositus Caseus, mox in assatus, alium compefit. Prodest oculorum inflammationibus

sugillatisq; illitus Caseus. Minus in cibo nutrit recens & nuper sale aspersus, minuendo corpori aptus, stomacho inutilis, alium & intestina tentans. Alium sifit uetus. Estq; casei Serum nutritiendis canibus praecipue accommodatum. Quam autem Hippacem dicunt, Equinus Caseus est, uroso odore, egregie tamen nutrit, Bubulo proportio ne respondet. Sunt qui Equinum Coagulum Hippacem haec esse dixerunt.

DE BUTYRO, EINSQ.

FVLGINE, CAP. XLIIII.

NOMENCLATVRA.

ZEBD, Arabibus. Βούτυρον, ἢ Βούτυρον, Graecis. Butyrum, Latinis, Barbaris, ac Officinis. Burro, Boturo, Botero, Smalzo, Vntofittile, Italis. Beurre, seu Buire. Gallis. Butter, seu Ancken, Germanis. Manteca, Hispanis.

ELECTIO, TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. x.

Butyrus, aut Butyrum, uicique ipsum nominare uoles, siue masculino, siue neutro genere, sit quidem, ut supra dictum est, ex eo quod in lacte pinguisimum est. Miror autē quo pacto DIOSCORIDES ex Ouillo & Caprino confici referat: Ego namque ex Bubulo fieri noui, ac proinde nuncupatum esse Butyrum existimo. Facilitas est concoquentis, paulum habens etiam digerendi potentie, in medijs nimirum corporibus secundum duritiem ac mollietatem. Nam id semper memoria tenere oportet, quicquid simpliciter ac sine addito & distinctione aliqua profertur, de medijs temperatura corporibus intelligit. Nam perfecte corporum plane durorum tumores praeter naturam hoc nequit medicamē digerere. At quae in mollibus sunt phlegmonae, eas & concoquit & digerit persacile. Nam parotidas & bubonas, & oris phlegmonas, aliasq; partes complures prorsum illo solo curauimus, nimirum puerilibus corporibus ac muliebribus perpetentibus. Sed & gingiuis puerorum dentientium assidue illitum, nihilo inbecillius melle gingiuis extenuat, per quas exitus est dentibus: & alios omnes in ore affectus phlegmonosos, postea quā fluxio resisterit, digerit pariter & concoquit. Proinde cataplasmatibus inditur quae extrinsecus imponuntur parotidibus, hypocondrijs, & bubonibus. Sed & in uentrem deuoratum, & ex eo distributum, magnifice confert expulsiōnis ex pulmone, idq; in pleuriticis & peripneumoniacis affectibus, eum hoc quod eos etiam concoquat. Atque si solum lingatur magis quidem concoquit, uerum minus educit: si cum melle & amygdalis amaris, plus educit. sed minus concoquit.

EX DIOSCORIDE.

Lib. ii. cap. lxxxii.

Probatisimū sit expinguisimo lacte Butyrū, tale autē Ouilum est. Fit & ex Caprino, in usis iactatu lactis, sicq; discedente ad reliquum lacte quod pingue in eo est. Oleosum natura Butyrum est, et lactis naturam sequitur, ideoq; aliu soluit copiose potum: contra uenena, si desit oleum, in usu est. Infantium dētitiones adiuuat admixto melle Bu-

tyrum in quem usum confricande eo gingiuae sunt. Prodest & ante dentitionem gingiuarum pruribus: Prodest & oris huiusmodi in eadem etate quas aphthas dicunt. Idem foris illitum, pingue nitensq; corpus seruat: & quas Graeci psyractia vocant, in summa cute pustulis similes surgentes paruas excrefcientias arceat. Facit ad muliebrum locorum inflammationes duritiesq;, quod nec uirosum nec uetus erit. Infunditur clystere contra intestinorum tormina butyri: & crassioris intestini quod colon dicunt exulcerationem. Miscetur Butyrum utiliter his quae suppurationes adiuuant: praecipueq; imponitur neruorum, membranarum cerebri, & uesicae colli uulneribus. Replet idem, purgat & carne uesit: prodest & aspiis moribus impositum. Nouum in obsonia pro oleo additur & pro adipe in dulciaria. Colligitur autem ex Butyro Fuligo hoc modo: Infundito in nouam lucerna testam Butyrum accenditot, tum fidili quod superiore parte decrescentis in fastigium canalis formam, inferiore uero funtorum quos Graeci clibanos dicunt modo foramina habeat, ardentem testam operculo, & ardere sinit: quumq; primum fuerit consumptum Butyrum, aliud superinfundito, tandiuq; id facito donec quantam uolueris Fuliginem collegeris. Postremo herentem fidili deradito & uitro. In oculorum medicina usus eius est: siccandi adstringendiq; uires habet. Siftit praeterea oculorum destillationes, & hucera ad cicatricem certerrime perducit.

DE VIPERAE CAR-
NIBVS, CAP. XLV.
NOMENCLATURA.

LABAME ALFAHAY, Arabibus E'xidus Xapē, Graecis. Viperæ Caro, Latinis. Caro Tyri, Barbaris, ac Officinis. Carne di Viperæ, Italis. Viperes, Gallis, Brantschlangen, Germanis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVAMENTA,

BX. GALENO.
Simp. Med. xl.

Viperarum carnes palam uidere est excafcientes & desiccantes, ubi condiuntur ceu anguille, nempe oleo, sale, anetho, porro, & aqua, seruato nimirum modo. Quod autem totum corpus per cutem euacuet, discere tibi liceat uel ex ijs quae ego inuenis etiamnum in Asia nostra sum expertus, quae singulatim deinceps narrabo. Homo quidam morbo quem elephantia cognominant, laborans aliquosque cum sodalibus conuersabatur, donec ex ipsius consuetudine conuersationeq; quidam nostrum morbi inficerentur contagione, & ille iam odoratu grauis, ac fœdus redderet aspectu. Constructio igitur illi tugurio proxime uicium in iugo collis propter fontem, illic hominem collocant, tantum illi quotidie ciborum ferent, quod uis sustinenda satis foret. Ceterum ad canis exortum, cum forte messoribus haud procul inde metentibus unum esset allatum in fidili sanē, quam fragrans: is quidem qui attulerat, deposito illo prope messores, abiit: merum ubi eius bibentis aduenisset tem-

pus sublato fidili adolescens, ut pro more impleto crateris, competente aqua uinum temperaret, in cratera unum effudit, & una excidit Viperæ mortua. Quare attoniti messores, ueriti ne quod, si ebibissent, inde sibi malum eueniret, suam quidem suam aquae potione sedare maluerunt: ceterum cum illud desciderent, non dissimili casu in Mysia Africa non procul ab urbe nostra accidit. Vir quidam elephanto laborans profectus est ad aquarum calidarum sponte nascentium usum, sperans in de nonnihil se commodi adepturum. Erat illi scortum ancilla, iuuenula sanē formosa, compluribus amatoribus ambita huic credebatur laborans cum alia quaedam domestica, tum uero etiam quae in conclauis uetralibus suis habebat. Profectis igitur illis, cum aquis uteretur in edibus, quibus uicinus erat locus squalidus, & Viperarum plenus, forte fortuna ex illis una in urceum uini incidit negligentius positum: extinctaq; est. At scortum quidem in lucro id reputans quod fors euenisset, hero id uini propinat, atque ille ubi ebibisset: ad eum modum quo ille qui debebat in tugurio, persanatus est. haec quidem tibi duo iam experientie fortunae documenta alterum super hec tertium annexam quod ex nostra profectum est imitatione. Cum quidam hoc morbo egrotaret, animo magis quam uulgis philosophico, & contempore mortis, oppido quam grauius ferebat, satiusq; dicebat mortem semel perpeti, quam uitam uiuere tam miserabilem. Itaque illi quae superioribus duobus accidissent indicauit. Erat autem ipse auguriorum peritus, & amico utebatur admirabili egregie hanc disciplinam tractante. Itaque ubi ad augurium eum illo confedisset, persuasus est, ut quae per experientiam essent cognita ipse imitaretur: atque epoto uino quod sic erat ueneno infectum, leprosus factus est: ac postea lepram eius nos conuictis remedijs sanauimus. Quartus praeterea uiuas capere uiperas arte inuitit. Sed illius in illo morbi tantum erant principia: itaque cura studiumq; nobis fuit ut sanaretur quam celerrime: quocirca uena secā atraq; hile medicamento uacuata, uiperis quas espiebat uti consulimus, preparatis in olla anguillarum in modum. Atque hic ita sanatus est, euaporato per cutem effectū. Postremo & alius uir quidam opulentus, non nostras ille quidem, sed ex media Thracia, Pergamum aduenit admonitus somnio, ubi iubente Deo per insomnium, ut & quotidie medicamentum biberet quod multos est ex uiperis & foris corpus inungeret, non multo post dies morbus in lepram abiit: rursumq; & hoc pathos quibus Deus praecipiebat medicamentis curatum est. Sane uiperarum caro adeo ingentem obtinet: effescandi facultatem, ut quidem qui eam edere, uehementissima cruciati sint siti: ac proinde Viperas Dipsadas cognominant. Sunt autem qui dicant demorfos ab illis satiari non posse potando, sed dirumpi citius, quam

siti liberari. Quocirca eos qui Romæ Viperas uenantur, quos Marfos nuncupant, percontatus sum, equid haberet signi quo genus utrumque Viperaſum diſcernerent. At illi prorsum negabant ullum esse Viperaſum Dipſadum uerum eas que iuxta mare atque in locis degunt salſedine multam habentibus, carnem obtinere falsam: ac proinde in Libya talium ingentem esse proventum in Italia uero propter regionis humiditatem non inueniri. Atque hæc quidem narrantes audiui Marfos, non tamen certo dicere queam, an in totum uerum dixerint, an partim etiam falsum. Nam quassidam esse Viperas in ijs que memorabatur regionibus, quibus falsa sit caro, uel maxime mihi uidetur esse probabile. Scio enim cum cibis animalium mutari carnes: non tamẽ nullum esse genus Viperaſum Dipſadum pronunciatũ ualeam. Ceterum tutissimum est cauere, ne in eiusmodi regionibus Viperas uenemur seu ad uinum, seu ad medicamentũ præparandum, quale est et hoc præclarum qd̄ medici prope omnes Theriacam appellant. Porro quoniã ex more, cum Artificos Theriacos, quos uocant, præparamus, non tantum caput, sed & caudam carum abijcimus, subij mihi frequenter rationale fortassis esse, caput quidem totum abijci, ob uenenum qd̄ ore continet, uerum à ratione alienum esse, adimere & caudam. Nec enim dicere liceat q. id faciendũ sit ob recrementa cibi tum liquida, tum sicca. Nam interfectis illis atque ex coriatis apertisque exempta intranea omnia abijcimus, ut sola sit carnũ substantia reliqua una cũ arterijs uenisq; & ipsas innatis, quarũ minima mors est ut ad totã carnẽ ac ne apparet quidem, nisi quis multũ accurate consideret. Atq; Artificos, quos & Theriacos uocant, hunc in modum præparamus. Purgatas illas sumẽtes in aqua lixamus, quoad exacte nobis uideantur coctæ. Simul autem iniicimus ab initio Ratim aque anethum. & post coctionem spinas & carne separamus: mox pani ad leuorem trito carnem commiscemus. Verum non quemlibet panem citra delectum accipimus, sed quam fieri possit purissimum, simul & probe in cibusano coctum, et salis simulq; fermenti quod satis sit habetẽ. Eum autem antea desiccamus in edibus siccis, minimeque humectis, donec aleo secus efficiatur, ut in mortario contundi possit. Non tamen tidentur miscemus, uerũ aqua in qua decoctæ fuerant Viperae, maceramus, et carnẽ ipsam prius quam commisceatur pani, in mortario coquorum carnis conterimus, donec exacte reddatur leuis. Postea paruos Artificos fingentes, atque in edibus calidis siccisque desiccant, deinde quoque in talibus edibus repositos seruamus. Hos ergo inuente estate conficimus, quo potissimum tempore optima est Viperaſum caro. Porro uinum eis postea contusis denno & eribratis, & rurſus ad leuorem redactis, salis nonnihil admiscẽtes ad suauitatẽ præparatis, cuius etiã aliquid ipsi Theriacæ iniicimus. Ceterum eodem quoque tempore ex Viperae salsis sunt, uinis Viperae in ollam nouam iniectis una cum ijs medicamentis que illis & subſterni, & apponi assolent, que omnia nunc commemorare non est præsentis negocij. Fortassis etiã aliquis me non iniuria reprehendet, ob Artificorum præparationem, tanquam intempestiue expositam. Verum hæc postquam dicta nunc sunt, seruentur tamen etiam, si non admodum uideantur huic instituto propria. At que sequuntur conuenienti dicantur modo. Conueniens autem est genera

lis facultatis meminisse, carnem uiperinam dicendo exicatoriam, & ualenter digerentem mediocriter uero excalcſcientem. Properat autem, ut uideatur, uis eius ad cutem, per eam uidelicet quæ in corpore sunt recrementa: mouens ac exigens, quibus ergo affatim est mali succi in corpore, ijs ingens provenit pedicularum numerus multitudinis & à cute ceu squama abſcedit ac decedit extrema cutis, quam Graeci uocant Πύλα, qui dicitur, ad quam ſiſuntur ac retinentur potius crassi terrosique humores ad cutem protrusi, à quibus quidem psora, lepra & elephantes nascuntur. Et hæc quidem habui que de Viperaſum carne dicenda putarem.

E X D I O S C O R I D E.
Lib. I. cap. xliii.

Facit Viperae caro colorum claritatem, decocta et in cibo sumpta. Nerrorum medicine utilis eadem accomodatãq; est, & strumorum incrementa conspicit. Oportet detrahta pelle caput & caudam, quod nullis in his caro est, amputare. Fabulosa enim ad mensuram extremarũ Viperae partium imputatio est. Exemptis deinde intraneis, infruſtra diuidenda, & in oleo uinoq; addito exiguo sale & anetho coquenda est. Ferunt aliqui pedicularos fieri, his carnibus uescentes, quod falsum est. Adijcunt alij longissima senectutis esse, qui eorum cibo uiuant. Conficitur & Viperae carnis sal in eosdem vsus, sed minore efficacia. Conficitur autem hoc modo: In nouum ſtile uiuens conijcitur Vipera, eodem conijcitur tritus cum tritis carnis sal: singulorumq; sextarij mensura, & præter hæc mellis cyathus sextulo deinde ſicilis operculum linitur, & in fornace do nec sal in carbonibus tranſierit, torrentur: Friatur deinde exæptus ex ſicili sal, sicq; seriuatur, additis aliquando ut sua uiuis ori sapiat, spica folioſe nardi, aut malobathro exiguo.

DE OMNI FELLE,
CAP. XLVI.

NOMEN CLATVRA.

SARARAC, seu Merars, Arabibus, Χαλῆ, Graecis. Bilis, seu Fel, Latinis, Barbãris, ac Officinis. Fiele, Italis. Fiel, Gallis. Hiel, Hispanis.

TEMPERAMENTVM, IUVAMENTA,
SERVANDIQ. MODVS.

E X G A L E N O
Simp. Med. x.

Hic succus Succorum omnium qui in quoque sunt animalium, calidissimus esse demonstratus est. Itaq; sicuti sanguinem et carnes dissimiliter temperata obtinent animalia, eadem ratione & Fel. Quocirca calidissimum Fel, aliorum quoque animalium Fel excellere necesse est: & que illis minus sunt calida, pro portione & hinc humorem illis inesse calidum, quantũ scilicet & in alijs sunt inferiora. didicisti enim quator esse uniuersos in unoquoque animalis sanguine humoris: sanguinem, pituitam, & bilem tum flauam, tum atram. Didicisti porro ex more non tantum medularis, sed & Latinis omnibus bilem flauam absolute efferri

Bilem, tanquam subauditur qui audiunt, coloris nomen: Atram uero nō simpliciter nuncupari Bilem, sed cum addito, nempe hoc toto, atram Bilem. Sed et quod flauam Bilem nonnumquam pallidam cognominant, nos: & quod in uesti cae toris interdum pallidam, interdum flauam in confectio nibus animalium conspicimus. Audisti porro flauam tanto esse pallidam calidiorē, quanto & crassiorē. Nam seroso recremento humoreūe flauae Bili commisso pallidam constituunt contingit: sicut & flauam plusculam excaesam consistentia reddi crassam, colore autem flauam. Quin & in animalibus apparet flaua quidem ijs quae magis sunt calida: quae uero minus, pallida. Et ubi calida animalia aut fame, aut siti torquentur, ad atram colorem uergit, interim illum habens arginosum, interim coeruleum, interim liliatis, qui quidem magis est colore brasseo fuscus. Itaque & tu bilis coloris diligenter intendito, cum medicamentū preparabis cui admiscenda est Bilis. Miscent autem Cyclicis uocatis & trochiscis, qualis est Andronis, & Polyidae, & Pasionis, & Bitinus, qui Tauri recipiunt Bilem: nam ubi ea medicamenta preparant quae sunt utilia ad oculos: Hyenae, Galli, Perdiciis, & aliorum quorundam animalium Bilem adhibent. Porro Taurorum calidior est & sicior quam Boum castratorum. Nam castratum animal semper simile redditur foeminae, & ijs quae sunt etatis minoris. Ita que scitis haec humore superant adulta & perfecta, uincuntur quae ab ijsdem caliditate: ad eundem modum Bos castratus & Tauris. Et quorundam ego Taurorum Bilem uidi coeruleam, flaua nimirum super alata: quam sane in preparandum inijci medicamentum uetus sumpti illius loco alterius Tauri Bile mediocriter flaua. Nam ille uinculis uolenter tractus supra modum fuerat defatigatus. Itaque eo labore cum excandisset, clarum est temperaturam eius fuisse calidiorē probabilemque, est quae uolenter pertractū tum sitisse, tum etiam efuriisse: atque, ut summam dicam, uelut urinā à moderata portione moderate pallere, et sitim famēque & multum laborem perpeffis flaua esse conspicitur: impletis uero atque inebriatis albidā: ita & Bilis colores uariat: ad flauius quidem per exercitia, ineliam, & sitim: ad candidius uero, in contrarijs. Scito ergo si preparando medicamini bilem impense flauam inijcias, calidius te id effecturum: si pallidam, mediocriter calidum: si exolutam & aequam, tanto imbecillius temperie conuenient, quanto & bilis ad candidius fuerit uersa. Sic qui oculos haemorrhoidas taurino felle apperiant, ijs interdum imbecillum, interdum uero supra quam conueniebat acre apparuit. Quāquam nonnulla quoque Bilis diuersitas existit pro corpore cui adhibetur, prout scilicet proprio sensu aut bebetiore fuerit, tum facile patiens aut difficulter patiens. Verum in ipsa Bile nō parua uisitur, ut dixi, uarietas. Nam idē homo à pallida minus, à flaua Bile plus mordicatur. Liqueat itaque uel ex eo quod haemorrhoidas aperit, quam sit hic humor acris: sed et illis ipsis qui utuntur, mordicare percipiunt. Ac proinde cauemus, ne ad alium morbum aut symptomata Bilem flauam usurpemus salam ac per se. Nam propositi Cyclicij pauculam Bilis accipiunt. Ac quae ad oculorum acutiorem componuntur medicamenta, partim Hyenae, partim Perdiciis, partim Galli, partim alterius cuiuspiam Bilem accipientia, admixtum habent tum mel, tum fœniculi succum, tum

opobalsamum. Porro animalium quorundam singulariter Bilis à medicis extollitur, tanquam aciem excacens oculorum, & suffusio non inuita deficiens, uelut piscis quem uocant Callionymon, hyenae, & Scorpij marini, tum Gallinae Galliūe, et Perdiciis. At Suilla adeo omnium imbecillima est, ut ne ulceribus quidem tolerata sit grauis: & apparet omnium Biliū maxime aquea, exceptis syluestribus: ut ijs quae degunt in montibus Suidis. Nam ut harum tota caro & calidior & sicior est, ita & Bilis. Porro domesticarum suum Bile utantur quidam ad ulcera aurium, medicamentum utique non reprobo: & tu quoque ubi compositorum nihil aduerit, uitior: sunt enim innumerata. Sed & pro effectus magnitudine alia etiam atque alia alterius animalis Bilis potest congruere. Nam ubi ulcus diuturnum fuerit, multatque sanien pusque continet, etiam siciorē Bilem praefert qualis Ouium, quae paulo est acrior Suilla, haec etiam magis Caprarum, cui ad similes quodammodo est Vrsorum, & Boum. At taurorum his ualentior est, inferior tamen Bile Hyenarum: & haec quoque rursum inferior Bile Callionymi, & scorpij marini, & marinae Testudinis. Porro Caprae agrestis Bilem scripsere quidam prodesse lusciosis, sine nyctalope uexatis. Ceterum uolatilium animalium Biles omnes tum acriores sunt, tum siciores quam quadrupedum, & inter ipsas quoque uolucres Gallinarum & Perdicium Biles ad medicinam usum probatiore habentur. Miluorum uero & Aquilarum impendio acres sunt: sed & erodunt: quamobrem colore uisuntur erugineo, de nonnumquam atro. His itaque eorum cognitio differentijs atque affectibus, qui plus, quique minus defecari postulat cognitio, si unam modo quampiam Bilem operibus fueris expertus, inde ad alios transire poteris per methodum, ut semper quae commoda sit affectui adhibeatur. Nam cum in coniectura sita sit cuiusque facultatis uehementia à definito quopiam principio ad materiam inexplorata transire oportet: ac à prius explorato, excessus qui in illis consistunt discere. Sed & notas quasdam luculentas ego exposui tum a Bilis colore, tum ab animalium temperie.

EX DIOSCORIDE.
lib. li. cap. xxxi.

Seruandi Felis omnis ratio & modus hic est: Sumito recens Fel, funiculo colligato eius ore, demitto in feruentem aquam, sinitque illic tandē esse, dum trium Radiorū spaciū quis decurrat, Extractum deinde ex aqua, inumbra, & sine humore locis siccatum. seruato: quod uero Fel oculorum medicina seruandum erit funiculo pariter perligatum in uitreum poculum melle plenum demittito: funiculi capite ex oculi ore religito, operculatum reponito. Habet Fel omne acrimoniae & caesacit: differtque hoc ab illo, maiore tantum minore uel efficaciac. Creditur autem efficacissimum esse Scorpionis marini et piscis quem Callionymum uocant, marinaeque Testudinis & Hyenae, Perdiciis item & Aquilae, Gallinaeque albae & syluestris Caprae: Quod incipientibus oculorum suffusionibus, caliginibus, albuginibus, & scabris palpebris priuatim confert. Efficacius Ouillo, Hircolo, Suillo, Vrsinog, Taurinum Fel est. Proritat omne Fel descendē alui cupiditatem, praefertque in pueris, si quis conceptas stuppas eo midentis se-

di imposuerit. Taurino priuatim contra anginis cum mel le inunguntur. Sedis uitia idem usq; ad cicatricem perducit. Sanat præterea purulentas dures & in his rupta, cū Caprino humanoë lacte insillatum: Cum porri uero succo sibilis earum medetur. Misctur cum melle etiam uulne rarijs emplastris, theriacisq; medicamentis quæ unguendo sunt. Contra phagedenas genitaliumq; & seroti dolores, cum melle utiliter inungitur. Cum nitro cretæne cinolia, lepras furfuresq; efficacis sime exterit. Quillo cōtra eadem Vrsinoë uis est, uerum minore efficacia. Vrsinum comitia Ibus delingendum utiliter datur. Testudinum, anginis & puerorum hulceribus quæ pascendo serpunt, medetur. Comitialibus in neres utiliter inditur. Symplesris Capræ priuatim lusciosis inunctum sanat. Idem potest & Hircinum. Tubercula quæ thymia dicunt, tollit; & quæ in elephantia situmēt & exerecent, inunctum coerct. Suillum contra aurium hulcera, cæteraq; omnia presenti utilitate in usum est.

DE MEDULLIS ANI

MALIUM, CAP. XLVII.

NOMENCLATURA.

MOCHIAL HALHADAM, seu Moch simpliciter, Arabibus. Μύλος, Grecis. Medulla, Latinis. Medulla Oſium, Barbaris, ac Officinis. Midolla, Italis. Moelle, Gallis. March, Germanis.

ELECTIO, CVRANDI, SERVANDI, VE MODVS, TEMPERAMENTVM, AC IVMAMENTA.

EX GALENO.

Simp. Med. xi.

Medulla uim habet indurata & scirrhusa corpora emolliendi, siue musculis, siue tendonibus, siue ligamentis id accidat, siue etiam uisceribus. Optimam semper expertus sum Ceruinam, deinde ipsorum in iuniorum Bouum, quos Vitulos etiam nominant, ac proinde medullam eorum Vitulinam appellitant. At Hircorum & Taurorum tum acrior est, tum siccior. Itaque durities scirrhusa, emolliere nequit, si qua etiam memoria manet eorum quæ in quinto libro de his sunt prodita. Ex Vitulina igitur & Ceruina medulla pessi conponuntur uteros duros emollientes. Et extrinsecus uteris medicamenta imponuntur, quæ ex medulla preparantur, uim habentia emolliendi. Accipitur autem non solum medulla ex ossibus, quæ sane reuera est Medulla, sed & ex spina quam & ipsam medullam nominant spinalem dorſuariamque uulgo dicit; quæ tum durior; tum siccior est quam alia. Illa enim mollior est & pinguior; ac proinde ego spinalem seorsim per sese absque uis capio, uelut & adipem, deinde in edibus siccis atque editis, plane humoris expertibus, cum folijs lauri siccis repono. Nam quæ recentia folia sunt & humida, multum etiam qualitatis suæ illis impartitur, ut aciores fiant medullæ. At si quando ambiente calido & austriuo medullas aut adipem uoles reponere, paratum sit in hoc cubiculum neque calidum, qualia fere sunt quæ meridiæ spectant

(putrescant enim in talibus) nec humo proximum, atque humidum (nam in talibus situm contrahunt); sed supernum atque excelsum, & ad aquilonem obuersum, paruas habes apertas fenestras, ut tamen noctu quam interdiu ab Arctio spirantes uentos accipiat.

EX DIOSCORIDE.

Lib. i. cap. xcv.

Medullarum probatissima est Ceruina, mox Vitulina, post hanc Taurina, tum Caprina & Onilla. Crasse sit Medulla omnis ultima ætate, appetente iam autumno; reliquis temporibus sanguineo colore, & ueluti stauida caro in ossibus inuenitur. Cogniti difficultis medulla est, nisi aliquis ad seipso exossata reposuerit. Molliant Medullæ omnes, rarefaciant, calefaciant, et hulcera explent. Ceruina hoc amplius habet, ut serpentes inuncta fuget. Curatur Medulla recens Adipis modo subacta & adfusa, detractis ossibus, dein per linteum expressa, similiterq; lota, donec pura defluat, aqua: tum in Diplomate uasculæ duplici (quod uulgo Balneum Mariæ appellant, & liquata, exceptis pinna supernata tibus foridibus, & in lapideam pilam percolata, quum glaciauerit in nouo picato sicili reponitur, deorsum prius diligentissime sedimento omni. Et si nulla præcedere curatione seruari eam uolueris, omnia facito quæ Gallinæ eorum & anserum seruandis sine curatione adipibus demonstrata à nobis fuerunt.

DE PINGUEDINE,

ET ADIPE, CAP. XLVIII.

NOMENCLATURA.

MENIM, Arabibus. Πίναξ, Grecis. Pinguedo, Latinis, Barbaris, ac Officinis. Grascia, Italis. V X A H A M seu Sabam, Arabibus. Ξ Τίσις, Grecis. Adeps, & Seuum, Latinis. Sepum, Barbaris, ac Officinis. Graßo & Seuo, Italis. Grefse, Gallis. Feyst, Fettighey, & Schmalts, Germanis.

ELECTIO, NEC NON CVRANDI, SPISSANDI, ODORANDI, SERVANDIQ. MODVS, TEMPERAMENTVM, AC IVMAMENTA,

EX GALENO.

Simp. Med. xi.

Pinguedo et Adeps, & hæc quoque communissima sunt inter animalium partes. Nam quæcumque bene nutriuntur, ea aut Pinguedinem, aut Adipem obtinent. Quæ uero macilentia sunt, & non nutriuntur, sæpe omnino ne habere quidem apparent, sæpe uero adeo pauculum, idq; siccū, ut ægre uti possis. Porro differt à Pinguedine Adeps, quod crassior sit, ac propterea animantibus totam naturam terrosiorem habentibus Adeps prouenit, uelut humidioribus Pinguedo. Proinde Pinguedo celeriter ab igne liquefit: nec facile ubi liquata fuerit, rursum concrefcit cogitur. At Adeps nec facile funditur liquefit, & fusus celerrime coit ac conglaciatur, multo quoque apparet Pinguedine durior. Sus enim bene nutritus pascuis ne multa habet Pinguedinem, ob natu-

valem temperamenti humiditatem. At Boues & Capræ, & quæcunque id genus cornigeræ, ob siccitatem Adipem plurimum generant. At tu si uoles oleosam & Pinguem in animalibus substantiam omnem Adipem appellato, ut plerique medici. Sed et Pinguedinem appellare totum hoc genus tibi licet. Non tamen licet tibi citra mendacium Adipem Caprinum humidiorum esse dicere quam Suum. Nam hic omnium ferme aliorum est humidissimus, ac proinde actione sua uici nam oleo uim possidens, ipsam quæ oleo magis tum emolliat, tum concoquat, ac proinde cataplasmatis quæ ad phlegmonas accommodantur, commisceri solet. Qui uero mordicationes perpetuantur aut in recto intestino aut in colo, ipsi potius Caprinum Adipem quam Suillum iniicimus: non quæ acrimonias plus obtundat (nam ex natura sua Suillus obtundit magis, ac proinde miscetur medicamentis ulcera curantibus, cuiusmodi est quod uocant Parygrum) sed quæ Caprinus ob crassitatem citius conseruat, Suillus autem instar olei de fluat: proinde ipsam potius dysentericis & tineaosis iniicimus, quando morsum eorum mitigare consiliū est. Porro ob tenuitatem partium nonnulla acrimonias magis retundunt, ubi nimirum in alto mordicatorum corporum quod molestum est heferit. Nam quod crassiorum est partium, minus, magis autem quod subtilium partium, tota corpora penetrat, et omnibus ipsam saniebus mordicantibus permiscetur. Hac ratione Adeps Anserinus quæ in alto corpore mordicant magis obtundit. Sed et Suillo calidior est. Horum tamen in medio est Gallinacorum Adeps ac Gallinarum. Porro calidior semper ac siccior est masculorum animalium, et horum ipsorum exceriorum minus tum calidus tum siccus. Quippe mas castratus eiusdem semper generis feminæ assemilatur. Hoc autem sermonis caput commune est cuius meminisse oportet: Pro animalium temperatura semper existere differentias eius quæ in illis est Pinguedinis, aut Adipis, aut quo cunq; modo appellare libebit totum hoc genus corporis in animalibus oleosi et pinguis. Igitur cum Suis omnibus prope quadrupedibus animalibus in caliditate ac siccitate inferior sit, proinde Pinguedinem quoq; minus habet calidam, magis que humidam. Omnis igitur Pinguedinis facultas est humectatoria et excalescitoria humanorum corporum. (Huius enim meminisse perpetuo oportet in principijs huius operis dicti.) At differentie que sunt cuiusque singularum, in maioris minoris que ratione sunt. Nam Pinguedo Suis, ut ad nos quidem, large humectare potest, sed non eque excalescere ut oleum: uerum Pinguedinis Suum talis est caliditas, qualis spectatur in nobis. Porro Taurorum Adeps Suillo multo calidior est & siccior. Rursum id & hic memoria repetentibus nobis mare femina esse tum calidiorum, tum sicciorum: mare enim castratum ad similia femine, uelut quicquid iuuenis ætatis. Et inter iuuenilia femina mare humidior est, et minus calida. Sic et adeps Vitulinus Taurino minus tum calidus est, tum siccus, & Hædorum quam Caprarum: Sed & Caprarum minus quam Hirorum: Et rursum Taurorum ipsorum minus quam Leonum. Nam horum Adeps omnium: prope quadrupedum Adipe potentius digerit, nam & caliditate exuperat, & partium tenuitate. Itaque si ipsam medicamentis ad ulcera & phlegmonas conuenientibus commisceas, non modo mihi adiuueris, uerum etiam Leseris nimirum addita maiori quæ

conueniat scrimonia. Inueteratis tamen tumoribus atque scirrhis in morem induratis, tum neuorum curuaturis (ἀγκύλας Græci uocant) et in summa quæcunq; scirrhusa sunt, ipsi aptissimus est, in quibus sane minime aiparet efficacis Suillus. Taurinus autem ab utroque ex æquo distat: ut quanto calidior siccior que Suillo est, ito superetur à Leonino. Itaque tanquam in medio consistens, merito utriusque medicamentorum miscetur generi et ipsi scilicet quæ scirrhis medentur, & ipsi quæ inflammata concoquant, cuiusmodi est tetrapharmacum quod uocant, ex cera, resina, picæ, & Adipe constans. Nam siue in hoc Taurinum, siue Vitulinum, siue ircinum, siue Caprinum siue Suillum indideris, semper purimouendo aptum & concoctorium medicamentum effeceris. Sed Suillus si addatur in pueris, & feminis, & ut breuiter dicam, omnibus quibus caro est tenerior, competit. Sin Taurinum adieceris, fossoribus & messoribus, & omnibus carnem duram habentibus, siue ob naturalem temperiæ, siue ex ratione ac forma uitæ, conueniens effeceris. Ceterum Adeps omnis dum inueterat escit, seipso & calidior, & tenuior efficitur, ac proinde quoque ualentius desicans. Verum id omnibus ferè inueterascentibus accidit, quæ quidem putrescere non anticipent. Nam uinum, mel, acetum, frumentum, butyrum, cepsyrum, oleum omne siue liscinum, siue cicinum, siue raphaninum, siue ipsum quod ex uitis concoscitur, uetustate & calidiora, & tenuioris essentie efficiuntur, ac proinde gustantibus apparent acriora et ad indurata agre, solubiles affectus omnes utentibus potentius digerentia. Atque ego sane gustantibus acriora uideri dixi. At quidam quibus studium est nominum significatus corrupe, non acria sed adstringentia uocant id genus omnia, ad usq; piper: tanquam intersit nihil, adstringens an acre dixeris. Et si deniuo illos roges de galla, myrtis, mespilis, mali panic putaminibus, quæ siccia uocant, rhoos & omphacis & hæc dicant adstringere: et amesi aduersissimum ex illis sensum percipiamus, et qui à piper e, pyrethro, napy, euphorbio, capsallo, adare percipitur. Igitur si quemadmodum adstrictionis uocabulum de utroq; affectu quem gustu percipimus, communiter ferunt, sic ipsos quoq; affectus istam habere naturam existimant, quiduis aliud potius habendi quam homines, ut qui soli proprios sensus obtineant. At si omphaca, rhoon, galla, balasium, hypocistida contrahere constringereq; non stram fateantur substantiam, secernerent uero, mordicare ac penetrare, piper, napy, pyrethrum, improprie adstringentia nuncupant quæ mordicant & excalesciunt, ceterum in cognoscendis ipsis medicamentis non peccant. Verum si oportet coniectantem in uenire, in uocabulis, an in rebus allicientem, equidem in uocabulis potius falsos uiros illos dixerim, & maxime qui bus Græca lingua infusa est, qualis est DIOSCORIDES ANAZARBENSIS, qui profecto multa bene dixit eorum quæ de materia medica memoria prodidit ceterum significata græcanciarum uocum non pernouit. Hic ergo cum ait, magis esse adstringentium Adipem Caprinum Suillo. Siquidem acriorem significare uelit per magis adstringentium, accipimus sermonem eum uerum: at si illud, talem habentem qualitatem & facultatem qualem rhoos, rhoon, hypocystis balasium, haud uerum esse sermonem dicemus. Porro quoniam Vipera Adipem ubi radicitus pilos sub

alis euulseris, probere illos rescerec illium referunt, nisi est mihi eius facere periculū esse satius: at ubi prout iubent fecissem, mentitos comperi, sicut etiam q. initia suffusionum sanet. Verum Vrorum adipem alopecij conuenire uere est proditum: cum tamē probatoria habeamus ad eum effectum remedia. Porro cum dicant tamen Vulpinum adipem dolores aurium sanare, absque ut dicant quos aurium dolores ceu non nocentibus ipsis distinguere, attendendum omnino non est. Alij Piscium adipem Laudant, tanquam ad suffusiones, aut quencunque alium affectum nominare uelint congruat. Alij non simpliciter Piscium, sed scribunt fluuiatiliū, alij uero potius marinarum: quo uidelicet ali quid plus scire uideantur quam uulgas.

Meth. Mel. xliij. cap. xliij.

Illius autem particulam uel Gallinæ Gallinæ uel Anseris liquato Seuo: propterea, quod hæc magis tenuium sunt partium & altius descendunt.

EX DIOSCORIDE.
Lib. iij. cap. xxxvi. lxxxvii. lxxxviii. lxxxix.
xc. xci. xcij. xciii. & xciiij.

Muliebrium locorum uitijis accommodatus adeps est, recens, Anserinus Gallinæ uel, & sine sale inueteratus. No cet contra salus, & qui uetustate acrimoniam contraxit. Ex his recentem quem uolueris, exemptis membranulis in nouum sicile, duplitem curando Adipi captus, conijcito: posito deinde in ardentissimo sole sicili diligenter operto, liquatum subinde adipem in aliud picatum uas usq; dum totus fluxerit, per colum traicito: liquatumq; hoc modo adipem frigido loco reponit & uitior. Quidam pro sole in feruenti aqua, lentissæ & mollibus prunis plenum adipe sicile illud collocat. Est præterea curandi adipis alius huiusce modi modus: Exemptis membranulis cõciditur adeps, liquaturq; in sicile coniectus exiguo trito adperso sale. Tum per ueterem lineam laciniam traiectus reponitur acopis utilissimus. Curantur præterea Suillus & Agninus hoc modo: Sumit recentem ex bis animalibus & quam pinguisimum Adipem, qualis à renibus est: hunc membranulis purgatum in multam celestem et frigidissimam aquam conijcito, manibusq; diligenter conterito, fricans & ueluti desbrin gens. Noua deinde aqua sepius ablutum adipem in sicile, cuius sit duplex curando adipi captus, conijcito: superinfusaq; aqua ut adipi supernatet & eum integat, lenibus prunis admouet, uideq; misceto. Quicq; liquatus fuerit adeps, per colum in aquam traiectum, permissumq; glaciari, rursus excolata diligenter omnia aqua, in sicile aliud aqua prius ablutum conijcito, superinfusaq; noua aqua facito iterum sensim liquetur: A notum deinde ab igne, breuiq; tempore demissum adipem dum sex subsidat, in lapideam pilam spongia ex aqua prius abstersam & madentem transferito:

Vbi quum glaciauerit, ablatis omnibus que in fundo erunt foribus, tertio sine aqua liquefacito, liquatumq; & in la pideam pilam iterum diffusum purgatumq; in sicile conijcito: & operculatum frigidissimo loco reponito. Hiracinus, Quillus, Ceruinusq; omnes hoc modo curandi sunt: Accipiam ut diximus quencunque, ex his uolueris adipem, lotumq; & membranulis purgatum, ut in Suillo permonstratum est, in lapideam pilam ut mollescat conijcito confricatoq; aqua subinde adfundens, donec nullum in confricando sanguinis uestigium exernatur, nec supernatet pinguitudo aliqua, nitecatq; totus. In sicile postea coniectum hunc adipem ad fusa aqua sic ut superaret, lenibus prunis admouet miscetoq;. Quum uero totus liquatus iam fuerit, in aquam diffusum refrigeratumq; adipem abluto uide eum diffusuras si sicili, iterum in eo adipe liquefacito, et cetera antedictis similititer facito. Tū tertio sine aqua liquatum adipem in madentem aqua lapideam pilam excolato, refrigeratūq; ut in Suillo præmonstratum est reponito. Bubulus etiam à renibus membranulis purgandus, et salsa ex mari aqua abluendus est: in mortarium deinde conijciendus, tundendusq; diligenter adpersa continue salsa ex mari aquam. Quum uero tussus lentescet, in sicile conijciendus erit: superinfundenâ tunc etiam salsa ex mari aqua, sic ne minus semipede superstet, coquendusq; subinde adeps, donec proprium omnem odorem amiserit: Mox singulis adipis illius Atticis minis Tyrrhenæ ceræ miscenda sunt dracmæ quatuor, simulq; per colum traicienda omnia. Auferide item omnes que in fundo hærebunt fordes, sicq; in nouo sicili reponendus bubulus adeps est. Oportet præterea quotidie in sole operitū undiq; adipem hunc habere donec albescat, & odoris uirus amittat. Curandus item Taurinus hoc modo est: Sumit in hoc genere etiam recentem & a renibus adipem fluuiatiliq; aqua ablutio: mox exemptis membranulis in nouum sicile adperso exiguo sale conijcito, & liquefacito in limpida deinde aquam per colum traiectum, cum glaciari inceperit, manibus iterum ualidissime extensus leuato, deflenti aquæ nouam continue superinfundens, usq; dum bene elotus sit: Rursusq; in sicile coniectum, in odorati uini pari mensura coquito: & cum bis inferuerit, amoto ab igne sicili finito per noctem adipem sic esse. Matutino deinde si quid mali odoris supererit, sumito eundem adipem, et in aliud nouum sicile coniecto, superinfundito iterum odoratum uinum, eademque omnia ut præmonstratum est facito, donec omne odoris uirus amiserit. Liquatur sine sale etiam adeps ad affectiones aliquas, quibus Sal nocet. Verum non magnopere absceit qui sic curatus fuerit. Curantur præterea eodem modo Pantherinus & Leoninus. Aromatis odorandi Adipes Viuilinus, Taurinus, Ceruinus iidem, Ceruicque medulla hoc modo: Adipi qui odorandus erit membranulas eximito, & ut præmonstrauimus ablutio: mox in odorato uino, & quod marina aqua curatum non fuerit facito inferneat: Tum ab igne amotum, dimissumq; per noctem sic esse, matutino ex eodem genere nouo eadem mensura infuso uino, liquefacito: diligenterque per colum traiecto adipe, in no-

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

uem eius beminis rotūdi odorati Arabici iunci drachmas
 indito sex. Et si odoratiorem facere uolueris, eiusdem iun-
 ci florum quadraginta drachmas. Adijcto præterea pal-
 mæ, casie, odoratig; calami paves singulorum singulas
 drachmas, aspalathi itidem & balsami ligni, singulorumq;
 singulas drachmas: quænetiam misceto his cinnamomum,
 cardamomum & nardum, singulorumq; unciam, sintq; om-
 nis integre tusa. Odoratum deinde uinum adipi & aroma-
 tis infundito: operculatumq; uas carbonibus admoeto, fa-
 citq; ter simul omnia inferuent. Mox ab igne amotum
 uas finito integram uocem sic esse. Matutino deinde uini
 effundito, nouumq; ex eodem genere infundito, facitq; ter
 simul iterum inferuent, sinitq; eodem modo. Matutino
 deinde adipem ex uase aufero, & uinum effundito: abluto
 que uase & purgatis que in fundo erunt forāibus, adipem
 iterum liquefacito, per colum; traiectum reponito &
 uitior. Odoratur etiam curatus antea adeps eo eodem mo-
 do. Verum spissandi antea prædicti adipēs sunt, ut odora-
 mentorum uim facilius admittant. Agendumq; id hoc modo:
 Sumito quemcunque ex illis uolueris adipem, facitq; simul
 cum uino feruæ, additis myrti ramulis, serpyllo, angulo-
 so odorato iunco, itemq; aspalatho, & integre tuis omni-
 bus. Quidam satis habent uno aliquo horum uti. Quumq;
 hæc igni admota ter inferbuerint, amotum ab igne sen-
 simq; per linteolum traiectum adipem, ut præmonstra-
 tum est, odoramenti odorato. Est etiam spissandi an-
 tea adipis alius hic modus: Tandito quem uolueris ex illis
 adipem recentem, sanguine omni purgatum, & que sæpius
 dicta sunt alia omnia habente, in nouum ficitile eum conij-
 cito: superinfuso, albo uetere & odorato uino, quousque
 digitis octo uel superferet, lento igne inferuefacito donec
 natium odorem amiserit, uinumq; magis quam adipem
 oleat. Amoto deinde ab igni ficitili, quum refrixerit adeps,
 sumito adipis illius pondus duo & in ficitile aliud conijcito
 superinfusisq; eiusdem uini beminis quatuor, librisq; toti-
 dem tuis feminis arboris loti ex qua tibi sunt, leni igne co-
 quito continue miscens: quumq; omnem adipis balitum ami-
 serit, per colum traiectum dimitto donec glaciæ. Tum
 sumptus tuis aspalathi libra, amaracini uero floris libris
 quatuor, uetere uino simul hæc macerato, sinitq; integrā
 noctem combibere. Matutino deinde in nouum ficitile quod
 tres capiat congios & hæc adipem conijcito, superin-
 funditoq; uini congij semissem: facitq; simul omnia ser-
 ueant donec spissamentorum uires & odorem adeps con-
 traxerit: amotum postremo ab igne adipem, per colum tra-
 iectum liquefacito iterum & reponito. Et si odoratiorem
 adhuc facere uolueris, pinguis simæ myrrhæ drachmas octo,
 uetusissimo uino maceratas illi misceto. Odorabitur Gal-
 linæcus & anserinus adeps hoc modo etiam: Sumito quen-
 cunque ex his uolueris curatum adipem, pondere beminā-
 rum quatuor, conijcito in picatum ficitile, miscetoq; illi cry-
 stescepiu, balsami ligni, itemq; palmæ corticis quem lateum
 dicunt, & odorati calami integre tusorum omnium, singu-
 lorumq; drachmas duodecim: superinfusisq; Lesbij uini cy-
 atho uno, prunis admoeto, facitq; ter simul inferuefaciant,

Amoto deinde ab igne uasculo, noctemq; & diem dimisso
 dum refrigerentur omnia que in eo sunt, postera die liqu-
 efacito, & per lineam linciniam puram in purum uas exprimi-
 to: quumq; glaciauerit, conchula exemptum in nouum
 ficitile conijcto stritig; operculatum frigidissimo loco re-
 ponito. Per hyemem faciendū & curandū omnia hæc sunt.
 æstate enim non glaciant adipēs. Quidam ut crassescant &
 glaciænt, exiguum Tyrrhenam ceram admiscerit. Odoran-
 dus eodem modo Sullus adeps est itemq; ursinus, & simi-
 les alij. Odoratur adeps amaraco itidem hoc modo: Sumi-
 to bene curati adipis libram sepe unam, taurinusq; is præ-
 cipue eligatur: mox amaraci que ad integram ætatem cre-
 uerit, diligenter tuse pondo & semissem illi misceto, offasq;
 que conformato copiosius uinum inspergens: coniectasq;
 in uas aliquod offas, finito oportas per noctem sic esse. Ma-
 tutino deinde in ficitile aliud translatis, superinfusa qua
 leniter coquit. Quumq; proprium odorem adeps amiserit,
 per colum traiectum finito integram noctem sic esse di-
 ligentissime operculatum. Matutino deinde educta omni
 ex ficitili massa, abstersisque que in fundo herebunt forā-
 ibus, tuse amarici, ut præmonstratum est, iterum pondo &
 semissem illi misceto: conformatisque iterum offis, cetera
 ut præmonstratum est facito. Post omnia demum, liquatum
 iterum & per colum traiectum adipem, ablatis que in fun-
 do habebunt forāibus, frigidissimo loco reponito. Quod si
 nulla præcedente curatione incorruptum anserinum, Gal-
 linæcum, uilulinumq; adipem seruare aliquis uelit, a gen-
 dum illi hoc modo est: Sumito quemcunque uolueris recen-
 tem adipem, leuato diligenter, cribroque impositum in un-
 bra siccat: quum uero omni de stillato humore aruerit, in
 purum linteolum coniectum manibus ualidissime exprimi-
 to: mox funiculo traiectum, in umbra suspendito: & post
 aliquot dies noua inuolutum charta frigidisq; loco re-
 ponito. Permanet incorrupti itidem adipēs, qui in melle
 seruantur. Habent adipēs omnes calefaciendū uim, mol-
 liuntque & rarefaciunt. Adstringendū tamen uires ali-
 quas Taurinus habet. Respondetque huic proportione
 Bubulus, Vitulinus, Leoninusque. Quænetiam ferunt
 Leoninum insidiatibus aduerari. Fugat serpentes inun-
 ctus Ceryanus, Elephantinusque: Caprinus maiore infunditur
 gendi uim est: ideoque intestinorum torminibus datur cum
 polenta & uua quam rhum uocant, caseoque decoctus. Quænetiam
 chyster eum pitane cremore infunditur. Vitile præterea tabidis
 in sorbitione esculentum adipum ius. Vitile & his qui cantharidas
 hauserunt. Prodest podagris hircinus egregia rethelandi potestate, cum Caprino simo
 & croco coactus impositusque. Ouillus proportione etiā
 huic respondet. Sullus muliebrium locorum & sedis medi-
 cinæ congruit: Abulctis idem accommodatus est. Calefacit
 & mollit salsus & quam maxime inueteratus Sullus
 Adeps. Vino idem lotus & cum cinere calcæie coactus: la-
 teralibus doloribus quos pleuritidis dicunt, præcipue ac-
 commodatus est. Prodest præterea contra tumores in-
 flammationesque, & fistulas. Fertur Afinitus reli-
 quo corpori conformes cicatrices reddere. Anse-

ris Gallinaceorumq; foeminarum mensibus accommodatus. Vtilis & contra laborum rimas. Facit ad nitorem uultus, auriumq; dolores. Nutrit capillum urfinus, capillorumq; defluuia quas alopecias dicunt, explet. Idem pernionibus utilis. Vulpinus, aurium doloribus. Flauitium piscium adipe ad oculorum claritatem inunguntur, in quem usum liquatur in sole, melq; illi additur. Vipera, contra hebetes oculos eorumq; suffusiones efficax est, admixtis illi cedrina liquore, Attico melle, uetereq; oleo, & omnium pari portione. Idem cuiusos alarum pilos, recens per se radicem uestigis instillatus, renasci eos iterum non patitur.

DE SENECTA ANO

GVIVM, SEV ANGVINA VERNATIONE,
CAP. XLIX.

NOMENCLATVRA.

ALCHALHAICTH, seu Selach albae, Arabibus. Γήγας ὄφιος, ἢ γήγαλιος φλόος, ἢ γήγαρος, Graecis. Senecta Anguis, Serpētisū seu Anguina Vernatio, Latinis. Spolium Serpentis, Barbaris, ac Officinis. Spoglia di Serpi, Italis. Schlangen balck, Germanis.

IVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.
lib. ii. cap. cxi.

Contra aurium dolores utiliter instillatur Anguina vernationis membrana in uino decocta. Eadem in dolore dentes colluuntur. Adijciunt aliqui eam praesertimq; uiperarum, oculorum medicamentis.

EX GALENO.
Simp. Med. xi.

Senectam serpentis scripsere quidam in aceto bullitam dentium mederi doloribus.

DE PISCIVM SAL

SGVINE, CAP. L.

NOMENCLATVRA.

CIA MECH, nimirum Piscis, Arabibus. Ἀλμ, Graecis. Salsugo Piscium, Latinis. Aqua Piscium Salsoru, Barbaris ac Officinis. Salamuoia di Pesci, Italis.

IVVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. xii.

Salsugo Piscium falsorum similiter Garo & ad putredines accommodatur, & ad ischiadas dysenteriasq; insunditur. Et acrimonia quidem humores coxam in festantes at trahit a c proinde per intestina euacuat. Putrescentia uero ulcera in dysenteria colluit atq; desiccant. Maxime uero Salsugine falsorum Siluroru et Menidum ad talia utuntur medici quiddam, et nos sane ad ulcera in ore putrida usi sumus.

DE SMARIDE PISCI

CVLO, CAP. LI.

NOMENCLATVRA:

ABSAMARIS, Arabibus. Σμαρίς, Graecis. Smaris, pariter Latinis.

IVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.
lib. ii. cap. xxx.

Compescit carnium in hulceribus excrescentias cinis & cremato falsae Smaridis capite. Sifit idem que pascendo serpunt, & clauos excrescentiasq; quas thymos dicunt, assumit. Vtilis & scorpionum ictibus, rabidorumq; canum moribus, quem admodum & reliqua falsamenta falsae Smaridis caro est.

DE GOBIO PISCĒ,

CAP. LII.

NOMENCLATVRA.

KAMEN, Arabibus. Κώδιος, ἢ Γώδιος, Graecis. Gobius, Latinis. Go, Ghiozzi, Capitoni, Marzoni, Italis. Gouions, Gallis.

IVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.
lib. ii. cap. xxxii.

Sirecentem Gobium Suillo uentri insutum in aquae fetarj duodecim, donec duo tantum supersint, decoxeris: tū percolatum & in sereno habitum bibendum dederis, alium leniter deijcis. Contra canum serpentumq; morsus utiliter idem illinitur.

DE OMOTARICHO

QVAE SALSITHYNNICARO
EST. CAP. LIII.

NOMENCLATVRA.

Ὀμοτάρικος, Graecis. Omotarichus, seu Salsithynni caro, Latinis. Tonnina, Italis.

Kesam seu Aliena, Arabibus. Ὀψυς, Graecis. Thynnus seu Thunnus, Latinis. Tonno, Italis. Thun, Gallis.

IVVAMENTA.

EX DIOSCORIDE.
lib. ii. cap. xxxiii.

Salsithynni caro est quem Omotarichum uocant. Viperae quam Praeserem dicunt morsibus in cibo Omotarichus subuenit: in quo usu oportet quamplurimum sumere, & superbendam dare uinum, & à multo eius potu ad uomitionem cogere. Ad uomitiones idem que ciborum acramento queruntur, accommodatus est. Vtiliter postremo rabidorum canum morsibus illinitur.

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.
 DE CREMATIS OSSI,
 BVS, CAP. LIIII.

NOMENCLATURA.

HAIDHAM MAHARICHEB, Arabibus.
 ΟΨΤΑ ΚΑΚΟΥΜΕΝΑ, Græcis. Ossa combusta seu
 cremata, Latinis, Barbaris, ac Officinis. Ossi abbru sciati,
 Italis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.
 Simp. Med. xi.

Ossa combusta admodum digerentem exiccantemq; uim
 obtinent, & id maxime, ut quidam ferunt, Ossa Humana
 possunt. Certe Taliu Suilliu (ἀστρογυαλος, ὄσος, Græcis. Ta-
 llone di Porco, Ossa della canuchia del Porco, Italis. Tal-
 lon de Porceau, Gallis, nuncupatur.) combustum, ac dein
 de bibitum, inflationes & tormina sanare dixerunt. Noui
 autem nostratum quosdam ossa ista potui exhibuisse, haud
 scientibus quid biberent, quidnam ebibissent, ne scilicet
 auersarentur, ac multorum tum epilepsiam, tum arthritin
 curasse.

De Theriaca ad Pisonem cap. ix.

Siquis autem taurini cornu ramenta cum aqua deglu-
 tiat, sanguinis eruptionem detinebit. Cremata uero scemo-
 rum ossa sanguinem supprimunt, & sepe hoc idem reme-
 dium solutam alium quoque continent. Ceruini cornu sco-
 bes exuste, uinoq; admixtae postea superimpositae commo-
 tos dentes firmant, id quod & bouis talum facere dicunt.
 Sed hic cum melle sumptus rotundos lumbricos educit, &
 cum aceto mulso splenem liquefacit, ac uittilignes albas de-
 let, & uenerem nonnihil excitat.

EX DIOSCORIDE.
 Lib. ii. cap. lxi.

Crematus donec ex nigro candido colore fiat saillus ta-
 lus, tum tritus potusq; crassioris intestini quod colon di-
 cunt inflationibus uentrisq; torminibus medetur.

DE ARANEIS,
 CAP. LV.

NOMENCLATURA.

HAMDEBVT, seu Hanchebut, Arabibus. A'gol
 ΧΥΝ, ἢ Ο' ΛΙΟΣ, ἢ Δ'ΥΟΣ, Græcis. Araneus, Latinis,
 Barbaris, ac Officinis. Ragno, Italis. Areine, Gallis.
 Spinn, Germanis.

GENERA, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.
 Simp. Med. xii.

Aranei telam scribunt quidam a phlegmone tueri sum-
 me cutis ulcera.

EX DIOSCORIDE.
 Lib. ii. cap. lxxviii.

Araneus quem aliqui Holcon & Lyon, id est, lupum
 appellant, plagellæ confricatus, linteolue illitus, mox frô-
 ti aut temporibus impositus, tertianarum februm circui-
 tus finit. Sanguinem sistit tela eius imposita, & ulcerum
 in summa cute inflammationes arceat. Est & alterum Ara-
 nei genus, quod candidas, tenues, & densas telas operatur.
 Fertur in aluta clausus brachioq; ad alligatus, quarta-
 nis mederi febribus: & cum rosaceo elixis, aurium dolori
 bus uuliter instillari.

DE SVDORE,

CAP. LVI.

NOMENCLATURA.

HARACH, seu Harch, Arabibus. Ἰ'δρᾶς, Græ-
 cis. Sudor, Latinis, Barbaris, ac Officinis. Sudo-
 re, Italis.

TEMPERAMENTVM, AC IUVVAMENTA.

EX GALENO.
 Simp. Med. x.

Sudor, vnus hic est humoru in animantis corpore pro-
 ueniens, & eandem habens materiam quam urina, &
 eundem generationis modum. Siquidem utrique ex bibito
 humore constat generatio, ex calcasio simul in corpore &
 biliosa nonnihil substantie adepto. Verum sudor plus est
 elaboratus, ut pote qui ad cutem usque permeatis omnibus
 quæ intersunt partibus, peruenit. Attamen sudores inter
 sese & urinas differre necesse est, tum pro animalium tem-
 peraturis, quæ & natura & per etates non parum à sese
 inuicem sunt diuersæ, & pro antegressam uictus ratione,
 & pro ambientis nos aeris temperie. Clarum autem est,
 etiamsi aliquando in sermone omisum fuerit pro tempore
 anni, & presentem constitutionem, præterea pro regionibus
 diuersitate effici in animantium corporibus nõ paruum.
 Nam compendij gratia uno capite complecti eiusmodi om-
 nia soleo, nempe pro cingentis nos aeris temperie ex mu-
 tari dicens. Etenim diuersitate regionum quæ est in cali-
 ditate & frigiditate, hic comprehendit, ut tempus anni, &
 presentem præteritamq; constitutionem. Cum ergo sermo
 fuerit de urinis, aut sudoribus, aut bilibus, aut sanguine,
 aut pinguedine, aut adipe, aut quopiam alio in corpore na-
 to, diuidentibus uidelicet nobis eas quæ in animalibus ni-
 suntur differrentias, æsanis corporibus sermo intelligen-
 dus est, median proprie ipsorum temperaturæ constitu-
 tionem habentibus. Sic quod & sudor salsa & sanguino-
 se uocate qualitates est particeps, gustus testimonio pro-
 batur. Nam sæpenumero nolentibus in os defluens sudor,
 diuam qualitatem indicat. Sæpe uero etiam non obscurem
 præfert amaritudinem. Attamen & color eius naturam est
 signat. Nam sicut urina naturalis modice est pallida, sic &
 sudor. Verum id facile cognosces in ijs qui lanantur, cum
 absque oleo strigili radantur. Nam sudor in cavo strigili
 colligitur,

coligitur, colorem quem dixi simul & gustum præferens, ac euidenter falsedinem habens, sed obscure amaritudinem. Verum de urina plus etiam quam consentiat medici scripserunt: propterea nimirum quod large ea in omnibus hominibus tum priuatim, tum publice quotiè colligatur. At de sudoribus aut nihil, aut quæ curiosi sint potius, & præstigiaturæ obnoxia, et præter hæc scripserunt alij superuacua, quæ per aliam fieri possent materiam medicam. Porro sudor etiam in palestris misetur exercituum sordibus, quem quidam curioso Atticam sedatæ linguam, Conisalon uocant: confert que tenuibus sordibus ac simplicibus, ut tumores præter naturam per balnium digerant. Nam ille plus repercutiunt, minus autem digerunt: at post aduancum exercituum sudorem acquirunt multum facultatis digerentis. Ergo in phlegmonas uberum sole hæc sordes impostæ, efficiaciore sunt remedio. Sin sicciore tibi uidebantur, cyprinum superungit: & si ualde etiam sicce, cyprino item subigito. Præstat autem non siccas, sed molles accipere. Porro si non adsit cyprinum, rosaceum bonum miscuisse sufficit. Hoc medicamentum admodum est utile ijs quibus à partu restituere Lac consilium est, eo nomine quod in mammis coaguletur in morem casei. Hinc orso, ad alios affectus similes uti licebit. Atque ego sane ad bubonem eo usus, celeriter disparuisse tumorem conspexi.

DE LANIS,

CAP. LVII.

NOMENCLATURA.

SAUF, uel Suf, Arabibus. Egipt, Græcis. Lana, Latini, Barbaris, Officinis, ac Italis. Laine, Gallis.

ELECTIO, CREMANDI MODVS, AC
IUVVAMENTA.EX GALENO,
Simp. Med. x.

Lana sordida, ac proinde à quibusdam appellata succida, idonee excipit irrigationes quæ adhibentur contusis, aut quomodoconque percussis partibus, ut quæ utilitatem ex illis proficiscentem promoueat, idque propter cæsypon. Lotu uero, nec amplius cæsypon habens materia quædam apta humoribus qui irrigantur, excipiendâs. Porro ista uim habet acrem pariter & calidam, una cum partium tenuitate. Itaque, molles nimiumque humidas ulcerum carnes celerrime eliquat. Inditur & in medicamen desiccatorium. Vritur eam tanquam alia plurima, ollam implens nouâ deinde claudens operculo multa foramina habente.

EX DIOSCORIDE,
lib. II. cap. lxxviii. & lxxxiii.

Probatissima succidæ Lanæ sunt, molles, & ex collo scæmoribusque pecoris detonsæ. Vulneribus à principio statim ex aceto, oleo, uinoque utiliter imponuntur: contusis itidem, desquamatis, liuoribus, fractisque ossibus. Adspergines, enim facile combibunt, et sordium suarum pinguedine quæ

cæsypos est, egregie molliunt. Faciunt ad capitis, stomachi, aliarumque omnium partium dolores, ex aceto et rosaceo impositæ. Cremantur præterea Lanæ, crematarumque cinis ignis modo crustas inducit, carniū excrementis cohibet, & ad cicatricem ulcera perducit. In quem usum purgatur prius Lana, carpitque in crudo sicili, quæ admodum et alia, crematur. Crematur eodem modo et quæ in marinis purpuris ueluti stuppe sunt. Quidam non purgatas prius Lanæ, sed una cum sordibus suis carpitæ melle conspersas pariter cremant. Sunt præterea quæ dispositis per interualla in sicili patentioris oris ferreis uirgulis, tum crebris tedebastulis superpositis, & supra tedebastulas stratis carpitæ oleoque madentibus Lanis, non tanta tamen copia ut oleum defluat: rursumque alternis bastulis & Lanis interstratis, accensis postremo tedis leniter urunt, cineremque auferunt, & cum cinere siquid pingue, pixiue aliqua ex tedis illis cineri inhaesit, ablatumque seruant. Lauantur Lanarum cinis ad oculorum medicinam in sicili eratere, superinfusa illi aqua: manibusque in eo ualide confricatur. Postquam uero subfuderit cinis, assueta priore aqua, noua illi iterum superinfunditur aqua, rursumque manibus confricatur: Fitque id quousque lingua ad motus cinis, leniter adstringat, nec mordcat.

DE CERUI ET CAPRE

CORNV. CAP. LVIII.

NOMENCLATURA.

CHAREN, seu Choron, Arabibus. Κέρας, Græcis. Cornu, Latinis, Barbaris, ac Officinis. Corno, Italis. Corne, Gallis.

TEMPERAMENTVM, IUVVAMENTA,
ATQUE CREMANDI MODVS,EX GALENO,
Simp. Med. xi.

Cornibus Cerui & Capræ istis maxime utuntur, ut et nos sepe ussumus, tum ad candorè dentium, tum ad contrahendas mollitiæ fluidas gingiuas. Ceterum ceruinum maxime commendatur ab ijs qui talia scribunt, quæ si ab uestigione lauetur, dynteritiam et sanguinis excretionem, præterea cæliacos uocatos affectus sanat: & aurigini utile esse dicunt. Porro duo exhiberi cochlearia ad omnia ista præcipiunt. Misceuerunt autem ipse sum nonnulli, ut dictum est, ustum & elotum collyrijs etiam desiccantibus oculorum fluxiones. Est enim scilicet omnium talium uis exiccatoria: uelut & dictum est.

EX DIOSCORIDE,
Lib. II. cap. lxxii.

Crematum in cinerem mox lotum Cerui Cornu, contra sanguinis expuitiones pondere cochliarium duorum cum spine quam tragacantham appellant lacryma, utiliter bibitus: Intestinorum torminibus itidem, cæliacis, suffusus felle, & uesicæ doloribus. Bibitur pari utilitate etiam contra sceminarum fluxiones, in liquore aliquo ex his qui malo illi congruant. Crematur Ceruinum Cornu, cremandi-

IO. SERAPIONIS, DE SIMP. MEDIC.

h; modus et ratio hec est: Secatur in frustra Cornu, sectūq; in fissile crudū primo, mox luto circūlito operculo in fornacem conicitur, uriturque usq; dum albescat: lauatur dein cadmia modo: utilsq; hic cinis est oculorum destillationibus & huleribus. Dentifricium idem leuigandis dentibus utile, in quem usum confricandi eo sunt. Serpentes crudum suffitu fugat: coquitur in aceto etiam Cerui Cornu, collunturq; decoctio illo utiliter dentium presertim molarium dolores.

DE VENTRE POTISSI

MVM MERGI. CAP. LIX.

NOMENCLATVRA.

CHANISA, seu *Chuanas Arabibus*. Κοιλία, *Græcis*. Ventriculus seu *Venter, Latinis*, *Barbaris*, ac *Officinis*. *Stomaco, Italis*.

IVVAMENTA,

EX GALENO
Simp. Med. xl.

Ventrem Mergi quidam commendant tanquam medicamen concoquens, siue pepticum, id que siue protinus lixiū, siue arefactum comedas. At nos id experti, uanam esse promissionem comperimus, sicut sane etiam quod de interna tunica Gallinarum memorie est proditum. Aiunt enim quiddā, si arefacta bibatur, iuuare stomachicos.

DE ANIMALIUM

ALIQVOT PVLMONIBVS, CAP. LX.

NOMENCLATVRA.

KICH, seu *Ribe, Arabibus*. πνεύμων, *Græcis*. *Pulmo, Latinis*, *Barbaris* ac *Officinis*. *Polmone, Italis*.

IVVAMENTA,

EX GALENO.
Simp. med. xl.

Pulmo Agninus pariter & Porcinus intertrigines & calciamētis curare creditur. At *Vulpinus* si bibatur rescicatus asthmaticos iuuat.

EX DIOSCORIDE,
Lib. ii. cap. xl. & xli.

Arcentur excitandæ in pedibus calcæorum attritu in-

flammatōnes, impositis Suiilo, Agnino, Vrsino & Pulmoni bus. Quinetiam *Vulpis* siccat Pulmo suspiriosis utiliter bibitur. *Auribus* pro eterea infillatus eiusdem addeps, earū dolores finit.

DE ALIQVOT ANI

MALIVM CAPITIBVS. CAP. LXI.

NOMENCLATVRA.

RAS, *Arabibus*. Κεφαλή, *Græcis*. *Caput, Latinis*, *Barbaris*, ac *Officinis*. *Capo, Italis*.

TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. med. xl.

Capitibus Menidum sale inueteratarum utris ad sedis fissuras utebatur quidam, & is ipse ad columellam diu induratum. Videtur ergo uis illarum esse desiccatoria, nō admodum acris, nam id adustarum quæpiam obtinent sicut omnes communiter desiccationem. Alius caput Leporis comburens utebatur ad alopecias cum Adipe Vrsino. Porro *Sauræ* (*Algusgar, Mauritanis* appellatur.) caput contritum quidam palos & spicula extrahere memorie reliquerunt, tum myrmeccias, acrocordionas, & clauos.

EX DIOSCORIDE.
Lib. ii. cap. xxxi.

Callosas sedis rimas emendat è capite Menarum (*Cir, seu Sir, Arabibus* uocantur.) tritus cinis & illitus. Coluuntur et earū garo utiliter putrescentia in ore hulerca.

DE PILIS,

CAP. LXII.

NOMENCLATVRA.

SCAHAR, seu *Sher, Arabibus*. Τριχίς, *Græcis*. *Pili, Latinis*. *Capilli, Barbaris*, ac *Officinis*. *Peli, Italis*.

TEMPERAMENTVM, AC IVVAMENTA.

EX GALENO.
Simp. Med. xl.

Pili usi, similiter usæ *Lans* excalcificandi desiccandiq; admodum sunt acuitatis.

LIBRI SEPTIMI, AC POSTREMI,
FINIS.

REGISTRVM.

† ** ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ

AA BB CC DD EEFF GG HH II KK LL MM NN

OO PP QQ RR SS TT.

Omnes sunt duerni.



Ob. G. m. 911



DOSSIER DES...
[Faint text at the top of the page, possibly a title or header]

DE CENTRE DOTT...
[Faint text, possibly a name or title]

NON RECLAYE...
[Faint text]

CHARITE...
[Faint text]

[Faint text on the left side of the page]

ANZ...
[Faint text]

NON RECLAYE...
[Faint text]

[Faint text]

[Faint text]

[Faint text]

[Faint text]

[Faint text]

[Faint text]

[Faint text]

[Faint text]

[Faint text]

[Faint text]



[Faint text on the right side of the page]

[Faint text on the right side of the page]

[Faint text on the right side of the page]

[Faint text on the right side of the page]

[Faint text on the right side of the page]

[Faint text on the right side of the page]

[Faint text on the right side of the page]

[Faint text on the right side of the page]

[Faint text on the right side of the page]

[Faint text on the right side of the page]

[Faint text on the right side of the page]

[Faint text on the right side of the page]

[Faint text on the right side of the page]

[Faint text on the right side of the page]

[Faint text at the bottom right of the page]

